C. CRISPI SALLUSTII QUAE EXSTANT. CUM NOTIS INTEGRIS GLAREANI, RIVII, CIACCONII, URSINI, ...

Digitized by Google

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII QUAE EXSTANT.

TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII QUAE EXSTANT.

CUM NOTIS INTEGRIS

GLAREANI, RIVII, CIACCONII, URSINI, CARRIONIS, MANUTII, COLERI, C. ET A. POPMAE, PALMERII, PUTSCHII, DOUZAE, GRUTERI, RUPERTI, GRASWINCKELII, ET JOSEPHI WASSE;

ATQUE SELECTIS

CASTILIONEI, ZANCHII, J. FR. GRONOVII, JANI BROUKHUSII, &c.

ACCEDUNT

JULIUS EXSUPERANTIUS

ET

PORCIUS LATRO,

UT ET

FRAGMENTA HISTORICORUM,

CUM NOTIS INTEGRIS

A. POPMAE, COLERI, RUPERTI, WASSE, BROUKHUSII, &c.

CURA

SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Cum INDICIBUS copiosissimis.

TOMUS SECUNDUS.

AMSTELAEDAMI, Apud F. CHANGUION, J. CATUFFE, H. UYTWERF.
HAGAE COMITIS, Apud P. GOSSE, J. NEAULME, A. MOETJENS, A. VAN DOLE.
ULTRAJECTI, Apud STEPH. NEAULME.
M. DCC. XLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRISCAE AC VERAE

Nobilitatis, inſigniſque eruditionis viro,

Do. JOANNI VUERNHERO A RISCHACH,

Domus Teutonicae Friburgi Briſgoae Commendatori,

Henricus Glareanus

S. D. P.

Cum hac noſtra aetate in emendandis optimis autoribus doctiſſimi quique in omni arte viri certatim ſatagant, laborent, deſudent, quod germana lectio eorundem indigne temporum injuria depravata, tandem priſcam recipiat lucem, ac in integrum reſtituatur: quod in Livio, Cicerone, Plinio, aliiſque multis & fecimus ipſi, & alios feciſſe videmus: nequeo hercle ſatis admirari, cur in Salluſtium, tam veterem, tam frugiferum, tantae poſtremo exiſtimationis apud omnes claſſicos autorem, ut Quintilianus Thucydidae comparare non dubitarit: nemo hodie dignum lectu, quod ſciam, quicquam tentarit, quo ſanaret tot vulneribus a barbarie diutina confoſſum, tam mutilum, tam lacerum, ut, ſi a mortuis hodie reſurgat, ſuorum ſcriptorum fragmenta agniturus quidem fuerit, ſed haud abſque lachrymis inſpecturus. Collegerunt quidam floſculos ex eo, verbis ejus ſaepe corrupte citatis: ut editio nupera florum in hunc autorem, quae Hutteno adſcribitur. Quae ſi ejus eſt, levi (ut dici ſolet) ille brachio ſibi fortaſſis luſit, non in hoc ut ederetur. Cujus indicium mihi facit primus ſtatim in ſcholiorum veſtibulo flos, ubi ait: *Studere ſe.* Deinde continuo confirmandae rei gratia, Salluſtii verba ſubinfert: *Qui ſtudent ſeſe praeſtare caeteris animantibus*, quaſi, accuſativus *ſeſe*, ad *Student*, non ad *Praeſtare* referatur. Quod, ne videamur hic Grammaticem docere, lectori diſcutiendum relinquo. Idem dico de Commentario in Catilinam, qui initio quidem ſplendide, nec abſurde rhetoricatur, ut exiſtimes propemodum vel Vallae, vel non indoctioris eſſe: at in poſterioribus deinde commentationibus vix alicujus docti viri putabis; tantum abeſt, ut Vallae videri poſſit. Tranſeo nunc Soldi cujuſdam, ac Badii longiſſima commenta, multis in locis nec coelum, nec terram attingentia: ut locorum, qui plurimi hic corrupti ſunt, difficultates nihilominus vexent ac turbent le-

Digitized by Google

ctorem. Male me habuit, ut verum fatear, cum quotidie in ſcholis praelegatur, in ore omnium, in manibus verſetur: denique nemo ſit, qui illum non devoraſſe videri velit: interrogati tamen multi de locis aliquot depravatis, ne verbum quidem dignum, οὐδὲ γρῦ, reſpondere queant. Quapropter, quando in aliis autoribus nunc ſaepe id laboris haud gravate ſuſceperim, nec ejus rei hactenus poenituerit: etiam hic me ſtudioſis operae precium facturum exiſtimavi, ſi quae in hoc autore ſciolorum ignorantia, & longa vetuſtas depravarit, pro virili reſtitueremus. Ad quae non nudam duntaxat conjecturam adferimus, ſed hiſtoriae apud alios autores collationem, codicumque veterum fidem. Inter quos pervetuſtus unus Julii Gothi, adoleſcentis eximiae ſpei, & nobis in primis familiaris fuit, quem ipſe e Biturigibus, cum illic ſub Alciato, doctiſſimo viro, juris prudentiae ſtrenue operam navaret, huc attulerat, ex Italia tamen antea in Galliam delatum. Ald. Manutius. Venetiis ante aliquot annos editionem exhibuit, ut tum putabant, ſatis emendatam: laudandam certe ſi ad prioris ſeculi exemplaria edita conferatur. Verum ſi penitius introſpexeris, Dii boni, quantum illic reperias errorum. Eam tamen noſtrae aetatis librarii certatim, tanquam ſimiae, a viginti nunc annis imitati, ne latum quidem digitum ab ea diſceſſerunt. Unde factum eſt, ſi quis ſecus, quam ea habebat, legeret; ut identidem audiret impudenter obgannientes: Aliter atque tu legis, habet litera Aldina. Quaſi piaculum commiſiſſet, qui non ſtatim illi acquieviſſet. Non exiſtimo opus eſſe, ut adoleſcentes ad hunc frequentiſſime legendum invitem. Vino vendibili (ſecundum proverbium) non eſt opus ſuſpenſa hedera. Hoc unum tamen ſciat ſtudioſus adoleſcens, majorem ex hoc autore fructum eſſe ad firmandum conſolidandumque ſtylum, quam ut paucis dici queat. Certe epiſtolaris anguſtia in tam exigua opella nos plura dicere non patitur. Benignitati tuae integerrime vir, ac nobilitatis antiquae ingens decus, hoſce labores noſtros offero, haud neſcius majora tuam decere clementiam. Sed a parvo cliente magnus Patronus parva ſperare poteſt, magna haud ſcio deſiderare ne potius an ſperare. Bene vale.

Friburgi Briſgoae, Cal. Novemb. Anno a natali Chriſti 1537.

JOAN-

Digitized by Google

ET PRAEFATIONES.

JOANNES RIVIUS

ATTHENDORIENSIS, GENEROSO AC NOBILI ADOLESCENTI, ERNESTO A SCHONEBURGK, GLAUCII ET TUALDENBURGI DOMINO,

S. D.

Quam ſis, Erneſte optime, ſummo loco atque in ampliſſima familia natus (quis enim in his terris, aut antiquitatem ſtirpis, aut generis tui claritatem, aut amplitudinem atque gloriam majorum tuorum ignorat) non me hercules admirari ſatis poſſum tuam iſtam prope ſingularem in literarum ſtudio aſſiduitatem & diligentiam, qua es praeter tui loci hominum morem, haud minus profecto ac ingenio naturaeque bonitate praeditus. Nam quum hodie fere, qui ſunt nobili genere nati, alea magis & venatu, & comeſſationibus perdere tempus ament, ut ne alia pejora commemorem, tu in liberalibus diſciplinis, & in doctrina atque humanitate percipienda, tempus ineuntis adoleſcentiae totum pene conſumis. Quae res ipſa quidem, quam non ſolum praeclara, tibique & honorifica & glorioſa, verum etiam utilis aliquando futura ſit, non ſatis verbis conſequi, nec oratione complecti queo. Perge igitur (ut coepiſti) mi Erneſte, in ſtudiis atque literis operam omnem ponere, ut & ei ſpei ac expectationi, qua mirifice jampridem omnes impleſti, ſatis uſquequaque facias, & ad egregia familiae tuae decora hanc quoque doctrinae gloriam adjicias: quaſque a moribus laudes accepiſti, hoc ceu cumulo augeas. Quis enim neſcit, quanta patris tui fuerit, viri clariſſimi, atque omni decorum & ornamentorum genere praeſtantiſſimi, in regendis ditioni ſuae ſubditis populis ſapientia? quae in jure dicendo ſeveritas, juſtitia, aequitas? quae, & quam gravis apud omnes autoritas? quam prompta & parata ad opitulandum miſeris atque inopibus, quos quidem conſpiceret ſtrenue in re quaerenda laboranteis, liberalitas & benignitas? quanta in extruendis arcibus, inque oppidis inſtaurandis magnificentia? Quis item, quae patrui tui fuerit rei militaris ſcientia? quae in

Digitized by Google

re bellica administranda peritia, usus, exercitatio? Qua ex laude, ita ut inter omnes fere constare video, aspirare ad eum vix potuit illo seculo quisquam. Recte igitur ac praeclare facis Erneste, qui generis tui claritatem hac quoque ingenuarum disciplinarum scientia, & cognitione exornes atque illustres. Felicem vero Germaniam nostram, si exemplo tuo nobilitas ad honestissimarum artium studia, & ad excolendum doctrinis liberalibus animum excitetur, ab aliisque turpibus atque inhonestis (quibus) heu, dedita nimis est rebus atque studiis avocetur: non quin relaxare interdum venatu animum, atque aliquod ad requiem animi corporisque concedere tempus liceat, sed quod non totam aetatem, atque adeo omne vitae tempus venandi studio, luxuriosis conviviis, cotidianis fere lustris & helluationibus, alea denique chartisque lusoriis tribuendum esse censeam. Hac ego tua, mi Erneste, in optimarum artium studio diligentia excitatus, quem in restituendo, & corrigendo Sallustio nuper laborem cepi, tibi dedicandum esse duxi. Nec vero dubito, quin sis hunc ipsum autorem, sic a mendis, quibus innumeris fere scatebat, maxima ex parte repurgatum, hilari fronte accepturus: maxime namque & praecipue historiarum lectio tibi tuique ordinis hominibus cum voluptati fore, tum usui, mihi videtur. Quo magis probo judicium praeceptoris tui Mavortii, viri & doctrina, & pietate longe praestantis, eoque nomine mihi profecto charissimi, qui ejuscemodi ante hac semper autores, qui res gestas conscripsere, proponere vobis, atque explicare interpretatione sua consueverit. Bene vale una cum fratribus charissimis, mi optime ac suavissime Erneste.

Dresdae, Calend. Julii.
Anno 1542.

JOSE-

Digitized by Google

ET PRAEFATIONES.

JOSEPHO STEPHANO

EX EPISCOPO VESTANO,

VALENTINAE ECCLESIAE

DECANO,

AND. SCHOTTUS

S. P. D.

QUONIAM *vita ipſa qua fruimur, brevis eſt, memoriam noſtri quam maxime longam efficere, rectius eſt:*

LICEAT enim mihi iisdem verbis appellare te, doctiſſ. STEPHANE, quibus olim uſus eſt, quem tibi nunc, velut depoſitum, fide bona, reddo, SALLUSTIUS, Hiſtoriae facile princeps, a Petro Ciacconio egregie emendatus. Qui ut ſaeculi noſtri alter Varro jure optimo eſt appellatus; ſic & geminam huic Salluſtianae Varronis ſententiam, & tanquam ex tripode pronunciatum oraculum, VITAM LEGENDO, SCRIBENDOQUE PROCUDITO, & ſervavit ipſe egregie, ut ſe vixiſſe poſteris teſtatum faceret, & aliis exemplum juvandae rei litterariae reliquit ſempiternum. Ut enim togatorum ille doctiſſimus, plura commentando ſcripſit, quam ut legendo ſatis otii ſuppeditare poſſet, tot tantaque legit, ut ne paginam quidem litteris notare potuiſſe videatur: cujus rei ſi fidem quis requirat, Divum Auguſtinum, qui pleraque ejus monumenta legendo contrivit, dare locupletem teſtem poſſumus: Sic & Ciacconius, qui totum ſe ad illius Criticorum principis imitationem contulerat, cum vaſtum illud Naturae opus Plinii majoris edolandum ſuſcepiſſet, omnes paene fontes, unde ille hauſerat, qui quidem exſtarent, omnemque adeo Antiquitatem, non legebat ſolum attente, cogitateque;

verum etiam Scholiis explanabat. Erat enim ſingularis in eo homine, ut te non fugit, ac prope divina in emendandis Scriptoribus antiquis εὐστοχία, atque felicitas. Quo in numero, quos nunc foras damus, amicorum precibus victi, M. Varronis de Re Ruſtica libri tres, &, quem Tibi acceptum ferimus, SALLUSTIUS. Utrumque diligentiſſime emendavit; illum, quidem, quis credat? poſt Victorium & Scaligerum: bone Deus, quales viros? Hunc vero hiſtoricorum coryphaeum, poſt tot tantorumque virorum induſtriam, Rivii, Manutii, Carrionis, Popmae; aliorum. Ut enim Catonis, de Latinis, aemulum fuiſſe hoc epigrammate didicerat Ciacconius,

Et verba antiqui multum furate Catonis,
Criſpe, Jugurthinae conditor hiſtoriae:

Sic ab illo viciſſim ſtylum eſſe mutuatum Corn. Tacitum, obſervarat. Hos itaque diligenter horis ſubſecivis inter ſe contendit, & perantiquos codices nactus Romae, in orbis luce, ſumma fide, accurationeque comparavit. Cornelius enim Criſpi ſummus admirator, (ut & Sulpicius Severus, & noſter Aurelius Victor, hiſtorici non inſuper-habendi,) eum in deliciis habuit, & de manibus, ut appāret, non deponebat: verum, ut quod ſentio dicam, conciſam illam Criſpi brevitatem, non cuivis obviam promptamque natura non perinde felici praeditus, conſequi non potuit, ut non in affine vitium, ut fieri amat, obſcuritatis inciderit. *Brevis eſſe laboro, Obſcurus fio:* cetera prudentiſſimus, me hercle, ſcriptor, & qui Civilem egregie informet. Sed non hic Ariſtarchum ago, nec Critici perſonam ſuſtineo. Illud tantum, de IMITATIONE (quando de ſtudiis, etiam ſacris inter nos colloqui libenter ſolemus) de qua Rhetores quaerunt, diſſeruntque Critici, tribus, quod ajunt, verbis, ſententiam expediam. Cum enim duo ſint apti diſciplinis perdiſcendis ſenſus, videndi, & audiendi, quaeri illud, & controverti video, uter alteri praeſtantior. Sed philoſophi certant. Demus, quod plerique concedi ſibi volunt, legendo Eloquentiam citius parari; audiendo vero, rerum copiam uberiorem capi, actionemque melius diſci: Efficitur itaque HISTORIAM, de hac enim ſermo inſtituitur, aſſidua lectione, ſtylique exercitatione immane quantum creſcere, quod & Eloquentiae pars ſit, eamque augeat; IMITATIONE itaque indiget & ipſa, quae, ut doctiſſimi homines volunt, *Sermonis eſt, ſententiarumque ad ſermonem veterum, mentemque apta conformatio, ſtylo expreſſa.* Ea non ſolum verborum eſt, & phraſium, quae ad Litteratores pertinent, homines eruditos; ſed & διανοίας: quam

Ora-

Oratoriae, eidemque ἀντίστροφος, ut Ariſtoteles ait, vel, ut M. Tullius vertit, *altera ex parte reſpondens*, Dialectica informat, praeceptionibuſque inſtruit optimis. Romani itaque Graecos, diſciplinarum principes, hi vero Hebraeos, Chaldaeos, AEgyptioſque ad imitandum ſibi, tamquam expreſſas majorum imagines, propoſuerant: quaeque a Graecis Latini accepiſſent meliora facere animo excelſo elatoque ſtuduerunt. *Hiſtoriae* vero Graecae, de qua nobis in praeſens ſermo eſt, optimus auctor, & tanquam Senatus Princeps, omnium ſuffragiis dictus, *Thucydides*: ſive ſermonis Attici elegantiam, ſive rerum concinnitatem, ſive utrumque ſpectes; cujus aemulus SALLUSTIUS exſtitit: ut illum in ſuis caſtris cecidiſſe, Senecae patri videatur. Fabius certe, & ipſe ingeniorum cenſor egregius, Thucydidae Salluſtium opponit, aequatque. Aſinius tamen Pollio, iniquus ingeniorum aeſtimator, ut priſcorum verborum affectatorem damnat Criſpum; Et Catonis verborum furem arceſſere non dubitat Poëta, neſcio quis: cum tamen Martialis Hiſtoriae principem pleno ore, fremant omnes licet, appellarit;

CRISPUS *Romana primus in hiſtoria.*

Sed fugit Pollionem ratio: quod & Livium, alterum Romanae hiſtoriae ocellum, Patavinitatem ſapere dixerit: hoc amplius, & ſe M. Tullio, Eloquentiae Latinae principi, anteponere non erubuerit. Sed valere Criticum illum ſiniſtrum, reſque ſibi ſuas habere, & ut melius Graeci, οἰμώζειν jubeamus: aequiores, qui ſecundum Salluſtium ſententiam dabunt, audiamus. Illud vero quaeri etiam video non injuria: Quid nam eſſe cauſae dicendum, cur tam multa Criſpum ex Demoſthene tranſtuliſſe, luce meridiana clarius appareat? Nimirum, quia Graeciae Oratorum principem, qui inter decem claros, familiam ducit, Thucydidem octies ſua manu exſcribere non piguit; teſte Luciano, & Procopio. Cur amabo? ut genium dicendi imbiberet, altius haereret memoriae, exprimeretque, ut facit, felicius. Manus enim, ut Democritum dicere ſolitum accepimus, Sapientiae eſt inſtrumentum. Quae cum ita ſint, profligata jam illa quaeſtio eſt, cur in Thucydidis imitatore Salluſtio, toties Demoſthenis ſententiae, coloreſque appareant: qui & ipſe, quantus eſt, Thucydidae magnam partem ſua refert accepta, vel Dionyſii Halicarnaſſaei ſingulari judicio; & libello, exemplis amplificato. Verum cum temporum, ut fit, injuria nonnulla Thucydidis hiſtorica amiſerimus, quae & SALLUSTIO communis cum illo conditio ſorſque exi-

exiſtit, deperditis quinque Hiſtoriarum libris; eo fit ut ex Demoſthene petantur reliqua, quae Thucydidis interciderunt. Sed rem uno de multis exemplis, dicis gratia, illuſtrabo. Libro I. Hiſtoriarum SALLUSTII, hoc eſt, in naufragii tabulis Neptuno maris potenti nunc ſuſpenſis, elegans eſt, vitaeque utilis ſententia in ore M. Aimilii Lepidi Coſ. ad Quirites: RES, inquit, SECUNDAE MIRE SUNT VITIIS OBTENTUI. Hanc Seneca pater Thucydidae tribuit; locum tamen Demoſthenis laudat, qui Olynthiaca ſecunda hodie legitur: (ut quidem de optimo & antiquiſſimo codice, calamo exarato, olim docui, niſi Notae in Gallico tumultu, vel preſſae, vel in plagiariorum malam manum incidiſſent:) αἱ γὰρ εὐπραξίαι δυναὶ συγκρύψαι ἢ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ἐνείδη. *In hac*, inquit Seneca Controverſia XXV. *Sententia Graeca, tam brevi, habes quae ſalvo ſenſu detrabas: deme vel* συγκρύψαι, *vel* συσκιάσαι, *conſtabit ſenſus, etiamſi non aeque comptus, aeque tamen integer. At in* SALLUSTII *ſententia nihil demi ſine detrimento ſenſus poteſt.* Sic Criticus ille. Verum Fabii & Paterculi auctoritate facile adductus ſum ad credendum, a Thucydide primum id pronunciatum; cujus maxime aemulus fuit, cum Demoſthene, SALLUSTIUS. Locum itaque dum ſtudioſe inveſtigo, tandem aliquando in Clemente Alexandrino libro VI. Stromat. repperi. Quare propius factum eſt nihil, quam, ut cum Archimede Geometra, apud Vitruvium lib. IX. Architecturae, exclamarem, εὕρηκα, εὕρηκα. Thucydidae verba adſcribam, ut ex comparatione precium operae ſit: Εἰώθασιν ὑπὸ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησὶν, οἷς ἂν μάλιστα ἢ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος ἐπιγένηται ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Quem & Philiſtus hiſtoricus ſic eſt imitatus: Τὰ γὰρ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις ἐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα ποιεῖ δόξαν καὶ κακοπραγίαν. εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ ποιεῖ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὖ πράττοντες, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. Solon quoque, Athenienſium legiſlator, idem & poëta; & ab illo mutuatus, (ut pleraque in Gnomas ſuas ex illo tranſtulit) Theognis Megarenſis, eandem ſententiam per παρῳδίαν extulit:

Τίκτει τοι κέρδος ὕβριν, ἔστ' ἂν πολλῷ ὄλβῳ ἕπηται
Naſcitur ex magnis opibus petulantia major.

Sed cum Graecis Latinus quoque hiſtoricus ſymbolam conferat. Trebellius enim Pollio: *Claudii*, inquit, *Imp. plerique milites, ſecundis rebus elati, quae ſapientum quoque animos fatigant.* Accipe igitur, doctiſſ. Stephane, libenti animo Ciacconii tui SALLUSTIUM, ex tua biblio-

bibliotheca profectum, & mea opera in vulgus commendatum, tamquam Thucydidis imitatione felicem: quae virtus in conciſo dicendi genere aliis non perinde ceſſit: & hiſtoriae Latinae principem, cum quo componere unum, & item alterum liceat, Caeſarem, & Livium, praeterea neminem. His ſi quem ſubjicere libeat, quod de Marone poëtarum prope Deo Alcinous ait:

Longe erit a primo quiſque ſecundus erit.

Sed haec, fatebor enim, nimis multa apud te, cui domi his meliora naſcuntur. Commentaris enim quotidie, ediſque in lucem, quod publice ſit profuturum Eccleſiae Dei laboranti, ut litteras tamen non negligas, quibus praediti, humani & eſſe, & appellari ſolent. Sed facere non debeo, quin poſtremum hoc Manibus Ciacconii, optime de litteris meriti, officium tamquam juſta, perſolvam. Epitaphium itaque illius, te hortante maxime, pro coronide ſubjiciam, quod nuper Roma ad me miſſum eſt: ut tanti viri memoria ante oculos verſetur, poſteritatique innoteſcat: ne idem tumulus, qui corpus contexit, idem etiam nomen obruiſſe videatur. Erat enim in illo, dum vixit, ut ſummum bene-merendi ſtudium, quo aequalium conceſſit nemini: ſic & modeſtia ſingularis, tantaque honorum contemptio, ut ne laudari quidem ſe ſuſtineret; aut praedicari ab iis, qui illius eſſent opera uſi, aequo animo auribuſque acciperet: Sed *dignum laude virum Muſa vetat mori*, inquit Lyricus Venuſinus. Vivet itaque Ciacconius in animis poſterorum, ſi, ut ſpero & opto, M. Varronis Agricultura, & C. Plinii majoris vaſtum Naturae opus, ab eo illuſtratum, aliquando lucem accipiet: Certe memoriam illius excipient omnes anni conſequentes: in quo omine deſino. Vale.

Romae, ad Divum Jacobum.

PETRO CIACCONIO TOLETANO
VIRO VARIA ERUDITIONE. ACRI JUDICIO
MORUMQUE PROBITATE ILLUSTRI.
QUI SACROSANCTIS BIBLIIS CANONIB. Q.
AC SS. PATRUM SCRIPTIS EMENDANDIS
INTER ALIOS A GREGOR. XIII. P. M. ALLECTUS
IN EO MUNERE STRENUE OBEUNDO DECESSIT
AEDES HAEC EX TEST. HERES P.
VIXIT ANN. LVI. OBIIT VII. KAL. NOVEMB.
CIↃ. IↃ. LXXXI.

Latinus Latinius Viterbienſis.

Quid monumenta loco, licet arte & mole ſuperbo,
Concluſa PETRO *conſtruis* CIACCONIO,
Auriferi generoſa Tagi gens accola? nonne
Spectata virtus hominis, & vis ingeni?
Famaque jam latum celebris diffuſa per orbem,
Caſura nullis ſaeculorum ſaeculis:
Clarior ad ſeros ſed perventura nepotes,
Satis modeſto gloriae peperit viro?
Ambiat iſta tumens, & quaerat inania vulgus,
Cujus ſuperſtes fama nulla eſt funeri.
At tibi, PETRE, *novos per ſaecula ſemper honores,*
Certatim ubique doctiores adſtruent.

FR. RAPHELENGIUS LECTORI.

Adnotata ab eruditiſſimo viro P. Ciacconio ad C. Salluſtium, vulgamus, benivole Lector. ſuaſit hoc fama viri meruit doctrina, qua & iſtam meruit. Adnotata voco: nam ut ſerioris haec illi curae fuerint, non crediderim; aliud agentis potius (prima illi ſemper, uti accepimus, Plinii majoris emendatio erat) ludicra, & per occaſionem adſcripta, ſuae memoriae. At ſi his ſtudium impenſius intendere lubido fuiſſet, multo haec pulcerrima haberemus. Quod ipſo dignum ſit, loquor. nam vel iſtis ſimilia dare non poſſit quilibet. Edimus autem qualia nacti. niſi quod quaedam omiſimus, quibus loca nonnulla emendabat, aut e conjectura, aut e libro, ad eum modo quo excuſa. nec enim editionem L. Carrionis viderat: tantum Lugdunenſem forma minori. quaedam tamen reliquimus etiam: qua ut minimum viri induſtriae derogaretur, qua firmandae noviter receptae lectioni. Multus eſt in collatione Taciti cum Salluſtio: ſed uſus tantum veteri editione, ante diſtributum in Annales & Hiſtorias opus, atque hoc mutavimus, bono legentium. Contextum ſervavimus, quem ſocer Plantinus ex emendatione Carrionis excudit ANNO CIↃ. IↃ. LXXIX. Sed quum ſeriem paginarum iſtius editionis ſequi non potuerimus; quod per bella non omnia ex voluntate ſuppeditant; numeros nihilo minus in marginibus adnotari curavimus, uti & huic editioni reſpondere poſſint Scholia Douſae, Popmae, Rivii, Carrionis, atque aliorum, quae ſeorſim habentur. Eadem in Rerum Indice numeros antiquos reliquimus. nam aliter eſt in in novo, quem jam adfinximus Locutionum Salluſtianarum. Neceſſitudo nos ſubigit facere, benivole Lector, quo alios pellicit profunda avaritia. Subſeſſores iſtos librorum ab aliis magnis ſumtibus editorum typographos intellego, inclutae noſtrae artis dehoneſtamenta. qui numeros iſtiuſmodi ad oras adponere, magno lectorem incommodo, quam tantillos ſumptus Indici ipſi recognoſcendo facere malunt. Homines cetera ſtolidi; quibus una lucri cura, boni honeſtique incuria, dubium ignaviores, an avariores. Sed vivimus, & vivit Deus: qui te ſervet.

DEDICATIONES

ALDUS PIUS MANUTIUS BARTHOLOMAEO LIVIANO,

VENETARUM COPIARUM GUBERNATORI, ROMANAEQUE MILITIAE INSTAURATORI,

S. P. D.

Criſpi Salluſti de Conjuratione Catilinae, & de Bello Jugurthino, duo exemplaria e Lutetia Pariſiorum Joannes Laſcaris, qui ſuperioribus annis egit apud Venetos Legatum Regium, & Jocundus Veronenſis, viri bonarum literarum ſtudioſiſſimi, in Italiam attulerant, mihique, quae utriuſque eſt liberalitas, excudenda dederunt, quae quam ſint correcta & emendata, ſtatim in principio de Conjuratione Catilinae licet cognoſcere. Nam quum fere in aliis legitur: Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus in initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia, pro continentia & aequitate libido, atque ſuperbia invaſere, fortuna ſimul commutatur cum moribus. Ita imperium ſemper ab optimo quoque ad minus bonum transfertur. *in his ſic habetur:* Ita imperium ſemper ad optimum quemque a minus bono transfertur: *quae vera eſt lectio. Eſt enim ſenſus: Imperium in initio virtute ab optimis partum, eadem virtute facile retinetur. Pravis autem rectoribus factis, immutatur fortuna cum moribus, & imperium rurſus ad optimum redit.*

Hos libros, Liviane, Tibi dicaviamus; tum quia Te Ducibus iis, quorum his libris geſta traduntur, fortitudine & rei militaris ſcientia jam aequaſti, tum etiam, quod pauſis admodum datur, & legis facta, & facis legenda. Deinde, quia ſaepe me hortatus es, ut enchiridii forma, libros, quibus Clarorum Virorum geſta continentur, excudendos curarem, quo belli eos tecum commodius habere poſſes. Accipe igitur nunc, quae Salluſtii ad noſtram aetatem Hiſtoriae pervenere: ſintque apud Te longa monimenta mutuae benevolentiae noſtrae. Venetiis menſe Aprili M. D. IX.

AD

ET PRAEFATIONES.

AD ANTONIUM TRIULTIUM,

CARDINALEM, PAULI MANUTII IN HISTORIAM SALLUSTII * PRAEFATIO.

Cum omnes me litterae, omnisque libero homine digna cognitio vehementer delectat, Antoni Triulti, Cardinalis amplisis, tum vero pascor incredibili voluptate, & afficior majorem quendam in modum sensibus intimis, dum Historiam tracto. Quid enim potest esse jucundius? rerum interitus oblivio est, at eae reviviscunt Historia, cum in nostram memoriam revocantur: quaeque multorum annorum spatio, multis abhinc saeculis gesta sunt, ea nos, exiguo volumine comprehensa, & tanquam in conspectu nostro posita, cognoscimus. Si sermonibus delectamur: resonat in scriptis hominum vox eloquentissimorum, nihil temere, nihil incomposite narrantium, omnia graviter, suo quidque ordine, & loco; si consuetudine clarorum virorum? versamur, vetera legentes, cum regibus, cum principibus viris, magnis in bello ducibus, sapientissimis rerumpublicarum rectoribus, ora ipsa mehercule, lineamenta & formam non tam corporis, quam animi, eorum, quos numquam vidimus, videmur tamen quasi praesentes intueri; quod si recte instruendae vitae rationem ac doctrinam sequimur: usu maxime rerum quaeritur prudentia, usus est, vel cum experimur ipsi, vel cum, experientibus aliis, quid evenerit, observamus, nobis ipsis, experiri multa si velimus, facile non licet, labore opus est, ac tempore & fortuna tentanda; nec tentatur interdum sine periculo, commodius ergo, ac tutius, eventis aliorum examinandis, prudentia comparatur, id autem, profecto vides, Antoni doctissime, ac sapientissime, proprium esse Historiae bonum: in qua patent fortunae vicissitudines, regnorum mutationes, hominum sive vitia, sive virtutes: ex quibus, quae vitanda nobis sint, quae expetenda, nullo nostro periculo, nullo labore, sedentes in otio docemur, atque hoc in genere Polybius inter Graecos, de nostris maxime is, cujus nunc

* Praefixa Editioni Aldinae 1560.

Digitized by Google

nunc libros tibi inſcriptos emitto, Salluſtius excellit, eventa enim ita narrat, ut cauſſas ſimul aperiat, ex quo oritur illa omnium pulcerrima ſcientia, ut malorum, & calamitatum origine perſpecta, nihil agamus, niſi quod ratio perſcribit, omniaque noſtra conſilia, omnes actiones veterum exemplorum regula metiamur. Quae cum ſit omnium, qui annales antiquorum evolvunt, communis utilitas: alia quaedam tua condicio eſt, habes enim hiſtoriam in familia tua: neque tibi ipſi, ſi quid invenire vis egregium, & imitatione dignum, confugere ad libros neceſſe eſt, neque longius evagari, & quaſi peregrinari animo, ac mente, more multorum, domo petas licet omnium virtutum exempla, perſequere majores tuos cogitando, quae fuerit eorum in pace juſtitia, in bello virtus, in omni fortuna moderatio, ſi attendes, nihil ad gloriam domeſticam requires, juſtus Ariſtides, prudens Themiſtocles, fortis Epaminondas: de Romanis multi, multis eximiiſque virtutibus inſignes, horum alii facta dum legunt, bonas artes ex eorum vita diſcunt, & ad eaſdem res, eademque ſtudia laudis cupiditate rapiuntur, at tu refer animum ad tuos majores, eminere videbis, inſtructum egregiis artibus, Joannem illum Jacobum Triultium, magni animi, ſummi conſilii virum, ſcientia rei militaris aetate ſua facile principem; praeterea, juſtum, liberalem, abſtinentem, plane, praeter decus & gloriam, nihil in vita cogitantem, nam de laudibus Hieronymi, parentis tui, quia tecum quaſi loquor, ne ſervire tuis auribus videar, nolo multus eſſe: tantum dicam; quam diu vixerit, Gallicam rem in bello floruiſſe; poſtea quam, hoſtium multitudine oppreſſus, fortiter pugnans in acie perierit, concidiſſe; tantum in uno viro momenti fuit, ac roboris. Age, ſint haec, ut ita dicam, in campeſtri quadam luce poſita: quid? in urbe Roma, id eſt in omnium gentium celeberrimo theatro, non ſpectata, probataque vehementer eſt trium tuae gentis Cardinalium doctrina, religio, ſapientia? ut Triultiorum nomine, multorum vocibus in multas partes diſſipato, non ipſa tantum Roma, ſed omnis Italia, omnis, ubi colitur humanitas, Europa perſonaret. Omitto alios: ſunt enim multi: nec tu quemquam ignoras, non enim ſunt ex imaginibus, aut ex illa colorum inani ſpecie majores tui cognoſcendi: quaerenda tibi facies tuorun non eſt: clari ſunt ex recte factis: virtute diſtinguuntur: cum alius in alia, in omnibus ſimul omnes enituerint. Quae tu quoniam a primis annis ad hanc aetatem non modo cogitaſti, verum etiam vita ac moribus expreſſiſti; propterea te, Epiſcopatu Tolonenſi jam antea inſignitum, legationibus honeſtatum, primum Peruſina, & Avenionenſi, in quibus miram juſtitiae laudem tuliſti,

ſti, deinde ad regem Galliae, & ad Venetam Rempublicam, ubi prudentiam, ubi gravitatem incredibilem praeſtitiſti, proximis diebus Cardinalem creavit Paulus IV. Pontifex omnium optimus, omniumque maximus, judicio praeditus acerrimo in aeſtimandis hominum ingeniis, ac moribus, itaque animatus, ut, quae cujuſque meritis praemia debentur, ea libentiſſime, ac liberaliſſime perſolvat, in quo nemo eſt, qui tuam animi ſingularem aequitatem, ac moderationem vehementer non admiretur, ac laudet; qui ſummae nuncium dignitatis, cum eſt ad te, multis praeſentibus, allatus, ita acceperis, ut nemo, te commotum, nemo, ne leviter quidem affectum, ex vultu, aut oratione, aut ullo corporis geſtu potuerit intelligere; ita patuit, quod ab inſipientibus ambigi, ac diſputari quandoque ſolet, bonis viris virtutem magis ipſam diligi, quam virtutis inſignia; honorem eſſe praemium recte agendi, finem non eſſe; magnos illos, ac praeſtantes eſſe homines, qui laudabiliter ita vivant, quaſi laudem percupiant, ita laudem, aut dignitatem excipiant, quaſi nihil minus antea cogitaverint; quod in te & animadverſum eſt maxime, & obſervatur quotidie magis; colere enim te quidem ſtudioſius, quam antea, omnes videntur: ipſe autem, qui antea fueras, idem omnibus es, nemo excluditur ſermone tuo, nemo congreſſu: tui omnibus copiam facis: eandem omnibus humanitatem oſtendis. Sequitur inſolentia fortunam, comes eſt rerum ſecundarum arrogantia, tu manſuetudinem amas: tu continentiam, tu benignitatem perpetuo retinens, jure ergo hoc etiam nomine Cardinalis es: jure habes hanc, quo tui te pro Petri Eccleſia ſuſcepti labores extulerunt, maximi ſacerdotii dignitatem, & nunc tu quidem comitatu ſtipatus honeſtiſſimo familiarium tuorum, multo tamen inſignior atque ornatior cohorte tuarum virtutum, quae tibi comites ubique ſunt, Romam redibis exſpectatus, expetituſque, columen futurus Chriſtianae Reipublicae, ſplendor ſacri collegii, ornamentum familiae tuae. I, decus Italiae, amor ac deliciae bonorum omnium, diis bene juvantibus, ad eam urbem, quae ſola peregrinam virtutem excipit, ſola ornat honoribus, ſola dominam facit rerum omnium humanarum, nos autem, quibus tuam juſtitiam, tuam benignitatem oſtenderas, laeti tua dignitate, maeſti diſceſſu, te proſequimur abeuntem optimis ominibus; favemus animis, precamur linguis; vota prorſus eadem, quae pro parentibus ac liberis noſtris pro tua ſalute ſuſcipimus. Atque ego, in hac omnium eximia laetitia pariter & moleſtia, praecipuo quodam dolore divellor; quia fato neſcio quo meo contigerit, ut quam diu Venetiis fuiſti, ego ſemper afflictus importuno morbo jacuerim: quo etiam nunc lan-

langueo: & ad morbum accedit aegritudo: quoniam quidem, aliis ad te adeuntibus, deque iſta dignitate gratulantibus, ipſe excludor unus, nec poſſum meae ſummae erga te obſervantiae praeſenti officio ſatisfacere; hac tamen ſpe ſuſtentor, quod humanitas ac ſapientia tua facile fortunam a crimine ſejunget, conſilio aliquid peccatur: accuſes: jure feceris, culpam autem in iis rebus, quae non a voluntate noſtra pendent, ſapiens nemo unquam dixit eſſe, quare nec tu mihi, quia non valeo, vitio dandum putabis: & hoc ipſum, quia, me non valere, non tam corporis, quam officii cauſſa doleo, laudi etiam fortaſſe tribues, equidem habeo non voluntatis modo teſtem, verum etiam ſtudii ac benevolentiae auctorem in te meae, hominem honoratum, & cum omni virtute excellentem, tum vero omnium, quos ego in vita viderim, humaniſſimum, Petrum Carneſeccium Protonotarium, qui te amat egregie, facitque plurimi, tuaſque laudes utraque manu ad aſtra ſaepe tollit; verum ego non id ſolum ſpecto, mea ut uni tibi pateat obſervantia, illuſtrabo eam, ſi potero, meis aliquando ſcriptis, & patefaciam omnibus gentibus; interim, ut haec tibi noſtra ex aliquo ſigno voluntas illuceſcat, praeclaram edo tuo cum nomine Salluſtii Hiſtoriam: cui tu ſi locum dabis inter eos libros, qui ab oculis tuis abeſſe non ſolent; vigebit apud te noſtri memoria: quoties eam videbis, toties animo tibi occurram; adero tibi ſaepe abſens; tacitus ſaepe tecum loquar; meque eſſe de tuis familiaribus unum, de iis maxime, qui operam tibi aſſiduam praebent, qui tuo potiſſimum honori ſerviunt, exiſtimabis, quod ut ita ſit, vehementer opto: &, ſi aſſequor, feram in caelum iſtam humanitatem, colam animo, tuebor officiis, & imitabor, quantum potero: ſtudio certe, ſi minus re licebit, tibi ut ſatisfaciam, elaborabo.

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTOPHORUS PLANTINUS

LECTORI

S.

Nunc demum tibi Salluſtius, humaniſſime lector, e genuinis ſermonis Romani fontibus reſtituitur. Siquidem ab Aldo Manutio viro doctiſſimo ante nos obſervata & annotata non neglexímus: orthographiam ex veterum monumentis hauſtam imitati ſumus: varietates lectionum (quam multas variaſque in alia editione me non legiſſe affirmo) pro tua utilitate collegimus: ac ne quid tanto auctori deeſſe videretur, ſuccinctis doctorum virorum annotationibus ornavimus. Qua in re tantum ſignificandum putavi, ut potius amorem tibi meum ad tua ſtudia quam maxime promovenda oſtenderem, quam oſtentarem prudentiam. Bene vale: ac noſtris laboribus utitor, fruitorque; noſque mutuo, ut ſoles, diligito. M. D. LXIV. *pridie Id. Jun.*

DEDICATIONES

M. ANTONII MURETI AD SALLUSTIUM,

DE HISTORIA PROLEGOMENA.

Librum de conjuratione Catilinae explicare ingreſſus, quinque mihi capita initio tractanda ſuſcepi.

I. Unum, quid Hiſtoria:

II. Alterum, quae Hiſtoriae leges.

III. De ſuavitate & fructu Hiſtoriarum.

IV. Quae praecipue obſervanda in Hiſtoriis legendis: & quomodo in eo a pleriſque peccetur.

Poſtremo de SALLUSTIO pauca dicam, niſi temporis anguſtiis excluſus, vela colligere cogar.

Primum itaque dicam de Hiſtoriae legibus: tum de ipſius pulchritudine, ſuavitate, & fructu: deinde quae potiſſimum obſervare debeant, qui hiſtorias legunt. Addam de Salluſtio quaedam: quibus expoſitis, librum de Conjuratione Catilinae explicare ingrediar.

Hiſtoriae leges Cicero lib. II. de Oratore ſub perſona Antonii hiſce verbis complexus eſt: *Nam quis neſcit primam eſſe Hiſtoriae legem, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiae ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Haec ſcilicet fundamenta nota ſunt omnibus. Ipſa autem exaedificatio poſita eſt in rebus, & verbis. Rerum ratio ordinem temporum requirit, regionum deſcriptionem: vult etiam, quoniam in rebus magnis, memoriaque dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea eventus ſpectan-*

Digitized by

ctantur, & de conſiliis ſignificari quod ſcriptor probet, & in rebus geſtis declarari, non ſolum quod actum aut dictum ſit, ſed etiam quomodo; & cum de eventu dicitur, ut cauſae explicentur omnes, vel caſus, vel ſapientiae, vel temeritatis: hominumque ipſorum non ſolum res geſtae, ſed etiam qui fama, ac nomine excelliant de cujuſque vita atque natura. Verborum autem ratio, & genus orationis fuſum, atque tractum, & cum lenitate quadam aequabile profluens ſine hac judiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis perſequendum eſt. Haec Cicero. Prima igitur lex, ne mentiatur, ea bimembris eſt. Secunda, ut ſervetur ordo temporum. Tertia, ut adhibeantur, cum opus eſt, regionum deſcriptiones. Quarta, ut conſilia, acta, eventa. Quinta, ut de conſiliis, &c. Sexta, ut non tantum res geſtae, ſed etiam, &c. Septima, de genere dicendi. Nunc de ſingulis breviter explicabo.

De Prima. Plato lib. II. de Republica duo genera narrationum facit, *Hiſtoriam, & Poëſim ſive Fabulam.* Cic. I. de Legibus, in Poëmate ad voluptatem pleraque referri, ait, in Hiſtoria ad veritatem omnia, & alibi: *Veritatem, Hiſtoriae animum eſſe.* Polybius quoque: *Si quis*, inquit, *veritatem ex Hiſtoria tollat, pulcherrimi eum corporis oculos effodere atque eruere, nervos ſuccidere, oſſa confringere, ipſam animam eripere, & ſolem quodam modo de mundo tollere.*

Hac in parte plerique Graecorum paulo liberiores fuere. Neque ſine cauſa dictum eſt a Juven. & *quidquid Graecia mendax Audet in hiſtoria.* Cic. quidem ait apud Herodotum lib. I. & apud Theopompum eſſe innumerabiles fabulas, ſed & Cteſiae, & aliorum varietas eodem modo culpatur. Plutarchus quidem de Herodoto ita ſcribit: τὰ ψεύσματα καὶ τὰ πλάσματα αὐτοῦ βουλομένοις διεξιέναι πολλῶν ἂν βιβλίων δεήσειεν. Thucydides quoque eum, etſi non nominet, acerbe tamen perſtringit, ut λογογράφον, qui ſectetur magis τὸ πρωταγωνιστέρον τῇ ἀκροάσει, ἢ τὸ ἀληθέστερον. & ſcripta ſua nonnullis ἀτερπέστερα viſum iri διὰ τὸ μὴ μυθώδεις αὐτῶν, ſed ſibi ſatis eſſe, ſi a gravibus, & cordatis viris utilia judicentur, ſe enim inſtituere κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν. At de ipſo Thucyd. Joſephus lib. I. adverſus Apionem: Πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενον ὑπό τινων κατηγορεῖται· καὶ τοι δοκῶν ἀκριβέστατην τ' καθ' αὑτὸν ἱστορίαν συγγράψαι. Seneca lib. VII. Natur. Quaeſt. cum quiddam de cometa ex Ephoro retuliſſet, idque refutare inſtitueret, ita ſcribit: *Nec magna molitione detrahenda eſt auctoritas Epboro. Hiſtoricus eſt. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem, aliud acturum, ſi per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam credeuli, quidam negligen-*

tes ſunt, quibuſdam mendacium obrepit, quibuſdam placet. Illi non evitant, hi appetunt, & hoc in commune de tota natione, quae approbare opus ſuum, & fieri populare non putat poſſe, niſi illud mendacio aſperſerit. Ephorus vero non relligioſiſſimae fidei, ſaepe decipitur, ſaepe decipit. Haec Seneca non tantum adverſus Ephorum, ſed adverſus omnes Hiſtoricos Graecos, ac quodammodo in omne Hiſtoricorum genus. Sed ut idem urbaniſſime in Ἀποκολοκυνθώσει ſcribit: *Haec ita vera ſi quis quaeſierit unde ſciam: primum ſi noluero, non reſpondebo. ſi libuerit reſpondere, dicam quod mihi in buccam venerit: quis unquam ab hiſtorico jurato res exegit?* Sunt qui Herodotum defendant, quod utatur verbis φασὶ, λέγεσι & ſimilibus, & fidem penes auctores eſſe velit; ſed hoc quoque defenſionis genus eleganter illudit idem ille non gravis tantum, & ſeverus, ſed etiam, quoties collibuit, falſus, & aculeatus ſcriptor Seneca lib. IV. Natur. Quaeſt. his verbis: *Quod Hiſtorici faciunt, & ipſe faciam. Illi cum multa mentiti ſunt ad arbitrium ſuum, unam aliquam rem nolunt ſpondere: ſed adjiciunt, penes auctores fides erit.*

Latini majore quadam fide ac religione uſi putantur, ut Salluſtius, Livius, Tacitus. Flavius tamen Vopiſcus non dubitanter affirmat, neminem ſcriptorem, quantum ad Hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum; ac gloriatur, ſe multa prodidiſſe, in quibus Livius, Salluſtius, Cornelius Tacitus, Trogus manifeſtis teſtibus convincerentur. Tertullianus quoque Cornelium Tacitum *mendaciorum loquaciſſimum* vocat. Cauſam, quae etiam communis eſt Tacito cum Plutarcho in Sympoſiacis, nos in oratione in Tacitum habita expoſuimus.

Sed tamen ſummo ſtudio vitandum eſt mendacium Hiſtoriam ſcribenti: Ut enim medici ajunt arteriam aſperam nihil deglutire poſſe, ſed omnia rejicere quae in ipſam inciderunt, ita Hiſtoria omne mendacium a ſe reſpuit ac repellit. Quare praeclare Lucianus ait: bonum Hiſtoriae ſcriptorem nihil a quoquam metuere, nihil ſperare debere, ſed plane liberum eſſe non tantum ab omni ſpe metuque, ſed etiam a gratia atque odio, alioqui enim faciet quod improbi judices ſolent, qui ſe gratia, aut muneribus corrumpi ſinunt: & tum ſpe praemii falſa confinget, tum vera metu periculi ſubticebit. Difficile tamen id eſſe autor eſt Plutarchus in Pericle: Οὕτως εἴοικε πάντη χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορία, τ' ἀληθές, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ἐπὶ πρόσθεν ὄντα τῇ γνώσῃ τ' πραγμάτων, ἡ δὲ τ' πράξεων καὶ τ' βίων ἡλικιῶται ἱστορία τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα, λυμαίνηται καὶ διαστρέφῃ τὴν ἀλήθειαν. & Thucydides: Ἐπιπόνως δὲ διέκειτο, διότι οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις

ἔργοις ἐκάστοις, ὃ ταυτὰ περὶ τ αὐτῶν ἔλεγον. ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις ἔχοι ἐπιτηδεύσεως ἢ μνήμης ἔχοι.

Ergo vetera ſcribentibus ſequendi optimi auctores; recentia, diligenter audiendi ii, qui & interfuerunt, & fide digniſſimi ſunt, & adhibendum judicium. Non tamen ſi quid falſi exciderit, tota Hiſtoria rejicienda eſt, non enim cyathus unus aquae marinae totum Tybrim reddere amarum poteſt.

Saepe autem audivi multos quaerentes de concionibus directis, num quid eae corrumperent hiſtoriam; quidam eas in totum damnant: Pompejus Trogus, ut eſt apud Juſtinum lib. XXXVIII. eas in Livio & Salluſtio reprehendebat; ſed eas ſi damnamus, eadem ſententia omnes propemodum Hiſtoriae ſcriptores damnandi erunt, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Halicarnaſſeus, Livius, Salluſtius, Caeſar. Denique haud facile quemquam nobiliorem ſcriptorem Hiſtoriae, qui ab illis perpetuo abſtinuerit, nominarim. Immo vero illa praecipue in parte ſe eorum nobiliſſimus quiſque jactat, & ingenium, judicium, eloquentiam oſtentat, & eis ſublatis non erit cur Hiſtoria Ciceroni opus maxime oratorium eſſe videatur. Immo vero delebitur omnis ex Hiſtoria pulchritudo. Mihi praeclare munere ſuo fungi videtur Hiſtoriae ſcriptor, qui hac in re praeſtat id quod Thucydides ſe praeſtitiſſe dicit. Cujus haec verba ſunt: Ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον, ἕκαστοι ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τἠν ἀκρίβειαν αὐτἠν τ λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτοῖς ἤκουσα, κ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν. ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ τ αἰεὶ παρόντων, τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τ ξυμπάσης γνώμης τ ἀληθῶς λεχθέντων οὕτως εἴρηται.

Atque haec dicta ſint de veritate, cujus prima cura Hiſtoriam ſcribenti eſſe debet.

II. Lex eſt ut ſervetur ordo temporum, non enim Hiſtoricis, & Poëtis idem permittitur.

III. Ut adhibeantur cum opus eſt, regionum deſcriptiones, quales multae apud Caeſarem, Livium, Polybium, ceteros. Africae apud Salluſtium in bello Jugurthino, ſine illis coeca quodammodo hiſtoria eſt.

IV. Ut conſilia, acta, eventa exponantur.

V. Ut de conſiliis interponat ſcriptor judicium ſuum, quod ſaepiſſime Thucydides, Xenophon, & Polybius faciunt, & propterea Lucianus ait in Hiſtoriarum ſcriptore requiri non tantum δύναμιν ἑρμηνευτικἠν, ſed etiam σύνεσιν πολιτικἠν. Qui hoc adimit hiſtorico, actuarium quendam aut ſcribam eſſe hiſtoricum volunt.

VI. Ut notet hiſtoricus in eventis quid caſu, quid ſapientia, quid temeritate evenerit. Multa enim ſtulte cogitata caſus in melius vertit. Unde dictum eſt ταυτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται, id eſt, *fortuna quam nos, ſaepe melius conſulit.* Cic. lib. I. Att. ep. 9. & Victor. lib. XXXV. Variar. cap. 24. & quando brevitati conſulendum eſt, quid hoc valeat, optime intelligetis e tribus libellis Plutarchi, uno περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης. duobus autem περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς.

VII. Ut non tantum res geſtae, ſed etiam fama, atque natura. Sic Thucydides Periclis, ſic Xenophon Clearchi & aliorum, ſic Salluſtius Catilinae, Catonis, Caeſaris.

VIII. Ut genere dicendi utatur tracto & fluenti, id eſt, ut Ariſtoteles loquitur εἰρομένῳ non κατεστραμμένῳ. Hac de re vix quidquam crediderim certo ſtatui poſſe, ita ſunt inter ſe diſſimiles, ac diverſi, qui Hiſtoriis ſcribendis excelluerunt. Quid enim tam diſſimile, quam Salluſtius, aut Tacitus Livio? aut apud Graecos Herodotus, ac Xenophon Thucydidi, aut Polybio? ſed hac de re paucis diſputari non poteſt, & erit aliud tempus de ea copioſius differendi.

Tria ſuperſunt, de quibus me dicturum eſſe promiſi. Unum de laudibus Hiſtoriae. Alterum de iis quae praecipue obſervanda putarem in Hiſtoriae lectione verſantibus. Tertium de Salluſtio ipſo, nunc, ut quod promiſeram praeſtem, tria reliqua breviter, ac perſpicue tractare conabor.

I. Quanta igitur ſit in Hiſtoriarum lectione ſuavitas, vel ex eo cognoſci poteſt, quod nihil ſuavius eſt quam citiſſime, & ſine labore diſcere: ut ait Ariſtoteles III. Rhetor. Id autem ex omni genere ſcriptorum maxime praeſtat Hiſtoria. (*Oſtendi hoc breviter poteſt aliorum comparatione ſcriptorum.*) Atque hoc naturale eſſe vel e puerulis cognoſcitur, qui nulla re magis quam fabellarum auditione capiuntur. Neque vero haec cupiditas, ut plaeraeque aliae eorum, quibus pueriles animi commoventur, aetate minuitur, ſed aetatis progreſſu magis magiſque confirmari ſolet: Cumque aliis rebus adoleſcentia, aliis ſenectus oblectari ſoleat: alia viros, alia mulieres ſtudia teneant: cum, quae vulgo placent, eruditis fere diſpliceant: quae gravibus, & ſeveris probantur, ea hilares, ac remiſſi fere averſentur, ac fugiant: neminem reperias, niſi plane ſtupidum & ſenſus communis expertem; quin ſe legendis, audiendis, cognoſcendis Hiſtoriis eximiam quandam voluptatem percipere fateatur. Ita quod ſummus Poëtarum Latinorum dixit: *trahit ſua quemque voluptas*, cum aliis in rebus veriſſimum ſit, in hac nutare quodammodo videtur: cum & ſexus,

&

& aetas, & ingeniorum varietas omnis in Hiſtoriae ſuavitate, ac jucunditate conſentiat. Vidit hoc Homerus, qui cum Sirenas quaſdam feciſſet in freto Siculo, quae ad ſe vel invitos traherent omnes eos, qui praeternavigarent: non tam blando vocis ſono, & modulatis numeroſiſque cantiunculis id fieri ſolitum oſtendit, quam quod illae omnem ſe hiſtoriam tenere, eamque iis, qui curſum ad ſe convertiſſent, tradituras eſſe profiterentur. Verſus certe quibus Ulixem ad ſe allicere conantur, hoc indicant: quos ita Cicero expreſſit (lib. V. de Finibus.)

O decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cantus?
Nam nemo haec unquam eſt tranſvectus caerula curſu,
Quin prius adſtiterit vocum dulcedine captus.

Quod igitur philtrum habere poterant, in quo ineſſet tanta vis ac poteſtas ad homines ineſcandos, nemo ut effugeret? Nam ſi nihil aliud fuiſſet, niſi mollis, & ſonora vox: certe multos graves viros reperiemus, qui omnem ejus generis voluptatem facile contemnant, ac reſpuant. Aliud quippiam fuiſſe oportet, quo omnes ſine ullo diſcrimine caperentur. Quid igitur eſt?

Nos grave certamen belli clademque tenemus
Graecia quam Troiae divino numine fixit.
Omniaque elatis rerum veſtigia terris.

Videtis ut ſapientiſſimus Poëta nullam eſſe ad homines retinendos majorem aut efficaciorem Hiſtoria illecebram ſenſerit? Quanta cum voluptate audire ſolemus eos qui multas regiones luſtrarunt, multorum populorum mores & inſtituta cognoverunt, multis magniſque negotiis interfuerunt, de rebus a ſe viſis, auditis, cognitis, verba facientes? Ut interdum nos ab eorum ore pendentes cibi potioniſque capiat oblivio. Quomodo apud Homerum Ulixes, apud Virgil. AEneas in Didonis convivio audiuntur? At ejuſmodi voluptates omnis Hiſtoriae pars cupioſiſſime abundantiſſimeque ſuppeditat. Cumque reliqui ſcriptores, niſi aliquo orationis lenocinio oblandiantur, aut ne attingi quidem, aut cito de manibus deponi ſoleant, certe quidem ſatietatem, & languorem ac laſſitudinem afferant:

Hi-

Hiſtoria praecipue illa quidem, ſi ornate ac luculenter ſcripta ſit: ſed tamen, ut veriſſime ait Plinius Junior, *quoquo modo ſcripta delectat*. Tenentur manibus ſtudioſorum hominum, & leguntur avidiſſime ex Graecis quidem non illi modo principes Herodotus, Thucydides, Xenophon, quos praeter rerum gravitatem, ſumma ſapientia, & ſumma eloquentia commendat: aut illi primis proximi, Dionyſius Halicarnaſſeus, Diodorus Siculus, Plutarchus, Arrianus, (quem alterum Xenophontem eſſe dixerunt) Joſephus, qui Graecae orationis cultu & elegantia, homo Judaeus, Graecorum praeſtantiſſimos provocat: ſed & alii multo deterioris notae, Appianus, Dio Coccejus, & horum ſuppares: etiamque alii, qui nihil ornatus ad rerum explicationem adhibuerunt, Joannes Zonaras, Nicephorus Calliſtus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Chalcondylas, Georgius Cedrenus, aliique his ipſis, quos modo nominavi, minus etiam eruditi, & minus ornati. Ex Latinis autem florent quidem maxime Salluſtius, Livius, Caeſar, & is, quem ego Latinum Thucydidem vocare ſoleo, Tacitus: legimus tamen & Suetonium, & Curtium, & Juſtinum, & ferreum ſcriptorem Ammianum Marcellinum, & inquinatos plane, ac ſordidos narratores Capitolinum, Lampridium, Vopiſcum, Trebellium Pollionem: & alios, quos, ſi quid aliud, quam Hiſtoriam ſcripſiſſent, nemo prorſus attingeret. Nunc tantum poteſt Hiſtoriae ſuavitas, ut eorum quoque ineptias devoremus ac concoquamus. Ut enim aliorum quorundam vitiorum ſemina in omnibus hominibus innata & ingenerata ſunt, ita & curioſitatis. Neque fere quenquam videas, qui non ita cupidus ſit cognoſcendi aliena conſilia, ac negotia, ut non interdum etiam ſuorum obliviſcatur. Vitioſa res, fateor, & moleſta, & odioſa, ſed tamen quando evelli radicitus ex animo vix poteſt: ineamus aliquam rationem, qua, & huic cupiditati indulgeamus, & id ſine cujuſquam querela, aut reprehenſione faciamus. Inquiramus anxie ac ſollicite in omnia, & dicta, & facta veterum: demus operam ut omnia eorum conſilia penitus pernoſcamus: ita & explebimus, atque exſatiabimus illud πολυπραγμοσύνης ὀξύπεινον, & id non modo ſine injuria, verum etiam maxima noſtra cum voluptate, & aliorum laude ac commendatione faciemus.

De voluptate, quae ex Hiſtoria capitur, ſatis multa dicta ſunt, nunc de utilitate dicendum eſt. In quo illud primum conſiderandum eſt: eos qui Hiſtoriae cognitione deſtituti ſunt, puerorum ſimiles videri. Praeclare enim Cicero: *Neſcire quid geſtum ſit, antequam tu naſcereris, hoc eſt, ſemper puerum eſſe.* Narrat Plato in Timaeo Solonem, cum multa audiviſſet de ſacerdotum AEgyptiorum ſapientia, ad eos diſcendi cauſa pro-

profectum esse, cum autem de rebus antiquis cum uno eorum colloqui exorsus esset; & animadvertisset senex AEgyptius, ea pro vetustissimis a Solone haberi, quibus alia longe antiquiora ipsi tenerent, ita eum alloquutus dicitur: Ὦ Σόλων Σόλων. Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστέ. γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Et paulo post: Νέοι ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Ut ergo si quis triginta aut quadraginta annos natus, puerili esset aspectu, ac figura corporis, deformis ac ridiculus haberetur: ita nihil turpius, aut ad res gerendas inutilius, quam cum aetate processeris, animo tamen atque ingenio semper esse puerili. Contra vero in senibus commendatur prudentia. Illa vero Historiis legendis aeque bene comparatur, melius etiam quam libris, ac praeceptis philosophorum, nam prudentia exemplis magis, quam praeceptis continetur. Itaque Panaetius Scipionem hortabatur, & ipse Scipio nunquam fere Cyri-Paediam de manibus deponebat.

In deliberationibus nihil utilius est cognitione Historiae, similia enim e similibus eveniunt. Quare si μάντις ἄριστος ὃς τὰ εἰκάζειν καλῶς. talis erit qui se in Historia diligenter exercuerit. Extant in Historiis praeclara exempla omnium virtutum: quibus animus ad imitandi studium accenditur. Neque ulla pars est Historiae, quae non prosit ad vitam. Vides bonis bene succedere: malis male? Dice qualia consilia sunt, tales plerumque esse & eventus. Vides bonis multa aspera, atque incommoda objici? paupertatem, ignominiam, exilium, cruciatus corporis, &c. Dice ea mala non esse: neque tantum acerbitatis esse in eis excipiendis, quantum gloriae in fortiter perferendis. Vides homines improbos abundare divitiis, gloria, honoribus, potentia, & similibus? Dice ea vera bona non esse. Nihil enim vere bonum est, nisi quod meliores eos, in quibus est, & laudabiliores facit. Sed facile est ad intelligendum, fructuosissimam esse Historiae tractationem; sed quidam eas ita tractant, ut summo studio nihil profutura conquirant. Quaerunt utro oculo luscus fuerit Annibal, utro Philippus, utro Horatius Cocles. Ac ne ludere me putetis, adfirmo vobis, vidisse me longam & accuratam disputationem hominis eruditissimi, Utro oculo male usus esset Vatinius. In quem etiam jocans dixi, De Vatinio quidem nescire me, eos certe, qui talia anxie quaererent, male ipsos utroque oculo uti. Recitabo nunc verba Senecae, quibus hos exagitat.

Seneca de Brevitate vitae, ad Paulinum: *De illis nemo dubitabit quin operose nihil agant, qui in litterarum inutilium studiis detinentur, quae jam apud Romanos quoque magna manus est. Graecorum iste morbus fuit, quaerere quem numerum remigum Ulisses habuisset; prior scripta esset*

** **

Ilias,

Ilias, an Odyſſea. Praeterea an ejuſdem eſſet auctoris. Ecce Romanos quoque invaſit inane ſtudium ſupervacua diſcendi. His diebus audivi quemdam ſapientem referentem, quae primus quiſque ex Romanis ducibus feciſſet. Primus navali praelio Duillius vicit, primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos. Primus Claudius Romanis perſuaſit navem conſcendere, Caudex ob hoc ipſum appellatus. Primus ex familia Valeriorum Corvinus, cum Meſſanam viciſſet, Urbis captae in ſe tranſlato nomine, Meſſana appellatus eſt, paulatimque vulgo permutante litteras, Meſſala dictus. Primus Sylla in circo leones ſolutos dedit, cum alioquin alligati darentur: ad conficiendos eos miſſis a Bocchо Rege jaculatoribus. Primus Pompejus in circo duodeviginti elephantorum pugnam edidit commiſſis more praelii hominibus noxiis. Primus Metellus victis in Sicilia Poenis triumphans ante currum centum viginti duxit elephantos. Sulla ultimus Romanorum protulit pomerium. Haec Seneca irridet, quanto juſtius irriſurus multos, quorum hoc tempore omnis in ejuſmodi nugis occupatur induſtria? Similia leges in Suetonii Tiberio, cap. 70. & in Juvenalis Satyra VII. extrema, Quintiliano lib. I. & Gellio lib. ultimo.

II. Quaenam igitur obſervanda ſunt? Livius: *Ad illa mihi pro ſe quiſque intendat animum: quae vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibuſque artibus domi, militiaeque & partum, & auctum imperium ſit: labente deinde paulatim diſciplina, velut deſidentes primo mores ſequatur animo: deinde, ut, magis magiſque lapſi ſint: tum ire coeperint praecipites: donec ad haec tempora, quibus, nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt.* Locus Suetonii in Auguſto cap. 89. *Componi aliquid de ſe, niſi & ſerio, & a praeſtantiſſimis, offendebatur: admonebatque Praetores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri:* Tale quid & Alexandrum Magnum imperaſſe Horatius refert, & Appulejus.

III. De Criſpo vero SALLUSTIO quid attinet dicere? Nimirum quod de Carthagine, in Jugurthino bello, idem uſurpavit, *Silere melius eſſe, quam pauca dicere:* Colligam tamen tanquam per Satyram, veterum judicia, atque eclogia: ut quo in precio eſſe debeat veterum commendatione diſcat juventus, &c. Reſtat, ut ad ejus explanationem veniamus.

LU-

Digitized by Google

LUDOVICUS CARRIO

CHRISTOPH. PLANTINO

SUO S. D.

Salluſtium *Criſpum multis millibus opera mea meliorem, nunc ad te mitto. Caſtigationes non mitto: nam & illae, quas ex libris membranaceis & aliis hujuſcemodi, ante annos duodeviginti, cum cura digeſſimus, ad manum non fuere; neque mihi novas ſcribere totque & tantis auxiliis, clade Lovanienſi, ſpoliato, quodque in Galliam verſus iter pararem, nunc erat volenti; igitur vicem illarum, Criticum meum emendationum Salluſtianarum, dis juvantibus, in tempore dabo. Vale. Bonna, non procul a Corneliana Ubiorum ara Matronalibus.* clɔ. Iɔ. LXXIX.

Digitized by Google

DEDICATIONES

AD

NOBILISSIMUM ET AMPLISSIMUM

SENATUM NORIBERGENSEM

CHRISTOPHORI COLERI

PRAEFATIO.

Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri, Salluſtium meum ad vos mitto. Cui enim magis debeo, quam vobis? Veſtro auſpicio, veſtro favore ac beneficio nobiliſſimum hunc Auctorem, quaſi peregrinatum in theatrum hoc Germaniae noſtrae reduco Germanus; non introduco, dico. Fecere id ante me clari viri, Huttenus, Glareanus, alii. Sed mehercule ſaedum adſpectu eum nobis ſtitere:

—— lacerum crudeliter ora,
Ora manuſque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

Veſtro inquam ſubſidio, Viri Prudentiſſimi, hunc graviſſimum ſcriptorem denuo auſus ſum dare in vulgus. Dum enim eundem in praeclara illa Academia veſtra publice interpretor, plurimis eum inter legendum, uti fieri ſolet, mendis liberavi, lociſque prope innumeris obſcurum & tene-

tenebricoſum illuſtravi. Vereor dicere apud vos, Viri Prudentiſſimi, quantos Politicorum & ad quamcumque etiam Rempublicam neceſſariorum praeceptorum theſauros in hoc auctore aperuerim, protulerim, explanaverim; ne ſcilicet meipſum laudem. Sed audeo apud vos dicere, talem eſſe hunc ſcriptorem, qui ſui vel negligentibus vel contemptoribus ſuis oculos egregie perſtringere poſſit: certe prudentiſſimis etiam & perſpicaciſſimis nebulam non unam, quam vix perviderint, objicit. Ac licet neque aetate magna neque doctrina ſim, conabor tamen brevi reabſe planum facere, non eſſe ſolum inter veteres Tacitum, a quo Galli hodie & Itali πολιτεύεσθαι diſcant. Eſt certe magnus & ſerius ſcriptor Cornelius Tacitus, & qui noſtris aulicis naſum emungere egregie poſſit. De quo etiam ſcio quid Lipſius judicet, nec repugno. Ego etiam aliquando utrumque diligenter inſpexi, & audebam alterum cum altero contendere. Videtur mihi Salluſtius omnes docere: Tacitus paucos & doctos. Hic ad Principatum maxime; ille ad omnes Reipublicae formas utilis eſſe. Ille monere; hic cavere. Ille ſapere, ut docearis: hic docere, ut ſapias. Quid multa? Dignus Salluſtio magiſtro Tacitus; dignior Tacito diſcipulo Salluſtius. Ita enim ubique imitatur Salluſtium ille, ut eum diſcipulum Salluſtianum merito appellem. Quae vero ſtili elegantia in Salluſtio? quae brevitas, quis nitor, quae eloquentia? Per hunc Atticae Muſae Romam etiam luſtrarunt. Audiant hoc Ciceroniani noſtri & doleant. Si Atticus ſermo eſt optimus, ut eſt abſque dubio; Salluſtius eum certe eſt adſecutus. Quid ni Cicero potius, inquient iſti? Dicam cauſſas. Thucydides inter Atticos primus habetur; is grandis, magnificus, nec ſine ubertate rotundus. Ei quam ſimillimus eſſe ſtuduit Demoſthenes, quod hodieque apparet. Cicero licet Demoſthenem ſummopere admiratus ſit, tamen ejus Orationis genus numquam adſequi potuit. Mollior multo Cicero, & luxuria quadam verborum laſciviens & exſultans. Unde Calvus orator preſſus & nervoſus, Demoſtheni quam Cicero ſimilior judicatur a Seneca & Quintiliano, talium rerum aequiſſimis arbitris. Aſiatici quidam fuerunt, qui ſuperfluum quoddam & redundans orationis genus ſectati ſunt. ob ejus ſermonis ſtudium nimium, Ciceronem inſectati ſunt Brutus & Calvus ſummi oratores. Contra ſi orationis filum ſpectes Salluſtius Demoſtheni & Thucydidi ſimillimus, quod exemplis evincere poſſem, ſi id nunc res pateretur. Sed idem de Salluſtio & Cicerone ſenſiſſe novi Jul. Scaligerum & Ad. Turnebum, ſummos viros. Satin clare demonſtravi magis Ciceronem Aſiaticum, quam Atticum, & Demo-

ſtheni ſimiliorem eſſe Salluſtium quam Ciceronem? Non abſurdum putavi apud vos, Viri Ampliſſimi, aliquid etiam de ſtilo & oratione diſputare, in qua re, quamvis ſeria, hodie mire ludunt vulgares magiſtri, & non nemo etiam de plebe. Sed nonne hujus negotii litterarii cura fuit olim ſummis in Republica & ſapientiſſimis viris? Hiſce deliciis ſeſe oblectarunt magnae illae animae, Plato, Ariſtoteles, Cato, Caeſar, Cicero. ὁ λόγος ὥσπερ πλοίης ἀγαθὸς καλὸν τῇ ψυχῇ ἐπιτίθησι ἄχημα, ajebat olim Socrates. Reliquas Salluſtianae hiſtoriae virtutes alibi expoſui, neque hic committam, ut fiat *Crambe repetita*. Libabo tantum nonnullas alias cauſſas, ob quas praeſtantiſſimum hunc auctorem ad vos miſerim, Viri Prudentiſſimi. Eae mihi tres nunc occurrunt, & quidem ab ipſo auctore. Dignitas ejus, Materia, Utilitas. Familia nobili fuit, fuit in Republica totius orbis terrarum maxima verſatus. Fuit aliquando Praetor; fuit totius Numidiae praefectus. Julio Caeſari amicus & Conſiliarius fuit. Auguſtinus, vir in ſacra & profana eruditione admirabilis, cum ſuam Civitatem Dei exſtrueret, hoc quaſi Architecto uſus eſt. Ejus auctoritate, prudentia, veritate nixus, Ethnicorum ſtructuras cum fundamentis eruit ac disjecit. Veſtrae igitur civitati ſpero non erit dedecori is, quo ſanctam illam ſuam ornavit Auguſtinus. Principi civitati Germaniae, Principem Hiſtoricum Romanum commendo. Qui Reipublicae Ariſtocraticae initia, progeſſus, mutationes & finem per cauſſas miro judicio & experientia exſequitur, eum vos Ariſtocratici antiſtites, gratum acceptumque hoſpitem habere debetis. Aut ego valde fallor, aut hic ipſe Salluſtius veſtrae civitati, nihil aliud quam ſpeculum. Praeterea Philoſophi magnos nobis fructus oſtentant ex Ethicis & Politicis praeceptis, fateor. At quid de illo nos non ſperabimus, qui nobis ea per exempla non in aureis & memoriam inſtillat tantum, ſed in mentem penitus intromittit, oculiſque ſpectanda praebet. Talis Salluſtius omnino; ad cujus Hiſtoriam & cenſuras quaecumque civitas ſeſe ſerio compoſitura eſt, nae illam ego vel corruptiſſimam probis moribus brevi futuram exiſtimabo. Deus veſtram Rempublicam florentiſſimam ſervet & augeat. Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi Valete.

EPI-

ET PRAEFATIONES.

EPIGRAMMATA

QUAEDAM DE AUCTORE HUJUS EDITIONIS.

PETRI WESEMBECII,

JC. CONSILIARII SAXONICI.

In veterum libris acuiſſe fideliter aureis
Res eſt paucorum, non ſine laude tamen:
Praeſertim ſi quis majorum facta revolvat,
Et legat exactas gnaviter Hiſtorias.
Tu egregie hoc COLERE *facis, dum mente ſagaci*
Perſequeris Muſas Juſtitiaeque deam.
Atque haec cum juvenem jam fama decuſque ſequatur,
Quantus eris aetas quando ſenilis erit?

SCI-

Digitized by Google

DEDICATIONES

SCIPIONIS GENTILIS

JC. ET ANTECESSORIS.

Ut ne tuus ſine me coeli Salluſtius auras
Hauriat? atque virum docta per ora volet
Victor, & antiqua per te jam luce refulgens?
Non ita me COLERE *Aonides iüerint.*
Namque mihi quamvis doctrinae conſcius ullae
Non ſim, omniſque a me ſit procul ambitio:
Omnibus hoc tamen in libris atque omnibus eſſe
Inſcriptum cupio poſtibus, atque velut
Per pulchros ederam hortorum proſerpere muros:
SCIPIO COLERI SUSPICIT INGENIUM.

RESPONSUM COLERI.

Ut ne tuum tam doctum & acutum, bellum Epigramma
Contra-hoſtimento grato animo haud memorem;
Atque aliqua noſtrum in te effundam prorſus amorem?
SCIPIO, *non ita me Aonides iüerint.*
Nam quamquam minime ſcribundis verſibus aptus
Sim nunc, atque a me ſit procul ille vigor:
Omnibus hoc tamen in ſaxis ego parietibuſque;
Omnibus hoc mallis ſcalpam ego in arboribus,
Scalpam ego in arboribus ſilvas hac luce reviſens:
COLERI INGENIUM SCIPIADAE AUXIT AMOR.

JANI GRUTERI JC.

Pingue ſolum cultoris eget non deſide dextra
Quod cupis in fructus luxuriare novos.
Si quis ei nimium tamen imperet, illico vena
Proventus melior divitis illa macet.
Tale tuum non eſt fatum divine SALUSTI,
Cultura aetatem quem modo jugis arat.
Sed mage quam coleris, magis hoc es fertilis, hocque
Uſque penu dominos uberiore beas.
Nunc quoque dum tete mollit ſubigitque COLERUS
Ingenii obtineas quaeſo prioris ador:
Immo illi meſſis reſpondeat amplior, ipſe
Quanto quam reliqui te magé, CRISPE, *colit.*

CONRADI RITTERSHUSII JC.

Dum tuus in CRISPUM *Criticus labor exit in auras,*
COLERE *applaudunt tota theatra tibi.*
Hic erit; hic, perhibent doctorum corda, novum qui
Romanae lumen praeferet Hiſtoriae.
Hic faciet, Taciti ne major deinde minori
Ob commentatorem amplius invideat.
Fallor, an ex illo te gloria tanta manebit,
Quanta eſt parta ſuo Lipſiadae e Tacito?

DEDICATIONES

MICHAELIS VIRDUNGI,

P. L.

Nunquam aditis ſum CRISPE *tuis accedere viſus,*
Quin gelidus toto pectore inhorruerim.
Tunc mihi, neſcio quod, templum ſubluſtre locumque
Sacravit Divis quem pia relligio
Endogradi, facies auguſto horrore verendae
Ac ſolitam exſuperanti videor ſpecie.
At tu illuſtraſti cunctas, COLERE, *tenebras*
Accenſis facibus protinus innumeris.
Gaude CRISPE *Stygis pota, ſi quid ſapis, unda,*
Jam tua, jam cunctis templa ſerena patent.

JANI DOUSAE,

NORDOVICIS DOMINI, CURIAE HAGAE-COMITIS SUPREMAE SENATORIS, ACADEMIAE LUGDUNI BATAVORUM CURATORIS.

Ex ejus Epiſtola quadam ad quendam Germanum:

Nominis hoc ſtudioſa mei gens veſtra meretur;
Hoc RITTERSHUSAE *pondus amicitiae.*
GENTILIS *meret hoc pietas, leſſuſque* COLERI
DOUSIADAE *expenſum quem tulit ille meo.*
COLERI *cui municipum ſe nemo meorum*
Praeferat exculti dotibus ingenii:
Nemo fide aut pietate parem ſe dicere poſſit,
Aut cui plus JANI *debeat umbra mei.*

De vita, ſcriptis ac ſtilo Salluſtii, peculiaris Oratio Chriſtophori Coleri extat typis vulgata ab eodem Typographo, quod te ſcire volui Lector, ſi forte eam deſideres.

VIRI

ET PRAEFATIONES.

VIRO CLARISSIMO

SCIPIONI GENTILI

MEO, S. D.

CHRISTOPHORUS COLERUS.

Nunc demum ſatis mihi placeo, dum me & mea tibi, mi Scipio, placere intelligo. Et vero talibus cenſoribus mihi opus erat, qualis tu, contra improbulas iſtorum voculas, qui me actum egiſſe in Salluſtio proclamant. Vellem equidem amplius aliquid potuiſſe me. Imo nolui plus audere, praeſertim in haec fragmenta, quae ſive emendare, ſive illuſtrare velis, opus eſt meris conjecturis; καὶ τῦτο σὺκ ἀδαρὲς apud noſtros. Feci igitur in his fragmentis ſecundum Catonis praeceptum: *Quod eſt eo uti decet, & quod agas agere, pro viribus.* Nam in bellum Catilinarium & Jugurthinum ingentes commentarios confeceram: ſed placuit tantum Notas excerpere, exemplo aliquot magnorum virorum. Atqui ne hujus quidem operae tumultuariae poenitet poſt Carrionis induſtriam. Sed aliquando & haec & illa fortaſſean iterabimus. Tu anime mi vive litteris, vive Juriſprudentiae, vive amicis. Mihi quidem certum eſt te imitari in omnibus iſtis. Idque ut faciam — οὐχ ὁ σὸς λόγ@· μόν@· τῦ ἴσθ' ἀρχιδᾶς ὁ δ' ἴδι@· πείθ@ τρέπ@·. Vale.

*** ** 2 AM.

DEDICATIONES

AMPLISSIMO VIRO,

D. CORNELIO NEOSTADIO,

CURIAE HAGAE-COMITIS SUPREMAE SENATORI DIGNISSIMO, DOMINO ET FAUTORI SUO

HELIAS PUTSCHIUS.

S. P. D.

Vir Ampliſſime, a Natura hoc omnibus hominibus tributum videmus; ut quod animo carum acceptumque habent, id a fatorum, & vetuſtatis legibus, ſumma ope aſſerant; & ſi forte annis collapſum, aut aetate deformatum eſt, erigere, & ad priſtinum ſtatum reducere in votis habeant. Accidit id C. Criſpi Salluſtii praeclaris ingenii monumentis: in quibus emendandis & ab iniquitate temporum vindicandis doctiſſimus quiſque deſudavit jam inde ab initio, nam poſt renatas cum Typographia (quae, dono Dei, labaſcenti hoc aevo mortalium generi data eſt) literas, nemo fere repertus eſt, qui non Salluſtio pro viribus optime conſultum vellet. Is enim eſt ſcriptor, qui unus eorum omnium qui res populi Romani domi militiaeque geſtas compoſuere, veriſſime cuncta eſt perſecutus, indoctos docet, doctos delectat, & tot ingenii ſui admiratores habet quot lectores. Laborarunt igitur viri doctiſſimi, ne divina illius orationis majeſtas enervaretur aut caderet, nam niſi barbariei graſſanti doctorum accurata diligentia obviam iviſſet, horror profecto & ſqualor totum terrarum orbem obſediſſent, & ſemel corrupta eloquentiae regula aeternum perſtitiſſet. Sed memoria noſtra (ut proavos omittam) fuere viri duo, quibus Salluſtius ipſe, ſi animam reciperet, plurimum ſe debere fateretur; Joannes Rivius, & Ludovicus Carrio, quorum alter acquſita ingenti tum Manuſcriptorum tum cuſorum codicum mole, politiſſimum ſcriptorem multis naevorum millibus, quae illi ſupina deſcribentium negligentia, & indocta magiſtellorum arrogantia inuſſerant, liberavit, alter hiſtoriarum libros,

prae-

praeclarum mehercule opus, majorum ignavia deperditos, quanta potuit ſedulitate, collegit, compoſuit, & Reipublicae literariae L. M. ſpectandos propoſuit. Quo magis mirabuntur quidam, me hominem adoleſcentem, poſt tot tantorumque doctiſſimorum hominum accuratam diligentiam, tam ſerio ſcriptori auſum manus admovere, qui, ſi inſtitutum noſtrum cognoverint, & quo conſilio opus hoc aggreſſus ſim, judicabunt me magis merito feciſſe. Cum enim in hoc ſtudiorum genere alius alio plura invenire poſſit, nemo omnia, mihique autorem noſtrum ad antiquitus ſcriptos & cuſos codices contendenti, multa in animum venirent, aut ab aliis omiſſa, aut neglecta; non fuit conſilium diutius apud me detinere, ex quibus magnum Criſpo noſtro commodum venturum praeſciebam. Adde quod Hiſtoriarum libros, ex variis autoribus, tum vero maxime ex Servio, Virgiliano interprete, quem nupere nobis liberalitas Cl. Petri Danielis dedit, multis in locis auxeramus, priſcoque nitori quantum quidem in tanta caligine potuit, reſtitueramus, amiciſſimuſque Raphelengius editionem pararet: & (quod rei caput eſt) Illuſtriſſimus Joſephus Scaliger inſtitutum noſtrum non improbaret; auſus ſum me in vulgus dare: non tamen totum: Nam ecce Breves Notas *damus, in quibus Salluſtianae ſaluti magis quam cultui ſtuduimus. Conſtitueramus quidem Indicem ſcribere ad exemplum Indicis Lucretiani: ſed quia ad finem deduci non poterat, cum nimirum jam Criſpus noſter ſub prelo anhelaret, excerpſimus has, quas vides, annotatiunculas. Sed cum ſine patrono tenellus hic foetus prodire vereretur, circumſpicienti mihi cui potiſſimum me meaque commendarem, occurriſti tu, Vir ampliſſime; cui hoc debebam multis de cauſſis. Tum quod Criſpus noſter merito tuus dici poſſit, quem poſtquam juvenilis adolevit aetas, tibi familiariſſimum reddidiſti, tantoſque ex eo Sapientiae, ac verae Virtutis fontes imbibiſti, ut impeditiſſima Republica tanta negotia ſuſtineris, quanta ante te nemo. Tum etiam quod beneficia tua, quibus me in amicorum tuorum numerum nullo meo merito aſciviſti, conſiliis juviſti; & reapſe benevolentem tuum erga me animum ſaepius oſtendiſti, grati ac memoris animi teſtimonium videbantur poſtulare. Verum ego vix ſatis gratus videar, ſi tibi animam quam nequeo, conceſſero. Accipies igitur opellam noſtram, majoris alicujus muneris obſidem, & ab ea Zoilorum irruentium morſus defendes. Vale, cum Nobiliſſimo tuo collega Jano Douſa. Stadae. Anno* cIↃ. IↃ. cI. IV. *Eid. Decembris.*

DEDICATIONES
JANI DOUSAE
AD
HELIAM PUTSCHIUM
ELEGIA.

Sic mihi sic liceat Astraeae pondera Lancis
Suspensum ad postes ire, Vacuna, tuos;
Dum sua clamosus differt Vadimonia Praetor,
Dum Fora PROLATIS otia REBUS amant;
Ut mihi grata tui, PUTSCHI, monimenta laboris,
Quae CRISPO impensum te juvat ire tuo.
Gratulor, & merito: quid enim? nisi PUTSCHIUM amarem
At poteram CRISPI nomen amare mei,
Primos cui Latiae Historiae dat Marcus honores.
Debuit & DOUSAE non nihil ille suo.
Fragmina tot testor Critico congesta labore
Nobilis Historici, par cui nemo cluit.
Illa obelos experta meos, Criticasque lituras,
DOUSICAE opis certum nunc quoque pignus habent;
Quid refert, si falce meas invadere messes
Nescio quae laevae sustinuere manus?
Haud equidem indignor, fieri mage talia miror,
Vix tibi, vix oculis credulus ipse meis.
Quisquam adeone effrons, plagiari ut nomina captet,
* Post compilati serinia FRUTERII?
Sed neque †CAR LIPSI folia attrectavit inultus.
Hostibus eveniant talia probra meis!
Sic repetundarum DAMNAS cornicula quondam
Ludibrium offensis debuit alitibus.
Ah pudet, ah: nec tale aliquid, tot cognita scriptis,
Promeruisse unquam DOUSICA visa FIDES.
Non ita GRUTERI nostri mens candida; non tu
Mi PUTSCHI, tribui queis sua cuique placet.
Macte: hoc ad Genium sapere est Rectique Bonique:
Et paream, si non hoc ego pectus amem.
At tu, dum supereſt Lacheſi quod torqueat, annos
Vive tuos, & sint mollia Fata tibi.

* *Obertum Gifanium* intelligit. † *Lud. Carrionem* innuit.

PE-

Digitized by Google

ET PRAEFATIONES.

PETRI SCRIVERII

IN

HELIAE PUTSCHII

BREVES AD C. CRISPUM SALLUSTIUM NOTAS,

EPIGRAMMA.

Nae ſibi mirificum facinus feciſſe videtur,
O PUTSCHI, o animae portio magna meae:
Si modo quis Verres ſexcenta volumina cudat,
Doctaque Centones mittat in ora ſuos;
Praeclaros iſtos magno molimine factos
E loculis, LIPSI, ſeu mage, DOUSA, tuis.
Haec alios collecta juvet: brevis iſte libellus
Mi placet, HISTORICO convenit iſte ſuo:
O PUTSCHI, brevis ille fuit, brevis eſſe laboras
Tu quoque, at obſcurus non tamen eſſe potes.
Nempe illuſtrafti quaecunque obſcura fuere;
Macte vir, illuſtris docta per ora volas.
Nec parvum a parva ſurgit tibi nomen opella;
* MAXIMUS es, PUTSCHI: ſic modo ſaepe veni.

EJUSDEM ALIUD.

Dicere dicta prius, plagiari munere fungi
Cum videas, non hoc convenit in Criticos:
Εἴσιδε· Αντίοχ@· τῲ Λυσιμάχῳ ποτὲ τύλλιν,
Κἀκ. ἔτι τῲ τύλλιν ἄσιδε Λυσίμαχ@·.
Convenit in Verres, non in te candide PUTSCHE:
Fide, ſed & CRISPUS gaudeat; haec tua ſunt.

* Alluſio ad Statilium MAXIMUM, qui in Salluſtio apud ſaeclum prius commentarium ſcripſit.

JOAN-

JOANNES RIVIUS

STUDIOSIS.

Quam fuerint depravatae antebac hiſtoriae Salluſtianae, vel illud inter alia eſſe indicio poteſt, quod tot egregii ac praeſtantes ingenio doctrinaque viri, in tollendis harum mendis, tantum operae collocarint. Inter quos primas jure ſuo Pomponius Laetus obtinet, qui conquiſitis undique exemplaribus antiquis, Salluſtium eſt emendare conatus, ut nihil ferme addendo, quemadmodum ipſe inquit, ſic non pauca detrabendo. Poſt hunc Philippus Beroaldus recognoviſſe Salluſtium ſucciſivo ac tumultuario ſtudio ſeſe teſtatur, idque ita res videlicet indicat. Benenictus quoque Philologus in emendando Salluſtio multum operae poſuit, neque parum hic profuit ſtudioſis Aldus, qui ad exemplaria Salluſtii duo antiquiſſima excudiſſe hunc ſe auctorem affirmat. Nec minus Aleander, qui editionem Aldinam cum venerandae vetuſtatis codice, cujus ipſi copiam fecerit Paulus AEmilius, contulit, & exemplar recognitum Aſcenſio dedit excudendum. Ego vero cum obiter pauca admodum & quaſi in tranſcurſu ſolum, ab his viris emendata viderem, putavi nimirum idem mihi faciundum, quod in Terentio ante feceram, ut & accuratiore ſtudio & induſtria majore, quam ante nos alii, abſit invidia dicto, reſtituere & corrigere, quae depravata corruptaque hoc in auctore eſſent, conarer. Id quia fieri Marte noſtro, ut dicitur, ac citra veterum codicum adminiculum nullo modo poterat, omnium primum id operam dedi, horum mihi ut alicunde copia fieret. Intellexeram autem e Georgio Fabricio noſtro, Merſeburgi vel potius in monaſterio Benedictinorum CC. fere paſſus ab hac urbe ſito, bibliothecam eſſe auctoribus optimis, & codicibus in membrana deſcriptis, ut ſi uſquam, inſtructiſſimam atque ornatiſ-

* Hanc Praefatiunculam Fragmentis Hiſtoriarum Salluſtii praefixerat Jo. Rivius, quare hoc loco repoſuimus, ut antecedat Carrionis & Douzae Praefationes ad eadem Fragmenta.

natiſſimam. Itaque per egregium atque humaniſſimum virum Dn. Joan. Cochlaeum ab optimis patribus impetravi, ut antiquiſſimorum voluminum atque exemplarium Salluſtii, quae exſtare illic inaudieram, copia nobis fieret, quibus uſus ipſe, quod coeperam, exſequi facilius atque efficere tandem poſſem. Quo nomine permultum ſane ſtudioſi debent familiae Benedictinae, quae cum primis optimos quoſque auctores, & exemplaria vetuſtiſſima ſemper conſervavit. Abſque hac enim eſſet, quot egregii hodie auctores, quos exſtare videmus, deſiderarentur? quam multa veterum ſcriptorum volumina prorſus intercidiſſent? Neque vero interim ita ſum codicibus antiquis fiſus, nullo ut adhibito judicio fidem illorum ubique ſequerer, nam & correctiſſima quaeque ex impreſſis contuli, & veterum grammaticorum citationes obſervavi, & quid animadverſum ab aliis eſſet, adnotavi. Quod autem non minus ſaepe conjecturas meas attulerim, quam certo & conſtanter pronuntiarim, in cauſſa fuiſſe ſibi quiſque perſuadeat velim, quod nulla re perinde optimos quoſque corruptos & depravatos eſſe auctores exiſtimem, atque temeritate illa ſciolorum quorundam facile quidvis immutantium. Itaque nihil ferme uſpiam citra exemplarium veterum fidem atque conſenſum temere ſum immutare auſus. Quamvis autem ſedulo eſt a nobis opera data, uti quidquid hic mendorum eſſet tolleremus, adeo ut & perſecuti minima quaeque ſimus: affirmare tamen haud auſim, eſſe omnia prorſus ad unguem, ut dicitur, caſtigata, namque id fieri nullo modo potuit. Ceterum quia nihil opis erat ab exemplaribus manu ſcriptis in Orationibus quibuſdam ex Hiſtoriarum Salluſtii libris, nam hoc titulo circumferuntur, caſtigandis, haud ita multa in his emendare licuit. Sed tamen hoc quoque ſtudioſi, qualecumque eſt, quod ceu corollarium addere libuit, boni vos conſulere velim. Aliquando, ut ſpero, Salluſtium ipſum noſtra opera multo, quam nunc circumfertur, emendatiorem, ac in antiquum paene nitorem, inque priſtinam dignitatem reſtitutum, daturi in publicum ſumus. Valete.

DEDICATIONES

AUGUSTINO MAPHEO

RERUM ROMANARUM THESAURARIO

*POMPONIUS LETUS

S.

Marcus Valerius Probus, unice vetuſtatis amator, cum animadvertiſſet veteres negligi: & gloria fraudari: contracta multa exemplaria emendare: diſtinguere & annotare curavit. In eoque ſe plurimum exercendo laudem non exiguam eſt aſſecutus. Ego tanti viri exemplo: impar licet doctrina & ingenii dotibus: id ipſum aliqua ex parte conatus ſum. Eademque via ingreſſus & tanta undique aſperitate confuſus vix tuto pedem figere: & e ſilva egredi potui. Nam cum omnia volumina corrupta ſint: quae ad noſtram venere aetatem: nemo qui ſe novit attingere audet. Probatus ille dicendi character: quia jam multis ſeculis materia defuit: & dicendi exercitatio Forenſis in quadam epidictici generis effigiem vel potius umbram abiit, non amplius (ut credimus) reditura interiit. Unde fit ut magiſtrum eloquentiae ſtilum ignoremus, quod ita depravati ſunt codices jam pluribus annis: ut non ex ſententia invenias niſi fuerint nimium amantes ſui & ex falſa ſcientiae perſuaſione moleſti qui ſe intelligeri profiteri velint: ea de cauſa ſi quid hoc rudi ſeculo elaboravi, quod minime legentibus ſatisfaciat: non me ſed tempora lectores accuſent: in quibus non emendator modo: ſed ne interpres quidem bonus in minimis priſcorum ſententiis vulgo inveniri poteſt: quamquam nihil ea re difficilius eſt. Quis eum niſi mentis inops ſe omnia tenere confirmet: ideo ſi gloſulas in Vergilium legeris ſub titulo meo: oro ne fidem praeſtes, neque temerarius ſum neque audax, neque eam expoſitionem unquam tentavi. Ille quiſquis eſt, qui falſum epigramma poſuit, ſentiet quid profuerit me tanto mendacio provocaſſe; ſemper ejus opinionis fui (quod minime ignoras) parum his fore laudis, qui in aliorum dictis ſententias aucupantur. Eſt enim periculoſa interpretatio, niſi cognitio rerum praeceſſerit, non tamen inficior, eſſe qui poſſunt, ſed ipſe de me loquor qui conſcius meae im-

* Quoniam Pomponii Leti mentionem in proxime praecedenti Praefatione fecit Rivius, ejus, ut & Beroaldi & Aſcenſii Praefationes hoc loco ſubjecimus.

imbecilitatis rem arduam & nullius honoris non aggredior. Eſt perniciosa quorundam labes & macula, ut plus in fronte oſtendant quam in receſſu valeant. Praeterea multos praecipitat inanis gloriae ſpes, & libros imprimendi facultas multis ſeculis intermiſſa paulo ante revocata. Depravantur incuria quadam codices, lucro potius (cujus mortales avidiſſimi ſunt) quam emendationi conſulitur; adeoque in ea parte peccatur, ut quod exiſtimatur omnibus eſſe commodo id praecipue ad linguae Romanae jacturam niſi adhibeatur diligentia excogitatum eſſe videatur. Etenim ab hinc annos tris, cum libros Salluſti de conjuratione Catilinae & de bello Jugurthino & conciones quaſdam ejuſdem librorum qui deſiderantur ſaepius repeterem, contractis antiquis exemplaribus invenimus multa eſſe addita multa praepoſtere commutata. Scripſit ille plus quam requirebat Hiſtoria numeroſe, ut ea obſervatione velut carminis lege ſeriem verborum poſteritas tueretur. Sed quis de futuris vitiis aut virtutibus teſtari poteſt. Majores noſtri propter rerum Romanarum magnitudinem numquam exiſtimaverunt imperium ita ruiturum ut ex toto lingua vitiaretur. Fallimur certe niſi putemus aetates omnis velut hominem conſeneſcere. Emendavimus nihil addendo, detraximus non pauca fide vetuſtatis admonente. Plerique petierunt a me & prope quotidianis convitiis efflagitarunt, repugnavi ſemper & contra meos mores quibuſdam ſum viſus nimis auſterus, pervicit tandem jure contubernalitatis unius comitas. Itaque Antonio Moretto Brixiano bonarum litterarum ſtudioſo (nam is ſaepius inſtitit) permiſi ut impreſſoribus ſuis traderet ſub certa conditione, pepigimus ut intereſſet qui cognoſceret. Homo negocioſus & officioſus ita faciendum recepit. Scio Auguſtine pro tua humanitate & eruditione hoc te probaturum. Nam cum ſoleas diligentiam praeſertim in litteris laudare, conſilium & inſtitutum meum (ſum enim vel unus e tuis domeſticis qui pro tua ingenuitate & officio erga litteratos tuis facultatibus aeque ac meis utor) facile ab omni offenſiuncula vindicabis. Vale feliciſſime.

*** ***, PHI-

DEDICATIONES

PHILIPPUS BEROALDUS

IN

PRAEFATIONE SALLUSTIANA

De ejus laude dicit ſic.

Criſpus Salluſtius ob elegantiam inimitabilemque in ſcribendo brevitatem aſſecutus eſt primas inter Hiſtoricos partes, quod epigrammaticus poëta illo diſticho expreſſit.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Criſpus Romana primus in Hiſtoria.

Etenim ita creber rerum frequentia eſt, ut verborum prope numerum ſententiarum numero ſequatur: ita verbis, quorum novator dictus eſt, concinnus, ita elegans, ita preſſus: ut neſcias utrum res verbis, an verba rebus illuſtrentur. Salluſtium Quintilianus Thucydidi celeberrimo apud Graecos non dubitavit opponere, in quo cum ſit praecipua virtus brevitas, ut Senecare-fert, hac eum Salluſtius vicit: ex cujus oratione nil demi ſine detrimento ſententiae poteſt. Unde haud immerito dixit Macrobius Salluſtium in genere dicendi breviſſimo dominari. Et magnam profecto jacturam paſſa eſt Latina lingua deperditis Salluſtii libris, quibus geſta Romanorum complectebatur, nobis tantummodo ſuperſunt illius divini viri Catilina atque Jugurtha. Salluſtius ab Auguſtino ita laudatur: ut eum appellet nobilitate veritatis Hiſtoricum. Cujus orationes, ut inquit Seneca, leguntur in honore Hiſtoriarum, quae haud dubie volumina indicant quanta in ſcribendo majeſtate quamque divino fuerit decoratus ingenio. Haec Beroaldus.

NO-

Digitized by Google

ET PRAEFATIONES.

NOBILISSIMO NEC MINUS DISERTO ET CUM PRIMIS OBSERVANDO ATQUE REVERENDO

D°. FRANCISCO DE ROHAN,
LUGDUNENSIUM ARCHIPRESULI ET
GALLIARUM PRIMATI,

JODOCUS BADIUS
ASCENSIUS CUM VENERATIONE
SALUTEM DICIT.

Cajus Criſpus Salluſtius, egregius ille nobilitate veritatis, ut inquit Auguſtinus, Hiſtoricus, ab Aulo Gellio concinnus verborum novator merito nuncupatus, Thucydidi Graeco a Fabio noſtro Quintiliano collatus, & ab Anneo Seneca citra injuriam praelatus, & ab lepidiſſimo epigrammatico Martiale Romana primus in Hiſtoria judicatus. Is inquam, cui ſine detrimento ſententiae ne apex quidem unus detrahi poſſet, viſus eſt mihi multa de temporis edacitate, mortaliumque negligentia conqueſtus, tot videlicet lucubrationes, quae Thucydidicam redolerent lucernam, totque tam ſacri laboris monumenta quibus vel invitis ſatis nominis aeternitatem meruerit, temporum calamitate ita periiſſe, ut ne reliquiae quidem, quae quota tantorum operum pars, ſalvae atque integrae legi valeant, multam tamen Pomponio Leto, homini nimirum doctiſſimo, agere gratiam, qui eas ex invidae oblivionis & incultae barbariei faucibus receperit. Mihi quoque earum recognoſcendi atque elucidandi partes concredere, multa quidem ut qui oneri impar forem, quod Hiſtoriae unde ipſis lumen depromerem interciderint, quod aliis curis diſtinerer, quod jam interpretem ſortitae eſſent, atque id genus alia nequicquam excuſanti. Nam quanto ego me difficiliorem reddere, tanto ille acrius inſtare, orare demum egregium ſibi vindicem ne totus intereat diligerem. Atque quod oranti viſus ſum recepiſſe modo utcunque proſecutus. Tuam domine Franciſce eximiam praeſtantiam his Salluſtianis reliquiis, noſtriſque familiariſſimis commentationibus praeſidem imploro, oroque ſupplex patiare hanc opellam tuo fauſtiſſimo nomini dicatam per Gallias tuas diffundi. Tantum eſt. Vale dulce litterarum litteratorumque & decus & praeſidium. Ex officina noſtra Calchographa Pariſiis pridie Calendas Novembris. Anni hujus M. D. quarti.

Digitized by Google

DEDICATIONES

GUILHELMI RAMESII

SAGIENSIS AD LECTOREM EPIGRAMMA.

Ad Rhodani tandem venit Salluſtius oras,
Senſibus eximiis plenus, & eloquio.
Scilicet, antiquam Lugdunum ut viſeret urbem
Uſui & optato civibus inde foret.
Quem penitus Gothe lacerarant agmina gentis
Corporis ut ferme totius impos erat.
Sed facilem plagis Aſcenſius ille medellam,
Et melius nervis nunc dedit antidotum.
Hunc emptes igitur, tanto tibi vulnere ſanum,
Nec ſis dammoſo parcus in aere tuo.

ET PRAEFATIONES.

LUDOVICI CARRIONIS

C. SALLUSTII CRISPI

HISTORIARUM LIBROS A *ſe collectos, auctos, & reſtitutos, ad* GUIDONEM LAURINUM *Clinquerlandii, Erkegemii, &c. Dominum,*

PRAEFATIO.

Quonam litterarum fato, Guido Laurine, ex tot, tantiſque veterum ſcriptorum monimentis, quae ad omnem immortalitatem comparata, ſingularis quoſdam ac prope divinos, univerſo hominum generi, fructus allatura videbantur, ad nos tam pauca pervenerunt? contra; eorum, quibus, ſine magno mehercule horum ſtudiorum incommodo, carere poteramus, nihil fere periit: nihil ad aetatem noſtram, Barbarorum vi intactum, non permanſit? Quod tametſi tibi haud quaquam dictu foret difficile, qui ita in reliquo omnium diſciplinarum genere verſaris, ut in Hiſtoria excellas; ita Hiſtoriam tractas, uti Privati Juris Publicique ſcientiam, aliaſque artis bonas, quibus ſumma nominis claritudo paratur, ad illius tantum illuſtrationem compararis; ego tamen, & quod ſentio, dicam, & quod dicere decrevi, quam pauciſſumis abſolvam.

Humanioris diſciplinas, ſicuti ego accepi, coluere, atque habuere initio Graeci; genus hominum a pueritia ſuetum gloriae; cetera, eloquentes magis quam ſapientes, a quibus, quo tempore Romani artes ſuas acceperunt; ea tempeſtate plerique homines nec Graecorum libros magni facere, nec ingenium agreſte admodum colere, quicquam penſi habebant: ſed domi, militiaeque intenti, armis vicinos laceſſere,

re, finis ſuos tueri, alienos invadere; poſtremo, omnia aut retinendae aut recuperandae libertatis facere, pulchrum & glorioſum putabant. Sed, ubi Romae multa & praeclara ſcriptorum ingenia provenere; tum vero Romani, non, ut ante, de rerum bellicarum laude contendere, ſed de doctrinae praeſtantia in ſingulare certamen venire, ac propius cum Graecis pedem conferre, quibus rebus, & maxumè ingeniorum praemiis, excitata plebes, cum his ſtudiis quietem ſimul & libertatem tueretur; Athenis atque ipſi Graeciae diſciplinarum copia praeſtitit: tumque externos libros & alia eruditionis inſtrumenta ſibi paravit. Studiorum autem finis fuit, Caeſarum Germanorum imperium. Ex quo tempore diſciplinarum odium, non paullatim, ut antea, ſed veluti tabes, in univerſum terrarum orbem conjectum eſt. nam & domi litterae, etiam ante, nihili fieri conſueverant: neque fere amplius quam imperitante Julio Caeſare, dum armatos togati eloquentia opprimerent, & res Romana plurimum imperio valeret, Graecia a noſtris ſuperata eſt, mox poſtquam Germani, quorum in poteſtate plerique conceſſerant, imperium adepti ſunt; non modo doctrina neglegi, ſed veterum etiam rerum Romanarum auctorum libri, quod telum majores humanitatis defendendae comparaverant, pro nihilo duci; atque ea, quae legendo aſſequi imperitiſſumus quiſque poterat, quaeque magis erant accepta popularibus, ſumma ope retineri, omniumque manibus haberi coeperunt, interea reipublicae innoxiae, incredibile memoratu eſt, quantae ea res cladi fuerit, nam in ſubvertenda diripiendaque a Barbaris Urbe, alia quidem dicta ſunt, ſed de opprimunda Romani nominis gloria, ab omnibus certatum eſt. Cum enim ſingularum gentium virtus habeatur tanta, quantum eam laudando praeſtantia ingenia extollere potuerunt; Romanorum facta ſatis ampla, magnificaque, & aliquanto etiam quam fama feruntur, ſicuti ego exiſtimo, majora fuere, ſed quia ſcriptorum, qui haec atque talia ſcribendo, ſeque remque publicam celebravere, magna pars Barbarorum injuria aut diuturnitate belli attrita eſt; & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere pauci laudantur, poſtremo mortales, quae ſibi nemo facilia factu putat, vera pro falſis ducunt. Igitur exſtinctis aut oppreſſis Hiſtoriae ſcriptoribus; praeclara rerum geſtarum memoria deleta eſt; Romana Reſpublica oblivione praeceps abiit. Quarum rerum ego maxuma haec documenta habeo, quod prioribus illis temporibus, Licinius Macer, Fabius Pictor, Tubero, Hemina, Valerius Antias, Claudius Quadrigarius, Caelius, Siſenna, alii rerum noſtrarum auctores; poſterioribus, Titus Livius, Trogus Pompejus, C. Plinius, Cor. Tacitus, &, qui pri-

Digitized by Google

primus aut in primis eſt, C. Salluſtius Criſpus, ferme ab ſtirpe interierunt. Igitur ubi ea contagio, quaſi peſtilentia, invaſit, latiuſque saevire ac miſcere omnia coepit; agendum atque obviam eundum fuit. Quod ſi Romani non ante ſcribendi, quam Barbari graſſandi, finem feciſſent; longe rectius, aequabiliuſque ſeſe haec ſtudia haberent: neque multo maxumam librorum vim, forte an fato, ereptam nobis, nequiquam quereremur. Sed profecto fortuna pleraque rerum humanarum gubernat, & ex ſua lubidine moderatur: claros obſcurat; ignotos ignobiliſque extollit. Quo mihi rectius eſſe videtur, fortunae reliqua ſcriptorum monumenta haec atque talia gratificando, eorum retinendorum diu noctuque laborare; quam, naturae infirmitatem accuſando, fruſtra niti, neque aliud ſeſe, niſi querendo, fatigare. Atque ego quidem, qui procul ab omni rerum publicarum cura, quae minime mihi hac tempeſtate cupienda videtur, aetatem ago, ne incultu & ſocordia ingenium, quo neque majus aliud neque praeſtabilius in natura mortalium invenias, torpeſcere ſinerem; ſtatui res P. R. ab C. Salluſtio Criſpo compoſitas, ac ſuperiori aetate, vi, aut per negligentiam ſuppreſſas, illuſtrare, & in hominum memoriam ſcribundo revocare; nam eum ſcriptorem in primis ego praeclarum exiſtumo, verborum atque ſententiarum brevitate. Igitur illius Hiſtorias, quanta fieri potuit induſtria, a me collectas, auctas & reſtitutas, ad te, Guido Laurine, mitto; ut quod officium re ipſa nuper praeſtitiſti, gratum id mihi fuiſſe, verbis oſtendam: ſimul ut me cum M. Laurino fratre tuo, de cujus viri laudibus, quia multi dixere, praetereundum puto, uti conſueviſti, ames: & adverſus eos, qui, quia fractos & convulſos Hiſtoriarum libros edere decrevi, huic tanto tamque honeſto labori meo, imperitiae nomen imponent; tuearis atque defendas. Vale. Lovanio A. D. IV. Kal. Sextilis CIↃ. IↃ. LXIV.

Digitized by Google

DEDICATIONES

JANUS DOUZA

CHRISTOPH. PLANTINO

SUO S. D.

Penſum meum jam abſolverim, quaeris? An ego negotioſis omnibus, & pro Criſpi Hiſtoria certatim, ſua quaſi pro ſalute nitentibus, vitam ſilentio tranſigens, ductarie tantum facimus emolirer? Tutemet videto, mi Plantine, quam nec in hoc genere opera parcus mea, nec reſtrictus fuerim in largiendo. Etenim ſupplementi vicem auctarium, tria Novavetera Fragmenta, Salluſtio adjeci: non quidem de meo (ne quid erres) ſed proinde ut nunc mos viget, atque ut ſartores faciunt, de alieno. Unde igitur? unde, niſi a communi Abbate, doctiſſimo Belgici generis, Lipſio noſtro? Is enim hic (ut ſcis) & fundus eſt, & jugis quaſi thеſaurus nobis. Nec hac ſtruice uſuraria contentus, etiam altera quinque prioribus adtexui; quae princeps ego, ab aliis per incogitantiam (ut videtur) omiſſa, non terra, aut mari, ſed ex Plutarchi & Iſidori ſynthеſibus mihi, tibique, ac Criſpi amatoribus evolvi. Nunc itaque, mi Plantine, (Quae res tum datori, tum acceptori, toti denique Reipublicae litterariae bene feliciterque vortat) *promiſſas tibi in principem Hiſtoricum Notas expenſas fero; recens a me, occaſione novae editionis uſo, ſaltuatim & quaſi per Saturam conlectas, in quibus ſi cui forte vota praecipitaſſe, meque ac ſpes meas nimia ſcribendi lubidine corrupiſſe judicatus fuero, nae hercule ego cum illo pignus haud auſim dare. Quid enim? Fateor me ad hoc ſcriptionis genus majori ſtudio, quam conſilio protractum, quippe qui operam celocem, non corbitam dare coactus (ſollemne illud noſtrum, ut Plautiſſemus, agnoſcis,) diebus pauciſſimis non artifici aſcia politum*

opus;

opus, ſed rude & velut agreſti falce deformatum hoc, quodcumque vides, in tempore tibi exhibere properavi; metuens videlicet moram aliquam operis tuis incommode creare, & quidem inter reciprocos Comitiorum aeſtus, mediis conatibus meis ex tranſverſo incurrentium, & moleſtiſſimam aggerum procurationem; quae me totum fere hunc menſem, alieniſſimo hercle tempore, & domo, & caris meis, hoc eſt, libris expertem fecerunt. Nil itaque mirum, ſi, ſpatiis excluſus iniquis, praeter animi quam libuit ſententiam, ſolito indiligentius hic fuerim. Et tamen qui noſtra haec cum aliorum Correctorum exemplis conferre voluerit, facile is, opinor, intelliget, cauſſam non eſſe, cur me hujus quamvis tumultuarii laboris poenitere tantopere debeat. Nam quantum mihi reſtat, obſecro, ad eos omnes, qui ante nos in Criſpi Fragmentis reconcinnandis operae pretium aliquod facere priores occupavere? quorum ut neminem merita ſua laude privatum cupio, ita & me in has veluti Salluſtiani naufragii tabulas aliquantam induſtriae partem contuliſſe aequos atque iniquos omnes faſſuros eſſe confido; de qua competitoribus noſtris adhuc in mentem non venerit: nec tamen tantam, (quid enim ſciens contra verum niti me poſtulem?) quantam aut rei ipſius dignitas aut tua etiam de me exſpectatio mereri fortaſſe, vel poſtulare videbuntur. Habes ecce confitentem reum, & qui Albini illius exemplum aemulus (pace Cenſorii Catonis quod fiat) deprecari noxam mavult, quam noxa vacare: apud te praeſertim, cujus formularum Genius, hoc eſt, typorum celebritas ac elegantia, maximam adverſus invidos huic Notarum noſtrarum abortioni fiduciam parit: &, puto, propter hoc legentur. Summa tamen expurgationis noſtrae (cum Petroniano Bolenio dicam) haec eſt: Placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris, cujus adeo me non poenitet, ut & gratias mihi hoc nomine inſuper deberi exiſtimem, quod famam modeſtiamque meam poſt publicas utilitates habuerim, & cujus rei lubet periculum me facere praeoptarim potius; dum quid modo emolumenti ex eo litterarum ſtudioſis accederet: non quia mihi induſtria atque ingenium meum amplius aequo probarentur; ſed inter tot tamque varia judiciorum certamina, veteres mutantium ſcripturas, viſum eſt faciundum, ut & ſententias nonnullorum excuterem, & noſtras ſimul ſuſpiciones lectori proponerem; ex quarum comparatione veritas magis elucere poſſet, verum id fruſtra, an ob rem fecerim, in tua atque eorum, qui haec cognitione ſua haud indigna judicabunt, manu ſitum eſt, Plantine, quibus ſi conſilii noſtri rationem non diſplicuiſſe cognovero, accendetis, quare ad digniora porro gradum facere avidius capiar: veterum dico Latinorum Oratorum,

Poëtarum, atque Hiſtoricorum Fragmenta; quae ſola nunc reliqua, de tot egregiis ingenii facinoribus, deorum nobis benignitas fecit, quod opus ego ex Caſca & Opica illa vetuſtate, omnique ſcriptorum genere cum cura & fide coacervatum, non vitio mentis, neque ex ambitione mea, ſed Lipſianae maxime auctoritatis fiducia caute atque meditate jampridem aggreſſus, ad exodium porro ducere cogito: tibique eis hercle paucas tempeſtates, mi Plantine, cum dis volentibus repraeſentare. Eadem additurus & Praecidanea noſtra, in quibus, (uti ſpero) operam meam accuſari non ſinam: quippe ad eas res aciem jampridem omnem paratam atque inſtructam habens. Lubet enim paratragoediare, hoc praeſertim ſaeculo tam ventoſo & ambitioſe perſonato. Nam qui minus vero mihi hoc licere autumem, quam meris oſtentatoribus iſtis, factioſa lingua, ignava opera, ſubleſta fide? qui multa Caſtigationum millia in omne ſcriptorum genus minati, poſt inaniſſimum dictorum ſtrepitum, nihil aliud lectori, quam fumum ex fulgore relinquunt, qui tamen tanti non eſt, ut ideo oculis noſtris vel minimum dolorem concinnent. Quid jam? Rideo, ait Galba, cantherio. Vale flos Calcographorum Galliae tuae, ſimul autem ſalve. Lugduno Batavorum.

QUA-

Digitized by Google

ET PRAEFATIONES.

QUADRIGAE SIDERUM VERE ILLUSTRI,

D°. NICOLAO,
D°. CHRISTOPHORO,
D°. SIGISMUNDO,
D°. FRANCISCO,

BURGHAUSIIS:

STOLTZENAE, SEIFERDORFII, SCHILTBERGAE, GIRSDORFII, NEUDORFII, ET SACKEROVII DYNASTIS, &c.

Genere, virtute, doctrina, fama, nemini per Germaniam ſecundis,

JANUS GRUTERUS,

S. P.

Cur Salluſtius iſte viam ad vos adfectet, jure quaereretis, Viri Nobiliſſimi, niſi is eſſet nominis veſtri amabilis ſplendor, eaque erga me comitas ac dignatio, ut nulli juſtius ſacrari aut deberet, aut poſſet. Nimirum, cum toties verborum tuorum ſalutes, Domine Nicolae, auribus iſtis oculiſque inſinuaverit, verus ille Muſarum Charitumque pullus, Tob. Scultetus; tuque praeterea, Domine Sigiſmunde, nullo non amore, atque honore Gruterum proſecutus fueris; praeſens quidem, aliquot annos ab ore ejus publice pendere non dedignatus; abſens vero epiſtolari adloquio priſtini adfectus caritates erga ipſum tenerrime

rime exercendo: iiſdemque item inſtiterit veſtigiis Dominus Franciſcus; honorificas ejus ſalutationes frequenter permittente ad me, amiciſſimo illo capite, Sculteto: nihil minus profecto poſſum quam immeritam hanc veſtram benevolentiam ac comitatem, tam longo magnoque temporum ac locorum intervallo conſtantiſſime conſervatam, haud amplecti modo atque obſervare; ſed producere ac publicare orbi huic cultiori; ſi non columna aliqua literata; at ſaltem circumſcriptiore hac tabella, ſic quoque, mei in Burghauſiorum familiam officii cultuſque arrham plane devotam. Ea fine ſane, & te quoque, Domine Chriſtophore, facie ac voce alata minus alioqui cognitum, auſus ſum adjungere germanis tuis, conſtituendae quadrigae. Si enim licuit illi, apud Poëtam, inclamare:

Fratrem ne deſere frater;

Multo id ego honeſtius praeſtitero, in certamine iſto, officioſo magis quam cruento: tanto quidem confidentius, quod uno eodemque jugo hiſdem copulatus, quamquam caperere aut proſilire, aut decumbere, aut conſiſtere; ne poſſes quidem; utpote triumvirorum iſtorum impetu abripiendus per conſtantis hujus amoris ſtadium, volens nolens. Sed nulla heic opus vi; bonitate naturae tuae ita in omnibus conſpirante cum optimis fratribus; ut jam nunc ſine controverſia, non tam audiatis quam ſitis, inter Germaniae nobiliſſimos doctiſſimi, inter doctiſſimos nobiliſſimi, inter utroſque optimi. Qua quoque de cauſſa, nominis veſtri character praeſcriptus huic noſtro libello; cui alioquin opus erat Numine aliquo tutelari, contra vitii virus, hodie nimis quam communis, inſcitiae atque invidiae, quod ut porro profligare queatis; valetudinem vobis longam opto voveoque, meique amorem perennem. E Bibliotheca Palatina 1. Auguſti CIↃ IↃ CVI.

NO-

ET PRAEFATIONES.

NOBILISSIMO, POTENTISSIMOQUE

PRINCIPI

HENRICO MARCHIONI

ET

COMITI DE KENT,

COMITI DE HARROLD, VICE-COMITI GODERICH, DOMINO RUTHIN, BARONI LUCAS DE CRUDWELL; REGIAE DOMUS CUBICULARIO, HEREFORDIENSI COMITATUI PRAEFECTO,

ET

REGIAE MAJESTATI A SANCTIORIBUS CONSILIIS,

S. P. D.

JOSEPHUS WASSE.

Quanquam, Celsissime Princeps, haud necesse habeo deprecari Orationis culpam, cujus Ipse, permissu tuo, gratiam fecisti; ne tamen a more publico dissidere videar, edendum qua animi fiducia id gratiae apponi mihi postularim. Nempe ergo haec scripta eo colore ad Te accedunt; quo Gens aliqua generis primordia, Coloniae suas adeunt Origines. Indigna quidem illa nostra, quae ex se mereantur aditum; in hoc uno facilioris veniae, quod, ut hae stirpis Au-

ctori-

Floribus, ita & iſta Atavorum tuorum munificentiae accepta referri debeant. Ipſae AEdes, ubi haec adornavimus, ex duabus illis, quibus non immerito ſuperbiunt, Reginis, Alteram Veſtri nominis, ſibi Fundatricem vindicant; in maximis ſuis laudibus habentes, quod eodem Columine, quo Domus Veſtra, nitantur. Fave modo donis tuorum, & avito beneficio favoris tui recentior accedat cumulus. Patere Eliſam *illam utriuſque noſtrum, in Te hoc pacto colam; neque enim alia re magis honori ejus conſulturum me exiſtimo, quam ſi litterarum earum ſpecimina, quas heic illa florere juſſit, Auctorem quem verba noſtra conari docuiſſe dicitur, altera ab illa* ELISABETHA PRINCEPS, *ipſe Tibi nuncupem. Tibi potiſſimum, & ante omnes, quem neceſſitudo ſanguinis, & in me voluntas, duplici jam nomine, benignitatis Illius aeque ac virtutis haeredem conſtituunt. Et ſane ſi deſideraretur, qua praecellis, Innocentia morum, reliquae artes Gentilitiae litterarium hoc & inane munuſculum adverſum Te gratum fore parum confirmarent. Petere nimirum, ut ſub tutela corruptiſſimi Nobilis in lucem exiret Auctor Ampliſſimo Ordini infenſus; in quo Magnatum flagitia, peculatus, & foedae poteſtatum nundinationes utramque faciunt paginam, quid eſt, ſi non hoc eſt, contumelia? Ecquid aliud putet quiſpiam bis moribus, quam ore alieno callide ſibi ſummiſſum accuſatorem: maliſque ſuis lubidinibus vicaria Scriptoris opera vim factam? Verum quae recte olim in Patres jaciebantur, in Te, niſi Calumniae nomine, venire nequeunt: tantumque aberit ut tacita ſint actionum tuarum exprobratio: ut illae contra vel ipſi* C. MARIO *ſatis intemperanter in Vos debacchanti verecundiam incutiant. Quod ergo tuum unius patrocinium hodie* SALLUSTIUS *ambit, id tua Proſapia, tua praeſtat benevolentia: quod fidenter id nec abſurde facit, vita moreſque tui fecere. Non eſt, quod vereatur indignatione libera perſequi patrimoniorum decoctores, graveque illorum aes alienum exagitare; coram Te praeſertim in re familiari adminiſtranda prudentiſſimo; & cujus Fides haud paullo minoris, quam Publica ducitur. Non jam vinoſa Senatorum ingenia, quibus nulla peſtis nocentior in vitam invaſit, & inſanas aevi veteris perpotationes maledictis vexare deſinat; audiente Te, qui totus ad ſobrietatem compoſitus, illius verba exempli tui auctoritate comprobaſti. Damnetur tuto Principum virorum inertia, nimis inhoneſta labes, nulla offenſione Tua; cujus mens, vel luxu Aulico circumflua, rigorem ſuum intactum ſervare novit: qui numquam ita illecebris ejus, in malum otium evictus es, quin acer intentuſque omnia, quaſi nullo impoſito, per Te Ipſe adire, atque agere ſoleas: unus aliorum munia ſuſtinere. Eant Illi felices, qui ad Exercitus*

citus cum imperio ſint, quibuſque bene velle, eſt favere ac cupere Reipublicae. Eant, volente bono Eventu, cum gloria redituri. Eant, omnibus fauſta atque laeta precantibus, praeter eos; qui nihil optatius habent, quam terrarum orbem Galliam fieri. Pergant Io invicti, ſecum publica fata ducentes: Galliam, furta belli parantem, nominis ſui tumultu miſceant. Te togata manent decora, &, triumphatis ſaeculi moribus, haudquaquam aſpernanda Tropaea; Civilia quidem illa, & de hoſte domeſtico, de dolo malo, de ſcelere, & injuria parta. Quantum enim Heroes Illi, ne bello inferiores ſint incumbunt, tantum Ipſe, ne in officio vincaris. In hoc invigilant Curae tuae, ut, Pacem, quam brevi horum arma parient, Pacis artibus ornes. Ut quid deceat in factis teneas; ut quicquid abſonum, & indecorum; quicquid agreſtis neglegentiae eſt, id omne quod abhorret, e vita procul amoveatur. Hae dotes animi non Te magis utilem Reipublicae quam in Aula acceptum reddunt. Et quis Regium latus, omnis illud virtutis & fidei ſacrarium, adſtare magis idoneus, quam nullius probri compertus? Quis ad juvanda conſilia Principis accommodatior, quam qui bene rem procurat ſuam? Ad belli arbitria tractanda, quam Ille, qui in tanto poſitus iterati ſaepius honoris faſtigio (quaſi ad privatum demtaxat illis gradibus exſurgatur) optume pacem pati novit? Quis Cleri Anglicani *vices aptius diſponat, quam qui graviſſimis eorundem monitis, vivendo adſtipulatur. Sed hanc Imperii molem, qua Tu fide adminiſtraveris, & quanta cum Illuſtrorum virorum concordia, qui apud nos Capita rerum ſunt: quale horum paratis atque decretis momentum attuleris, quia privati modus non capit, omitto dicere, ne ſortem meam excedam; eoque lubentius, quod ſupervacaneum eſſet, poſt Honorum grande praeconium, poſt judicium* SERENISSIMAE ANNAE, *laudes tuas vulgari orationis genere moliri. Quod apte dicam privatus, quodque ad* SALLUSTIUM *attinet; cauſſentur poſthac in eo qui volent incondita locorum nomina; ſint, per me licet, quibus* Faeſulae, *agerque* Picenus, *aeque ac ultima* Scythiae *vulnerent aures; quibus vel ipſa Roma barbara videatur. Cum vero a Te peto Italiae terrae alumno, ut Hiſtoriam rerum in ea geſtarum lectione digneris; idem eſt ac ſi poſtulem, itinerum tuorum libros commentarios evolvas: & quae oculis perluſtraſti loca, ea denuo legendo reviſas. Praeſertim cum Is ipſe ſis, cui rara indulgentia Fortunae intra pomoeria aeternae Urbis adoleſcere contigerit. Qui non contentus amoenitate atque elegantia ejus raptim & in tranſcurſu frui, etiam in Villam tuam Hortoſque illam tranſtuleris; utque ipſa adeo* Campania *domi ſit, imitando feceris. Hortos, non dico* Salluſtianos, *jam nomen & fabulam, ſed univerſos*

*** *** **

verſos P. Rom. Quiritium, *opere aut impenſa viſendos, parum erat vidiſſe, niſi ſuperaſſes. Hinc eſt, quod uti ſuos quiſque Penates, ita Tu Italiam alteram paene Tibi patriam noveris: unuſque ſis ex multis, qui dum res Latiales recognoſcas, minime interim peregrineris. Eſt ergo mihi, quo invidiam Editionis hujus ampliore animo ſubeam; quo in jus judiciumque Lectorum concedam ſcribendi reus: cui, ut ut virum Patricium minus ex more Romano tractaſſe acciderit, Errata ſaltem qualiacunque Romanae indolis Patrono redimere ſit datum: atque ea, quae ab impari ingenio majori luce ſuffundi nequibant, ſplendore Tanti Nominis illuſtrare. At tu* VIR NOBILISSIME, *parva haec in quibus Critica noſtra proluſit, veris mox armis & juſto certamine decretura, boni conſulas; meque majora indies, & magis ardua meditantem, non indignum putes, qui otia Tibi debeam.* CANTABRIGIAE, *Idibus* Martiis, *Anno* MDCCX.

LE-

ET PRAEFATIONES.

LECTORI

S. D.

J. WASSE.

Nihil aeque a legentibus ignorari conſuevit, atque Recenſitoris officium; aliis hominem ad regendas dumtaxat Operas impoſitum putantibus, ad cavendum, ne quid detrimenti capiat Reſpublica Alphabetaria; aliis, ut Auctorem pro Themate habeat, in quod aliqua moribus formandis idonea commentetur. Quo itaque in praeſenti aequiora poſtules, oſtendemus, quae tandem ipſi, cum aliis, tum praecipue nobis incumbere putarimus; quo uſque interim & quatinus propoſitum aſſecuti fuerimus, tuo Lector arbitratu feras ſententiam. Typographos in edendis omne genus Scriptoribus, unius alteriuſve codicis fidem ſecutos accepimus; unde factum, ut primae Editiones etſi derivatae a probatioribus membranis, interpretationibus ubique ſcateant; neque temere poſſit inveniri ullum elegantius Dictum, aut ab uſu communi remotior Conſtructio, quin aut ſomniantium Monachorum, aut perverſe medentium manus experta fuerit. Et quantam cladem & calamitatem bonis litteris attuliſſe cenſes data opera Depravantes, quorum medicina tot tantaeque dicendi veneres extinctae ſunt? Quin ut quiſque eruditior, ita Auctorem ſuum foedius accepit, eidemque vulnera graviora inflixit. Non enim difficile eſt indoctorum lupinos ab aere genuino internoſcere: ſed aſſumenta aptiora ſubodorari, ejus unius eſt, qui praeter acrimoniam ingenii, ſtylum cujuſque aetatis probe perſpectum habet. Adhoc, ſi collatione Exemplarium aliquando pro ſplendore priſtino eniteſcat, deerit fortaſſe qui Ipſius errores in locorum nominibus, temporum computo, rerum geſtarum enumeratione, adhibitis a Re Nummaria Lapidariave teſtibus idoneis, perſequatur; ſaltem qui Leges, Mores, Locutiones etiam paullo inſolentiores orna-

Digitized by Google

te atque copioſe expediat. Veram jam vides Editoris provinciam, & cui ſufficienter ornandae, vix ullius acumen ſatis ſubtile, nulla plane Lectio quantumvis immenſa, ſatis ampla eſſe videtur. Proinde carptim onus aggreſſi ſunt Interpretes, quod integrum ſuſtinere nequibant. Hic excuſſa barbarie ſtyli naſum condere: ille idem docentes inter ſe invicem committere: Politicam, Geographicam excutere: ſcribendi modum artemque ad amuſſim Ariſtotelicam perpendere. Quod ad Salluſtium attinet, nollem quidem tam munifici eſſe voluiſſent in eum librarii; quorum gloſſae linearum ferme numerum exaequant. Neque enim a Sciolorum calamis inquinatiorem alium poſt natam eloquentiam extitiſſe affirmaverim. Et profecto, praeterquam quod omnium manibus aſſidue tereretur, nemo magis huic peſti obnoxius atque opportunus eſſe poterat. Amputatae ejus periodi, ſubiti ictus ſententiarum, dictio ex inopinato praeciſa, & ignara verba, Interpretem poſtulare videbantur. Ea orationis pernicitas, ut ni Litteratoris alicujus ſaburra inhiberetur, periculum erat, ne oſcitantes animos tranſvolaret, atque a tergo relinqueret. Hinc totiens inculcatum infelix iſtud *coepit*, aliaque verba adſcititia, & Ellipſium ſupplendarum. Nec tamen his ſordibus contentus *Pomponius Laetus*, caſtiores Salluſtii editiones & ipſe talis vir, ex *Sanſeverina* familia, *Vallae* Diſcipulus, ulterius contaminaſſe fertur. Et ab illius temporibus ad noſtram uſque aetatem plures enarrare, notaſque Reales in eum conſcribere quam purgare malebant. In hoc vulgo eminent Omnibonus, Zanchus, Bononienſis, Philologus; inter eos qui Hiſtorice & Politice rem agunt, Caſtilionens, Rupertus, Graſwinckelius, Loccenius; & qui artem, ſenſuſque ad regulam ſcribendi exigit *Paulus Benius;* quorum labores hac in parte nos illaetabili atque ingrato onere ſublevarunt. Eorum vero qui in oratione Salluſtii emendanda poſt *Aldum* & *Aleandrum* exſudarunt, agmen ducit *Hen. Loritus Glareanus* ex pago *Glarona* Helvetius, poetices & muſices cultor. Hic *Eraſmi*, cujus conſuetudine utebatur, aemulus, ingentis induſtriae fuit, & duodecim L. Lat. Auctores commentariis mixti generis illuſtravit. Haud ergo mirandum, ſi ingenium illud, quod in tot ac tam diverſa ſcriptorum genera ſe diffuderat, minus integris viribus ad Hiſtoricum noſtrum acceſſerit. Praeſertim cum neque ſubſidia pro ingenii opibus nactus fuerit, neque, praeter Enarratores, quos diximus, exceptis *Aldi* & *Julii Gothi* codicibus, quicquam in rei diſcrimen adduxerit. Accedit, quod in hac provincia parum diu moratus, cum ſua religione ſe Lectoremque fruſtra torquet, falſis nodis inveniendis, quam veris ſolvendis vir melior. Neminem fere

fere pro ſua ſententia citat; ſed ex orationis junctura atque ſerie, aut locis inter ſe comparatis acute, nec ſemper vere, argumentatur. Lectiones quandoque genuinas ob non bene perceptam L. Linguae indolem Auctori abjudicat. Prodiit editio ejus, in qua praeter *Jug.* & *Catil.* habentur etiam Orationes adverſariae, *Baſil.* apud *Cratand.* cIↃIↃ XXXVIII. Eodem tempore melioribus auſpiciis ad idem opus paratus ac meditatus acceſſit *Joan. Rivius* Atthendori natus, qui *Miſenae Hermundurorum* ludo litterario praefuit. Eum ex his, quae acute juxta atque eleganter in Salluſtium, abſoluto *Terentio*, elucubravit, virum fuiſſe graviſſimum facile comperior. Primus ille Interpretum ὡτα πεπαιδευμένα habuit, neque animi ſecus quam aurium judicium in ſcriptis oſtendit. Teſtantur hoc ſententiae antea male tornatae, & ſine arte fluentes, quas novato verborum ordine, inciſis, membriſque permutatis, priſtinis numerorum legibus obedire coegit. In Orationibus potiſſimum omnes amputavit ille verborum moras, & concitatae facundiae ſcriptorem ſua volubilitate redonavit. Ex codicibus, quos e *Monaſterio Benedictinorum* nactus eſt, unum eumque bonae notae, ex vicinae civitatis nomine *Merſeburgenſem* vocat: alterum vero potiorem, & cujus plerumque fidem ſequitur, in acquirentis gratiam, nominat volumen *Fabricianum;* caeteros, niſi per Satyram, non memorat. Quinetiam correctiſſima quaeque ex impreſſis contulit, Beroaldinum, Aldinum, Badianum, Argentoratenſe, ubi *Orationes* ex libris deperditis, & *Ep.* de *Rep. Ordin.* Exemplaria Gymnici, Baſileenſe, Hervagii, Venetum, quod excudit *Pincius*, *Pomponius* caſtigavit. Interea *Gram.* vett. aut ſuperioris aevi Doctorum citationes minime negligit; adeo ut quodcumque huic ad perfectiſſimum Commentarium defuerit, aut aetati qua floruit, aut humani ingenii imbecillitati adſcribi mereatur. Verum, ut quod res eſt dicam, Scripturam veterem non ubique diſtincte ſatis exponit, ſollemni Antiquorum vitio ſatis habens dixiſſe, *ita vetuſti.* Dictionem non ſemel genuinam ut a *Cicerone* diverſam, improbat, nonnulla, in vocum terminatione praecipue, extra Codices audet; multa probat adulterina & mali coloris, a corruptis Auctorum quos citat exemplaribus. Lectio ejus ut exacta, ſic exilis, nec ſatis diffuſa, vix Latinorum partem tertiam complectitur. Graecorum haud quenquam tetigit. Poſtremo, plurima in quibus ſtat obtinetque, in hac tanta Litterarum luce, tum clarius, tum firmius aliquanto dici, aut etiam pro ſupervacaneis haberi poterunt.

Hunc deinde ſex annorum intervallo excepit *Petrus Ciacconius*, *Toleti* in *Carpetanis* natus; doctus, acer, acutus; ſed in Moribus, quam Sermone, & Loquentia veteris aevi magis verſatus. Notae ejus, quae cum ipſo Auctore brevitate contendant, parcimonii Salluſtiani exemplum luculentum, loca fere continent parallela, aut exempla, quibus hodierna Scriptura fulciatur; quae quidem ille recens a Catone, Tacito, Apulejo (nam Graecos ſubminiſtraverat *Victorius*) appoſite hanc in rem allegat. Quod ſi heic ſtetiſſet, in ſuſpicionibus ſuis parcior, neque conjecturis inanibus ſine more modeſtiaque indulſiſſet; etſi in teſtimoniis quae adducit multa inſint communia, trita, inventu facilia, longe majorem a Doctis, & magis veram laudem reportaſſet. Nunc vero, quamquam in aliquibus εἰωνὸς ἄεθλον, quaedam ſatis expergite comminiſcatur, nemo omnium eſt a quo ſaepius diſſentire cogar. Codices, tam ille, quo cum *Jug.* & *Cat.* conferebat, inter bonum malumque medius, quam illi duo litteris Longobardicis exarati, quorum ope nonnulla in *Orat.* & *Epiſt.* emendabat, *Romae* adhuc *B. Jacobi* aede, cui inſtructiſſimam ſuam Bibliothecam legaverat, adſervantur. Prodiit ex ejus recenſione *Criſpus*, ɔɔɔIɔXLV.

Nondum vero Critici cum Gloſſatoribus debellatum exiſtimarunt: novus ergo ex *Manutiorum* familia vindex aſſurgit, *Aldus* Pauli filius; qui MSS. tribus tantum uſus, *A. Caſarii Caeſenatis*, *P. Hyantapbii Sabini*, & *F. Urſini*; loca quamplurima indicando, in quibus Graecos Noſter adumbratus eſt, laudem prope ſingularem ſibi quaeſivit. Emiſſa denique Editione Anno ɔɔIɔIɔLXIII. *Cypriano* a *Popma* Nobili Friſio lampada tradidit. Sex illi viro Codices ſcripti, ex *Bib. D. Martini* primus, dehinc *Lovanienſis*, *Genepeus*, *Martinianus*, quem *Coloniae* viderat, liber *Guil. Canteri*, illique quibus antea uſus *Vincentius Caſtilionaeus*, niſi forte ex ejus notis citaſſe cenſendus ſit. Caeteros, tametſi de iis magnifice loquatur, verbiſque quam poſſit ampliſſimis eorum virtutem extollat, eos pervetuſtos, integerrimos eſſe; nulla tamen nota, nulla ſignificatione dignatus eſt. Caeterum, in notis pauca ſaltem praeſtitit, ipſomet fatente *Grutero*, qui in illum & libros ejus haud paullo iniquior videtur. Verba nempe *Grammaticorum* ad membranas expendit; de Legibus, Antiquitatibus, & Inſcriptionibus vetuſtis non pauca ſcitu digniſſima in medium adducit. In eo peccat, quod, cum Salluſtio nimis ex formula *Catonis* agens, & *Siſennae*; multa paſſim ad horridam iſtius ſaeculi indolem deformare aggrediatur. Cenſuram egit ɔɔIɔIɔLXXII. Hunc ſequitur *Petrus Victorius*

florius Graecis Latiniſque litteris praeclare doctus, operique peridoneus. Verum exemplar ἓ πεπρᾶ κίμμαλ@·, quod ei ſuppeditaverat optimis utcunque auctoribus frequens *Bib. Medicaea*, magni viri genium deſtituit. Salluſtium tamen pro copiis dedit, *Florent.* cIↃIↃLXXVI. *Ludovicus* inde *Carrio* J. C. patre Hiſpano, matre *Belgica* natus, vir praeſtantis ingenii, & in Latinis *Scholiaſt.* Vett. *Grammaticis* antiquis verſatiſſimus, Fragmenta primus juxta ſeriem annorum diſpoſuit, anno, ut ipſe ait in Epiſt. ad *Guidonem Laurinum*, cIↃIↃLXIV. poſt paullo, una cum reliquo opere, a ſe ex libris antiquis emendato edidit *Antwerp.* cIↃIↃLXXIX. *Criticum*, ubi ratio emendationum reddenda eſſet, non addidit, abſentiam librorum & cladem Lovanienſem cauſſatus. Unde merito accidit, ut haec Editio non ſit in omnibus admodum probatae fidei, quod nempe Conjectorem inter, & Codices diſtinguere haud liceat. Quin immo vocum Terminationes caeterumque ſermonis filum ad antiquorum exempla tacentibus *MSS.* diduxiſſe ſuſpicor. Ut res aliquando palam fiat, optimorum Codicum nomina, quae quidem memoriae prodidit, ex Libris *Emendationum* ejus I. 5. & *Comm. Antiq.* III. 20, &c. recenſebo. Sex itaque omnino ſunt; in primis ex *Collegio Buſlidiano* per excellentiam opinor dictus *Buſlidianus*, dein *Gemblacenſis* vetuſtiſſimus liber, item alius, qui olim fuerat *D. Benigni Divionenſis.* In notis ad Fragmenta unum adhibet *Nicolai Fabri*, Cardinalis *Briconeti* alterum, tertium *Vaticanum*, quos omnes *Cl. Puteani* opera nactus eſt. Codices etiam *Grammat.* Antiqq. eidem, aut *Melch. Hittorpio* Colonienſis Bib. Cuſtodi, aut denique Bib. Elnonenſi deberi teſtatur. His ille praeclaris ſubſidiis fretus, conjecturis renunciavit; loca qua ſcriptura, qua ab interpunctione mendoſa egregie reſtituit. Hiſtoriam raro, Graecos, praeter *Plutarchum*, & *Demoſthenem*, eoſque ſemel adductos, ne attigit quidem. Auctores Salluſtianae dictionis aemulos ubique negligit, intentus libris ſuis, quorum venuſtates numquam non aſſequitur. Huic ejus labori cIↃIↃLXXX. ſucceſſit *Janus Douza*, tum admodum juvenis. Multa & ille loco non ſuo poſita, alia perquam obſcura, ſoliſque juvanda conjecturis in integrum reſtituit. Quaedam, ratione temporis accurate habita, aptius digeſſit, & additione aliquot Fragmentorum Hiſtoriae Romanae fines prolatavit. *Epiſtolas* Caeſari ſcriptas, de quarum Auctore cum pleriſque dubitarat *Carrio*, Salluſtio aſſeruit. In notis apparate factis, acutus; ob inopiam librorum hariolatur, lenocinante conjectura quandoque in pravum abſtractus; non tamen in omnibus fruſtra eſt. In explicando felix, ſed diffuſior; nonnulla ex Graecis adducit, verbis autem ſuis, unde

unde Salluſtiani naufragii tabulae multum illuſtrantur. Eodem tempore *Janus Mellerus Palmerius*, ex Noſtro quaedam carptim ſelecta, in *Spicilegio* ſuo (ſi ita librum nominemus, cujus Auctor tam ſaepe falcem in meſſem alienam immiſerit) emendanda ſuſcepit. Cum codices, quos ſequi poterat, habuerit, *Tholoſanum*, *Bertinienſem*, *Sigeburgenſem*; adhoc *Modii*, *Brunnii*, *Stanaei*, & *Fragmentum Colonienſe:* indomito & ferocienti ingenio permittere omnia maluit. Ter, vel ad ſummum quater, de Auctore bene meritus eſt; in caeteris, ſed acerrime, ſed Latiniſſime, nugatur.

Proximus autem, cui Correctura Salluſtiana, Doctis quaſi per manus tradita, obtigit, *Fulvius* erat *Urſinus*, patria Romanus, & ex Alex. Farneſii Cardinalis Domeſticis. Sed ille, quamvis in hoc litterarum genere egregius homo foret, in Antiqq. quam Locutione antiqua plus viderat; uno interim codice *Romano*, eoque non inſignite optimo nixus (ut Ciacconiana quae ſuis interſpargit, ne memorem) ex Gemmis, Numiſmatibus, & Inſcriptionibus haud contemnenda protulit. Paucis denique reſtitutis, in caeteris aliter ſentire mihi videtur. *Salluſtium* dedit cIↃIↃxcv. Haud ita multo poſt, *Chriſt. Colerus*, in Francovia natus, quaedam eo ſpectantia molitus; quae qualia ſunt, dicant illi qui viderint; mihi interim fama atque auditione compertum eſt, illum omnia fere ſua minima maxima (more quorundam aetatis noſtrae racematorum, inter Bibliopolas, quam Criticos habendorum) ſublegiſſe. Conſarcinatoris Notae lucem, qua vix dignae erant, adſpexere *Norimb.* cIↃIↃxcix. Pauculas earum & Nos, *Gruterum* ſecuti, retinuimus: alias citat, corrigitque *Helias Putſchius*, qui & ipſe, ante auſpicatum *Gramm. Antiqq.* ingens Opus, in hoc ſtadio cucurrit. MDCI. Scriptis niti ſe profeſſus eſt, *Rittershuſii*, *Ciacconii*, *Cujacii*; quibus adjunge *Vaticanum*, *Bongarſii Schedas*, *Auguſtanos*, poſtremo Librum, olim ſuum, nunc vero *Bib. Lugdunenſis.* Omnia exſpectari poterant a tanta indole; ſed, cum vix annum ingreſſus eſſet viceſimum quintum, erudito orbi quali *oſtenſus tantum*, immature obiit. Quaedam, id aetatis, fat commode obſervavit, allatis Scholiaſtarum a ſe emendatorum teſtimoniis, quibus e Graecis perpauca admiſcuit. Circa haec tempora neſcio quid in *Salluſtium* annotarat eloquentiſſimus *M. A. Muretus;* nam praeter illa quae in *Libro Var. Lect.* inveniuntur, aut notis ad Ciceronis Catilinarias obiter tangit, nihil ejus vidiſſe memini. Prodiiſſe tamen Ingolſt. MDCIV. docet ὁ πολυμαθεστάτος, & magni Voſſii in opere maximo ſuccedaneus *J. Alb. Fabricius.* Verum enim vero, ut omnibus numeris perfecta atque elaborata incederet Oratio Salluſtiana,

luſtiana, tot jam, tantorumque limas cenſorias experta, reſtabat exoletas, & probatiſſimae fidei membranas adire de novo; ut unius cujuſque ſcriptura diſtincte memorata, inter manus principem & correctricem ubique fieret diſtinctio. Hoc in ſe recepit *Janus Gruterus* Bib. Palatinae Praefectus, magnae vir lectionis, acerrimi judicii, diligentiae planae ſtupendae, & quaſi in poſterorum ignominiam natae; Tantae praeterea in codicibus tractandis religionis, ut a ſuperſtitioſo parum abfuerit. Uberrimam illi librorum copiam Electorales loculi ſuppeditarunt; inter impreſſos quidem Ed. *Vicentinam* CIↃCCCCLXXV. *Mediolanenſem*, CIↃCCCCLXXII. quas omnium primas eſſe non recte opinatur, & a quarum caſtitate defecit illa, quam etiam citat, *Tacuini*, cui praefuit *Laetus*. His *Aldinam* CIↃIↃXXI. Antwerpienſem Carrionis, omneſque deinceps adnumerat. MSS. XIV. excuſſit, interque illos *Commelinianum*, ipſa exeſum vetuſtate, Palatinum *Nazarium*, qui uſque ad Jugurthae Caput CXX. pertinet. Caeteri pro ſua quiſque bonitate numeris Arithmeticis ſignificantur. Recentiſſimum ex iis Pal. XII. ſcriptum narrat CIↃCCCCLVII. Pal. IX. litteris fuiſſe evanidis, &, quod *Nazario* etiam contigit, ab alia manu, non ubique ſervatis ſcripturae priſcae veſtigiis, ſuperpictis. Pal. II. inter aniles ponit membranas; Pal. III. interdum bene monere, IV. largiter a Gloſſographis acceptum ait. Simul his recenſet *Vaticanum*, in quo tantum Jugurthae & Catilinae Orationes inerant, illoſque, quos contulerat *Bongarſius*. Horum auctoritate, verborum ordinem in melius reformavit; multa ab inſulſis litteratoribus intruſa, ſuſtulit; quaedam etiam ſummo MSS. & vetuſte editorum conſenſu in Orationis contextum, uti vocant, intulit. Vocum complurium terminationes a Gramm. regulis potius quam Codicum ſuffragio comprobatas immutavit. Non eſt quod in illo temere culpes, niſi quod libris ſuis addictior, in paucis rectum ingenium corrumpat: non quod deſideres, niſi quod Lectiones quas probat, ad alia feſtinus, haud ſatis ubique tueatur. An vero in emendando Salluſtio palmam reportet, ex eo conjicias, quod neque *Auſonius Popma*, qui appoſitis ad Fragmenta Auctorum locis unde deſumta erant, Noſtrum ad fratris ſui exemplaria exegerat *Franek.* CIↃIↃCXIX. neque *Cl. Gronovius*, qui, peracta CIↃIↃCLXV. cenſura, idem vas incruſtaverat, ſatis dignum operae pretium feciſſe viſi ſunt. Hactenus Salluſtianae dictionis Conditores ſtylo perſecuti ſumus, non quidem ea gratia ut inter illos nomen profiterer meum, ſed ut exinde liqueret, eſſe pauca, quae Patrum induſtria nobis in eadem palaeſtra certantibus reliqua fecerit; ne a me fortaſſe qui tantum ab illis

doctrina, & ope libraria, quantum aetatis intervallo ſim inferior, majora quam par eſſet exſpectarentur. Quae vero in *Salluſtio* recudendo apud animum meum propoſui, ea hujuſmodi ſunt. Primo nimirum, ut ejus contextus quam emendatiſſime ad iſtius Editionis fidem repraeſentarem, in qua, adhibitis optimis exemplaribus, Cenſor quam minimum ingenio ſuo permiſiſſet; eoque nomine mihi ante omnes *Gruteriana* ſe probavit. Ad eam ergo ſcripturarum diverſitates expendimus. Non quod illam ubique purum putum *Salluſtium* exhibere duxerim, ſed ne *Popmae* aut *Rutgeri* editionem, ejuſve traducem *Pariſienſem*, cujus praeter indicem nihil umquam Doctus laudavit, ne denique *Hackianam*, indignam *Gronoviano* nomine ſequendo, meras hominum Opiniones pro MSS. auctoritate incauto Lectori propinarem. Sciebam aliquos nimis intemperanter ingenio ſuo uſos in corrigendo, aliorum e contra mentes tantam ſuperſtitionem occupaſſe, ut multo patientius librariorum quam Editoris judicia ferant; neque aliter in Conjectantes exardeſcere, quam ſi arma adverſum Deos Penates, & nomen Latinum ſumſiſſent. Ne illorum tempeſtatem ſubirem, pauca in *Notis*, in *Textu* quam pauciſſima mihi permiſi. Proxima erat cura, ut, loco Notarum, quas nullo judicio ex *Bocharto*, Geographiae, & Antiquitatum Scriptoribus plena manu conjecerat Servus *Hackianus*, aut ἀπροσδιονύσως ſcripſerat; *Gruteri*, aliorumque, maxume ſi *Varia Lectione*, aut *Conjectura* commendarentur, ſuo quaeque ordine comparerent. Hae, quod praecipuarum mutationum Hiſtoriam contineant, omniumque *Editionum* quaſi *Epitoma* ſint, fere integrae, & Auctorum verbis habentur; excepto, ubi nos idem fuſius tractamus, illoſve errantes, quod non raro accidit, in viam revocamus. Poſt *Julium Exſuperantium*, & *Latronem Porcium*, de quibus, quod opera noſtra non multum emendatiores prodeant, nihil attinet dicere; ſequuntur *Fragmenta Hiſtoricorum vett.* quae poſt *Riccobonum*, & *Anton. Auguſtinum* collegerat *A. Popma*, multo maxume quam antehac emendatius excuſa. Notas *Auſonii* (quibus noſtrae paſſim interſparſae) cuilibet paginae ſubjectas habes; quae a Graecis depromta ſunt, ea jam Graece damus; *Catonis* omnia, ex hoc, alioque *Popmae* libro huc adducuntur, propterea quod Illum ex omnibus unum maximi facit *Salluſtius*. Sunt qui conſilium noſtrum hac in parte reprehendunt, neque cui inſerviant uſui haec, & hujuſmodi ramenta ſatis ſe intelligere profitentur. At ipſe item neſcio, quem in finem iſti animum ad legendum appellunt? ſi ut Latine ſcribant; ut Hujus indolem intimis percipiant ſenſibus; Eorum quos ſtylo expreſſerit reliquias ne ſtatim pro nihilo habeant; neu

neu quos *Critici* veteres ob Hiſtoriam quandam reconditam, ob Ritum aliquem remotiorem, Conſtructionem inſolitam cum laude citaverint, eorum collecta Monumenta criminentur. Quin potius crebro ſecum ipſi revolvant, quantum *Virgilio* lucis, vel unius *Ennii* λείψανα infundant; quantae verborum amoenitates in hoc tanto Scriptorum diſpendio nos fugerent, ni ſupereſſet *Lucretius*. Verum, ut poſtrema ingenia, (& quorum nemo non omnes *Scaligeros*, *Caſaubonos*, *Lambinos*, *Salmaſios*, unico *S. Delphini* Litteratore facile mutaverit) aliquo modo demereamur, Indices damus; unum Auctorum, quos obiter emendare aggreſſi ſumus, alterum vero Gloſſarum, & Formularum; quem a nobis, officium ſervile dedignantibus, ſumma extorſit animi pertinacia. Praemiſſa eſt, nunc primum, toti Operi *Salluſtii* Vita, quam luculentiſſimo dicendi genere, & doctrina abundanti conſcripſit, mihique peramice dono dedit V. Cl. *Joannes Clericus*. Caetera mea ſubſidia ut paucis exſequar; Codices typis excuſos *Venetiis*, hunc CIↃCCCCLXX. omnibus *Gruterianis* annis duobus priorem, illum CIↃCCCCLXXVIII. mecum communicavit *Rev. Pater*, *Joannes Morus Elienſis Epiſcopus*, bonis Artibus promovendis natus. Qui, dum alii Theſauros litterarios fere cum blattis & tineis dividunt, opes ſuas ultro recludit; ita nempe in illos jus privatim exercens, ut interea publici juris eſſe videantur. Tres deinde impreſſos in *Bib. R. Societatis* inſpexi, primum per *Rubeum* excuſum *Venetiis* CIↃCCCCXC. forma majori; ex reliquis, primore pagina defectis, alterum *Lugduni* editum CIↃCCCCXCVI. ſuadent characteres *Gothici*. Vidi praeterea, *Badianum Pariſ.* CIↃIↃIV. *Baſileenſem* CIↃIↃLXIV. *Carrionis* etiam *Antwerp.* CIↃIↃLXXIX. *Gruteri* Francof. MDCVII. Denique, *A. Popmae* Editionem *Franek.* MDCXIX. manu ſubinde notatum *J. Pricaei* mihi permiſit Vir. Doct. & de Studioſis omnibus praeclare meritus *J. Laughton* B. Pub. *Cantabr.* Praefectus. De MSS. ne deſponderem animum primus effecit Rev. *Joannes Poſtlethwayt* Gymnaſii *Paulini* Rector digniſſimus, qui *Salluſtium* in membrana pulchre, ſed recenter exaratum, permiſſu *Reverendiſſ. P. Thomae Archiepiſcopi Cantuarienſis*, ex Bibliotheca *D. Martini* apud *Londinenſes* inopinato obtulit. Alium haud paullo vetuſtiorem, litteris exaratum minuſculis, & mala manu interpolatum, ſuppeditavit *Bib. Publica*. Tertii, & quidem optimae notae, olim Monachorum *Burienſium*, copiam fecerunt Eruditi *Pembrochienſes*. Duos poſtea, pares illi bonitate, a V. Cl. *Hen. Hadriano a Marck*, in gratiam meam impetravit *Hadrianus Relandus*, in *Academia Trajectenſi* Lingg. Orientalium *Profeſſor* celeberrimus. Ne-

 que

que hoc tam insigni beneficio devinxisse contentus, nobiliss. *Koblium* perpulit, ut libros suos cum pluribus MSS. *Romae* & alibi commissos, nostrae fidei concrederet. Haud *alias* umquam plus *mihi* sperare licuit. Ecce autem ex improviso mors ipsius *Koblii:* ictu sanguinis extinctus est, & una fortunarum ejus obitus, eas forense funus merserat, omnia intercipiunt: *& nubibus irrita donant.* Putavi me defunctum infortunio; sed non adeo felix esse potui, ut simplici vulnere affectus, cum fortuna deciderem. Nam, ex septem Codicibus *Guelferbytanis* quorum dederat *Cl. Leibnitius*, ne uno quidem eorum frui licuit. Damnum tamen, quod in hisce factum est, si non resarciant, magnopere sublevabunt sex MSS. *Oxonienſium* scripturae variantes, quibus haud ita pridem ad oram *Parisienſis* adpictis, Editionem nostram auctam esse voluit *J. Hudsonus* S. T. P. Bibilothecae *Bodlejanae Proto-Bibliothecarius;* cujus ingenium atque eruditionem plurima *Graecae Linguae* monumenta ab illo nitidissime, & fideliter edita testantur. Ad hoc *Arondelianus*, quem in Bib. *Soc. Regiae* excussimus. Liber iste optimis quibusque proximus, olim *Bilibaldi Pirkheymeri* fuit, Senatoris *Norimbergenſis*, & *Erasmi* familiaris. Postremo, Regius *Arondeliano* praestantior, cujus usuram benigne praebuit Vir in omni litterarum genere maximus, &, *cujus se pectore cuncta vetustas Condidit, & major collectis viribus exit, R. Bentlejus C. Trin.* apud nos *Magister*, & *Bibliotbecarius Regius.* De caeteris interim codicibus, quos passim in notis adhibemus, propter numerum (octoginta fere sunt,) silere melius, quam parum dicere; & ne nimis jam loquaces Catalogos pertexamus, instituti ratio, librique immodice crescentis moles prohibent. Quod ad Notas attinet; in iis scripturam *Gruterianam*, a *Popma*, *Benio*, *Rutgero*, aliisque improbatam, ex MSS. Patribus, & omne genus Auctoribus *Sallustianae* dictionis aemulis non raro vindicavimus. Ejus rei exempla ab locis infra memoratis, si forte non vacat plura legere, petenda sunt. (*a*) Si in auctoritatibus quandoque nimii videamur, scias Lector, & ipsas alibi sollicitatas a librariis, quorum a petitionibus optime *defendit numerus*; tum ejusmodi fere esse quae in Lexicis frustra quaeras. Ubi compertum est, Auctorem aevi sequioris evidenter Nostrum *παῤῥᾴδειν*, ibi lectiones variantes non sine fructu apposuimus. (*b*) Neque antiquiores, *Graecos* potissimum, a quorum fon-

(*a*) P. 11. not 3. pag. 137. not. 1. pag. 64. not. 10. pag. 50. 4. Addend. 11. 18. &, 1. 3. 1. 10. (*b*) Pag. 7. not. 1. pag. 170. not. 2. pag. 174. not. 2. pag. 243. not. 1. pag 345. not. 5. pag. 348. not. 4.

fonte multa derivaſſe *Salluſtium* in propatulo eſt, negleximus. Neque id fruſtra; nam illi, uno & altero excepto, contra ac Noſter, ſcatere verbis, & quaſi diffluere ſermonis copia ſolent; unde ſaepe numero fit, ut ſenſa ejus, preſſiora licet, aperias, ſententiaſque confragoſas, & ante expectatum cadentes aliquanto rectius componas. (*a*) Quod de integris ſententiis dixi, idem etiam de loquendi Formulis, verbiſque ſolitariis dictum velim; quae ſaepe allatis *Graecis* multo clarius elucent. (*b*) Nonnulla eo propoſito adduximus, ut inde conſtaret, quomodo antiqui locum aliquem ſubdifficilem interpungendum cenſuerint. (*c*) Alia tantum ornatus gratia, atque ut haberet quibuſcum in ſimili materia commiſſus emineret *Salluſtius*, animoſque juvenum, ad imitandum accenderet. (*d*) In *Moralibus* etiam ad quae, velut manu ducit, homo *ignava opera & philoſopha ſententia*, quaedam nobis, contra morem, permiſimus; tum ut recte dicta primis Auctoribus reſtituerentur, tum ut harum rerum ſtudioſis eſſent, unde otium oblectarent. (*e*) *Variantium Lectionum* ſylvam, non interpoſito judicio exhibere, quid aliud eſt, quam corrigendi onus Lectoris cervicibus imponere; rogare Illum, cui prodeſſe debueras. Atque, ut *Judex* ille dici nequit, qui de *Controverſiis* cognoſcit, neque ſtatuit, ſic neque *Criticus* eſt vocandus, qui enumeratis anxie ſcripturae diverſitatibus, eligendi facultatem, qua minus poteſt polletque, Lectoris arbitrio permittit. Habes ergo Cenſoris partes a nobis ubique ſtudioſe peractas, una cum rationibus quibus ſe noſtra ſententia tuetur. Non ita tamen ut exſpectes argumenta magno verborum ambitu concepta, & quaſi manu facta, id quod lectionis inopia fere fit. Noſtra, pro Auctoris genio plerumque brevia, ſubſtricta, verbis aliorum quam noſtris, tecte innuere, quam ambitioſe concludere maluerunt. Saepius itaque uno alterove teſtimonio ſcrupulum exemtum, (*f*) Doctum erroris convictum, (*g*) Noſtrum contra Codices firmatum, (*h*) verba quae propritim adhibet, atque ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων illuſtrata reperies, quae alioqui frigidis nempe ratiunculis, aut ventoſi ingenii viribus fruſtra explicaturum quemquam ſperaveris. (*i*) Interea non eo uſque Geographiae (*k*), Anti-

(*a*) Pag. 12. not. 2. p. 223. not. 4. p. 326. not. 1. p. 350. not. 1. p. 397. not. 3. (*b*) Pag. 79. N. 3. Addend. I. 8. X. 20. II. 8. III. 15. VI. 5. X. 16. pag. 189. 4. 290. 5. (*c*) Pag. 6. not. 1. pag. 512. not. 4. (*d*) Pag. 190. not. 1. pag. 214. not. 2. (*e*) Pag. 225. not. 1. p. 226. not. 3. p. 456. not. 2. p. 463. not. 2. Addend. I. 12. (*f*) Pag. 69. 3. 128. 3. 201. 5. 325. 4. (*g*) Jug. cap. 30. pag. 236. 3. 267. 1. (*h*) Pag. 192. not. 2. 273. 2. 325. 4. 370. 2. 377. 3. (*i*) Pag. 76. 1. 201. 2. (*k*) Pag. 196. 2. 258. 2. 280. 1. 290. 3.

Antiquitatum, (*a*) Hiſtoriae (*b*), obliti, quin & hiſce rebus noſmet immiſceamus. Unum eſt, in quo a propoſita ſeveritate aliquantiſper ceſſi; partim in tuam gratiam, quo te facilius exorari patiare; deinde ut hujus Academiae MSS. a Peregrinantibus fere praetermiſſos, Orbi literato, quantum in me erat, oſtentarem. Nolui ſcilicet Auctorem ullum a me in *Salluſtii* medelam adductum, ipſum interea male ſanum emittere. Hinc extra provinciam non ſemel egreſſi ſumus (*c*), quod nobis ſine fraude licere, praeſertim cum ea re praebuerimus latiſſimam culpandi aream, nulli dubitamus. Reliquum eſt, ut ſi qua turbata nec ſuo loco poſita invenias, abſentiae noſtrae imputare velis, & illis Crucibus, qui me tua cauſſa nimis diu exercitum habuerunt. VALE.

(*a*) Pag. 60. 2. pag. 209. 3. 252. 4. Addend. I. 15. IV. 8. VI. 43. (*b*) Addend. II. 7. III. 13. (*c*) 16. 5. 48. 2. 77. 2. 133. 2. 294. 3. 435. 1. 447. 5. 483. 4.

Digitized by Google

VITA SALLUSTII

EX

PETRO CRINITO

DE

HISTORICIS

AC

ORATORIBUS LATINIS.

CRISPUS SALLUSTIUS Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Athenienſium urbs a L. Sulla devicta, atque vaſtata eſt, ut Romani annales referunt, ex nobili Salluſtiorum familia ortus eſt, quae diu in ſecundo ordine dignitatem ſervavit. idem in urbe educatus creditur, & a teneris annis operam, ac ſtudium impendiſſe optimis diſciplinis. ſed cum in ea tempora incidiſſet, quibus corrupti civium mores variis partibus, atque factionibus forent, neque virtuti praemia, aut bonis ingeniis adeſſent, in tam depravata civitate, quod idem Salluſtius fatetur, victum ejus ingenium voluptatibus, facile ſuccubuit. itaque cum ad Rempublicam pro aetate foret delatus, propter civium improbitatem & factiones, multa adverſa pertulit. nam tum praecipue Sullanis partibus infecta civitas aeſtuabat. Conſtat ex veterum commentariis, Salluſtium ipſum ingenio fuiſſe acri, & in ſtudiis literarum accurato, tum maxime in ſcribenda Hiſtoria. Praeceptorem habuit inter alios Ateium Praetextatum, qui Philologum ſe appellavit, & ab eo edoctus eſt de ratione recte ſcribendi, ut a Suetonio Tranquillo traditur, qui & Aſinium quoque Pollionem ſcribit ab eodem Praetextato eruditum, atque inſtructum: maxime autem M. Catonis ſtudioſus fuit: ex cujus commen-

Digitized by Google

mentariis verba excerpſit, & velut breviarium ad uſum proprium habuit: quod Octavius quoque Auguſtus in epiſtola ad M. Antonium refert, in qua ipſum Antonium, ſeu inſanientem increpat, quod ea ſcribere vellet, quae mirentur potius homines, quam quae intelligant. Sed interim ad Salluſtii commentarios. Hiſtoriam compoſuit de L. Catilinae conjuratione contra R. Senatum, & item de bello Jugurthae, qui Numidiae rex factus, diu contra Romanos ſtrenue rem geſſit. Hiſtoriam praeterea de Romanorum geſtis, ut de Mario, & Sulla, nec non de Pompejo contra regem Mithridatem: quod opus libris aliquot a Salluſtio abſolutum traditur, & adhuc ſuperſunt quaedam, veluti abſolutiſſimi operis reliquiae, in quibus Salluſtii diligentia in hiſtoria deſcribenda, atque gravitas appareat In parte operis de rebus Punicis, tanto animi ſtudio incubuit, ut a quibuſdam ſcriptum ſit, eum regionem adiiſſe, ac maxima ſolertia perluſtraſſe, quo majore fide atque officio veritatem exploraret. Avienus certe Rufus plurimum Salluſtii diligentiam, atque ſtudium commendavit: ſed & Gellius, vir Romanus, qui veterum eruditionis Ariſtarchus habebatur, ita de Salluſtii oratione differit: *Elegantia*, inquit, *Salluſtii, verborumque facundia, & novandi ſtudium, cum multa prorſus invidia fuit, plures non mediocri ingenio viri conati ſunt reprehendere pleraque, & obtrectare, in quibus plura inſcite, aut maligne vellicant.* quin & hunc proprietatis ſervantiſſimum vocat. Titus autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ſicuti ab Annaeo Seneca ſcribitur, ut quaedam ex Hiſtoria Thucydidis tranſlata, & eleganter aſſumta, velut depravata, & corrupta illi objecerit, idque ipſum non in Thucydidis gratiam effecit, ut Arellius Fuſcus dicebat, verum putavit ſe facilius Salluſtium vincere, ſi prius Thucydidem ipſum praeferret. Aſinius quoque Pollio librum ſcripſit, quo Salluſtii ſcripta reprehenderet, quod in iis nimia quadam affectatione antiquitatem ſequeretur. Fabius vero Quintilianus, vir maturo, & gravi judicio, aſſeruit, oratione Salluſtii, atque brevitate nihil fieri poſſe perfectius, praeſertim apud vacuas & eruditas aures, neque veritus eſt idem Fabius, Thucydidi, in ſcribenda Hiſtoria apud Graecos principi, Salluſtium ipſum opponere, ſicuti T. Livium Herodoto: quo factum eſt, ut cum plures voluerint dicendi genus Salluſtianum ſequi, minime ſint aſſecuti. eſt enim ejus oratio tam abſoluta, tam caſta, tam innocens, ut merito ab eruditis divina brevitas cenſeatur; nam & Arruntius, qui belli Punici Hiſtoriam ſcripſit, Salluſtio tantum conceſſit, ut ejus orationem maximo ſtudio ſequeretur: quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, conſue-

ſueviſſe Salluſtium magno labore ac ſtudio ſcribere, ut nihil non abſolutum, atque perfectum videri poſſet, quod ex ipſa lectione facile colligitur. Amicos in primis doctrina, & ingenio nobiles, habuit, ut Cornelium Nepotem, Meſſalam, & Nigidium Figulum, qui periiſſe in exſilio traditur; Julium praeterea Caeſarem magno ſtudio dilexit, a quo etiam, ut creditur, dignitate praefecturae honeſtatus eſt. Illud item a Suetonio refertur, Lenaeum grammaticum, Pompeji libertum, ſatyras contra Salluſtium compoſuiſſe, eumque mordaci & virulento carmine laceraſſe, ut qui lurconem illum, popinonemque, & nebulonem, ac laſtaurum appellarit, tum vita ſcriptiſque monſtroſum, ac M. Catonis verborum furem ineruditiſſimum: quod ipſum non alia ratione a Lenaeo factum creditur, quam ut ſtudium ſuum, atque officium erga patronum Pompejum probaret: quem virum Salluſtius ore improbo, animo autem inverecundo eſſe ſcripſerat. itaque mirandum non eſt, ſi tam acerbe, atque ſatyrice libertus Lenaeus contra Salluſtium aciem ſtyli exacuit. Quantum odii, atque inimicitiae inter hunc & M. Ciceronem exſtiterit, notiſſimum eſt: quod utriuſque violentae, atque acerrimae orationes ita demonſtrant, ut neuter videri poſſit ſatis ſui rationem habuiſſe; dum alteri malediceret. Qua in re non ſunt multa referenda, cum ex Hieronymi, ac Fabii auctoritate conſtet, eos homines longe aberraſſe, qui confictas magis orationes ab aliis, quam a Salluſtio & Cicerone habitas crediderint. Et ſane tam corruptis moribus Salluſtius, ingenio tam proclivi ad luxum fuit, ut paternam domum, vivente adhuc patre, turpiſſima ratione venalem haberet, quod illi inter alia vitia a M. Cicerone exprobratur. Sed a Varrone etiam & Gellio traditum eſt, eundem fuiſſe in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loriſque caeſum, ac data pecunia dimiſſum; qua ratione factum eſt, ut M. Cicero appellare illum non dubitaverit, menſarum aſſeclam, cubiculorum pellicem & adulterum. Dignitates publicas geſſit, & quaeſturae, & tribunatus honorem aſſecutus eſt, ſed nulla quidem laude, aut commendatione, adeo lubidine magis, quam ratione, & publice & privatim vixit: nam & ad judicum ſubſellia abſtractus, fortuna extrema (ut inquit Cicero) ſtetit. Scribunt autem grammatici, ea de cauſa ſenatu ejectum fuiſſe a cenſoribus, quod ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Salluſtio relatum eſt, patrocinio & favore C. Caeſaris conſecutum fuiſſe praeturam Africae inferioris, ex qua dives factus, cum in Urbem rediret, pretioſiſſimos hortos in regione ad Malum Punicum comparavit, ac Tiburti villam, quae a Cicerone itidem

*** *** *** *

illi

illi objiciuntur. Neque deſunt, qui ſcribant Terentiam M. Ciceronis uxorem ab eo repudiatam, Salluſtio nupſiſſe, ac deinceps Meſſalae Corvino, viro in eloquentia clariſſimo: quod etiam ſuo loco ſcripſimus. Sciendum eſt, fuiſſe plures Salluſtios: nam & Cneus a M. Tullio celebratur, in Salluſtiorum familia inſignis, & M. Cicéroni, ac Cn. Pompejo maxime familiaris: quod ex iis epiſtolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticum ſcribit. qua in re imprudenter quidam decepti ſunt, cum Salluſtii Empedoclea ignorarent, ut alibi demonſtravi. Sunt, qui tradant, ad annum ſecundum & LX. eum vixiſſe, & in patria annis aliquot poſt obitum C. Caeſaris diem extremum obiiſſe: quod ex veterum commentariis colligitur. Illud praeterea de hoc ipſo Criſpo Romae circumlatum eſt, ut multi teſtantur:

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Criſpus Romana primus in Hiſtoria.

GE-

SALLUSTII.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS

IN

HISTORICIS LATINIS.

SALLUSTIUS CRISPUS *natus Olympiadis* CLXXIII. *an.* III. *quem ad annum Anonymus* ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ *haec annotat:* Σύλλας τὰς Ἀθήνας ἐξεπολιόρκησε μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος. Κείσπ Σαλλύστιος ἱστορικὸς ἐγεννήθη. *Sylla Athenas expugnat ſecundo menſe hiberno. Criſpus Salluſtius Hiſtoricus naſcitur.* Is eſt annus Urbis conditae IↃCLXVIII. Ubi videmus, Graecos ſcribere Σαλλύστιος. *Et ſane itidem in* MSS. *meis, & antiquioribus editionibus, vocatur* SALUSTIUS. *Sed ſcribendum* SALLUSTIUS *gemino* LL. *quomodo legitur in aliis* MSS. *& lapidibus. Marmor effoſſum juxta rudera Salluſtianae domus:*

M. AURELIUS PACORUS
ET M. COCCEJUS STRATOCLES
AEDITUI VENERIS HORTORUM
SALLUSTIANORUM BASEM CUM
PAIMENTO MARMORATO
DEANAE
D. D.

Neque aliter lapis alius, cujus vide ſis inſcriptionem apud Aldum de Orthographia. Natus autem eſt Amiterni in Sabinis, anno uno poſt natum Veronae Catullum, ut notat Euſebius ad annum MDCCCCXXXI: *quadriennio autem ante bellum obiit Actiacum, ut idem ſcribit ad annum* MDCCCCLXXX. *Doctiſſimus Hieronymus Wolfius putabat, nomen ejus ſimplici* L. *ſcribi oportere, quia vel a ſale ſit, vel ſalute. Sed* ἔτυμον *utrumque eſt incertum. Et cur non a ſale geminato* LL. *aeque eſſe poſſit, ac ab eodem venit* fallo, *unde* fallitus, *pro falſo? Quare puto, non recedendum eſſe a libris antiquis, atque inſcriptionibus, in quibus* L *geminatur. Tribunus plebis erat, quo*

anno Clodius a Milone occiſus fuit, puta anno Iɔcɛɪɪ, *quo Cn. Pompejus Magnus, compluribus menſibus conſul ſine collega fuit. Tribunatu eo, quem nulla cum laude geſſit, ut Ciceroni, ita & Miloni, infeſtus admodum erat: idque quia in Fauſtae, L. Sullae filiae, adulterio deprehenſus, virgis a Milone eſſet caeſus, nec niſi pecunia data dimiſſus. Nempe iſtud in cauſſa eſt, cur Clodianis ſemper ſtuduerit adverſus Milonem. Vide Pedianum, Gellium, Servium, Horatii interpretes. item orationem ſub Ciceronis nomine jam Auguſtaeo, vel Tiberii aevo, editam. Ex quibus etiam diſcimus, ob adulteria ac ſtupra ſenatu fuiſſe motum ab Appio Claudio Pulcro, & L. Calpurnio Piſone Caeſonio Coſſ. nempe anno Urbis* Iɔccɪɪɪ, *ſive juxta alios* Iɔccɪv: *quo conſules erant L. AEmilius Paullus & C. Claudius Marcellus. Ejus e Senatu ejectionis meminit & Dio lib.* XL. *Ac ne alium Salluſtium ſignari putes, clare ait id contigiſſe* Σαλούστιῳ, τῷ τοῦ ἱστορίαν συγγράψαντι. *Eo anno Milo jam exulabat: unde conſequitur, quod a Milone Tribuno pl. virgis caeſum dicebamus, id antea contigiſſe; non eopſe anno, ut vir eruditus putabat. Etiam diſcimus iiſdem ex ſcriptoribus, a C. Julio Caeſare, rerum potito, dignitatem Senatoriam recuperaſſe, quaeſtoremque factum, & poſtea etiam praeturam obtinuiſſe. Praeturae mentionem quoque invenio apud Hirtium pene initio libri de bello Africano:* Item C. Salluſtium Criſpum praetorem ad Cercinam inſulam verſus, quam adverſarii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi magnum numerum frumenti eſſe audiebat. *Item apud Dionem lib.* XLII. *de hoc ipſo legas:* Στρατηγὸς γὰρ ἐπὶ τῇ τοῦ βουλὴν ἀναλαβεῖν ἀπεδέδεικτο. *Narrat ibidem, ut cum in Campania Caeſaris milites, quos in Africam praemittere ſtatuerat, ſeditionem concitaſſent, ac Salluſtius praetor Romam contenderet, quo Caeſarem hujus rei faceret certiorem, propemodum fuerit occiſus a compluribus militum, qui eum inſequebantur, nec cuiquam parcebant, imo duos etiam ſenatores occiderant. Apud eundem lib.* XLIII. *refertur, ut Caeſar Numidiae praefecerit Salluſtium; ille autem provinciam expilaverit: ac a Caeſare quidem fuerit abſolutus; ſed infamiam non effugerit; quod qui in Hiſtoria acerbus eſſet alienorum vitiorum caſtigator, turpiter ipſe in hoc munere ſe dediſſet. Ex hac autem praeda Numidica ita ditatus fuit, ut in Quirinali monte forum emeret, quod* Salluſtii *vocatur, ubi nunc aedes S. Suſannae: item hortos, qui hodieque* Salluſtiani *nominantur. Haec oſtendunt, vitam ejus laudari a nemine poſſe. Nempe omnis ejus gloria a praeclaris ſcriptis proficiſcitur. Sed vix ejus quicquam integre ad nos pervenit,*

venit, praeter bellum Jugurthinum, & Catilinarium. Ita vulgo inſcribuntur. Sed poſterior genuina inſcriptio, DE CONJURATIONE CATILINARIA. *Teſtis Salluſtius ipſe his verbis:* Igitur de Catilinae conjuratione, quam veriſſime potero, paucis abſolvam. *At ex nobili Hiſtoriarum opere, quo imprimis biſtorici principis nomen meruit, nihil habemus praeter quatuor oratiunculas, epiſtolas duas, & lacera aliquot fragmenta, quae ex Grammaticis antiquis, atque aliis ſcriptoribus, collecta ſunt. Duae vero ad Caeſarem orationes, ut vocant, de Republica ordinanda, utrum Salluſtii ſint, non convenit inter eruditos. Carrio Salluſtio abjudicat: & pro illo eſt, quod veterum nemo, qui tantopere gaudent Salluſtium ad partes advocare, inde aliquid depromat. Diſſentit autem Douza, cui favent libri vett. & dictio ipſa, quae, quicquid dicat Carrio, plane Salluſtium redolet. Sin genuinae non ſint, negari tamen non poſſit, valde eſſe antiquas, & quidem Juliani, aut Auguſtaei aevi: ſaltem non infra Flavianum. Sed genuinas eſſe arbitror, non tamen ut orationes eſſe putem, ſed epiſtolas duntaxat. Nam poſterioris auctor bis ait, ſe illa ſcribere, ac diſertim litteras appellat. Planeque veriſimile eſt, miſſas eſſe ad Caeſarem, cum in Hiſpanias contra Petrejum & Afranium proficiſceretur: quemadmodum jamdudum Ciacconius obſervavit. Illa vero in Ciceronem oratio, etſi a Fabio quoque tanquam Salluſtii laudetur: tamen, quod res indicat, omnino eſt alicujus declamatoris: credo Porcii Latronis, vel alterius alicujus ex illis, quos nominat M. Seneca in Suaſoriis, & Controverſiis. Fidem ejus valde commendant antiqui. Nam* certiſſimus auctor *dicitur Vibio Sequeſtri de Fluminibus. Item Hieronymo libro de locis Hebraicis, & exinde Iſidoro lib.* XIII. *cap.* 21. *Adhaec* nobiſſtatae veritatis Hiſtoricus *nuncupatur ab Auguſtino lib.* I. *de Civitate Dei, cap.* 5. *Avienus etiam in deſcriptione orae maritimae, dicit omnia illius dicta eſſe* praejudicatae auctoritatis, *appellat quoque* expreſſorem efficacem ſtyli, & veritatis. *Objectant adverſus ea aliqui, quod, pravo loliginis ſucco, pleraque ad Ciceronis laudem pertinentia, quae apud alios legere ſit, praeterierit. Verum ea potius neglexiſſe ego arbitror, vel ut falſa, vel ut incerta plane, vel ut exigua ac minuta. Quod ad dictionem Salluſtii attinet, omnes antiqui judicant, brevem ac nervoſam eſſe, & Thucydideae aemulam. Sane ſcriptor eſt plane Atticus, qua laude Demoſthenem propior eſt, quam Cicero ipſe: ut bene cenſet Turnebus in Adverſariis ſuis. Sed ut Thucydidem non omnes probarunt, ita nec Salluſtii dictio omnibus probaba-*

latur. Nam Aſinius Pollio damnabat eam, tanquam obſcuram, & in tranſlationibus audacem: ut Tranquillus auctor eſt lib. de claris Grammaticis in Philologi vita. Imprimis vero reprehendi ſolet, quod antiqua verba ex Catonis Originibus excerperet: cujus rei meminere Auguſtus apud Tranquillum in ejuſce Caeſaris vita, idemque Tranquillus lib. de claris Grammaticis in vita Lentuei, & Fabius ex antiquo epigrammate lib. VIII. *cap.* 3. *Sed haec impedire non potuere, quo minus a Tacito* (*at quanto viro!*) rerum Romanarum florentiſſimus auctor *lib.* III. *Hiſtoriarum diceretur. Imo juxta Martialem lib.* XIV. Criſpus Romana primus in Hiſtoria *eſt. Auguſtino quoque lib. de Vita beata vocatur* electiſſimus penſator verborum. *Imo Graeci ipſi ejus Hiſtorias tanti fecere, ut eas verterit Zenobius, ſophiſta is, qui Romae docuit ſub Adriano Caeſare; quique epitomen proverbiorum Didymi, & Tarrhaei ſcripſit; ut teſtis eſt Suidas in* Ζηνόβιος. *Atque inde eſt, quod Salluſtii quoque meminit Stephanus in* Ἄζιλις. *Utinam vero exſtaret Aſper Grammaticus, Salluſtii interpres, teſte Hieronymo. Quaedam ex eo citat Soſipater. Joannes Baptiſta Pius annotationum Poſteriorum cap.* LXXXIV. *citat* antiquum auctorem, qui vitam Salluſtii ſcribit. *Eum non vidi. Sed ſcio vitam Salluſtii e veteribus reliquiſſe Aſconium Pedianum: ut cognoſcere eſt ex Acrone ad Horat. Sat.* II. *lib.* I. 41. *E junioribus idem conati Pomponius Laetus, & Petrus Crinitus. Sed his fides habenda, quatenus veterum ſcrinia compilarunt. Cave autem cum Salluſtio hoc confundas Criſpum Salluſtium, ad quem in Odis ſcribit Horatius, Hiſtorici hujus ſororis filium, Auguſti amicum: de quo Seneca lib.* I. *de Clementia, & Tacitus lib.* I. & III. *Annal. A quo & metallum quoddam Salluſtianum eſſe dictum, Plinius auctor eſt lib.* XXXIV. *cap.* 2.

C. CRI-

SALLUSTII.

C. CRISPI SALLUSTII VITA.

AUCTORE JOANNE CLERICO.

Bonorum Virorum timiditati, inconſtantiae, aut imprudentiae vix ignoſcere poſſumus, ſi quid aliquando moribus ſuis indignum, & ante actae Vitae minus conſentaneum protulerint. Sed multo magis iram noſtram movent improborum honeſti ſermones; quibus, ut nequitiam ſuam occultent, certiuſque noceant, uti ſolent; nihil enim ſceleratius, quam armis Virtutis uti, ut Vitium tuearis. Non puto autem quemquam pravae hujus ſimulationis labe magis infectum vixiſſe, quam celeberrimum Hiſtoricum C. CRISPUM SALLUSTIUM, ut liquebit ex ejus vita; quam ex Veteribus colligere ſtatui, ut quicumque eam legent, hoc exemplo intelligant non eſſe propterea exiſtimandum bonum quemquam fuiſſe, quod Virtutem calamo defenderit, niſi conſtet mores cum ſermonibus conſenſiſſe. Nemo certe elegantius & acrius in ſuae aetatis vitia, quam SALLUSTIUS, invectus eſt; nec quiſquam vitae minus ſeverae fuit.

Natus erat (*a*) Amiterni, in Sabinis, apud quos extant etiamnum antiquae ſeveritatis reliquiae, anno ab Urbe condita (*b*) DCLXIX. *L. Cornelio Cinna* III. & *Cn. Papirio Carbone Coſſ.* Hi Sullae infenſi bellum civile concitarunt, quod non deſiit, niſi poſtquam Sulla, triennio poſt, rerum potitus eſt. His annis, omnis generis flagitia in Italia commiſſa, ple-

(*a*) *Vide* Euſebium *in Chron. ad An.* MDCCCCXXXI. (*b*) A. C. LXXXV.

plebejaeque & nobiles familiae graviſſimas calamitates paſſae ſunt; unde intelligere licet miſerrimo ac flagitioſiſſimo aevo natum eſſe *Salluſtium*, & quo multo plura, quae vitaret, quam quae ſequeretur, videbat. Parentes tamen ejus inculpatae vitae fuiſſe credibile ſit, quod priſcus Declamator, qui nomine *Ciceronis* in *Salluſtium* invectus eſt, omniaque conquiſivit, quae in eum dici poſſent, nihil in fama, rumoribuſque ſubſequentis aetatis invenerit, quod iis exprobraret. Patrem certe *Salluſtii* ſe *praeterire* ait; *qui ſi*, inquit, *numquam in vita ſua peccaſſet, tamen majorem injuriam Reipublicae facere non potuiſſet, quam quod eum talem filium genuerat.* Subjicit, ſe *non exſequi ſi qua in pueritia peccaſſet Salluſtius, ne parentem ejus accuſare videretur, qui eo tempore ſummam ejus poteſtatem habuit.* Quae verba ſatis oſtendunt, probra nulla in Hiſtorici noſtri parentes tunc temporis jacta; neque enim iis vehemens Declamator peperciſſet, ut *Salluſtii* nequitiam credibiliorem redderet.

Plebejam ejus familiam, non patriciam, ut nonnulli volunt, fuiſſe liquet, ex eo quod Tribunus Plebis fuerit; ac ſane ubique in nobiles invehitur, ac praeſertim in Hiſtoria Belli Jugurthini, & poſteriore Epiſtola ad C. Caeſarem *de Republica Ordinanda.*

A teneris annis excultam eloquentiam, & operam diligentem litteris a *Salluſtio* datam, ſatis oſtendunt ejus ſcripta; neque enim ita ſcribunt, qui ſerius ſe ſe ad litterarum ſtudia contulerunt. Ideo fidem ei minime detraxerim dicenti Epiſt. II. ad Caeſarem *poſtquam ſibi aetas, ingeniumque adoleviſſet, ſe haud ferme armis atque equis corpus exercuiſſe, ſed animum in litteris agitaſſe; &, quod natura firmius erat, ingenium in laboribus habuiſſe.* Sed & hoc diſerte teſtatur (*a*) *Suetonius*; Praeceptorem enim ejus fuiſſe docet Attejum praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, qui ſe *Philologum* vocavit, & qui *Salluſtium* familiariſſime coluit. Vix tamen videtur, more aliorum, cauſas actitaſſe, ut gratiam ac famam ſibi actionibus forenſibus compararet. Nulla certe memoria ejus rei, apud Veteres; nec *Cicero*, qui tot aequalium ſuorum, qui operam ſuam venditarunt in foro, meminit, *C. Criſpi Salluſtii* mentionem ullam uſquam fecit. Si quis ſilentii cauſam fuiſſe inimicitiam, quae inter eos fuit, ſuſpicetur; doceat cur *Cicero* ejus ſaltem obiter non meminerit, ut vituperaret. Ac ſane genus eloquentiae Salluſtianae minus aptum foro fuit; aptiſſimum Hiſtoriae, quae ab otioſis legitur. Quare (*b*) *Quintilianus*, vitari

(*a*) *In lib. de Illuſtribus Grammaticis cap.* 10. (*b*) *Lib.* IV. *cap.* 2.

tari oportere judicat in cauſis agendis illam Salluſtianam (quamquam in ipſo virtutis locum obtinet) brevitatem, & abruptum ſermonis genus, quod otioſum fortaſſe lectorem minus fallit, audientem tranſvolat.

Declamator, (*a*) quem dixi, turpiſſimam adoleſcentiam *Salluſtio* exprobrat, nefandarumque voluptatum amorem objicit; quae criminationes, ut falſae eſſe poſſunt, non omnino incredibiles ob ſequuta flagitia videntur. *Domum paternam*, ſi accuſatori credimus, *vivo patre*, *turpiſſime venalem habuit*, *ac vendidit*; morique coegit ex moerore patrem, quo nondum mortuo, jam pro herede omnia gerebat. Nec aetatis tirocinio lapſus, poſtea ſe correxit, ſed abiit in ſodalitium Sacrilegi neſcio cujus Nigidiani; bis accuſatus eſt, apud Judices, bis abſolutus; verum ita ut non innocens eſſe, ſed Judices pejeraſſe viderentur.

Cum ad capeſſendos Reipublicae honores contenderet, (*b*) Quaeſturam eſt conſequutus, quam ſi petiit legitimo anno, hoc eſt, vigeſimo quinto, Quaeſtor fuit A. U. C. (*c*) DCXCIV. Quinto Caecilio Metello Celere & L. Afranio Coſſ. Alioſne honores ambiverit, an difficultatibus deterritus ad privatam vitam, iis miſſis, conceſſerit, non ſatis liquet. Ab hoc certe tempore nullos honores, ad Tribunatum uſque Plebis, geſſit. In ipſo adoleſcentiae ardore, videtur ea admiſiſſe, quae aeternam nomini ejus infamiam inuſſerunt. (*d*) *M. Varro* Scriptor graviſſimus, in libro quem inſcripſerat *Pius*, aut *de Pace*, *C. Salluſtium* in adulterio deprehenſum cum Fauſta, Sullae filia, a Milone ejus viro loris bene caeſum, &, cum pecuniam dediſſet, dimiſſum fuiſſe prodidit.

Attamen A. U. C. DCCII. (*e*) Tribunatum Plebis adeptus eſt, tempore quo uſque adeo turbata erat Reſpublica, ut eo deventum ſit, ut Cn. Pompejus Magnus Conſul, ſine collega, crearetur. Cum autem paullo ante T. Annius Milo P. Clodium occidiſſet, Pompejuſque legem de vi tuliſſet, qua inſtituebatur quaeſtio de ea caede; ulciſcendi occaſionem nactus *Salluſtius*, ſibi non deſuit. Cum duobus aliis Tribunis Plebis inimiciſſimas conciones, ut ſcribit *Aſconius Pedianus* in *Ciceronis* Milonianam, de Milone habuit, invidioſas etiam de Cicero-

(*a*) *Cap.* 5. (*b*) *Ibidem.* (*c*) A. C. LX. (*d*) *Apud Aul. Gellium* Lib. XVII. cap. 18. *Vide & veterem Scholiaſten* Horatii *ad Sat.* II. *Lib.* I. (*e*) A. C. N. LII.

*** *** *** **

cerone, quod Milonem ſummo ſtudio defenderet; eratque maxima pars multitudinis infenſa non ſolum Miloni, ſed ipſi etiam, propter inviſum patrocinium, Ciceroni. Poſtea tamen cum de accuſandi ſtudio multum remiſiſſet *Salluſtius*, in ſuſpicione fuit in gratiam rediiſſe cum Milone & Cicerone.

Crediderim, hiſce temporibus, ſcriptam fuiſſe Hiſtoriam Catilinariae Conjurationis; cum *Salluſtius*, exacto Tribunatus tempore, privatus ageret, nec Ciceroni eſſet infenſus; rem enim ita narrat, ut ea lecta Hiſtoria, nemo non acta Ciceronis ſit probaturus. Forte & bellum Jugurthinum, & Civilia, quae id inſequuta ſunt, aliaque cum iis connexa, eodem illo tempore conſcripſit, aut aliquanto poſterius. Certe non ſunt ea ſcripta hominis adoleſcentis, teſtaturque ipſe, initio conjurationis Catilinariae, ſe tum demum Hiſtoriam aggreſſum ſcribere, (*a*) *ubi animus ex multis miſeriis atque periculis requievit, & ſibi reliquam aetatem a Republica procul habendam decrevit*; quod vix ante Tribunatum, quem anno aetatis XLI. geſſit, fieri potuit. Tum vero ſtatuit *res geſtas Populi Romani carptim* (ſic ipſe loquitur) *ut quaeque memoria digna viderentur perſcribere; eo magis quod ei a ſpe, metu, partibus Reipublicae animus liber erat.* Haec ſunt verba hominis honores nullos amplius ſperantis, aut certe ambitionem egregie diſſimulantis. At nec ante diſſimularat honorum cupiditatem; nec poſtea, rerum potiente Caeſare, eorum contemtum prae ſe tulit.

Itaque ante omnia Catilinariam conjurationem, quae contigerat anno ejus vitae XXX, ac proinde cujus teſtis fuerat, ſcribere undecim circiter poſt annis aggreſſus eſt, ſi calculos recte ponimus. Tum Jugurthinum bellum, quod diu ante quam naſceretur, & Civile, quod eo puero geſtum eſt, conſcripſit. Periit poſtremum Opus, ſi fragmenta quaedam excipias, quae tamen ſat ampla ad nos pervenerunt, ut ex iis intelligere poſſimus, non minus accurate ac cetera perſcriptum fuiſſe. (*b*) Sed mihi videor ex loco *Auſonii* poſſe colligere tempora, quorum Hiſtoriam ſcripſerat *Salluſtius*, in iis libris qui perierunt. *Auſonius* in Idyllio XXXII, ad Nepotem, docet puerum, quos libros legere eum oporteat, & quos ipſe, in gratiam ejus in manum iterum ſumere ſit paratus. Itaque memorato *Terentio*, ſic loquitur de *Salluſtii* libris:

Jam

(*a*) Cap. 3. (*b*) *Suetonius de Ill. Gramm.* cap. 10.

Digitized by Google

SALLUSTII.

Jam facinus, Catilina, *tuum*; Lepidique tumultum,
Ab Lepido, *&* Catulo; *jam res & tempora Romae*
Orſus, *bis ſenos ſeriem connecto per annos.*
Jam lege civili miſſum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius *exſul Ibero.*

Haec ſunt omnia opera *Salluſtii*, excepto bello Jugurthino, quod cur omiſerit *Auſonius*, non intelligo. Forte aliquot verſus vetuſtate interciderunt. I. Occurrit bellum Catilinarium, de quo nihil neceſſe eſt dicere. II. Hiſtoria tumultus excitati a *Marco AEmilio Lepido*, anno Urbis Conditae DCLXXXVII. poſtquam anno ſuperiori Conſul fuiſſet: Is tumultus a Pompejo & Catulo oppreſſus eſt, eodem anno. III. Inde *Salluſtius* ſcripſerat Hiſtoriam rerum in Republica Romana per duodecim annos geſtarum, ante Lepidi tumultum; quorum duodecim annorum initium fecerim circiter ab anno U. C. DCLXIII, quo bellum Marſicum inchoatum, ab eo enim tempore, uſque ad extremam Dictaturam Sullae, duodecim circiter anni fluxerunt. Multa autem inveniuntur fragmenta *Salluſtii*, ex quibus liquet eum res a Sulla geſtas ſcripſiſſe; quae ea temporis intercapedine continentur. IV. Bellum ſcripſerat Sertorianum, quod coeperat ſub finem vitae Sullae, proximeque duodecim annos memoratos conſequebatur; Metellus enim in Hiſpaniam contra Sertorium miſſus eſt anno U. C. DCLXXIV. qui duodecim illorum annorum ultimus fuit. Si ea Hiſtoria ad receptas uſque Hiſpanias pertexta eſt, quod credibile videtur, pertinuit ad annum DCLXXXI. nam eo demum anno, occiſis Sertorio & Perperna, pacatae ſunt Hiſpaniae.

Hinc videmus quamvis *Salluſtius* carptim ſcripſiſſet Hiſtoriam Romanam, nec continua temporum ſerie lucubrationes ſuas edidiſſet, ex tribus poſtremo memoratis operibus potuiſſe contexi circiter octodecim annorum Hiſtoriam; quae utinam ſane exſtaret! Fragmenta enim ejus ſitim noſtram excitant, non reſtinguunt. Hi autem libri, quamvis ab auctore eo ordine, quem memorat *Auſonius*, editi, videntur poſtea a Grammaticis in ordinem quemdam redacti, ut ex tribus operibus una conflaretur Hiſtoria, Librique ejus perpetuo ordine a primo ad ultimum decurrerent, commodiuſque ad teſtimonium citarentur. *Aſinius Pollio*, in libro quo *Salluſtii* ſcripta reprehenderat, ut nimia priſcorum

verborum adfectatione oblita, tradebat, *In eam rem adjutorium ei feciſſe maxime quemdam Atteium Praetextatum, nobilem Grammaticum Latinum, declamantium deinde adjutorem atque praeceptorem.* Ab hoc ajebat *Salluſtium, Hiſtoriam ſcribere aggreſſum, breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtructum fuiſſe, antiquaque ei verba & figuras ſolitum eum eſſe colligere.* Videtur Grammaticus non ignobilis ea in re ingenio ac voluntati *Salluſtii* gratificatus eſſe, potius quam ſuum ipſius judicium ſequutus; nam in praeceptis Rhetoricis ad Aſinium Pollionem, ei *nihil aliud ſuadebat*, ut prodidit Suetonius, *quam ut noto, civilique & proprio Sermone uteretur, vitaretque maxime obſcuritatem & audaciam in translationibus.* Credibile eſt *Salluſtium* ea re gravitatem ſtyli captaſſe, & priſcorum illorum Romanorum ſermonem imitatum, quorum moribus erat diſſimillimus, ut flagitioſae vitae maculas elueret, perſuaderetque iis, quibus ſatis notus non erat, falſa eſſe omnia, quae de illo minus honeſta jactabantur.

Verum hae artes belle homini non ceſſerunt, nam anno (*a*) U. C. DCCIV. Coſſ. L. AEmilio Paulo & C. Claudio Marcello, Appius Claudius Pulcher Cenſor, non repugnante Collega L. Calpurnio Piſone, omnes libertinos, ut docet *Dio* Lib. XL. multos etiam nobilium, atque inter eos *Criſpum Salluſtium*, qui Hiſtoriam conſcripſit, Senatu ejecit. Quod factum, ſi veteribus (*b*) Grammaticis credimus, propter adulteria; dicitur enim ab iis *Saluſtius tanto ardore inſaniviſſe in libertinas, quanto moechus in matronas, quod cum illi in Senatu a Cenſoribus objectum eſſet, reſpondit ſe non matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe. Quare ex Senatu*, inquiunt, *ejectus eſt.* Hoc quoque ei exprobrat perſonatus ille (*c*) *Cicero*, qui Declamatione in ejus mores invectus eſt. Idem nos docet, poſtquam Cenſores Senatum, more majorum legiſſent, nuſquam conſpectum eſſe *Salluſtium* Romae, ſuſpicaturque tum ſe *conjeciſſe in ea caſtra, quo omnis ſentina Reipublicae confluxerat;* hoc eſt, in Galliam ad Caeſarem ſe contuliſſe. Non minoribus (*d*) conviciis eum exagitavit *Lenaeus*, Pompeji Magni libertus, ex amore erga patroni memoriam, quem

(*a*) *A. Chr. N. L.* (*b*) *Schol. in* Sat. II. *lib.* I. Horatii. (*c*) *Cap.* 5. & 6. (*d*) Suetonius *de illuſtr. Gramm.* cap. 15.

quem *Salluſtius* ſcripſerat *oris probi, animo inverecundo fuiſſe.* Ideo Lenaeus poſtea Hiſtoricum noſtrum *acerbiſſima Satira*, ut docet Suetonius, *laceravit*, laſtaurum & lurconem & nebulonem popinonemque *appellans*, & vita ſcriptiſque monſtroſum, *praeterea* priſcorum, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem. Qua ex occaſione, ſic de Pompejo ſcripſiſſet *Salluſtius*, poſt interitum ejus Hiſtoriae, conjicere non poſſumus; at conſtat Caeſarianis partibus e Senatu expulſum faviſſe.

Certe poſteaquam Reſpublica armis oppreſſa eſt, anno ſequente, (*a*) U. C. DCCV. C. Claudio Marcello & L. Cornelio Lentulo Coſſ. a Caeſare (*b*) eſt in Senatum reductus; Quaeſtura iterum accepta, ut honeſtius in ampliſſimum ordinem reciperetur. Eum autem *honorem*, ſi adverſae famae credimus, *ita geſſit, ut nihil in eo non venale habuerit, cujus aliquis emtor fuit. Nihil non aequum ac verum duxit, quod ipſi facere collibuiſſet.* Propter iteratam Quaeſturam, priſcus Declamator, cujus verba protulimus, *bis Senatorem*, *bis Quaeſtorem factum* ait. At *Dio* lib. XLII. vult, ut recuperaret dignitatem Senatoriam, Praetorem creatum. Malim, Quaeſtura in eum collata, factum hoc eſſe; eo enim Magiſtratu capto, Romana Juventus ingrediebatur Senatum.

Hoc tempore, viris doctis videtur ſcripſiſſe ad Caeſarem duas illas Litteras, quae perperam Orationes inſcribuntur, *de Republica ordinanda.* Sed poſteriores quidem, hoc tempore, ſcripſiſſe potuit; at priores non niſi propemodum confecto bello ſcripſit. Malim ergo haſce differre in annum DCCVII, aut certe ad finem anni antecedentis cum victus eſſet Cn. Pompejus.

Igitur ſub finem anni DCCVI. cum in Aſia eſſet Caeſar, ab iis (*d*) qui Roma ad eum venerant cognovit, litteriſque urbanis animadvertit multa Romae male & inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem Reipublicae ſatis commode geri; quod & contentionibus tribunitiis pernitioſae ſeditiones orirentur, & ambitione atque indulgentia Tribunorum Militum, & qui legionibus praeerant, multa contra morem, conſuetudinemque militarem fierent, quae diſſolvendae diſciplinae, ſeveri-

(*a*) *Cicer. in Salluſt.* cap. 6. (*b*) *A. C. N.* XLIX. Id. cap. 7. (*c*) A. C. N. XLVII. (*d*) Hirtius *de Bel. Alexand.* cap. 65.

ritatiſque eſſent. Hanc crediderim occaſionem fuiſſe, ſcribendi iterum ad Caeſarem de ordinanda Republica; qua de re, cogitare ſerio non potuit, niſi poſt victum Pompejum. Antea quidem *Salluſtius*, Caeſare nondum in Macedoniam profecto, vigenteque bello, multa monuerat, ea de re, in Epiſtola, quae II. Oratio perperam dicitur, ubi de *M. Bibulo* & *L. Domitio*, quaſi viventibus loquitur, cum Bibulus mortuus ſit ante pugnam Pharſalicam, & Domitius ex ea fugiens interfectus. Sed in altera Epiſtola, in qua de bello, quaſi confecto, loquitur, rem eamdem iterum aggreditur. Itaque, quae prior eſt, eam oporteret eſſe poſteriorem, quod etiam ipſum ejus, quae poſterior eſt, prooemium ſatis oſtendit.

Antequam autem Caeſar contra Scipionem, Pompeji ſocerum, in Africam iret, anno U. C. DCCVII, quo Caeſar iterum Dictator fuit, M. Antonius Magiſter Equitum, Praetor factus eſt *Salluſtius*; qui honor videtur non tam monitorum de Republica ordinanda, quam turpium adulationum iis admiſſarum praemium fuiſſe. At *Salluſtio* propemodum fatalis fuit; (*a*) cum enim eſſet in Campania, apud Caeſarianos milites, mox in Africam tranſmittendos, motaque ab iis eſſet ſeditio, quam fruſtra compeſcere tentavit, ab iis ferme eſt interfectus. Quin etiam cum Romam ad Caeſarem contenderet, ut hac de re certiorem faceret, inſequuti eum complures militum, obvios quoſque occiderunt; ipſum, ſi adipiſci potuiſſent, e medio ſublaturi.

Caeſar vero, placatis militibus, ſub brumam in Africam, cum parte exercitus, trajecit, ſecumque *Salluſtium* duxit, quem, paucis diebus poſtquam adpuliſſet, cum penuria annonae premeretur, (*b*) ad Cercinam inſulam, quam adverſarii tenebant, cum parte navium, ire juſſit, quod ibi magnum numerum frumenti eſſe audiebat. (*c*) Ejus adventu C. Decimius Quaeſtorius, qui ibi cum grandi familiae ſuae praeſidio praeerat commeatui, parvulum navigium nactus conſcendit, ac ſe fugae commendavit. *Salluſtius* interim a Cercinatibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi ſatis magna copia fuit, complevit atque in caſtra ad Caeſarem miſit. Quid aliud in eo bello geſſerit *Salluſtius*, nemo prodidit, ſed fidelem

(*a*) *Ex Dione* lib. XLII. (*b*) Hirtius *de Bello Afric.* cap. 8. (*c*) *Ibid.* cap. 34.

lem ac ſtrenuam operam Caeſari navaſſe, ex praemio intelligere eſt. (*a*) Anno enim U. C. DCCVII, confecto Africano bello, (*b*) Caeſar eum in Numidia recepta, verbo quidem adminiſtrandae provinciae cauſa, reipſa autem expilandae, pro Praetore, reliquit. Itaque dona multa *Salluſtius* accepit, multa rapuit, Romamque deinde reverſus, cum a Numidis accuſaretur, maximam infamiam retulit; quod cum libros ſcripſiſſet, in quibus copioſa & acerba oratione invectus erat in eos qui ex provinciis quaeſtum feciſſent, rebus ipſis quod ſcripſerat non expreſſiſſet. Ne (*c*) tamen cauſſam diceret, (*d*) ſeſtertio duodecies cum Caeſare pactus eſt, ſi credimus perſonato *Ciceroni*. Graviſſimus certe Hiſtoricus *Dio*, prodidit eum, licet a Caeſare dimiſſum, ſuis ipſius ſcriptis perennem infamiam ſibi creaſſe, quod vita ab iis prorſus diſſentiret.

Ea praeda, (*e*) qui modo ne paternam quidem domum redimere poterat, repente tamquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, qui (*f*) *Salluſtiani* ab ejus nomine, dicti ſunt, villam Tiburtinam, & alias poſſeſſiones ſibi comparavit.

Qua ratione, vitam poſtea traduxerit *Salluſtius*, Veteribus tacentibus, nobis non liquet. Credibile eſt ornandae domui, exſtruendis villis, deliciiſque undequaque ſibi parandis occupatum fuiſſe; ita ut ſaluberrimis praeceptis, quae in Hiſtoriis tradiderat, exemplo ſuo, vim ponduſque detrahere pergeret. De ejus oratione in *Ciceronem*, & *Ciceronis* in *Salluſtium*, nihil addam; quia, licet antiquae ſint, nec infra aevum Tiberianum, animi cauſa, a Rhetore quopiam confictas nemo amplius dubitat.

Septuageſimo aetatis anno, fato functus eſt, quadriennio (*g*) ante bellum Actiacum, hoc eſt, anno (*b*) U. C. DCCXIX. S. Pompejo & S. Cornificio Coſſ. Vir ſane fuit memorabilis, ſi Hiſtorias ejus ſpectes; quae, ſi nimium antiquioris ſtyli ſtudium excipias, nullis aliis poſtponendae ſunt, principemque locum, inter Romanos Hiſtoricos, etiam judicio Veterum, ei pepererunt. Nec brevitatem ac efficaciam ſingularem dictionis dumtaxat laudant, ſed etiam veritatis ſtudium; quod ita intelligendum, ut de aliis loquenti fides habeatur, de ſe ipſi

(*a*) A. C. N. XLVI. (*b*) *Dion.* lib. XLIII. (*c*) *Cicer. in Salluſt.* cap. 8. (*d*) *Nonageſies mille ff. eoque amplius.* (*e*) *Id. Ibid.* (*f*) *De iis vide* Fam. Nardinum *Vet. Romae* lib. IV. cap. 7. (*g*) *Vide Euſeb. in Chron.* (*b*) A. C. N. XXXV.

ipſi nihil credatur niſi quod re ipſa comprobatum eſt. Facile credo; cum ſe Reipublicae longum valedixiſſe putaret, (*a*) *Conſilium ei non fuiſſe*, ut ipſe dicit, *ſocordia atque deſidia bonum otium conterere, neque vero, agrum colendo ac venando, ſervilibus officiis intentum, aetatem egiſſe*, ſed honeſtioribus ſtudiis & ſcriptionibus operam dediſſe. At nec oblitum deliciarum ac voluptatum opinor; quibus & puer & adoleſcens & ſenex, quaſi Sirenibus quibuſdam adhaeſit; nec, ut puto, dum Hiſtorias, florente aetate ſcriptitaret, nuncium remiſit.

Idem fecit, quod (*b*) plerique Philoſophorum, *diſertorum in convicium ſuum, quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium profeſſos putes, adeo redundant ad ipſos maledicta in publicum miſſa!* Interea ejus Hiſtoria, ut ceteris omnibus, utamur oportet, quippe quae non minus gravia ac utilia praecepta, exemplaque continet, quam ſi ſcriptor ſanctitate morum priſcos omnes Romanos ſuperaſſet.

(*a*) *Conjur. Catil.* cap. 4. (*b*) Seneca *apud Lactant.* Lib. III. cap. 15.

VETE-

Digitized by Google

VETERUM SCRIPTORUM

ET

NONNULLORUM RECENTIORUM

DE

SALLUSTIO

JUDICIA ET TESTIMONIA.

AUGUSTUS CAESAR.

Suetonius in Vita Auguſti.

Tuque dubitas Cimberne Annius an Verrius Flaccus imitandi ſint tibi? ita, ut verbis, quae Criſpus Salluſtius excerpſit ex Catonis Originibus utaris, an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?

Vellejus Paterculus. Hiſt. lib. II.

AEmulus Thucydidis Salluſtius.

Et:

Paene ſtulta eſt inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quae maxime noſtri aevi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriuſque, & conſecutus Salluſtium Livius, Tibulluſque & Naſo, perfectiſſimi in forma operis, nam vivorum ut magna admiratio; ita cenſura difficilis eſt.

Horatius, Serm. lib. I. Sat. 2.

Libertinarum dico: Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui moechatur.

Acro ad Horat. lib. I. Sat. II. 41.

ILLE FLAGELLIS AD MORTEM CAESUS] *Hoc de Salluſtio videtur dicere. Salluſtius enim Criſpus in Fauſtae, filiae Sullae, adulterio deprehenſus ab Annio Milone, Flagellis eſſe caeſus dicitur: quod Aſconius Pedianus in Vita ejus ſignificat.*

Eadem fere Porphyrio.

Servius ad VI. AEn. 612.

Si re vera caeſi; Saluſtius, quam Milo deprehenſum ſub ſervi habitu verberavit in adulterio ſuae uxoris, quae fuerat Fauſti Sullae filia.

Aſconius Pedianus.

Fertur Salluſtius tanto ardore inſaniviſſe in libertinas, quanto moechus in matronas: quod cum illi in Senatu a cenſoribus objectum eſſet, reſpondit, ſe non matronarum ſectatorem eſſe; quare ex ſenatu ejectus eſt, quod ipſe excuſat in Catilinae bello.

Haec vetus Interpres Horatii, ad Sat. II. 47.

Idem.

Digitized by Google

Idem in Argum. Milon. pag. 779. & ibid. ad cap. 6. pag. 812.

Salluſtium fuiſſe Tribunum plebis, quo anno Cn. Pompejus ſolus Conſul erat, oſtendit. Unde colligas ingenio fuiſſe Tribunicio & turbulento. Notanda hic ſunt Tullii verba: *Diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo. Nihil enim neceſſe eſt omnium me flagitia proferre. Sic reliqua auctoritas Senatus emta interceſſione ſublata eſt.*

Nempe per Munatium & Salluſtium, mercede corruptos. Qui dividi poſtularat, is erat Q. Fuſius. Vid. Aſconius ibid. & in cap. XVII. p. 861. in XVIII. p. 865. in XXV. p. 897.

Seneca Rhetor Decl. lib. III.

* *Orationes Salluſtii in honorem Hiſtoriarum legantur.*

Seneca Philoſophus Epiſt. CXIV.

Salluſtio vigente, amputatae ſententiae, & verba ante exſpectatum cadentia & obſcura brevitas fuere pro cultu. Arruntius, vir rarae frugalitatis, qui Hiſtorias belli Punici ſcripſit, fuit Salluſtianus, & in illud genus nitens.

Et ibidem.

Quae apud Salluſtium rara fuerunt, apud Arruntium crebra ſunt, & paene continua, nec ſine cauſſa, ille enim in haec incidebat: at hic illa quaerebat.

Et lib. IX. Decl. I. & Controverſ. XXV. lib. 5.

Cum ſit praecipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum Salluſtius vi-

* Quaſi dicat, non admodum probari. Vid. Corradus in Quaeſtura Cic. p. 161.

vicit, & in ſuis illum caſtris cecidit, nam in ſententia Graeca tam brevi, quam ſalvo ſenſu detrahas vocem aliquam, conſtabit ſenſus, etiamſi non aeque comtus, attamen integer; at ex Salluſtii ſententia nihil demi ſine ſenſus detrimento poteſt. Titus autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam, & tamquam tranſlatam, & tamquam corruptam, dum transferretur, objiceret Salluſtio, nec amore Thucydidis facit, ut illum praeferat; ſed laudat quem non timet, & facilius putat poſſe a ſe Salluſtium vinci, ſi ante a Thucydide vincatur.

Martialis lib. XIV.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Quinctilianus lib. II. c. 5.

Livius a pueris magis legendus quam Salluſtius, & hic Hiſtoriae majoris eſt auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus ſit.

Et lib. III. c. 10.

Criſpus Salluſtius in bello Jugurthino & Catilinario nihil ad hiſtoriam pertinentibus principiis orſus eſt.

Et lib. IV. c. 2.

Vitanda illa Salluſtiana, quamquam in ipſo virtutis locum obtinet, brevitas, & abruptum ſermonis genus: quod otioſum fortaſſe lectorem minus fallit, audientem tranſvolat, nec, dum repetatur, exſpectat.

Et

Et lib. VIII. c. 3.

Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſitur:

Et verba antiqui multum furate Catonis,
Criſpe, Jugurthinae conditor hiſtoriae.

Et lib. IX. c. 3.

Ex Graeco tranſlata Salluſtii plurima.

Et lib. X. c. 1.

Neque illa Salluſtiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem & ſaepius ineruditum captanda nobis eſt: neque illa Livi lactea ubertas docebit ſatis eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed fidem quaerit.

Et ibidem.

At non Hiſtoria ceſſerit Graecis: nec Thucydidi opponere Salluſtium verear: nec indignetur Herodotus aequari ſibi T. Livium, cum in narrando mirae jucunditatis, clariſſimique candoris, tum in concionibus, ſupra quam narrari poteſt, eloquentem; ita dicuntur omnia cum rebus tum perſonis accommodata, ſed affectus quidem, praecipue eos qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo Hiſtoricorum commendavit magis: ideoque immortalem illam Salluſtii velocitatem diverſis virtutibus conſecutus eſt, nam mihi egregie dixiſſe videtur Servilius Nonianus, pares eos magis quam ſimiles.

Et ibidem.

Attici praeciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem

Digitized by Google

ſuperant; triſtes ac jejuni Pollionem aemulantur; otioſi & ſupini, ſi quid modo longius circumduxerunt, jurant Ciceronem ita locuturum fuiſſe.

Et lib. X. c. 3.

Sane manifeſtus eſt SalluſtI ex ipſo opere labor.

Statius Papinius lib. I. Sil. 4.

Sed tuas artes puer ante diſcat:
Omne quis mundi ſenium remenſus,
Orſa SalluſtI brevis, & Timavi
Reddis alumnum.

Cornelius Tacitus Hiſt. lib. III.

C. Salluſtius, rerum Romanarum florentiſſimus auctor.

Juſtinus Hiſt. lib. XXXVIII.

Pompejus Trogus in Livio & Salluſtio reprehendit, quod conciones directas, ac orationes operi ſuo inferendo Hiſtoriae modum exceſſerint.

Agellius lib. I. c. 15. Noct. Attic.

Salluſtius, novator verborum.

Et lib. III. c. 1.

Salluſtius, vel ſubtiliſſimus brevitatis artifex.

Et

Et lib. IV. c. 15.

Elegantia orationis Salluſtii, verborumque facundia & novandi ſtudium cum multa prorſus invidia fuit: multique non mediocri ingenio viri conati ſunt reprehendere pleraque & obtrectare: in quibus plura inſcite aut maligne vellicant, nonnulla tamen videri poſſunt non indigna reprehenſione.

Et lib. X. c. 20.

Salluſtius, proprietatis in verbis retinentiſſimus, conſuetudini conceſſit.

Et lib. eodem c. 26.

Aſinio Pollioni in quadam epiſtola, quam ad Plancum ſcripſit, & quibuſdam aliis C. Salluſtio iniquis, dignum nota viſum eſt, quod: &c.

Et lib. XVII. c. 18.

M. Varro in litteris atque vita fide homo multa & gravis, in libro quem inſcripſit, Pius, aut, De Pace, C. Salluſtium, ſcriptorem ſeriae illius & ſeverae orationis, in cujus Hiſtoria notiones cenſorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loris bene caeſum dicit, & cum dediſſet pecuniam, dimiſſum.

Suetonius De claris Grammaticis: de Philologo.

Aſinius Pollio librum ſcripſit, in quo Salluſtii ſcripta reprehendit, ut nimia verborum affectatione oblita.

Et ibidem.

Philologus coluit familiariſſime C. Salluſtium, & eo defuncto, Aſinium

nium Pollionem, quos Hiſtoriam componere aggreſſos, alterum breviario rerum Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtruxit; alterum praeceptis de ratione dicendi; quo magis miror Aſinium Pollionem credidiſſe, antiqua eum verba & figuras ſolitum eſſe colligere Salluſtio, cum ſciat eum ſibi nihil aliud ſuadere, quam ut noto civilique & proprio ſermone utatur, vitetque maxime obſcuritatem Salluſtii, & audaciam in tranſlationibus.

Et de Lenaeo.

Lenaeus tanto amore erga patroni (Pompeji) memoriam exſtitit, ut Salluſtium Hiſtoricum, quod eum oris probi, animo inverecundo, ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceraverit, (a) laſtaurum & lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, & vita ſcriptiſque monſtroſum, praeterea priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.

Macrobius Sat. lib. III. c. 15.

Salluſtius, graviſſimus alienae luxuriae objurgator & cenſor.

Et lib. V. c. 1.

Quatuor ſunt genera dicendi: copioſum; in quo Cicero dominatur: breve, in quo Salluſtius regnat: ſiccum; quod Frontoni adſcribitur: pingue & floridum; in quo Plinius ſecundus quondam; & nunc, nullo veterum minor, noſter Symmachus luxuriatur.

Symmachus lib. V. Epiſt. 66.

Interea recuſo ſententiam, quae rem venaticam ſervile dicit officium. Sta-

(a) Vid. Voſſ. Etymolog. p. 281.

Statuerit hoc ſcriptor ſtilo tantum probandus: nam morum ejus damna non ſimunt, ut ab illo agendae vitae petatur auctoritas.

Auſonius in Protreptico.

Jam facinus Catilina tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae,
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili miſtum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Sidonius Apollinaris in Panegyri Anthemii Auguſti.

Qua Criſpus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus,
Qua pompa Tacitus numquam ſine laude loquendus.

Et in Panegyri Narbonenſi.

Et te multimoda ſatis verendum
Scriptorum numeroſitate Varro:
Et te qui brevitate Criſpe polles:
Et qui pro ingenio fluente, nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Apulejus Apologia.

Neque Cato gravitatem requirit, neque Laelius levitatem, neque Gracchus impetum, nec Caeſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Calvus argutias, nec parcimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero.

nium Pollionem, quos Hiſtoriam componere aggreſſos, alterum breviario rerum Romanarum, ex quibus quas vellet eligeret, inſtruxit; alterum praeceptis de ratione dicendi; quo magis miror Aſinium Pollionem credidiſſe, antiqua eum verba & figuras ſolitum eſſe colligere Salluſtio, cum ſciat eum ſibi nihil aliud ſuadere, quam ut noto civilique & proprio ſermone utatur, vitetque maxime obſcuritatem Salluſtii, & audaciam in tranſlationibus.

Et de Lenaeo.

Lenaeus tanto amore erga patroni (Pompeji) memoriam exſtitit, ut Salluſtium Hiſtoricum, quod eum oris probi, animo inverecundo, ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceraverit, (a) laſtaurum & lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, & vita ſcriptiſque monſtroſum, praeterea priſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.

Macrobius Sat. lib. III. c. 15.

Salluſtius, graviſſimus alienae luxuriae objurgator & cenſor.

Et lib. V. c. 1.

Quatuor ſunt genera dicendi: copioſum; in quo Cicero dominatur: breve, in quo Salluſtius regnat: ſiccum; quod Frontoni adſcribitur: pingue & floridum; in quo Plinius ſecundus quondam; & nunc, nullo veterum minor, noſter Symmachus luxuriatur.

Symmachus lib. V. Epiſt. 65.

Interea recuſo ſententiam, quae rem venaticam ſervile dicit officium. Sta-

(a) Vid. Voſſ. Etymolog. p. 281.

Statuerit hoc ſcriptor ſtilo tantum probandus: nam morum ejus damna non ſinunt, ut ab illo agendae vitae petatur auctoritas.

Auſonius in Protrèptico.

Jam facinus Catilina tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae,
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili miſtum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Sidonius Apollinaris in Panegyri Anthemii Auguſti.

Qua Criſpus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus,
Qua pompa Tacitus numquam ſine laude loquendus.

Et in Panegyri Narbonenſi.

Et te multimoda ſatis verendum
Scriptorum numeroſitate Varro:
Et te qui brevitate Criſpe polles:
Et qui pro ingenio fluente, nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Apulejus Apologia.

Neque Cato gravitatem requirit, neque Laelius levitatem, neque Gracchus impetum, nec Caeſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Calvus argutias, nec parcimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero.

Digitized by Google

Feſtus Avienus, in ora Maritima.

Interrogaſti, ſi tenes, Maeotici
Situs quis eſſet aequoris: Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Praejudicatae auctoritatis ducier
Non abnuebam; ad ejus igitur inclytam
Deſcriptionem (qua locorum formulam
Imaginemque, expreſſor efficax ſtili
Et veritatis, pene in obtutus dedit
Lepore linguae) multa rerum junximus.

Vibius Sequeſter lib. de Fluminibus.

Salluſtius, auctor certiſſimus.

Marius Victorinus in librum Cic. de Inventione.

Hiſtoria & brevis eſſe debet in expoſitione, & aperta & probabilis; ut Salluſtius ſibi omnia in Catilina tribuit.

Spartianus in D. Hadriano.

Amavit (Hadrianus) genus dicendi vetuſtum, controverſias declamavit, Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Salluſtium Caelio praetulit: eademque jactatione de Homero ac Platone judicavit.

Vopiſcus in Aureliano:

Nemo ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non eſt aliquid mentitus, in quo Livius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus, manifeſtis erroribus convincerentur.

Et

Et in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Salluſtios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes diſertiſſimos imitarer viros, ſed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Et lib. II. c. 13.

Quod quidem non fugit hominem nequam Salluſtium, qui ait: Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt; animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Recte, ſi ita vixiſſet ut locutus eſt, ſervivit enim faediſſimis voluptatibus, ſuamque ipſe ſententiam vitae pravitate diſſolvit.

Lactantius.

Salluſtius, homo eruditus.

Et:

Salluſtius, homo nequam, ait: Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt: animi imperio corporis ſervitio magis utimur, *recte, ſi ita vixiſſet ut locutus eſt, ſervivit enim foediſſimis voluptatibus, ſuamque ipſe ſententiam vitae pravitate diſſolvit.*

Hieronymus in epitaph. Neapolitani ad Heliodorum.

Neque enim propoſui hiſtoriam ſcribere, ſed noſtras breviter flere miſerias, alioquin merito ad haec explicanda & Thucydides & Salluſtius muti ſint.

Et lib. I. adverſus Jovinianum.

Cicero rogatus ab Hirtio, ut poſt repudium Terentiae, ſororem ejus duceret, omnino hoc facere ſuperſedit, dicens non poſſe uxori ſe & Philoſophiae pariter operam dare, illa interim conjunx egregia, & quae de fontibus Tullianis hauſerat ſapientiam, nupſit Salluſtio inimico ejus, & tertio Meſſalae Corvino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiae devoluta eſt.

Idem de locis Hebraicis, & ex eo Iſidorus Orig. lib. XIII. c. 21.

Salluſtius, auctor certiſſimus.

Auguſtinus de Civitate Dei lib. I. c. 5.

Salluſtius, nobilitatae veritatis hiſtoricus.

Et Epiſt. V. ad Marcellinum.

Nobiliſſimus hiſtoricus.

Johannes Sarisberienſis, Policratici lib. III. c. 12.

Unde & Criſpo, Hiſtoricorum inter Latinos potiſſimo, ſed & ipſi Ciceroni placuit: In malis factionem eſſe, quod in viris bonis vera amicitia eſt.

Pe-

Digitized by Google

JUDICIA ET TESTIMONIA.

Petrarcha.

Criſpus Salluſtius, nobilis hiſtoricus veritatis (ſic enim de illo apud auctores veriſſimos ſcriptum video) quo fidelius res Africae complecteretur, libros Punicos perquiſivit, peregrinamque linguam, per interpretem, flagranti ſtudio ſcrutatus eſt, quin & maria tranſgreſſus dicitur, ut oculis ſuis crederet de conditionibus locorum. Bellum Jugurthinum, conjurationemque Catilinae, compendioſo, & ad unguem, ut dici ſolet, caſtigato ſtylo complexus eſt, ſed nullo famoſior quam Hiſtoriarum libro, qui aetati quoque noſtrae, ne certum ejus ſileam dedecus, amiſſus eſt: veterum quidem teſtimonio illuſtris, apud nos ſolo jam nomine ſuperſtes.

L. Vives.

Salluſtius, rerum Romanarum florentiſſimus ſcriptor, ut inquit Tacitus, frequens eſt in manibus puerorum, ſed mihi aptior videtur provectioribus. Inimitabilis eſt in illius ſcriptis gratia: quae quotieſcunque repetita, nunquam taedium ſui, aut ſatietatem lectori afferant.

Qu. Eſtaugius.

Nemini dubium eſt Salluſtium plures majoreſque hiſtoriarum libros ſcripſiſſe, qui partim temporum injuria, partim invidia hominum jam dudum periere. Neque abſurdum eſt inde ſuſpicari, ſi bellum Jugurthinum, quod ipſe non vidit, & tamen Romanis ſuis ita diligenter notavit, ea quoque memoriae mandaſſe, quae ſuo tempore potiſſimum contigere: quemadmodum contentionem inter Marium, Sullamque ortam, ob bellum Mithridaticum: Octavii, Mariique necem: Africam Pompeji Magni victoriam: Sullae tyrannidem: Metelli Pompejique in Hiſpanias miſſionem: Sertorii, pugnaeque ejus finem: Gladiatorum bellum: Tribunatum plebi reſtitutum: Piratarum exitium: Syriam victam. Et cum his pleraque alia, quae a Salluſtii nativitate uſque ad Catilinae conſpirationem geſta ſunt, ubi interfuerunt anni exacti viginti & quinque. Deinde, a Catilinae conjuratione uſque ad Salluſtii obitum,

etiam ardua haud pauca acciderunt: velut, Magni Pompeji triumphus: Ciceronis exſilium, & trucidatio: Gallicum bellum: Clodius interemtus: Reſpublica oppreſſa: Africana expeditio: Julius Caeſar confoſſus: Octaviani Aug. imperium: L. Antonii ſeditio. Quare haud facile creditu, tam diligentem hiſtoricum haec Romana omiſiſſe. Sed hanc, pro dolor, jacturam debemus aut Gothis & Vandalis orbis devaſtatoribus: aut Ciceronianis vel Livianis Salluſtio infenſiſſimis: nam iſte Patavinus tunc viginti quatuor annorum natus erat, cum Salluſtius ex humanis ceſſit: cujus tandem libri etiam a jactura quantumvis mitiore, immunes non fuerunt. Sic ex Livio, parum ſupereſt: ex Ennio fere nihil, ex Salluſtio pauca, uti res humanae ſemper fuerunt. Praeterea non abs re, a quibuſdam dicitur inimitabilis, veluti liquet vel ex auctoribus, qui poſt eum de Jugurtha ſcripſerunt: ut Livius, & abbreviatores ejus, praeſertim Florus lib. III. *cap.* 1. *& lib.* LXII. *Oroſius lib.* V. *cap.* 15. *Valerius Maximus lib.* II. *cap.* 2. *& lib.* VI. *cap.* 11. *Frontinus lib.* I. *cap.* 8. *& lib.* II. *cap.* 1. *&* 4. *Eutropius lib.* IV. *cap.* 8. *Plinius, & alii, qui ad tantam dicendi gratiam nunquam pervenerunt. Vir ille clariſſimus, philoſophus, orator magnus, verus hiſtoricus, adverſarios habuit Ciceronem in primis, propter Terentiam: Aſinium Pollionem, propter Ciceronem: Titum Livium, propter ſcribendi famam: qui cum ſuis curarunt aſſidue, ut omnino Salluſtii vitium, non cum ſcriptis ejus oblivioni traderetur. Ita ſimilitudo illa ſtudii, raro benevolentiam, aemulationem potius afferre ſolet.*

Julius Caeſ. Scaliger Oratione pro Cicerone.

Id quod & Salluſtius, omnium ſcriptorum numeroſiſſimus, nuſquam aſpernatus eſt.

Et ibidem.

A Salluſtio autem brevitatem illam peti debere, cum ſcribis; neque quid velis intelligo, neque tam vulgi animo conceptam, adeo perſuaſam, adeo decantatam in illo viro brevitatem unquam comprehendi. Nam ſi, quoniam frequentibus aſyndetis utitur, aut quod non longis periodis ambit argumenta rerum, properare tibi videtur, iſto tibi quoque

que pacto brevibus atque interceptis ſaltibus centum milliariorum iter minus longum videbitur, quam unius modo ſtadii intervallum, quod uno ſpiritu confeceris. Ac contra videmus Salluſtium ipſum, cum quid ſemel dicendum aſſumpſit, adeo perſtare ut ſaepenumero egredi videatur, &c.

Ibidem.

Neque vero Salluſtium, politiſſimum auctorem, rejiciunt: (Ciceroniani) ſed anxium illud atque inſititium dicendi genus, ſed multa ſuperſtitioſa verba.

Idem lib. IV. Poët. c. 24.

Quaſi vero commentarium ſcripſerit ille, non Hiſtoriam pleniorem; qui ſit Hiſtoriae pater appellatus.

Et lib. III. c. 96.

Ambitioſe igitur feciſſe videtur Salluſtius quibuſdam, quod Poëtarum more, cum dicere orſus eſſet de Catilina, omiſſa ea narratione repetit hiſtoriam ab ipſis ultimis Romae rudimentis. Nos virum ſuo in genere praeſtantem cum recte tum neceſſario feciſſe judicamus: ut oſtenderet corruptam civitatem, cujus & pars eſſet Catilina.

Joannes Bodinus.

De Salluſtio, quod omnia fere ejus ſcripta interciderunt, non ita facile judicari poteſt, ex iis tamen, quae habemus, integerrimum ſcriptorem & rerum magnarum uſu peritum fuiſſe conſtat, ut enim Jugurthinum bellum verius ſcriberet, in Africam uſque navigavit, libere tamen de rebus judicat, quid enim liberius eſt, quam in uno Caeſare & Catone Romanorum omnium illius aetatis collocare virtutem?

Ju-

DE SALLUSTIO JUDICIA ET TESTIMONIA.

Juſtus Lipſius.

Ex iis qui ſuperant, C. Caeſar laudatur in primis; ſi ut diſertus narrator; libens aſſentio: eſt enim ejus viri pura oratio ſine fuco ac calamiſtris ornata, vel Romanis vel Atticis Muſis digniſſima, ſin ut perfectus hiſtoricus; dubitare me dicam, cum & non nulli fidem ejus in hiſtoria civili requirant, & tertium illud ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν *totum ei deſit. Itaque ipſe Caeſar, ceteroqui minime ſui contemtor, Commentarios inſcripſit non Hiſtorias, & hoc ipſo laudem veram meruit, quod falſam affectare contemſit. Jam vero princeps Hiſtoricorum audit Livius; ſi magnitudinem operis & varietatem rerum ſpectamus; recte. Sed tamen (quod more majorum liceat) a Livii lectione ſemper commotior ſurrexi, non ſemper melior, aut ad vitae caſus inſtructior: Salluſtius unus ex* VIII. *viris illis eſt, qui feliciter conſecutus videtur haec omnia, & quem, ſi mei arbitrii res ſit, in hoc luſtro principem ſenatus hiſtorici legere non dubitem, nam ceteri deinceps minorum quaſi gentium hiſtorici, quantum a ſuperiorum aetate, tantum & a laude afuerunt, niſi quod admirabile eſt, quantum inter iſtos unus excellat imitator Salluſtii Corn. Tacitus, omni virtute antiquis proximus, longo quidem intervallo, ſed tamen proximus.*

Ludovicus Carrio.

Quarum rerum ego maxuma haec documenta habeo, quod prioribus illis temporibus, Licinius Macer, Fabius Pictor, Tubero, Hemina, Valerius Antias, Claudius Quadrigarius, Caelius, Siſenna, alii rerum noſtrarum auctores; poſterioribus T. Livius, Trogus Pompejus, C. Plinius, Corn. Tacitus, & qui primus aut in primis eſt, C. Salluſtius Criſpus ferme ab ſtirpe interierunt.

Et:

Nam eum ſcriptorem in primis ego praeclarum exiſtimo verborum atque ſententiarum brevitate.

C. CRISPI

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER I.

I. RES populi R. M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. ac deinde militiae & domi geſtas compoſui. *Donatus Pomp. Meſſalinus.*

Cato

RES POPULI] In tanta rerum antiquarum obſcuritate, tamque denſis errorum tenebris, quae prima ſint in his C. Saluſtii Criſpi Hiſtoriis, quae ſecunda, difficilis eſt dijudicatio; atque eo difficilior; quod neque veteres eam rem ratione perſecuti ſunt: & ſi qui aetatis poſterioris idem agere tentarunt, iiſdem etiam veſtigiis, quibus inſiſtimus, inhaerere, & per omne ſcriptorum genus errare debuerunt: neque certam aliquam ſcribendi rationem, quaſi viam, tenere potuerunt. Igitur nos, quibus in rebus hujusmodi diligentius inquirendis induſtriam graviorum diſciplinarum tractatio negavit, & in inveniendis ingenium, natura ſatis parce eſt elargita, ita haec Hiſtoriae Saluſtianae fragmenta, & veluti è naufragio tabulas, componemus, ut ſi navem integram & ſartam tectam eſſe praeſtare non poſſimus: quis enim id ſperet? ſaltem efficiamus ut minus lacera, minuſque diſſipata, & in partes pauciores diſſoluta eſſe videatur. Haec autem primo hiſtoriae loco poſui, quod Tib. Donatus ſub initium Æneidos, Virgilium, qui prius rem, deinde poſuerit perſonam, ita tueatur; ut Saluſtium, omni metrorum ratione liberum, ſic hiſtoriam coepiſſe ſcribat, *primo ut rem, mox pop. Rom. perſonam poneret.* Adde quod Auſonius in Protreptico ſuo, hiſtoriarum Saluſtii argumentum breviter recenſens, ita canat:

Jam facinus Catilina tuum, Lepidique tumultum,
Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae
Orſus, bis ſenos ſeriem connecto per annos.
Jam lego civili miſſum Mavorte duellum,
Movit quod ſocio Sertorius exſul Ibero.

Quae Auſonii ac Donati commode, ni fallor, ad haec verba referri poſſunt, quae cum bis a Priſciano, primo genitivum Romae, pro adverbio notante, deinde, idem poſterius repetente, tum vero etiam apud Rufinum, ſive quis alius auctor eſt libelli *De Metris Comicis*, a Pompejo Meſſallino adducuntur. Meſſallini verba ex libro *de pedibus & numeris oratorum* adſcribam, neque enim parum ad eam quam exprimendam curavi ſcripturam confirmandam, & vero multum, ad Priſcianum vehementer duobus, libris XV. in locis corruptum emendandum faciunt. *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianae periodi numeros inſpiciamus. Res popu*, dactylus. *li Ro*, *mani*, *Marco*, tres ſpondei. *Lepido*, anapaeſtus. *Quinctio Catulo*, ſpondeus & anapaeſtus. *Conſulibus*, paean primus. *ac deinde*; dichoreus ſive ditrochaeus. *militi*, dactylus. *& domi*, creticus. *geſtas*, ſpondeus. *compoſui*, choriambus. Hactenus ille, quod tametſi ita certum loci hujus conſtituendi argumentum ſit, ut vehementer mirer homines quosdam cum in hunc ſcriptorem incidiſſent, magis etiam, quaſi dedita opera, ejus ſcripturam vitiare voluiſſe: tamen & apud Meſſalinum & apud Rufinum, copulam, &, ex veteribus Priſciani libris, cum in alio etiam vulgato extaret, neceſſario repoſui. Fuerunt conſules M. Aimilius Q. F. M. N. Lepidus, & Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus, an. U. C. CIↃIↃCLXXV. CARRIO. Tacit. Ann. II. *Res Imperatoris Domitiani compoſui.* CIACCONIUS. Videtur Saluſtius aemulatus eſſe exordium quo Thucydides hiſtoriam ſuam exorſus eſt, cum dixit: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Nam verbum *compoſuit*, eodem modo uſurpavit, quo Graecus ſcriptor, συνέγραψε, quod poſitum eſt, pro συνεγράψατο. Ad Saluſtium reſpexit Tacitus cum dixit Lib. XI. *Res Imperatoris Domitiani compoſui.* M. autem Lepidi, & Q. Catuli conſulatus, de-

Cato Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit. *Servius & Acron.*

Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta Doctiſſimorum hominum copia. *Servius.*

Neque me diverſa pars in civilibus armis movit a vero. *Aruſianus.*

Nobis primae diſſenſiones vitio humani ingenii evenere : quod inquies,

ſcriptus eſt in veteri apud me Senatusconſulto, quod in aenea tabella inciſum eſt ita : ΕΠΙ ΥΠΑ ΤΩΝ ΚΟΙΝΤΟΥ ΑΥΤΑΤΙΟΥ ΚΟΙΝΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΑΤΛΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΥ ΑΙΜΙΛΙΟΥ. . . . . ΜΑΡΚΟΥ ΤΙΩΝΟΥ ΛΕΠΙΔΟΥ, &c. URSIN.

CATO] Marius Fabius Victorinus commentario I. ad Ciceronem de inventione, *Salluſt.* inquit, *cum aliis hiſtoriographis ſingula tradidiſſe* Lib. I. *Hiſtoriarum : dat Catoni brevitatem ; Romani generis diſertiſſimus multa paucis abſolvit.* Servius quoque lib. I. Æneidos notat a Salluſtio dictum : *Romani generis diſertiſſimus.* quin & Acron. Satyr. ult. Lib. I. Horat. ad illud ; *eſt brevitatis opus ; ſic.* inquit, *& Cato laudatur a Salluſtio quod multa paucis abſolveret. Vox multa*, ex Acrone apud Victorinum reponenda eſt. CARRIO. Ita *Hieronymus* Tacito auctore, Ep. II. *Cato Cenſorius Rom. generis diſertiſſimus.* WASSE.

MULTA PAUCIS ABSOLVIT] Cicero de Oratore : *Talis noſter Cato & Pictor & Piſo, qui neque tenent quibus rebus ornatur oratio (modo enim huc iſta ſunt importata) & dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant eſſe brevitatem.* Scripſerat inter alia Cato bellum Carthaginienſe, qui liber bis a Nonio citatur. Nihil tamen potius ejus Originum libris ; de quibus Cicero in Bruto : *Jam vero Origines ejus, quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent ?* In iis quoque inſertae plurimae ejus & graviſſimae Orationes. Caeterum Originibus puto nihil aliud ſignificari quam Antiquitates, qua voce ſuos libros inſignivit Varro. Gloſſarium vetus : *Origo ἀρχαιολογία.* COLER.

FANNIUS VERE] Adducit hunc locum Marius Victorinus apud quem legitur : *Fannius vero brevitatem*, pro quo alii repoſuerunt, *Fannius vere.* Sed cum Salluſtius brevitatem Catoni tribuerit, fortaſſe pro, *brevitatem*, ſcribendum erit, *ubertatem*, nam illud, *vere*, non placet, & factum videtur ex eo, quod in vulgatis eſt, *vero.* URSIN. *Salluſtius*, inquit ibi idem Victorinus, *dat Fannio veritatem.* CARRIO. Inter Oratores refertur à Paterculo duobus locis. Meminit ejus Cicero quoque ad Atticum Lib. XII. Epiſt. V. ubi & generum vult fuiſſe Laelii. COLER. Duo fuere Fannii, cujus utriuſque meminit in Bruto Cicero : *Horum aetatibus adjuncti duo C. Fannii, Caji Marciique filii fuerunt : quorum Caji filius, qui conſul cum Domitio fuit, unam orationem de ſociis & nomine Latino, contra Gracchum reliquit : ſane & bonam & nobilem.* & poſt aliqua : *Aliter autem & Fannius M. F. C. Laelii gener, & moribus, & ipſo genere dicendi durior. Is ſoceri inſtituto, (quem, quia cooptatus in Augurum collegium non erat, non admodum diligebat : praeſertim cum ille Q. Scaevolam ſibi, minorem natu generum, praetuliſſet : cui tamen Laelius ſe excuſans, non genero minori dixit ſe illud, ſed majori filiae detuliſſe) is tamen inſtituto Laelii Panaetium audiverat : ejus omnis in dicendo facultas ex hiſtoria ipſius non ineleganter ſcripta perſpici poteſt : quae neque nimis eſt infans, neque perfecte diſerta.* Ejus quoque Annalium meminit Cicero primo de LL. & Lib. II. de Orat. item ad Atticum Lib. XII. Epiſt. 5. ubi & indicat a Bruto fuiſſe in compendium redactos. VOSSIUS.

NOS IN] Et haec ab eodem Servio Lib. IV. Aeneid. ſine libri numero allata, huc pertinere exiſtimavi, cum enim, Mario Victorino teſte, ſingulos hiſtoriographos recenſuiſſet : tandem de ſe loquens ; *nos*, inquit, hoc eſt, eodem interpretante Servio, *ego in tanta, &c.* CARRIO.

IN TANTA OCTISSIMORUM] Locutus fuerat, arbitror, de Caelio, Rutilio, Pictore, Quadrigario, Antiate, Siſenna, praecipuis Hiſtoricis, ſeque omnibus aetate praecedentibus. His adde & Venonium ex Cicer. I. de Leg. & Lib. XII. ad Atticum. COLER.

DIVERSA PARS] Pro *adverſa*, *oppoſita*, *contraria.* Tacitus XIV. *ſtabat pro littore* diverſa *acies.* Livius, in diverſum *equi concitati.* Confer Quintilianum Inſtitut. IV. 1. V. 13. Itaque ex MSS. legendum, pro *adverſa*, apud eundem Declam. VI. p. 84. confer Juſtinian. Inſtitut. II. Tit. I. §. 30.

NOBIS] Ex Priſciano Libr. V. Exemplar S. Martini Lovanienſis duas voces a vulgata editione variat. primum enim legit ; *nobis nuper primae* : deinde ; *agitur*, pro, *agit*, quod poſterius, licet probante Thoſano codice, nondum admiſi. Sic in Critico emendationum Salluſtiniarum emendavimus apud Salluſt. bello Jugurthino cap. XXV. *Porro animus cupidine caecus ad inceptum ſcelus rapiebat.*

inquies, atque indomitum, ſemper in certamine libertatis, aut gloriae, aut dominationis agit. *Priſcianus.*

Nam a primordio urbis ad bellum Perſi Macedonicum. *Idem.*

II. Res Romana plurimum Imperio valuit, Ser. Sulpitio & M. Marcello

lat. Cum vulgo ubique legeretur, *rapiebatur*; loco ab hominibus ineptiſſimis Salluſtianas loquendi rationes ignorantibus foede depravato. CARRIO.

INQUIES] Saepe in *inquietum*, librariorum inſcitia, vertitur, ut apud Boëtium Conſ. IV, 3. *ferox atque* inquietus *linguam litigiis exercet.* Ita Edit. Sitzmanni Amſtelod. 1667. & Bertii ibid. 1667. ad Cod. Rittershuſii & B. Pub. Cantab. *inquies*; quod Plauto, Plinio, Tacito, Gellio, Apulejo, in uſu. Servius ad Aeneid. IV. 245. habet, *inter certamina dominationis aut libertatis agit.* Edita lectio potior. WASSE.

SEMPER IN CERTAMINE LIBERTATIS, AUT GLORIAE, AUT DOMINATIONIS AGIT] Quidam pro, *agit*, *agitur* reſcribere inſtiterunt, veteris (ut videtur) codicis fidem ſecuti, unde ſuſpicio eſt, *agitat*, in Salluſtio ſcribi debere. & certe mecum facit Priſcianus, hujus Fragmenti laudator, qui *agitur* hoc loco (lego *agitat*) pro *agit* poſitum obſervaſſe videri poteſt. Quid? quod plerumque frequentativis evenire ſolet, ut pro ſimplicibus ab Hiſtorico noſtro ponantur, qua de re exempla, quod in promtu ſint, praeterfluere ſino. DOUZA. Paulo aliter Servius ad V. Aeneidos. *Inter certamina dominationis aut libertatis agit.* PUTSCHIUS. Xenophon. I. Paed. *Homines in nullos magis inſurgunt, quam in eos, quos Imperium in ſe adfectare ſentiſcunt.* RUPERTUS.

AUT GLORIAE] Vide not. ad Juſt. Lib. I. Cap. 1. §. 7. in qua omiſimus illud Flori Lib. III. Cap. 12. §. 4: *Armenios etiam & Britannos, ut non in uſum, ita ad Imperii ſpeciem, magna nomina acquiſiviſſe, pulchrum atque decorum.* RUP.

AUT DOMINATIONIS] Noſter ſupra Jug. VI. *Natura mortalium avida Imperii.* RUP.

AD BELLUM PERSI] *Perſi*, pro, *Perſis*, uſurpavit etiam Tacitus Salluſtium imitatus, cum dixit Lib. IV. *Per bella Perſi.* CIACC. & URSINUS. Priſcianus obſervat hic, *Perſi*, pro, *Perſis*, idem quoque bis Lib. XIV. *Ad*, inquit, *modo perſonae, modo loco, modo tempori, modo numero adjungitur. perſonae*; Virgilius primo Aeneid. *Ad te confugio. loco*; *idem eod. ad Trojam pro caris geſſerat Argis. tempori*; ut Salluſtius Lib. I. Hiſt. *Ad bellum Perſi Macedonicum. numero*; *ne ad quinquaginta milia.* quae Priſciani verba minime in medium afferrem; niti viderem homines quosdam, qui quicquid manibus ſuis ſemel attigerunt, idem continuo eos contaminare neceſſe eſt, ita poſtrema haec accepiſſe, quaſi Salluſtiana, & non potius exempli cauſſa a Priſciano effent adducta, ſed id genus errorum numerus in eorum libris infinitus eſt. Soſipater Carisius Libr. II. Inſt. Gram. *Inveniuntur*, inquit, *quaedam, quae ſine ratione genitivum faciunt per i.* apud Virgilium, Achilli, & Ulyſſi: apud Salluſtium, *Perſi.* Servius Lib. I. Aeneid. Virgilius, inquit, *detraxit ſ. litteram in Achilli, euphoniae cauſſa*, ut Salluſt. *in Perſi.* Libro quoque VIII. tres poſtremas affert voces. quin & Probus Catholicis, *quod* Salluſtius, inquit, *Perſi dixit, non declinationem mutavit, ſed antiquae uſus eſt conſuetudine.* In quibusdam libris eſt; *principio.* in pluribus; *primordio.* Eſt autem tempus hoc quod Salluſtius innuit 100 fere annorum. Triumphatum enim eſt de Perſe triumpho tam navali, quam terreſtri, per quatriduum a L. Aimilio Paulo Proconſ. & Cn. Octavio propraet. An. ab V. C. IↃXXCVI. Kal. Decemb. CARRIO. Omiſſa eſt computatio annorum. Fuerunt DXXCIII. C. Hoſtilio Mancino, C. Atilio Serrano Coſſ. COLER.

RES ROMANA] Marius Fabius Victorinus eodem quo ſuperiore Libro: Salluſtius, inquit, *cum de rebus Romanis loqueretur, dixit prius bella geſta, poſt pacem eſſe fundatam: res*, inquit, *Romana, &c. deinde pacem memorat conſequutam: Optimis autem moribus, &c.* quin & Auguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, Lib. XI. cap. 18. De Civitate Dei: Salluſtius, inquit, *primo hiſtoriae ſuae libro, atque ipſo ejus exordio fatetur etiam tunc, cum ad conſules a regibus eſſet tralata reſpublica, poſt parvum intervallum injurias validiorum, & ob eas diſceſſiones a patribus, aliaſque in urbe diſſenſiones fuiſſe, nam cum optimis moribus & maxima concordia P. R. inter ſecundum, & poſtremum bellum Carthaginienſe: cauſamque hujus boni non amorem juſtitiae ſed ſtante Carthagine metum pacis infidae fuiſſe* dixiſſet: unde & Naſica ille ad reprimendam nequitiam, ſervandoſque iſtos optimos mores, ut metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat everti: continuo ſubjecit, *ac diſcordiae, &c.* Haec ille. Unde Salluſtianorum verborum ſententia cuivis patere liquido poteſt. Ammianus Marcellinus eadem Lib. XV. tradidit: ſed verbis ita corruptis, ut qui ea ex ingenio emendare ſunt conati, ma-

cello Coſſ. omni Gallia cis Rhenum, atque inter mare noſtrum, atque Oceanum, niſi quae a paludibus invia fuit, perdomita. Optumis autem moribus,

gis etiam corrupiſſe videantur. *Galliae regiones*, inquit, *praecipue quae confines Italicis, paullatim levius odere, ſub Imperium venire Romanum: primo tentatae per Fulvium praeliis parvis, quaſſatae per Sextium, ad ultimum per Fabium Maximum domitae, cui negotii plenus effectus aſperiore Allobrogum gente devicta, hoc indidit cognomentum. nam omnes Galliae, niſi quae paludibus invine fuere*, ut Salluſtio *docetur auctore, poſt decennalis belli mutuas clades ſocietatique noſtrae foederibus junxit aeternis.* Verba Ammiani attuli: primum ut ea ad hiſtoriae fidem examinarem: deinde, ut quid alii, dum corrigere voluerunt, promoverint, oſtenderem. poſtremo, ut cum noſtro hoc loco componerem. Igitur, ut ne ulteriora attingamus, quae ab ipſo paene Urbis Romae natali repetenda erant, utque bella Gallica Ciſalpina praetereamus, anno ab U. C. IↃCXXVIII. M. Plautio Hipſaeo, M. Fulvio Flacco Coſſ. bellum Allobrogicum exarſit: Qui M. Fulvius biennio poſt de Liguribus, Vocontiis & Salluviis triumphavit. de quibus iisdem ſequenti deinde anno a C. Sextio Calvino Proconſ. ut a C. Caſſio Longino de Allobrogibus, Arvernis, & Ruthenis triumphus actus eſt. poſt Allobroges cum rurſus viribus refectis Romanis ſeſe opponerent, in eoſque, pro gentis ſuae conſuetudine, continuum bellum gererent, tandem a Q. Fabio Maximo Procoſ. una cum rege Arvernorum Betulto ſuperati, ab eodem anno IↃCXXXIII. in triumphum ducti ſunt. atque hoc eſt quod ait Marcellinus, *Gallias a Fulvio tentatas, a Sextio quaſſatas, a Fabio Maximo devictas, in Romanorum poteſtatem conceſſiſſe.* quod vero ait ex Allobrogibus devictis Fabio Maximi cognomentum inditum fuiſſe: id equidem ſemper ne verum eſſet, ſummopere ſum veritus: cum in Faſtis Capitolinis, etiam ante triumphum hunc, Maximi titulo inſignis eſſe inveniatur: niſi forte de cognomento Allobrogici potius quam Maximi Marcellinus egiſſe videatur. Fabium enim Maximum Allobrogicum dictum eſſe, Valerius Maximus aliique ſcriptores memoriae prodiderunt. Additur in Marcellino. *poſt decennalis belli mutuas clades, ſocietatique noſtrae foederibus junxit aeternis.* quae ejus oratio apertis vitiis non caret: iiſque ejuſmodi, ut a me ſine veteribus libris purgari nequeant. nam quod quidam ſuppoſuerunt: *Caeſar ſocietati noſtrae foederibus junxit aeternis*: hoc cum & contra rei geſtae veritatem, & praeter hiſtoriae fidem ſit, concoquere nullo modo poſſum. Caeſar id fecit? qui poteſt? cum Servius Sulpicius Rufus & M. Claudius Marcellus, ſub quibus omnem Galliam perdomitam fuiſſe ſcribit Salluſtius, Anno U. C. IↃCCII, hoc eſt, biennio ante bellum civile Caeſaris & Pompeji, fuerint conſules. Igitur locum corruptum eſſe fateamur, atque ita a nobis relinqui debere, doleamus. nam quod in Mariangeli Accurſii, hoc eſt, prima, ni fallor, hujus hiſtorici editione, legitur: *Omnes Galliae, niſi quae paludibus inviae fuere*, Salluſtio docetur *auctore poſt decennalis belli mutuas clades perpeſſas, ſocietatique noſtrae foederibus junxit aeternis*: id ſatis magno argumento eſſe debet reliquorum ſcripturas ab ingenio & conjectura, non autem ab ipſa rei veritate proficiſci. Sed redeo unde digreſſus ſum: meamque hanc a re propoſita digreſſionem, iis qui hiſtoriae, hoc eſt omnium diſciplinarum magiſtrae ſtudio capiuntur; quibusque ſolis haec ſcribimus, & utilem & jucundam fore ſpero. Igitur Servius Lib. VI. Aeneid. ſcribit Salluſtium *inter ſecundum atque ultimum bellum Carthaginienſe* maluiſſe dicere, quam *inter ſecundum & tertium.* ſed in Fabio Victorino, & in Auguſtino legitur: *poſtremum* non *ultimum*: unde & Servius emendandus eſt. ultima autem verba, *cis Rhenum &c.* habet & Nonius Marcellus in voce, *Cis.* nullo tamen Salluſtiani libri expreſſo numero: qui apud eum ex veter. codic. reponendus eſt. ea ipſa quoque *niſi qua paludibus invia fuit*, non eodem apud omnes ſcribuntur modo. Ammianus enim Marcellinus; *niſi quae paludibus inviae fuere*: Marius Victorinus; *niſi quae a paludibus invia fuit*: Nonius denique Marcellus; *niſi qua fuit paludibus invia*, legiſſe videntur. Victorini ſcriptura & optima, & mihi quidem maxime Salluſtiana eſt; aliam autem illam, *niſi qua*, e collifione illa, *niſi quae a* natam ſuſpicor. itaque libri emendentur: & eorum corrigatur error, qui non tantum haec neſcio quo apud Salluſtium loco ponunt, ſed etiam ab eo invito paene auferunt. CARRIO.

OMNI GALLIA CIS RHENUM.] Hexameter, qui Salluſt. imprudenter excidit, ut vult Barthius XL. Adv. 16. Sed eum refutat Voſſ. Lib. IV. Inſtit. Orat. p. 72. RUP.

NISI QUAE A PALUDIBUS.] Nondum divino de qua regione loquatur. Fuit olim & Germania paludibus invia. Avienus:

Moeſta paludivagos Germania flevit alumnos.

COLER. Ammian. Marcellin. *Niſi quae paludibus inviae fuere.* M. Victor, ut in Textu. Nonius, *Niſi qua fuit paludibus invia.* WASSE.

OPTIMIS MORIBUS.] Salluſtius in Jugurth. *Nam ante Carthaginem delectam Popul. & Senatus Roman. ſla-*

bus, & maxuma concordia egit populus Rom. inter ſecundum atque poſtremum bellum Carthaginienſe. *Victorinus & Auguſtinus.*

At diſcordia, & avaritia, atque ambitio, & caetera ſecundis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidium maxume aucta ſunt. Nam injuriae validiorum, & ob eas diſceſſio plebis a patribus, aliaeque diſſenſiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio & bellum grave cum Etruria poſitum eſt, aequo & modeſto jure agitatum: dein, ſervili Imperio patres plebem exercere; de vita atque tergo regio more conſulere; agro pellere, &, caeteris expertibus, ſoli in Imperio agere. Quibus ſaevitiis, & maxume feno-

placide modeſteque inter ſe Rempublicam tractabant, neque gloriae neque dominationis certamen inter cives erat, metus hoſtilis in bonis artibus civitatem retinebat. ſed ubi formido illa mentibus diſceſſit, ſcilicet eo, quae ſecundae res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Vide Auguſtinum Lib. I. cap. 3. De Civitate Dei. Eo ipſo tempore meliores artes & Poëſin e Graecia Romam commigraſſe teſtatur Porcius Licinius:

Poenico bello ſecundo Muſa pennato gradu
Intulit ſe belliceſam in Romuli gentem feram:

Servius: *Bello Punico ſecundo*, ut ait Ennius, *placata Juno coepit favere Romanis.* COLER.

AT DISCORDIA] Idem Auguſtinus ibid. *injurias validiorum* vocat, annotante Servio Lib. IV. Georg. quas validiores inferebant. Totum autem locum hunc Idem Auguſtinus Lib. V. cap. 12. ita exponit. *Dicit*, inquit, Salluſtius *injurias validiorum, & ob eas diſceſſionem plebis a patribus, aliasque domi diſſenſiones, fuiſſe jam inde a principio: neque amplius aequo & modeſto jure agitatum, quam expulſis regibus, quamdiu metus a Tarquinio fuit; donec bellum grave cum Etruria, quod propter ipſum ſuſceptum erat, finiretur: poſtea vero ſervili Imperio patres exercuiſſe plebem, regio more verberaſſe, & caeteris expertibus* (ſic enim legendum eſt *ſolos in Imperio egiſſe quarum diſcordiarum, dum illi dominari vellent, iſti ſervire nollent, finem fuiſſe bellum Punicum ſecundum.* CARRIO.

ET CAETERA REBUS SECUNDIS ORIRI SUETA MALA] Sententiae hujus floſculus debetur horto Catonis, cujus iſta verba reperiuntur ap. Agel. Lib. VII. cap. 3. *Scio, ſolere plerisque hominibus, rebus ſecundis, animum excellere, ſuperbiam ac ferociam augeſcere, quod mihi nunc magnae curae eſt, quia haec res tam prolixe proceſſit; ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras proſperas res refutet; neve haec laetitia nimis luxurioſe eveniat. Adverſae res ſe domant, & docent, quid facto ſit opus: ſecundae laetitiae transverſum trudere ſolent, a recte conſulendo atque intelligendo.* RUPERT.

POST CARTHAGINIS EXCIDIUM] Prudenter igitur Ephori Spartani: Quum enim urbem quandam vi cepiſſent, dixerunt, *Periit palaeſtra juvenum, non habiturorum concertatores.* Vide Grut. ad Livii Lib. II. cap. 21. Adde vocem Metelli ap. Val. Max. Lib. VII. cap. 2. RUPERT.

DISCESSIO PLEBIS] De voce adi Plinium Epiſt. CLXVII. Terent. Andr. III, 3: 37. Gelſium II. 13. III. 18. de re Livium, Florum, Oroſium II. p. 74. Servius p. 133. legit *injuria*. infra *dein ſervili Imperio P.C.* ita citat Donatus Andr. I. 1, 8. paulo poſt, *montem ſacrum atque Aventinum inſedit.* Ita etiam Diomedes p. 459. & Servius 1301. WASSE.

DISSENSIONES FUERE JAM A PRINCIPIO] Ejusmodi ſeditiones non tam facile oriri ſolent in rerumpublicarum formis mixtis, quam in uno genere conſtantibus. Vide Polyb. Lib. VI. RUPERT.

METUS A TARQUINIO.] Sic Livius Lib. XLV. *Cum major a Romanis metus, timorem a principibus ſuis viciſſet.* CIACC. & URSIN.

AEQUO ET MODESTO JURE] Ambroſius Ep. X. 84. *Ab hoc* aequo & modeſto jure *concordiae.* WASSE.

IMPERIO] id eſt dominatu, interprete Ael. Donato act. I. ſc. 1 Andriae. apud quem non recte eſt: *patres conſcripti*: pro; *patres plebem*. quae cauſa fuit cur hoc de loco Donatum agere alii minime intelligerent, & novum fragmentum conſtituerent. CARRIO.

DE VITA ATQUE TERGO REGIO MORE CONSULERE] Quod hic regium morem appellat, magis perſpicue dixeris flagitium dominationis. Caeterum ita quoque Juvenalis:

Scripturus leges & regia verba laniſtae.

Et Salluſtium imitatus Tacitus de Tiberio: *More regio pubem ingenuam ſtupris polluebat.* RUPERT. Infra in Fragm. Lib. III. cap. 11. *Alunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur.* HAVERC.

ET, CAETERIS EXPERTIBUS, SOLI IN IMPERIO AGERE.] Sic in Catilin. *Cri delitate fenera orum*

fenoris onere oppreſſa plebes, cum aſſiduis bellis tributum ſimul & militiam toleraret, armata, montem Sacrum, atque Aventinum inſedit. Tumque trib. pl. & alia ſibi jura paravit. Diſcordiarum & certaminis utrimque finis fuit ſecundum bellum Punicum. *Auguſtin.* & *Servius* ad *Georg.* IV.

III. Poſtquam, remoto metu Punico, ſimultates exercere vacuum fuit, pluri-

plerique patria: ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus. CIACCON. Videtur omnino legendum: *Et caeteris expertibus, ſoli in Imperio agere, &c.* cum in aliis ſit, *caeteris ex partibus*; nam Salluſtius ipſe in bello Catilinae eodem modo dixit: *Crudelitate foeneratorum plerique patria, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus.* URSIN. Expertibus ſc. Imperii ac dominationis. Nam ſi omnis poteſtas (ut vult Poëta) impatiens conſortis, eo magis Regia. Simile poſtea in oratione ad Caeſarem de Pompejo: *Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam, &c.* DOUZA.

FENORIS] Vide ſupra Bell. Cat. cap. XXXIII. WASSE.

ARMATA MONTEM SACRUM] Atqui, ut recte ait Diomedes, mons ob hoc, quod illum plebs inſederat, poſtea *Sacer* dictus eſt. Sed utitur prolepſi, de qua videndus Voſſ. Lib. V. Inſtit. Orat. p. 394. RUP.

ATQUE AVENTINUM INSEDIT] Tacitus: *Duas colles quas barbari inſederant*, &, *Arcem Capitolii inſedit*, &, *Soli Cheruſci juga inſedere.* Livius Lib. III. de eadem re: *Eunt agmine ad Urbem, & Aventinum inſident.* Vide quae diximus ad cap. XXXI. Bell. Jugurth. CIACCON. Ad id vero quod ſequitur eodem fragmento, *Et Aventinum inſedit, &c.* facit quod ait Livius Libr. III. *Eunt agmine ad Urbem, & Aventinum inſident.* URSIN.

INSEDIT] Aruſianus Meſſ. libello *de elocutionum exemplis*, quem quidam inepte pariter & inſcienter Cor. Frontoni tribuunt, haec Salluſtiana citat. Diomedes vero Lib. II. cap. ult. prolepſin figuram hic eſſe docet: eo quod mons poſtea quam plebs illum inſederat, *ſacer* dictus eſt. totum autem hoc hiſtoriae fragmentum peſſime ab iis acceptum eſt, qui ſe harum Hiſtoriarum emendatores eſſe ſunt profeſſi. CARRIO.

POSTQUAM REMOTO METU] Sic Tacitus Hiſt. II. *Sed ubi ſubacto orbe, & aemulis urbibus regibuſque excifis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit.* CIACCONIUS & URSINUS. Ex Agellio Noct. Attic. Lib. IX. cap. 22. tametſi ille librum Salluſtii, ut vulgo eſt, non nominat. In Agellio Buſlidiano eſt: *poſt remoto metu Punicos milites exercere vacuum fuit.* non recte. Vult enim Salluſtius Romanis metu belli Punici impeditis parum otii fuiſſe exercendis ſimultatibus; remoto vero metu Punico ſtatu Reip. nimio otio & luxu conquaſſato, privatim ſingulos privis ſimultatibus indulſiſſe. quod bello Catilinario & Jugurthino itemque multis hiſtoriarum locis frequenter repetit. de quo item Silius Italicus, quem plurima à Salluſtio mutuari, alibi teſtati ſumus, extremo decimo libro, ita canit:

Haec tum Roma fuit, poſt te cui vertere mores.
Si ſtabat fatis, potius Carthago maneres.

CARRIO.

SIMULTATES EXERCERE VACUUM FUIT] Ita recte & ordine in editionibus pleriſque, quo magis miror ſiniſtram illorum diligentiam, quibus pro *ſimultates*, *milites* nobis objectare vacuum fuit, quos ipſos fatius, dum ejuſmodi Scholia commentarentur, vacuos eſſe fuiſſet. Ceterum haec levioris operae, cujus mihi pretium nonnullum facturus ſane videor, ſi & iſtud & duo proxime inſequentia Fragmenta, quae apud Auguſtinum, Agellium, & Frontonem trifariam diſpulſa leguntur, in unum locum compulero, ordine nonnihil immutato, qui mihi ad hoc exemplum diſpartiendus videtur: *Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, ſeditiones & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, bonique & mali cives appellati, non ob merita in Remp., omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſimus, & injuria validior, quia praeſentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paulatim, ut antea, ſed torrentis modo praecipitati adeo juventus luxuria atque avaritia corrupta eſt, ut merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiaris, neque alios pati.*

In quibus & illud obſervatione noſtra non indignum occurrit, *merita*, tam in vitio quam in laude poſuiſſe Salluſtium; ambiguitate, qua idem antea uſus in Jugurtha: *Laudare, increpare merentes.* Quem locum ancipitis vocabuli ignoratione male jam pridem a ſciolis acceptum tandem

ſartum

plurimae turbae, ſeditiones, & ad poſtremum bella civilia orta ſunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique conceſſerant, ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, bonique & mali cives adpellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, ſed uti quiſque locupletiſſimus, & injuria validior, quia praeſentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore majorum mores non paullatim, ut antea, ſed torrentis modo praecipitati: adeo juventus luxu atque avaritia corrupta eſt; uti merito dicatur, genitos eſſe, qui neque ipſi habere poſſent res familiares, neque alios pati. *Agellius & Auguſtinus.*

IV. Igitur venditis proſcriptorum bonis, aut dilargitis. *Agellius.*

Id

ſartum tectum Criſpo reſtituit Rivius. Douza. Tria haec apud tres diverſos auctores varie diſperſa fragmenta, ita ut vides, mi lector, conjunximus, volente & monente Nobiliſſimo Douſa. Putsch.

Ad postremum] Praepoſitionem eleganter omittit Sulpicius Hiſt. Sacr. I. 50. unde, opinor, delenda ex fide Codicis Aulae Trin. Dial. II. 4. ita enim Terentius Andr. II. 1. Cicero, & Tacitus ſaepe, & Cod. I. 2. Catilin. cap. XV. Noſter autem retinet infra cap. XII. & cum illo ubique Plaut. Caeſar, Eutropius. Q. etiam Septimius, qui ita locum aemulatus eſt II. 7. *Interim in eo otio Agamemnoni cum Menelao fratre* exercere *diſcordias* vacuum fuit. Confer. Ambroſium Ep. IX. 70. Wasse.

In gratia concesserant] Aruſianus Meſſus primo Hiſtoriarum libro a Salluſtio dictum notat; *concedere in gratia*, atque haec verba; *quorum in gratia plerique conceſſerant*, ex eodem deſumta libro. Vice probationis affert quae apud Auguſtinum lib. III. cap. 17. (is enim totum hoc Salluſtio fragmentum conſervavit) mutata loquendi ratione leguntur: *quorum in gratiam plerique conceſſerant.* Sed hoc alii ne ſuſpicione quidem attingere potuerunt. Carrio. Ἀρχαϊκῶς, quemadmodum contra Cicero: *In poteſtatem eſſe*, Claudius, *in medium relinquere*, Terentius, *in rem eſſe* dixerunt, quod eo libentius moneo, ne quis locutionis inſolentia ductus, pro lubidine ſua in quidvis aliud mutet. Putsch.

Sub honesto patrum aut plebis nomine] Vide not. ad Catilin. c. 38. Rupert.

Ex quo tempore] Sintne haec certa Salluſtianae orationis verba, an vero etiam cum ſuperioribus debeant conjungi, valde dubito, certe idem Auguſtinus eodem, quo ſuperiora loco, paucis interjectis memorat. Carrio.

Non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati.] Vell. II. cap. 1. *Remoto Carthaginis metu, ſublataque Imperii aemula, non gradu, ſed praecipiti curſu a virtute deſcitum, ad vitia transcurſum; vetus diſciplina deſerta, nova inducta; in ſomnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, negotiis in otium converſa civitas* Ad quem locum Gruterus: „Ferre „ poſſem, jugulari vocem *transcurſum*, nam ſi „ deſcivit Roma praecipiti curſu a virtute ad vi„ tium, quid opus addere, transcurriſſe ipſam ad „ vitium? Porro notabile eſt, fatum idem urbes „ urgere, quod & homines perſequitur, qui, „ ubi neminem habent, quem metuunt, quem „ revereantur, vix poſſunt — *aequa commoda „ mente pati*, ut diximus largo ore ad Tiberia„ num elogium Taciti Lib. VI. cap. 5. quod ha„ bet; *Poſtremo in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit, „ poſtquam, remoto pudore & metu, ſuo tantum in„ genio utebatur.„* Haec Gruter. Rup.

Qui neque ipsi] Simile in N. T. d. Phariſaeis effatum, qui neque ipſi intrare in regnum coelorum volebant, neque alios ſinere, in Evang. Math. XXIII, 13. Τροῦς δ' οὐκ εἰσερχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. Haverc.

Igitur] Agellius Lib. XV. cap. 13. Noct. Att. Salluſtius, inquit, *eodem modo dilargitis proſcriptorum bonis dicit, tamquam verbum largior ſit ex verbis communibus.* Priſcianus Lib. VIII. *borto*, inquit, *pro bortor, & largio pro largior, dicebant.* ut Salluſtius Lib. I. *hiſtoriarum: Igitur &c.* opinor autem hunc locum de Sullana Proſcriptione accipiendum Auguſtinus enim cap. 18. Lib. II. plura hic Salluſtium de Sullae vitiis caeteraque foeditate reipublicae tradidiſſe ſcribit. Carrio.

In

Id bellum excitabat metus Pompeji victoris, Hiempſalem in regnum reſtituentis. *Idem.*

Maxumeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus & Aruſianus.*

Quin lenones & vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies uſum habet precio compoſiti. *Cariſius.*

Genus armis ferox, & ſervitii inſolitum. *Aruſianus.*

M. Aemilii Lepidi Coſ. ad P. R. Oratio contra Sullam.

Clementia & probitas veſtra, Quirites, quibus per caeteras gentis maxumi, & clari eſtis, plurimum timoris mihi faciunt, advorſus tyrannidem L. Sullae: ne aut ipſi, nefanda quae aeſtumatis, ea parum credendo de aliis

In bellum] Idem Agellius Lib. IX. cap. 9. haec adducens, *Pompeji metum*, interpretatur, *non quod Pompejus metueret*, ſed *quod metueretur*. quod & Nonium Marcellum in voce *metus* obſervare memini: apud quem tamen prima vox eſt emendanda. Carrio.

Metus Pompeji] Pro *terrore*, metus quem incuſſit Pompejus, quemadmodum cap. IV. *Pejor atque inteſtabilior* metu *veſtro*, i. e. *ex metu*, vel *ob metum*. Vide ibi Gruteri Edit. *Quod captivis*. Trebell. Pollio Claud. VI. *Laboraſſe denique terram ipſam, quae tantum Barbarici* timoris *accepit*. Salmaſ. *tumoris* ex Edit. reponit. Vide Quintilianum VI, 3. Ariſtotel. Hiſt. Animal. VI. p. 373. Καὶ πειρᾶται τὰς τίκτας ἁρπάζειν τὸν πρὸς θηρία φόβον. Phaedrus: *ut venatorum fugerent inſtantem* necem. Wasse.

Hiempsalem] Qui poſt devictum Jugurtham, cum tribus aliis, de quibus ſupra in fine belli Jugurthini actum eſt, Numidiae regnum partitus eſt, poſtmodum ejectus regno civilibus motibus, a Pompejo reſtitutus eſt. Wasse.

Maxumeque] Haec Donatus Terent. Phor. act. II. ſcena quarta, qui libri tamen Salluſtiani non meminit: huc autem referre non dubitavi, quod Aruſianus Meſſus tres poſtremas voces, ut ex primo hiſtoriarum libro ſumtas, afferat: illudque, *in tempore*, explicet *opportune*. Carrio.

In tempore bellaturi] Tac. Annal. XII. *Tamquam adverſus deſertores, & in tempore rebellaturos*. quo modo exiſtimo hic legendum. Donatus tamen in Phormion. act. 2. ſcen. IV. ita citat: *Regis Mith. in tempore bellaturi*. Ciaccon. Videndum an legi debeat, *rebellaturi*. Sic enim habet Tacitus Lib. XII. *Tamquam adverſus deſertores & in tempore rebellaturos*. Pro eo autem quod vulgo habetur, *ferocia*, libentius legerem, *fiducia*. Ursin.

Quin lenones] Corrige locum Chariſii adfectiſſimum libro primo, ubi haec Salluſtii adducit: *Lanius dicitur*, ut Terentius, *Lanii & coci*. & Salluſtius, *Quin vinarii laniique*. Ubi illud quoque notamus, *vinarium* dici: *lanio autem quaſi diminutio lanii*. Et ita habet V. C. Nobiliſſ. Douſae. Putsch. Chariſius pag. 58. legit, *lenones vinarii*, omiſſo *et*. De Aemilio Lepido habes Syllae judicium apud Plutarchum in Sylla p. 473. & 626. Wasse.

Compositi] Cariſius Libr. I. Inſtit. Gramm. obſervat in Salluſtio, *Lanius* & *Vinarius*. Nonius in iisdem verbis, *compoſiti*, exponit, *redempti*, apud quem in veteri codice eſt *in diem*, pro *in dies*. Carrio.

Genus armis ferox] Mendoſa lectio, quam emendo: *Genus animis ferox & ſervitiis inſolitum*. Nihil attinet hic dicere, quoties etiam *armatus*, pro *animatus* perperam ſcriptum fuerit. Coler.

Servitii insolitum] Ex Aruſiano de elocutionum exemplis; *inſolitus hujus*. Carrio.

Clementia] M. Aemilii Lepidi Coſ. ad P. R. ut arma ſumantur contra Sullam dictatorem, ita haec vulgo inſcribitur oratio; quam eidem huic Libro I. deberi, poſt docebitur. Carrio.

Advorsus tyrannidem] Liber Vaticanus, *adverſum tyrannidem*. Lege ex libris Vaticano, Fabri & Cardinalis Briconeti, *ne quae ipſi nefanda aeſtimatis*, accedente etiam vetuſta Editione. Carr. in *Add.*

Ne aut ipsi nefanda aestimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini] Legendum diviſim, *ne quae*, ut ſint duae dictiones. In Gymnico τὰ *nefanda*, perperam deeſt. Rivius. Forte, *Nefanda quae vobis exiſtimatis*, & a dictione, *praeſer-*

allis circumveniamini: (praeſertim cum illi ſpes omnis in ſcelere atque perfidia ſit; neque ſe aliter tutum putet, quam ſi pejor atque inteſtabilior metu veſtro fuerit, quo captivis libertatis curam miſeria eximat;) aut ſi provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciſcendo teneamini.

V. Sa-

praeſertim, uſque ad *eximat*, parentheſi incluſa eſſe debent. CIACCON. Verba ſunt ex oratione M. Lepidi Cos. ad populum quae ita in v. c. apud me leguntur: *Ne quae ipſi nefanda aeſtimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini, &c.* quae lectio vera videtur, ſi parentheſis tantum addatur a voce *praeſertim* ad verbum, *eximat*. Illud autem, *inteſtabilior*, uſurpavit etiam Tacitus lib. XX. cum ait: *Quum interim inteſtabilior & ſaevior expertus ſit.* URSIN. Quidam: *ne qua ipſi nefanda exiſtimatis ea.* alii vocem, *nefanda*, omittunt. nonnulli, *ne quae ipſi nefanda non aeſtimatis ea* &c. CARRIO. Quarta & quinta Lepidianae Orationis linea ita in pleriſque exemplaribus hodie concepta legitur: *Ne aut ipſi, nefanda quae non exiſtimatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini.* Ego malim id quod in quibuſdam libris viſus ſum animadvertere: *Ne quae ipſi nefanda aeſtimatis.* Atque ita optime & ſibi & nobis conſtatura eſt ſententia alioqui inexplicabilis, ut ſignificet Mamercus Populum Romanum alios ex ſuo ingenio probare conſueſſe, & quoniam ipſorum mores a tyrannide, omnique adeo perfidia impenſiſſime abhorreant, ceteros omnes etiam ſui ſimiles putare, eoque ipſos nimia ſua credulitate per fidem facilius decipi, ac dolis Sullanis opprimi poſſe, quam quae ipſi nefanda ſibi atque abominanda exiſtimant, ea haud temere in quemquam mortalem cadere poſſe arbitrantur. Quid? quod ita hunc locum interpretandum eſſe clamant ea quae praeceſſere. Ceterum quod de Sulla ab omnibus Scriptoribus praedicatur, eum A. U. DCLXXIV. qui hunc Lepidi Conſulatum anteceſſerat, Dictaturam depoſuiſſe; falſum alicui, neque hercule injuria, videri poſſit, qui quidem hanc AEmilianam Orationem ſecum & cum animo ſuo paulo curioſius perputarit; in qua de abdicatione Dictaturae verbum nullum, de dominatione aucta ſermo plurimus. ſed tamen (ut quod res eſt fabuler) verisimile non eſt, Sulla Rempublicam tractante, locum adeo liberae orationi in Urbe conceſſum fuiſſe, parituraeque alioqui praeſens haud dubie incommodum tam auctori quam auditoribus, quos frequentes quidem & conglobatos adfuiſſe oportuit, ſi tamen ea pubi praeſenti in concione pro Roſtris habita fuerit ex more Romano. Quo magis in eam ſententiam inclinat animus, ut credam, depoſita quidem a Sulla Dictatura, haec verba M. AEmilium Coſſ. ad Quirites feciſſe; ſed depoſita modo titulo tenus. quippe cujus vis etiam poſtea per idoneos homines retenta, ex lubidine Sullaturientium partium, aſpere violenterque exerceretur in plebem; eorum, inquam, opera qui malo Reipubl. creverant, quorumque cum primis intererat, ne Acta Sullae reſcinderentur. teſtis Appianus, qui hoc genus hominum perpetuos dignitatis Sullanae propugnatores etiam poſt ejuſdem exceſſum fuiſſe aſſerit. In hos igitur potius quam in Sullam, magnam harum invectionum partem convenire perſuaſum eſt mihi. cui ſententiae noſtrae non minimam fiduciam tribuit ter iterata in hac ipſa Oratione Satellitum Sullanorum mentio, quos ille, dum Dictator fuerat, quo fidos ſibi obnoxioſque magis in perpetuum faceret, ex praeda civili acerbiſſima ditatos, dilargitis proſcriptorum bonis, ad ſummos inſuper honores extulerat. In quorum ſtabili poſſeſſione quoniam ſe, Sulla jam privato, permanere poſſe diffiderent, ideo pro ipſius Actis, ſummis porro opibus atque induſtriis, haud ſequius quam pro aris & focis nitebantur. Ut ut eſt, illud certe extra controverſiam, in hunc primum Lepidi Conſulatum, qui geſtus fuit A. U. DCLXXV. Sullae mortem incidiſſe, quum anno ante Dictatura ſe abdicaſſe ab Hiſtoricis prodatur. DOUZA.

PEJOR ATQUE INTESTABILIOR METU VESTRO FUERIT] Tacit. Hiſt. IV. *Quum interim inteſtabilior & ſaevior exortus eſt.* CIACCON. Vulgo, *inſtabilior*, male. ſic idem in Jugurth. *improbus inteſtabilisque*, verbis ex legibus XII. Tab. derivatis, quae in jure noſtro civili ſunt frequentia. CARRIO.

QUO CAPTIVIS LIBERTATIS CURAM MISERIA EXIMAT] Vaticanus, *captis*. CARRIO in *Add. Captivis*, ſcilicet *vobis*, quos ille pro *captivis*, ac proinde ut ſervos, ſeu capite diminutos habet. DOUZA.

IN TUTANDIS PERICULIS MAGIS, QUAM ULCISCENDO TENEAMINI] Mira locutionis ratio, niſi a Salluſtio haec eſſet. Et profecto fuit tempus, quum probiſſimam lectionem ſolicitare auſus pro *tutandi*, *vitandis*, (id quod in neſcio quo exemplari reperiſſe mihi videbar) reſcribendum

V. Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus optumis majorum exemplis, nequeo ſatis mirari, dominationis in vos, ſervitium ſuum mercedem dant: & utrumque per injuriam malunt, quam

dum cenſerem. Nunc aliquando ad verum converſus, mutata ſententia, muto pariter factum; &, *tutandis periculis*, propulſandis ac defendendis interpretor. Douza. Hoc eſt, propulſandis ac defendendis, ut recte Douza. Ellipſin ita ſupple, *vobiſmet ap.* Interpretationem hanc firmat Onomaſticon vet. Vulcanii, *Tutor*, ἀμύνων. Qua forma habes apud Horatium I. Od. 17. *igneam* defendit aeſtatem *capellis*, apud Virg. *ſolſtitium pecori* defendite. & X. 905. Quandoque eleganter omittitur caſualis dictio.

——— *Scio acerba meorum*
Circumſtare odia: hunc *ore* defende furorem:
Et me confertem nati exercede ſepulcro.

Ille Ennium ſequitur: qui alicubi:

Servo Cives, defende hoſtes *quum potes defendere.*

Vid. Q. Claud. *Quadrigarium* lib. XIX. Agellium IX. 5. Plautum Rud. & Moſtell. VIII. Denique pro *tutare*, Cic. pro Murena malit, defendere pericula *civium*. Et ſic in Lib. de Senectut. Idem Offic. III. *Etenim, ſi is qui non* defendit injuriam, *neque propulſat* a ſuis, *cum poteſt, injuſte facit.* Vide eundem in Catone M. XV. Caeſarem I. B. G. Bell. *quam ulciſcendo*, omiſſa praepoſitione. Wasse.

In ulciscendo] Praepoſitionem illam, *in*, dele, ſecundum libros calamo exaratos. Carrio in *Add.*

Satellites quidem ejus] Exemplo Salluſtii (qui infra Cap. IX. *ſatellites commaculatos* habet) Tacitus per contemtum & indignationem *Satellites Caeſaris* ejus adfectas & ſectatores dixit. Annal. II. 45. Piſonis, Hiſtor. IV. 50. Sejani, Annal. VI. 3. Iterum in hac ipſa Oratione Salluſt. Cap. VII. *& plebis innoxiae patrias ſedes occupavere pauci ſatellites.* Haverc.

Satellites quidem ejus, homines maximi nominis, non minus optimis majorum exemplis, nequeo satis mirari; qui dominationis in vos servitium suum mercedem dant] Locum integrum, ut mihi quidem legendus videbatur, repraeſentavi, reducta in priſtinam ſedem voce, *Qui*, cujus diſtractio hiulcam plane orationem effecerat, ſimul exploſa *ſuae*, quod quorundam comitate in alienam poſſeſſionem irrepſerat injuria, contra Tabularum antiquitus impreſſarum fidem, & (quae ratio maxima eſt) brevitatem Hiſtorico noſtro celebratam. Sequitur: *Et utrumque per injuriam malunt, quam optimo jure liberi agere.* Utrumque, ſcil. vobis dominari, ac ſervire Sullae. Neque enim negligenda antithetu illa: *per injuriam*, &, *optimo jure:* Item, *ſervire.* & *liberi eſſe. liberi*, ſcripſi de Veterum Impreſſorum ſententia, pro *libere:* quod improbo: & ſuppetunt cauſſae. Douza. In MS. Nobiliſſ. Puteanorum: *Satellites quidem ejus homines maximi nominis, optimis majorum exemplis:* quod probo. Nam illud *non minus*, ex ſuperioris vocabuli repetitione conflatum videtur. Putsch.

Ejus] Τὸ *ejus* in Gymnico deeſt. Rivius.

Non minus] Hae duae voces in vetuſtiſſima quidem editione, libris item Fabri & Briconeti ſunt, ſed tamen eas Vaticanus ignorat. Carrio in *Add.*

Nequeo satis mirari] Perperam in aliis, *non ſatis*. Nam particulam negativam ſenſus ipſe repudiat. Riv.

Dominationis suae] Scribe, iiſdem tribus volentibus libris, *qui dominationis ſuae*, uti olim etiam publicatum fuit. Carrio in *Add.*

Mercedem] Ita malo, quam *mercede dant.* Carrio.

Et utrumque per injuriam malunt] Cum ſtatim ſequatur, *quam optimo jure liberi agere*; ut contraria contrariis opponantur, legendum videtur, *& victi per injuriam malunt.* Ciaccon. Verba ſunt ex eadem oratione. Sed V. C. pro eo, quod in recenti editione eſt *libere*, habet, *liberi.* Putamus autem illud *utrumque*, non vacare mendo, ſi, *liberi*, legamus, cui ut opponamus alterum contrarium, poſſit reponi pro, *utrumque* (ſi placeret) *victi*, aut aliquid tale. Paulo poſt ubi habetur: *Nam quid ultra? Quae humana ſuperant, &c.* placeret magis, ſi legeremus: *Nam quid ultra ſuperat?* Sic locutus eſt infra, cum dixit: *Eſtne juris reliqui aliquid?* Et poſt videtur legendum: *Exſutus imperio, gloria, jure judicandi, &c.* non *jure cogitandi*, ſive ut eſt in recentioribus editionibus, *jure agitandi.* Noſtram conjecturam adjuvat locus Aſconii Paediani in Divinationem, ubi eſt, *His enim X. annis victore Sulla civilibus bellis ſpoliatus eſt populus Romanus poteſtate Tribunicia, judicandi jure, &c.* Ursin. Pro *utrumque* Ciaccon, *& victi*, quod a veteri ſcriptura longius, & ſine cauſſa ſontica. Propius eſſet, *vitamque*; ſed rectum eſt *utrumque*, ſcilicet & ſervire Sullae, & in vos dominari per injuriam. Balliol. *qui dominationis* & *conſulum*, & *fuit* pro *furit*, proque, *agit*, *cogitandi*, &, *mercede.* Wasse in *Add.*

Prae-

quam optumo jure liberi agere: praeclara Brutorum, atque AEmiliorum & Lutatiorum proles, geniti ad ea, quae majores virtute peperere, ſubvertunda. Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque & Antiocho defenſum eſt aliud, quam libertas, & ſuae cuique ſedes; neu cui, niſi legibus, pareremus? quae cuncta ſaevus iſte Romulus, quaſi ab externis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque conſulis, & aliorum principum, quos fortuna belli conſumſerat, ſatiatus; ſed tum crudelior, quum pleroſque ſecundae res in miſerationem ex ira vertunt. Quin

PRAECLARA BRUTORUM, ATQUE AEMILIORUM ET LUTATIORUM PROLES] Lucanus Lib. VII. 410.

Proles tam clara Metelli
Stabit barbarico conjux milleſima lecto?

HAVERC.

GENITI AD EA, QUAE MAJORES VIRTUTE PEPERERE, SUBVERTENDA] Tull. in Orat. pro L. Manilia: *Videte, ne, ut illis pulcerrimum fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere: ſic vobis turpiſſimum ſit, illud, quod accepiſtis, tueri & conſervare non poſſe.* RUPERT. Infra III. 15. *M. Antonius perdundae pecuniae genitus.* HAVERC.

NAM QUID A PYRRHO, HANNIBALE, PHILIPPOQUE, ET ANTIOCHO DEFENSUM EST ALIUD, QUAM LIBERTAS, ET SUAE CUIQUE SEDES, NEU CUI, NISI LEGIBUS, PAREREMUS] Recte atque ordine: Legibus enim parere juſtiſſimum, omneſque mortales aequo ac modeſto inter ſe jure agitare decet: neque cujuſquam ſupra Leges potentiam eſſe. Hoc ſiquidem Albanae tyrannidi, quam juſto imperio, aut bene conſtitutae Reipubl. propius & convenientius videtur. Ceterum notanda ejus dicti inſolentia: *Defenſum a Pyrrho, Hannibale*, pro, a vi, impetu, atque injuria Pyrrhi, Hannibalis, &c. vindicatum atque aſſertum. Eo dico, ne quis Romanorum libertatem ab hoſtibus defenſam Salluſtium hoc loco dixiſſe immerito calumniari auſit, notamque vanitatis certiſſimo Hiſtorico falſo inurere. Id enim verba ipſa prima fronte prae ſe ferre manifeſto videntur: Phraſi alioqui interioris notae ſcriptoribus Ciceroni, Caeſari, aliis paſſim frequentata. Verbi gratia: Urbem, Vitam, Dignitatem, a vaſtatione, ab inimicis defendere. DOUZA.

HANNIBALE] Vide ſupra Jugurth. cap. V. WASSE.

NE CUI NISI LEGIBUS PAREREMUS] Venetum exemplar, *neu cui*. id rectius eſt, pro, *neve alicui*. RIV.

SAEVUS ISTE ROMULUS] Servius in Palaemone Virgiliano, haec tria verba pro Salluſtianis agnoſcit. Scio eſſe qui legant, *ſcaevus iſte Romulus*; qui tamen me in tanta tamque conſtanti librorum omnium conſenſione, parum movent. CARRIO. Vaticanus, *ſcaevus iſte Romulus*. igitur & Serviium eadem haec afferentem emendo. CARRIO in *Add.* Ita legit ad Eclog. III. Servius, ſine libri mentione. WASSE. Perplacet lectio *ſcaevus*, quidquid ſentiat Carrio. COLER. Nota, proceres Romanos, & qui magnam habebant in Republica potentiam, vocabant *Romulos*. Infra in Declamatione, *Oro te, Romule Arpinas*. Quanquam eo reſpectum eſſe potuit, quod Cicero, ſe conſule, natam eſſe Romam, jactaret. Catullus Epigr. XXV.

Cinaede Romule, hoc videbis & feres.

Et Epigr. XXVI.

At vobis mala multa, DI deaeque
Dent, opprobria, Romuli Remique.

Romuli Remique, *nominandi caſu*, ut vult Scaliger, ſenſu quo diximus. RUP.

ISTE ROMULUS] Per contemptum: id eſt, Sulla qui ſe alterum Romulum dicit. Servius in Eclog. III. haec pro Salluſtianis agnoſcit. vide Douzam ad vſ. 389. Catulli, qui *Saevus* legendum contendit, ſed invitis Codicibus. CARRIO in *Add.*

CONSULIS] Vaticanus, *Conſulum*. Fabri & Briconeti, *Coſſ.* antiquiore ſcribendi ratione. CARRIO in *Add.*

QUUM PLEROSQUE SECUNDAE RES IN MISERATIONEM EX IRA VERTUNT] Lego, *Pleriſque*. Cauſſa depravationis Correctorum improbitas, quibus (ut & ipſe Salluſtianum loquendi genus in rem meam accommodem) omni aetate in Scholaſticis ſordibus acta, quidquid non intelligunt corrumpere, *conſuetudine jam pridem in naturam verſit*. DOUZA. Sic Aſellius III. Hiſtor. *Ut fieri ſolet plerum, ut in victoria mitior manſuetiorque fiat*. COLER. Eo ſpectat Hegeſippus I. 7. *defigebatur in imis viſceribus dolor*, invidia in miſerationem verſa *eſt*. Voces tamen *in*, & *eſt*, a MSS. Codd. optume exulant. Poſtremo, *agendum atque obviam eundum eſt* extant apud Donatum Andr. I. 5. De ſupplicis Sullae in poſt futuros, conſule Plutarchum

Quin ſolus omnium, poſt memoriam hominum, ſupplicia in poſt futuros compoſuit: quis prius injuria quam vita certa eſſet: praviſſumeque per ſceleris immanitatem adhuc tutus furit; dum vos, metu gravioris ſervitii, a repetunda libertate terremini.

VI. Agendum atque obviam eundum eſt, Quirites; ne ſpolia veſtra penes illum ſint: non prolatandum, neque votis paranda auxilia; niſi forte ſperatis, per taedium jam aut pudorem tyrannidis, eſſe eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum. At ille eo proceſ-

pag. 472. Wasse. Si victor ſit alto animo. Vide Lipſ. V. Pol. 19. Rupert.

Post futuros] Id eſt, nepotes vel poſteros, qui puniuntur in proſcriptione. An juſtum ſit, excludere paternis opibus liberos, differit Bern. in Germ. Tac. q. Miſc. 63. Rupert. Malim *in poſtumos*. Iſtud autem pro gloſſa facile eſt ut aeſtimem. Coler.

Quis prius injuria, quam vita certasset] Schurrerianum, *certa eſſet*. id quod ſententia quoque poſtulat. nam Sullam ait *unum omnium poſt hominum memoriam ſupplicia in poſt futuros compoſuiſſe*, hoc eſt, *proſcriptorum liberos a rep. ſubmoviſſe*, ac petendorum honorum jure prohibuiſſe. ut ita nimirum injuria iis prius quam vita certa foret. Riv.

Praviſſimeque per ſceleris immanitatem adhuc tutus fuerit] Legendum, *furit*. vocum affinitas errori anſam praebuit. Riv. Ita de opinione emendavi: cum eſſet, *tutus fuerit*. neque dum opinionis poenitet; etſi in libris veteribus eſt, *tutus fuit*. lector, judica. Carrio in *Add.* Sic in Ed. Popmae & Carrionis. Wasse.

Agendum atque obviam eundum est] Donat. Act. I. ſc. v. And. quinque has voces Salluſtio dat: libro tamen Hiſtoriae non nominato. Carrio.

Penes illum] Ita melius, quam *penes illos*. loquitur enim de Sulla. Carrio. De Sulla quidem locus accipiendus videtur: omnes tamen libri conſtanter *illos* retinent. quibus libenter de conjectura mea concedo. Carrio in *Add.*

Non prolatandum, neque votis paranda auxilia] Hujus ſententiae, quaſi interpretamentum habes in ejuſdem Catilina, ubi Catonem ita probabiliter argumentantem inducit: *Non votis, neque ſuppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur, vigilando, agendo, conſulendo proſpere omnia cedunt.* & cetera quae ibidem ſequuntur. Douza.

Per taedium jam] Alia veterum librorum ſcriptura, alia ſententia eſt Fabri & Briconcei, *niſi forte ſperatis taedium jam aut pudorem tyrannidis Sullae eſſe, eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum.* pro quibus etiam Vaticanus facit, niſi quod voculam & interjiciat, locumque illuſtriorem faciat Itaque ſcribe, *niſi forte ſperatis taedium jam, aut pudorem tyrannidis Sullae eſſe, & eum per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum.* ſenſu manifeſto & elegante. Carrio in *Add.*

Periculosius dimissurum] Et tamen, poſt innumerabiles cives peremtos, atque proſcriptos, poſt exhauſtam caedibus Urbem, in publicum progreſſus, populo & patribus nihil tale expectantibus, media concione virgas & ſecures fregit: lictores & corporis cuſtodes ab ſe dimiſit; adeoque Dictaturam ultro depoſuit: id &, conſilio ſe facere, profeſſus, *ut privatus omnium, quae in Republica egiſſet, rationem redderet.* Satis conſtat, eum in ordinem redactum, domumque ſe recipientem, adoleſcentis convitio exceptum: nemine interea reperto, qui illius intemperiem caſtigaret. Tulit Sylla patienter aetatis impotentiam. Ceterum ubi domum ventum eſt, ad ſuos converſus, intempeſtivam illam infectationem in cauſa fore, dixit, ut, quicunque poſt ſe ſummam illam dignitatem obtineret, nunquam, niſi cum morte, deponeret; quod, haud multis inde poſt annis, in Caeſare evenit. Athenienſes apud Thucyd. lib. I. cur ſummum Graeciae imperium retineant, triplicem cauſam exponunt: *utilitatem* primo: dein *honorem*: denique *metum*, ne, remiſſo imperio, ſe periculis exponerent: cum, ut ait Phalaris, in quadam epiſtola, *periculoſius ſit, deponere principatum, quam occupare.* Iiſdem rationibus uſus Maecenas apud Dion. lib. LII. Auguſto ſuadet, ne ſe imperio abdicet. Dionyſii quoque Siculi vox celebratur a Livio recitata lib. XXIV. cap. 22. *Pedibus tractum, non inſidentem equo, relinquere Regnum oportere.* Sane praeter Diocletianum & Herculeum, & pauciſſimos alios, qui ultronei principatum depoſuerint, vix ullos numerabis. Rup.

Dimissurum] Legendum *dimiſſurum*. Riv.

Omnia

ceſſit, uti nihil glorioſum, niſi tutum, & omnia retinendae dominationis honeſta exiſtumet. Itaque illa quies, & otium cum libertate, quae multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capeſſebant, nulla ſunt. Hac tempeſtate ſerviundum, aut imperitandum: habendus metus eſt, aut faciundus, Quirites. Nam, quid ultra? quaeve humana ſuperant, aut divina inpolluta ſunt? populus Romanus paulo ante gentium moderator, exſutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, deſpectuſque, ne ſervilia quidem alimenta reliqua habet.

VII. Sociorum, & Latii magna vis civitate pro multis, & egregiis factis, a vobis data, per unum prohibentur: & plebis innoxiae patrias ſedes occupavere pauci ſatellites, mercedem ſcelerum. Leges, judicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum; denique necis civium, & vitae licentia. Simul humanas hoſtias vidiſtis, & ſepulchra in-

OMNIA RETINENDAE DOMINATIONIS HONESTA EXISTUMET] Tacitus lib. VI. Annal. cap. 45. *Tiberium*, ait, *nihil abnuentem, dum dominationis adipiſceretur.* RUP.

HONESTA EXISTUMET] Omnes libri, *honeſta aeſtimet*, uti ſupra, *quae ipſi nefanda aeſtimatis.* CARRIO in *Add.*

QUAM MULTI PROBI, POTIUS QUAM LABOREM CUM HONORIBUS CAPESSEBANT] In Venet. & Argentoratenſi, *quae multi probi.* ut neutro genere ponatur, & ad ſubſtantiva illa diverſorum generum referatur, *quietem & otium.* RIV.

NULLA SUNT] Diſtinguo: *nulla ſunt hac tempeſtate. Serviendum aut imperitandum.* COLER.

NAM QUID ULTRA? QUAEVE HUMANA SUPERANT, AUT DIVINA INPOLLUTA SUNT?] Non minus recte fortaſſe legetur: *Nam quid ultra ſuperat? quaeve humana aut divina inpolluta ſunt?* Sic infra: *eſſne juris reliqui aliquid.* CIACCON.

PAULO ANTE GENTIUM] Sic Adherbal apud eundem: *Quod paulo ante Rex genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis* &c. COLER.

AGITANDI INOPS] Omnes vulgati libri; *cogitandi inops.* Hanc autem ſcripturam mihi ſuggeſſit Aruſianus Meſſus, apud quem eſt, *Inops illius rei: ut Salluſtius: agitandi inops.* CARRIO. Ita de conjectura correxeram, cum vulgo eſſet, *cogitandi inops*, eoque verba illa Aruſiani Meſſi, *inops illius rei, Salluſtius: agitandi inops*, retuleram; cum conjecturam meam libro Vaticano placere multo poſterius ſenſi. igitur apud Meſſum, numerum hiſtoriae Salluſtianae, qui inde excidit, hoc praeſidio fretus, repono. CARRIO. in *Add.* *Agitare*, pro *vivere*, ſeu *victitare*, genus loquendi crebrum Salluſtio. Sic idem in Epiſtola Pompeji: *Et ipſa malis fructibus vix agitat.* hoc eſt, propter gravitatem annonae, & malam meſſim homo quae fuit, vitam aegre ac difficulter ſuſtentat. cui diverſum, *Agitare facilime.* DOUZA.

SERVILIA PORRO ALIMENTA] Quinos frumenti ſeu farris modios in ſingulos menſes intellige. Id enim (uti ad Phormionem notavit Donatus) ſervorum demenſum erat: qua de re Criſpus etiam poſtea in Oratione Macri Tribuni Pl. *Niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur, qua tamen quinis modiis libertatem omnium aeſtimavere.* Ita enim & locum cum, & priorem Donati ex Seneca caſtigandum commonefecit nos princeps in ablectiſſimo illo Electorum ſuorum Commentario Juſtus Lipſius. DOUZA.

SOCIORUM, ET LATII] Vide ſupra Jugurth. cap. XXXIX. WASSE.

DATA] Quod Romana Civitas liberae Reipub. temporibus nulli invito adimeretur, fuſe & erudite oſtendit Illuſt. Spanheimius in Orbe Romano cap. V. WASSE.

MERCEDEM SCELERUM] Ita malo, quam *mercede ſcelerum* quod quidam retinent. CARRIO. Petronius de P. R.

Ipſa ſui merces erat ac fine vindice praeda.
RUPERT.

DENIQUE NECIS] Vetuſtiores excuſi; *denique necis civium & vitae licentiam, ſimul humanas hoſtias vidiſtis.* non placet. CARRIO.

SIMUL HUMANAS HOSTIAS &c.] Crudele ſupplicium Marii ad Catuli ſepulcrum innuit, de quo, praeter alios, ita Lucanus II. 173.

infecta ſanguine civili. Eſtne viris reliqui aliud, quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro ſeptis ſtatuit: neque quiſquam extremam neceſſitatem nihil auſus, niſi muliebri ingenio, exſpectat. Verum ego ſeditioſus, uti Sulla ait, qui praemia turbarum queror: & bellum cupiens, quia jura pacis repeto.

VIII. Scilicet, quia non aliter ſalvi, ſatiſque tuti in imperio eritis, niſi Vettius Picens, ſcriba Cornelius, aliena bene parata prodege-

Quid ſanguine manes
Placatos Catuli referam? Cum victima triſtis
Inferias Marius, forſan nolentibus umbris,
Pendit, inexpleto non ſanda piacula buſto.
Cum laceros artus, &c. HAVERC.

ESTNE VIRIS] Ita Fabri & Briconeti. at vetus editio cum Vaticano, *eſtne juris*; frequente vocum illarum in locum mutuum trajectione. CARRIO in *Add.* *Viris*, recte, non *juris*: hoc enim, *muliebri ingenio*, quod deinceps ſequitur, opponitur a Criſpo. cui lectioni magis etiam firmanda eſt ejus ſcripturae parilitas, quae in Oratione Memmiana bello Jugurthino comparet: quam cur Rivius voce *viro*, ejecta mala manu eviraret, cauſſa non erat. Locus ſic habet: *Atque ego tametſi viro flagitioſiſſimum exiſtimo impune injuriam accepiſſe, tamen vos*, &c. Ita enim inibi legendum, vel potius *viris*, ob ea quae ſequuntur, pro certo perſuaſum eſt mihi. Non autem, *verum*, aut *virum*, ut perperam in aliis impreſſum exſtat: quorum neutrum mihi nec vero, nec viro dignum vel conſentaneum videtur. DOUZA. Rari ſunt, quibus iſta cordi: *aliud ſibi reliquum, quam tenere libertatem, aut mori ante ſervitium*, ut loquitur Tacitus II. Annal. 5. ubi ſubtracta vides verba Salluſtio. RUPERT.

SOLVERE INJURIAM] Καταλύειν τυραννίδα dixerunt Graeci. AElian. Var. Hiſt. III. 17. ἀπὸ τύτου τυραννίδα τὴν Διονυσίᾳ κατέλυσε. HAVERC.

VEL FERRO SEPTIS STATUIT] Hoc eſt, obſeptis circumquaque, & quaſi vallatis ferro, pro muro, ſeu munimento, propugnaculoque ferreo, ni fallor. Egregia γνώμη, & conſimilis Propertianae illi:

Ille licet ferro cautus ſe condat, & aere,
Mors tamen incluſum protrahet inde caput.

Neque aliter primus Oratorum Demoſthenes Oratione De corona: πίσης γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ θάνατος ὁ θάνατος· κἂν εἰς ἀκρόπολιν αὐτὸν καθείρξῃς τινα. Quod exemplum ſententiae huic opportuniſſimum, mihi ab oculatiſſimo Lipſio ſuggeſtum, ſilentio praeterire non fuit conſilium. DOUZA.

NEQUE QUISQUAM EXTREMAM NECESSITATEM, NIHIL AUSUS, NISI MULIEBRI INGENIO, EXSPECTAT] Forte, *Nequicquam extremam neceſſitatem, nihil auſus muliebri ingenio eſt. Extrema* autem *neceſſitas*, pro *morte*, uſurpatur a Tacito ſaepe. CIACCON.

NIHIL AUSUS] Ciacconius fruſtra obtrudit *nequicquam*. ſenſus loci eſt, *neque quiſquam, niſi qui muliebri ingenio ſit, nihil moliens tentanſque in propriam ſalutem.* Supra, *ferro ſeptis*. Alludit Hegeſip. III. 24. *Ubi feriat hoſtis Rom. militem, reperire non poteſt; quem* ferro ſeptum *circumſpicit*: ibi pro *palmam*, Codd. *occaſionem amplam triumphi*, quod mage Salluſtianum. Malim hoc loco *unam finem*. Uti etiam apud Juſtinum II. 2. ubi Codex Bong. *nullas*, credo pro *nullae*. Coelius V. Hiſt. aliquam *huic bello* finem *facere*. Siſenna IV. *& prope* mediam *ad* finem *ripae pervenerant*. WASSE in *Add.*

QUI PRAEMIA TURBARUM QUEROR] Meliores libri MSS. *Quia praemia*: ut infra *quia jura pacis*. CIACCON. & URSIN. Legendum videtur *quaero*, hoc eſt, petere vel affectare videor. GRONOV.

QUIA JURA] Venetum, *qui*. RIV. Scribe ex omnibus libris, *qui jura*; uti ante, *qui praemia*. CARRIO in *Add.*

SCRIBA] Quidam, *& ſcriba*. Sed non raro, neque vero illubenter facit Salluſtius hujuſmodi copulas ut non addat. CARRIO. Vetus editio atque Fabr. *& ſcriba*. CARRIO in *Add.* *Scribae* dicti ſunt, qui rationes publicas ſcriberent in tabulis: ob idque apparebant ſingulis magiſtratibus. Cic. Ver. V. *Eſt vero honeſtus ordo, quod eorum hominum fidei tabulae publicae, periculaque magiſtratuum committuntur.* Diſtributi autem erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum ſibi emere conſueverant, qui ſcribae fieri volebant. AEmilius Probus in vita Eumenis, ait Scribae munus multo eſſe apud Graecos honorificentius, quam apud Romanos. *Nam apud nos*, inquit, *revera, ſicuti ſunt, mercenarii ſcribae exiſtimantur: at apud illos contra nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide*

&

gerint: niſi adprobaveritis omnis proſcriptiones innoxiorum, ob divitias: cruciatus virorum illuſtrium; vaſtam urbem fuga, & caedibus: bona civium miſerorum, quaſi Cimbricam praedam, venum, aut dono datam. At objectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum: quod quidem ſcelerum illius vel maxumum eſt, non me, neque quemquam omnium ſatis tutum fuiſſe, ſi recte faceremus. Atque illa, quae tum formidine mercatus ſum, pretio ſoluto, jure, do-

& induſtria cognita, quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. Hinc & dicebat idem Eumenes, Philippi regis & poſt Alexandri Magni Scriba: *ſe vitam potius poſiturum eſſe, quam fidem.* Scriba quidem clariſſimus dicitur: ſed is erat in Provincia quaſi Praetor tutelaris quidam. Alioquin & ſervi publici & Scribae apud Capitolinum conjunguntur: ita enim ille loquitur; *non Scribae ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent.* Barth. in Adv. lib. I. cap. 1. Legit *Scribe.* Sic Licin. *Scribo* apud Cornutum in Comment. ad V. Sat. Perſii. WASSE.

PARATA] Alii, *parta.* alterum Salluſtio familiarius eſt. CARRIO Malim, *parta*, quomodo legunt alii. Ita enim Plautus compluries: ut Trinummo,

Multa bona bene parta habemus. DOUZA.

An *parta*, ut alibi *parata*? Oxon. Delph. & Carrionis Antverp. 1579. at Popmae editio, *parta.* WASSE.

ADPROBAVERITIS] Qui malunt, *approbaritis*, nec mihi, nec numeris Salluſtianis judicium ſuum approbant. CARRIO.

ADPROBAVERITIS OMNIS PROSCRIPTIONES] Recte antiquiores libri, *approbaritis omnes proſcriptionem*, itaque corrige. CARRIO in *Add.*

PROSCRIPTIONES INNOXIORUM OB DIVITIAS] Quae hic mala commemorat, omnia contigerunt, neque in quoquam fallit M. AEmilius Lepidus; ut hinc, bella civilia, maxima cauſa ſit, cur abominemur. Adde illud Taciti III. Hiſt. *Non aetas, non dignitas, quemquam protegit, quominus ſtupra caedibus, & caedes ſtupris miſceantur.* Quae vero cumprimis ad hunc locum explicandum faciunt, deprehendes apud Bern. in Germ. Taciti quaeſt. Miſc. 63. RUPERT.

VASTAM] Alii legunt *vaſtatam*, inepte: certe non aeque eleganter. CARRIO.

CIMBRICAM PRAEDAM] Alibi: *ne ſpolia veſtra penes illum ſint.* Unde non immerito Q. Aurelius apud Plutarchum p. 472. Εἰς ἀγορὰν ἰὼν, ἀναγόμενος τὰς παρηγορημένας, ἀφῶν ἑαυτὸν, Οἴμοι τάλας, εἶπε, διὰ τί με τὸ τῶν Ἀλλοτρίων χωλύει.

p. 477. Δεινά γε, ὦ φίλοι πολῖται, καὶ τυραννικὰ πάσχω, εἰ τὰ ἐμὰ μοι Λικφορὰ λαβεῖν μὴ ἔξεστι, καὶ βούλομαι. Caeterum Ball. *qui* pro *quia quaero* &, *parta*, illud autem male; *parare* eſt *acquirere* vel *frui.* Livius XXVI. 34. *qui eorum trans Tiberim moti eſſent, ne ipſi, poſterive eorum, uſpiam* pararent haberentve, *niſi in Vejente aut Satrino Nepeſinove agro.* Supra, Ball. *eſtne* juris *reliqui aliud quam* ſolvere injuriam. Non adeo trita locutio. Terent. Adelph. II. 1. *Tu quod te poſterius purges, hanc* injuriam *mihi nolle Factum eſſe, hujus non faciam. Crede hoc, ego jus meum perſequar: Neque tu verbis* ſolvas *unquam quod mihi re malefeceris.* Hegeſippus IV. 2. *Facile eſt* injuriam ſolvere, *ſi virtus je recognoſcat.* Ubi pro, *inconſultus impetus atque increditus*, Codex B. Pub. *incondi-tus*, recte. Reliqua ſunt ex Taciti Hiſt. III. 58. WASSE.

VENUM AUT DONO DATAM] *Data* dicere debuit, ſi ad bona reſpexiſſet: nunc ad *praedam* retulit. CIACCON. Id eſt, venditam, aut dilargitam, quomodo idem locutus eſt antea. Sed corrigendum haud dubie, *data.* Etenim ad bona, civium non ad Cimbricam praedam referundum. DOUZA.

OBJECTAT] Vulgo *objicit*, male. gaudet enim his frequentativis Salluſtius. CARRIO.

SI RECTE FACEREMUS] *Faceremus*, pro *feciſſemus*; niſi potius tamen *feciſſemus* reſcribendum. DOUZA.

PRETIO SOLUTO, JURE,] Pro, *quae tum*, Ball. *quanta.* Verba haec interpunctatione mutata ſic accipio: atque illa, quae tum ob metum illorum qui auctionem propoſuiſſent ex proſcriptorum bonis ſub haſta mercatus ſum, tametſi pecuniam etiam numeraverim, jure dominis utcumque reſtituo. Quod vero ſpoliis civium auctus erat Lepidus, teſtatur Orat. ſequente Philippus. *Ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu adeptus eſt.* Paulo poſt: *An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait, ſua cuique reddi, & aliena tenet.* Deinde: *peſſume omnium, tibine egeſtas civium & luctus curae ſunt, cui nihil eſt domi niſi armis partum, aut per injuriam?* Confer Plu-

dominis tamen reſtituo: neque pati conſilium eſt, ullam ex civibus praedam eſſe. Satis illa fuerint, quae, rabie contracta, toleravimus, manus conferentes inter ſe Romanos exercitus, & arma ab externis in noſmet verſa.

IX. Scelerum & contumeliarum omnium finis ſit. Quorum adeo Sullam non poenitet, ut & facta in gloria numeret, &, ſi liceat, avi-

Plutarchum in Sulla p. 473. 626. jure dominus opponitur vi & rapto domino: Nam vel eo modo contrahitur aliquale dominium, Horat.

—— *Tanquam*
Sit proprium cuiquam quod puncto mobilis horae
Nunc prece, *nunc* pretio, *nunc* vi, *nunc* ſorte ſuprema,
Permutet dominos & cedat in altera jura.

Et quanquam,

Quicquid emis poſſis dicere jure tuum,

tamen quod a non Domino, vel malo jure Dominis emtum eſt, idque ſciens volens, mala fide, jure bono Dominis reſtitui debet. Nec pretium numeratum impedit quo minus illi κατ' ἐξοχὴν dicantur *jure Domini*. Qua forma habes apud Plautum, *proterunt boſtium copias* jure injuſtas. Apud Trebellium in Gallienis: *Vir ſanctus*, ac jure venerabilis. Noſter I. 13. *cum legatis adhuc* jure parentibus. WASSE.

DOMINIS TAMEN RESTITUO] Alii, *mercatus ſum optumo precio, ſoluto jure, reſtituo dominis*, alii aliter. Mihi haec optuma viſa eſt diſtinctio, hoc enim vult, quae prius adductus timore quodam ſum mercatus, ea dominis, ſoluto precio, reſtituo: jure inquis; fateor, ſed tamen reſtituo. CARRIO.

QUAE RABIE CONTRACTA TOLERAVIMUS] In v. c. eſt: *quae rabie contacta, &c.* ut fortaſſe legendum ſit, *rabie contacti*. Apulejus libro IX. de cane rabido dixit: *Certe venenatis morſibus contacta nonnulla jumenta, efferata ſimili rabie*. Livius lib. II. *Bona Tarquiniorum diripienda plebi data, ut contacta regia praeda, ſpem in perpetuum cum bis pacis amitteret*. Et Cicero lib. II. de Divinat. dixit: *contactum aliquo morbo cor bovis*. Tacitus vero, *contactu* uſurpavit libr. I. cum ait: *Diſcedite a contactu*. & lib. V. *Plures infecti quaſi valetudine & contactu*. Infra in hac eadem oratione: *Nec patiamini licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere*. CIACCON. & URSIN. Ubi fortaſſe legendum: *Quaſi rabie contactu, &c.* ut *rabie* poſitum ſit, quo modo *die*, pro, *diei*, gignendi caſu. URSIN. Legere tentem: *Quae rabie contactu*. i. e. rabiei contactu, ejuſmodi enim genitivis uti ſolemne eſt Salluſtio. Sic infra: *Neu patiamini licentiam ſcelerum quaſi rabiem ad integros contactu procedere*. Ut quidem Ciacconius recciſſime videtur emendaſſe. Eâ figurâ locutus eſt Apulejus lib. IX. Metamorph. *Certe venenatis morſibus contacta nonnulla jumenta, efferata ſimili rabie*. COLER. Ita *rabie contactu* Billiol. & Edit. Ciacconius & Pricaeus ad Apulejum p. 480. reponunt *contacti*. Male uterque. melius poſſem, *tabe contacti*, ut Catilin. XXXVIII. & Liv. II. 23. *Tanta vis morbi, atque uti* tabes *pleroſque civium animos invaſerat*. *Contrahere* hoc loco pro *comparare*, aut concinnare ſibi noxam, quocum conſentit, *toleravimus*: ea nempe quae rabies noſtra conflaverit, vel ex rabie noſtra contracta ſunt. Gloſſae reddunt per συναφῆ, quod idem ſonat. Homerus Odyſſ. φ. Μὴ ἰοῦσ', μή πῃ τις ἐπιτροπίῃ κακὸν ἄλλῳ. Epigr. Ἔχθεσι ἐπιτροπάμενος. Plautus Amphitr. III. 2. abſolute pro *crimen committere* uſus eſt: *Num mea ſit* culpa, *quod egomet* contraxerim. At Caſin. III. 3. pro conflare: *flagitium maximum feci miſer propter operam illius birqui, improbi, edentuli*, qui hoc mihi contraxit. Cicero ad Quintum I. ſenſu Salluſtiano: *Ea modeſtiſſime ferre homines debent, quae ipſorum* culpa contracta ſunt. Et, pro Coelio: *moleſtias liberalitate ſua* contrahere. Livius V. *Tribuni, quorum* temeritate bellum contractum *erat*. Vide etiam Sueton. Aug. XCVIII. Veſpaſ. IV. Q. Septimium II. 30. infra, *ut & facta in gloria numeret*. Mire haec illuſtrat Plutarchus in Sulla p. 437. Confer etiam Salluſtium Jugurth. XXXIV. infra, *ut facta in gloria numeret*. De Philippo Polybius XV. 989. Εἰς τοιαυτὴν ἄνοιαν, ἢ μᾶλλον μανίαν ἐξέπεσον ἅπαντες, ὥστ' ἐφ' οἷς ἐχρῆν αἰσχύνεσθαι καὶ συγχέεσθαι, ἐπὶ τούτοις ὡς καλοῖς σεμνύνεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. WASSE. *Rabies* Salluſtio eſt quod *furor* Lucano I. 8.

Quis furor, o cives? quae tanta licentia ferri,
Gentibus inviſis Latium praebere cruorem?

HAVERC.

ET ARMIS] Lucan. ibid. verſu 2.

Pojalumque potentem
In ſua victrici converſum viſcera dextra.

HAVERC.

UT & FACTA] Diomedes lib. I. cap. 7. *In*, inquit, *vice praepoſitionis pro, eſt hic poſitum*. Apud eum tamen pejus legitur, *numero*, quam hic, *numeret*: illud autem melius, *fecerit*, quam *faceret*. Quanquam & hoc ſuſtineri poteſt. quem Diomedes

avidius fecerit. Neque jam, quid exiſtumetis de illo, ſed quantum vos audeatis vereor: ne, alius alium principem exſpectantes, ante capiamini, non opibus ejus, quae futiles & corruptae ſunt, ſed veſtra ſecordia, quam captum iri licet, & quam audeat, tam videri felicem. Nam praeter ſatellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, praeter victoriam? Scilicet milites: quorum ſanguine, Tarrulae, Scyrroque, peſſumis ſervorum, divitiae partae ſunt. An, quibus praelatus in magiſtratibus capiundis Fuſidius, ancilla turpis, honorum omnium dehoneſtamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera & labores, ni-

des locum apud eos, qui hoc fragmento Salluſtianam hiſtoriam locupletare, ſi Diis placet, voluerunt, etiam corruptiorem, quam vulgo eſt, videre. CARR.

AVIDIUS FACERET] Ita enim malo, quam *fecerit*, quod aliis tantopere probatur. Ceterum haec eo pertinere arbitror, quod Sulla poſt depoſitam Dictaturam, dimiſſo a ſe publico praeſidio, palam in foro edixerat: ſeſe omnium ab ſe geſtarum rerum paratum eſſe rationem reddere. Auctores Appianus & Plutarchus. DOUZA. Sic ante hunc locum emendaram, & apud Diomedem emendandum indicaram, quam in veteribus libris eam ſcripturam eſſe deprehenderem. CARRIO in *Add.*

VOS AUDEATIS] Vocem *vos*, uti ſuperfluam, ejice. CARRIO in *Add.*

NE ALIUS] Briconeti, *neve alius*. CARRIO in *Add.*

NE ALIUS ALIUM PRINCIPEM EXPECTANTES] Frequens haec ſententia in Tacito, v. g. I. H. 55. *Ceteri ſilentio, proximi cujusque audaciam expectantes; inſita mortalibus natura, propere ſequi, quae piget inchoare.* Et lib. II. cap. 80. *Dum quaeritur tempus locusque, quod tali in re difficillimum eſt, prima vox, dum animi ſpes, timor, ratio, caſus obverſantur.* Vide Not. ad Juſtin. lib. XI. cap. 2. §. 10. RUPERT.

SED VESTRA SECORDIA QUAM CAPTUM IRI LICET] Deeſſe quaedam exiſtimo poſt *ſecordia*. Et Cato *ſecordiem* ſcripſit, Feſtus. CIACC. Haec quoque ſunt ex eadem oratione, v. autem c. habet, *ſecordia*. & ita Cato ſcripſit. Videndus Feſtus Pompejus in *ſecordia*, quam dicit ex *ſe*, & *corde* compoſitam, quaſi *ſine corde*. URSIN.

CAPTUM IRI] Quidam, *raptum iri*. Alii, *ratum iri*. Loci hujus ſententia: veteri ſe, ne ante capiantur, quam capi debeant. CARRIO. Omnes libri, *raptum iri*. CARRIO in *Add.*

QUAM AUDEAT] Vaticanus, *audeas*. CARRIO in *Add.*

NAM PRAETER SATELLITES COMMACULATOS, QUIS EADEM VULT] Sic bello Jugurth. *Neu ea optimum, cum peſſimo omnium Jugurthe miſcendo, commaculares.* DOUZA.

AUT QUIS NON OMNIA MUTATA, PRAETER VICTORIAM? SCILICET MILITES, QUORUM SANGUINE, TARRULAE, SCYRROQUE, PESSIMIS SERVORUM, DIVITIAE PARTAE SUNT.] Quod quidem ego cum interrogationis ſale efferendum puto; ut ſubaudiatur id quod antea dixerat: An ſcilicet milites eadem volunt? quaſi dicat: Nihil minus, idque ob cauſſas, quas deinceps ſubnectit. DOUZA.

TARRULAE SCYRROQUE] Vetus editio, Fabri & Briconeti, *Scyrtoque*. Vaticanus, *Scirtoque*, de quo certi nihil habeo. corrige etiam vitium operarum, & ſcribe *Tarulae*, non *Tarrulae*. CARRIO. in *Add.*

PESSIMIS SERVORUM] Tacit. I. *complebant templa peſſimis ſervitiorum*. Et Hiſt. I. *deterrimi ſervorum*. CIACCON. & URSIN.

BONORUM OMNIUM DEHONESTAMENTUM] *Venetum bonorum*, & ſic ſenſus exigere videtur, ut per *honores* intelligas *magiſtratus*. RIV.

ITAQUE MAXIMAM MIHI FIDUCIAM PARIT VICTOR EXERCITUS &c.] Credo, illud volt dicere Lepidus: Maxima ſpes, imo confidentia eſt fore, ut exercitus a Sulla tandem ad Remp. deficiat, poſtquam viderint ſuorum volnerum ac laborum praemia ad alios, nempe ſatellites ejus (quos Brutorum, AEmiliorum, ac Lutatiorum prolem appellitaverat ſupra) immeritiſſimo tranſiſſe, atque per tot pericula & aerumnas bellorum nihil aliud ſe praeter tyrannum lucrifeciſſe. Verum eſſe ut videas pervolgatum illud:

Sic vos non vobis mellificatis, apes.

DOUZA.

nihil, praeter tyrannum, quaesitum est. Nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam a majoribus suis; utique jura & judicia sibimet extorquerent; egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes & silvas, contumeliam atque invidiam suam, praemia penes paucos intellegerent.

X. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundae res mire

NIHIL PRAETER TYRANNUM] de Scaeva egregie Lucanus VI. 257.

——— *Felix hoc nomine famae*
Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.
Infelix, quanta Dominum virtute *parasti!*

Supervacuum esset, tot erroribus ejus detectis, monuisse denuo Crispinum in hoc loco interpretando aut nihil aut aliud agere. Hoc vult Auctor: *quam relegati in paludes & sylvam, contumeliam simul atque invidiam suam, praemia universis debita, penes paucos satellites intelligerent.* Ita supra: *servitium suum mercedem dant.* Et: *plebis innoxiae* patrias sedes *occupavere pauci satellites*, mercedem scelerum. Quo ergo sensu ille? *contumeliam atque invidiam tantum esse pro se, praemia vero penes paucos.* Balliol. *Sylvas.* Verba illa, *& falta i. g. n. & s. l. a. f.* agnoscit Diomedes. WASSE.

NISI FORTE, &c.] Sic videntur interpungenda: *Nisi forte Tribuniciam potestatem eversum profecti sunt, per arma conditam majoribus suis, &c.* Videnda quae notavimus ad Caesaris lib. I. de Bello Civil. URSIN.

PER ARMA CONDITA A MAJORIBUS SUIS] Lege, *conditam.* Nam refertur ad tribuniciam potestatem. RIV.

RELEGATI IN PALUDES] Hanc AEmilii Lepidi orationem ex lib. I. Historiarum Sallustii esse, praeterquam quod magno satis argumento sit oratio Philippi, qua AEmilio bellum moventi resistit, idem tamen Messus demonstrat, qui, libello De elocutionum exemplis, primo Historiarum Sallustii libro, has voces, *relegati in paludes*, tribuit. Sed non recte apud eum est, *relegat*, pro *relegati*, ultima litera desiderata. CARRIO. Haec Fronto ex primo Historiarum, in *Relegat*, in illum locum; in quo, pro *relegati*, mendose legitur *relegat*. A. MANUT.

ET SILVAM] Omnes libri, *silvas.* CARRIO. in *Add.*

IN CONTUMELIAM ATQUE INVIDIAM SUAM] Τὸ *in* exemplar Venetum non habet, neque Argentoratense. RIV.

AGMINE ATQUE ANIMIS] Plautus Asin. II. 3. *siquidem hercle AEacidinis* minis animisque *expletus* incedit. Eleganter Poëta AEneid. IV. 414. *supplex* animos *summittere amori.* MS. Col. Jes. *animum:* insulse. Vid. VII. 475. Cic. pro Murena §. 33. Q. Septimium III. 39. *agmen* pro *impetu* apud Justinum XII. 9. Virg. *illi* agmine *certo Laocoönta petunt.* Q. Septimius III. 5. *At ubi Achilles contra tendit* &c. *Hector postquam ad se* agmine infesto *tendi videt, causas odii recordatus, non ulterius* impetum viri experiri ausus, *ex acie subterfugit.* Infra, *secundae res m. f. v. a.* ita legit Porphyrio ad Horat. I. Epist. 18. Balliol. *miro.* locus ex Demosthene hausus est. Eum adduximus in notis ad Jugurth. cap. LVII. Non longe abit illud Antiphanis: Ὁ πλοῦτος ἐστι παραφάλαγμα τῶν κακῶν &c. ἐ πανὶ πειρασεῖς τι τῇ τυφεινῇ. WASSE.

QUIA SECUNDAE RES MIRE SUNT VITIIS OBTENTUI] In Orat. de Repub. ordinanda: *Tabella obtentui erit*, hoc est, teget. Tacit. *Pietatem erga parentem & tempora reipublicae obtentui sumto.* Idem: *Obscurum noctis obtentui fugientibus.* Ceterum locus Senecae, Controversiarum lib. V. qui in omnibus vulgatis libris nonus circumfertur, sic legitur in libro MS. doctissimi Jurisconsulti Ant. Covarruviae: *Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam, δεινὴ γὰρ αἱ ἀπραξίαι συγχύσαι τὰ συνεχόντων τὰ ἰκάστων ἀμαστήμασι. Deinde Sallustianam, Res secundae mire sunt vitiis obtentui, &c. deme συγχύσαι vel συνεχόντων, deme ἰκάστων: constabit sensus, etiam si non aeque comtus, aeque tamen integer.* CIACCON. Quod item sequitur, *Secundae res mire sunt vitiis obtentui, &c.* id videtur simile illis, quae habentur in Epistola de Rep. Ord. *Tabella*, inquit, *obtentui erit.* & ita locutus est Tacitus libro I. cum dixit: *Pietatem erga parentem, & tempora Reipubl. obtentui, &c.* & libro XVIII. *obscurum noctis obtentui fugientibus.* Seneca lib. V. Suasoriarum controvers. XXV. citat locum Sallustii, prolata etiam simili sententia ex Thucydide. Verba vero, cum mutila sint in vulgatis codicibus, ita supplenda sunt ex Manuscriptis. *Tum deinde retulit quandam Thucydidis sententiam:* Δεινὴ γὰρ αἱ ἀπραξίαι τῇ συνεχόντων, vel ut est in alio libro συγχύσαι τὰ ἰκάστων ἀμαστήμασι, &c. Deinde Sallustianam: *Res secundae mire sunt vitiis obtentui.* URSIN. Seneca Controver-

mire ſunt vitiis obtentui: quibus labefactatis, quam formidatus antea eſt, tam

verſiarum libro V. Contr. XXXV. *Cum ſit praecipua in Thucydide virtus brevitatis, hac eum Salluſtius vicit, & in ſuis eum caſtris cecidit. Nam in ſententia Graeca, tam brevi, babes quae ſalvo ſenſu detrabas, deme* συσχρύψαι *vel* συσκιάσαι, *deme* ἰκάνων, *conſtabit ſenſus, etiamſi non aeque comtus, aeque tamen integer. At ex Salluſtii ſententia, nihil ſine detrimento ſenſus abeſſe poteſt. Titus autem Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam, & tanquam tranſlatam, & tanquam corruptam, objiceret Salluſtio: nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat: laudat quem non timet, & facilius putat, poſſe a ſe Salluſtium vinci, ſi ante a Thucydide vincatur.* Haec Seneca; ex cujus verbis admonemur, Thucydidis locum nobis quaerendum eſſe, quem Salluſtius imitatus eſt. Eadem apud Demoſthenem ſententia, qui & ipſe Thucydidem aſſidue in manibus habebat, Olynth. II. Ἀλλ' εἰμὴν τῶν μὲ ἐπισταμένων τάυτης τὴ κατηγόρων, αἱ γὰρ δύναμαι συσχρύψαι, ἢ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ἐνίοτε. εἰδέ τι πλάσεως, τότε ἀκριβῶς αὐτῆ, ταῦτ' ἐξητασμένοις. A. Manut. Sententiam hanc Seneca pater Thucydidae tribuit, locum tamen Demoſth. laudat, qui Olynth. ſecunda legitur: *αἱ γὰρ δύναμαι συσχρύψαι ἢ συσκιάσαι τοιαῦτα ἐνίοτε. In hac*, inquit Seneca, Controverſia XXV. *ſententia Graeca tam brevi, babes quae ſalvo ſenſu detrabas: deme vel* συσχρύψαι *vel* συσκιάσαι, *conſtabit ſenſus, etſi non aeque comtus, aeque tamen integer. At in Salluſtii ſententia nihil demi ſine detrimento poteſt.* Sic Criticus ille. Verum Fabii & Paterculi auctoritate facile adductus ſum ad credendum, a Thucyd. primum id pronunciatum: cujus maxime aemulus fuit, cum Demoſthene. Salluſtii locum itaque dum ſtudioſe invettigo, tandem aliquando in Thucyd. lib. III. in Orat. Cleonis repperi. Quare propius factum eſt nihil, quam ut cum Archimede Geometra apud Vitruvium lib. II. Architecturae exclamarem, Εὕρηκα, Εὕρηκα. Thucydidae verba adſcribam, ut ex comparatione precium operae ſit: Εἰωθότ ὃ τ πόλιων, αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ὀλιγίστου ἀσφαλοῦς διαβολὴ ἔλθῃ, ἐς ὕβριν πίπτειν. Qui idem eſt cum eo, qui apud Clementem Alexandrinum lib. IV. Stromat. habetur: Εἰώθασιν ὃ οἱ πολλοὶ τ ἀνθρώπων, φθόνῳ εἰς ἃ μάλιστα ἀσφαλοῦς διαβολὴ ἔλθῃ, εἰς ὕβριν πίπτειν. Quem & Philiſtus Hiſtoricus ſic eſt imitatus: τὰ ὃ πολλὰ καθ' λόγους τοῖς ἀνθρώποις ἀτυχοῦσι, ἀσφαλέστερα παρὰ δίκαν ἢ καλοκἀγαθίαν· εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δίκαν ἀσφαλοῦντες διαβολὴν, εἰς ὕβριν πίπτειν. Solon quoque, Athenienſium legiſlator, idem & Poëta, & ab illo mutuatus (ut pleraque in gnomas ſuas ex illo tranſtulit) Theognis Megarenſis, eandem ſententiam per παροιμίαν extulit:

Τίκτει τοι πίονα ὄλβον, ὅτ' ἂν πολὺ ὄλβιος ἔπῃ.

Naſcitur ex magnis opibus peſtilantia major.

Sed cum Graecis Latinus quoque hiſtoricus ſymbolam conferat: Trebellius enim Pollio, *Claudii*, inquit, *plerique milites, ſecundis rebus elati, quae ſapientum quoque animos fatigant.* Haec eſt Cl. Andreae Schotti ſuper hoc loco ſententia, quam hic, ita ut in ſuis ad me literis eam edi voluit, candide repraeſentavi, ne manum in alienam ſegetem miſiſſe viderer. Neque interim ſatis mirari queo Lud. Carrionem in Antiquis ſuis Lectionibus, & Nicol. Fabrum J. C. notis ad Senecae Rhetoris controverſias, negare Salluſtii illud dictum ſupra commemoratum in Thucyd. exſtare, cum tamen id Seneca diſerte affirmet, & Cl. Schottus locum jam indicaverit. Sed idem ille Faber verſum illum *Semibovemque virum, ſemivirumque bovem*, in Ovid. reperiri non putat, cum tamen ab omnibus lib. II. de Arte amandi legi poſſit:

Daedalus ut clauſit conceptum crimine matris
Semibovemque virum, ſemivirumque bovem.

Putsch. Porphyrio, ſive quis alius eſt interpres Horatianus lib. I. Epiſt. XVIII. ad illud: *ſtultitiam patiuntur opes. Simile eſt*, inquit, *illud Salluſtii, ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui.* ſed hoc de loco vide Antiquas lectiones noſtras commentario ſecundo cap. X. Carrio. Haec eſt nobilis illa ſententia, qua Thucydidem vicit Salluſtius, & in ſuis caſtris illum cecidit, judice Seneca lib. IX. Controv. 1. Pluribus enim verbis Thucydides: *Res ſecundae magnam habent vim ad occultanda & adumbranda iſtiuſmodi probra.* Parum autem hinc abludunt, quae, de improborum ac nequam hominum felicitate, diſſerit Seneca in lib. Cur bonis viris mala eveniant, cum ſit Providentia, cap. VI. *Dum illis licet ſtare, & ad arbitrium ſuum oſtendi, nitent & imponunt; cum aliquid incidit, quod diſturbet, ac detegat, tunc apparet, quantum altae ac verae foeditatis alienus ſplendor abſconderit.* Sed & hinc explicari debet illud Muciani apud Tacitum II. Hiſt. *Aperiet & recludet contecta victricium partium & tumeſcentia vulnera bellum ipſum.* Rupert.

Quibus labefactatus quam formidatus antea est] Emenda, ſi veteres libros audis, *quibus labefactis quam formidatus eſt*: vocum una mutata, altera expuncta. *Labefacere*, bonae notae verbum, correctores fefellit. Sic Terentius dixit: *dentes labefecit mihi.* vide Donatum. Carrio in *Add.*

tam contemnetur: niſi forte ſpecie concordiae & pacis, quae ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit: Neque aliter populo Romano eſſe belli finem ait, niſi maneat expulſa agris plebes, praeda civilis acerbiſſuma, jus, judiciumque omnium rerum penes ſe, quod populi Romani fuit. Quae, ſi vobis pax, & concordia intelleguntur, maxuma turbamenta reipublicae atque exitia probate: adnuite legibus inpoſitis; accipite otium cum ſervitio; & tradite exemplum poſteris ad populum Romanum ſuimet ſanguinis mercede circumveniundum. Mihi, quamquam per hoc ſummum

NISI FORTE SPECIE CONCORDIAE ET PACIS, &c.] Scriptura haud dubie corrupta, & cui medicina ſit opus, quam hac ratione facere poſſe videor: *Niſi forte ſpes eſt concordiae & pacis.* nam ni ita legatur, quis ſenſus commode elici poſſit, haud ſane video. Conjecturam noſtram confirmat prorſus huic pariſſimum loquendi genus, quo hac ipſa Oratione uſus paullo ante: *Niſi forte ſperatis, per taedium jam, aut pudorem tyrannidis, &c.* DOUZA.

SPECIA] Ita libri. Cl. Douza, *ſpes eſt*, ingenioſe, nec tamen, vere, audacter dico, ut ut adſtipulatorem habeat Criſpinum. Auctoris mens, turbatior licet, haec eſſe videtur. Cum contumeliam tantum atque invidiam, praemii nomine, reportaturus ſit victor exercitus; quare tanto impete atque ferocia partes agit nobilium? nempe in cauſſa eſt victoria & ſucceſſus, quae mentes hominum tranſvorſas agunt & imperatoris vitia obumbrant; niſi forte ſpecie pacis & concordiae, per diverſae factionis interitum componendae, Syllaturire dici queat. Infra: *jus judiciumque*, recte, nam jus quandoque pro loco, in quo illud redditur poni ſolet, teſte ad Phorm. V. 8. 3. Donato. Sed & Paulus lib. XIV. ad Sabin. Dig. I. Tit. I. §. 11. *Ubicumque Praetor, ſalva majeſtate imperii ſui, ſalvoque more majorum, jus dicere conſtituit, is* locus *recte* jus *appellatur.* Atque hoc modo locutus Livius XXXVI. 39. *Niſi illi cogantur* in jus judiciumque *populi Romani.* Conſer item XLI. 29. Verum ipſe per *jus judiciumque* intelligo, tam condendarum legum poteſtatem, quam litium & criminum cognitionem. WASSE in *Add.*

NEQUE ALITER] V. C. *neque aliter pacem & belli finem ait.* Non inepte. Sequitur enim, *Quae ſi vobis pax & concordia intelliguntur.* PUTSCH.

POPULO] Ita ſcribo. Alii, *Populi Romani*, errore ex notis, *P. R.* nato. CARRIO.

POPULO ROMANO] Fabri & Briconeti, *neque aliter r. p. & belli finem ait.* Vaticanus, *neque aliter remp. & belli finem ait.* utraque ſcriptura idem ſignificatur, nempe aliter neque ullam fore rempub. neque finem belli. error ex notis P. R. inverſis. CARRIO in *Add.*

PLEBS] Venetum, *plebes.* RIV.

ET CONCORDIA] Fabri, *& compoſita.* CARRIO in *Add.*

TURBAMENTA REIPUBL.] Tacitus Hiſt. I. *Quaeque alia turbamenta vulgi.* CIACC. & URSIN.

ET TRADITE] In V. C. legitur: *Et tradite exemplum poſteris ad remp. ſuimet ſanguinis mercede circumveniendam.* URSIN. Nae ille caedundus hercule, qui veteri & domina dictione exturbata, novam & adulterinam hanc, hoc eſt, ſuam, in alienam poſſeſſionem intruſit, nihil XII. Tabularum leges, neque (quae ratio maxima eſt) Criſpi Praetoris vindicias reveritus: quarum ego fiducia fretus, de priorum omnium editionum conſenſu pronunciare quamvis audacter audeo, *rà mercede*, in priſtinam ſuam ſedem Interdicto, *Unde vi*, reſtituendam eſſe: voce illa irreptitia, & paullo ante huic non ſuo loco inſita, vindicibus furcillis praecipiti ejecta. DOUZA.

AD POPULUM ROMANUM] Corrige, pulcherrima correctione, *ad remp. ſuimet ſanguinis mercede, circumveniundam.* libenter Salluſtius *mercedis* vocabulum iis in rebus ponit. ſic ſupra: *qui dominationis ſuae in vos ſervitium ſuam mercedem dant.* & infra: *egregia ſcilicet mercede.* Item lib. IV. *Eumenem cujus amicitiam glorioſe oſtensant, initia prodidere Antiochi, pacis mercedem*, ut quidem correximus. Illud vero, *caede ſanguinis ſui*, nec Latinum eſt, nec cum hoc loco convenit. quin etiam veteris editionis eſt ea, quam poſui, ſcriptura. CARRIO in *Add.*

SANGUINIS CAEDE] Paraei Edit. & Balliol. *mercede*, quod reponendum autumat Douza; ipſe *lenior*. *Sanguis* enim pro *neceſſitudinibus* ubique. *Profice tela manu ſanguis meus.* Confer *Apuleium* Met. IV. 71. & 69. Tibull. *Quicquid agit ſanguis eſt tamen ille tuus.* Ovid. nomina ſangui-

nis

mum imperium ſatis quaeſitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam praeſidio; tamen non fuit conſilium, privatas opes facere; potiorque viſa eſt periculoſa libertas, quieto ſervitio. Quae ſi probatis, adeſte Quirites; &, bene juvantibus diis, M. AEmilium Conſulem ducem & auctorem ſequimini ad recipiundam libertatem.

XI. Tunc vero & poſci. Cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, provocare.*

Cu-

nis edit. Noſter III. 9. *Sed nec amplius* ſanguinem veſtrum *praebeatis cenſeo.* Et aeque audacter apud Ovidium Met. XIII. & Lucanum VII. 168. *caedes cruenta*, & apud Manilium 668. *Altera ſit* caedis caedes: apud Propertium, ejus vincula rumpere:

Alphesiboea ſuos ulta eſt pro conjuge fratres,
Sanguinis & *chari* vincula rupit *amor.*

Propius accedit Naſo Met. VIII. 62.

—— *Melius ſine* caede *moraque*
Impenſaque ſui poterit ſuperare cruoris.

& 414.

—— *Calidumque prioris*
Caede *recalfecit conſorti* ſanguine *telum.*

Ante Heinſium erat, *prioris.* Tacitus An. IV. 66. *ſuum* ſanguinem *perditum ibat.* Qui etiam Hiſt. IV. 17. huc ſpectare videtur: *miſeram ſervitutem falſo pacem vocarent.* Dein: *quid ſi Galliae jugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum* ſanguine, *provincias vinci.* Neſcio an ad amuſſim Salluſtianam exigenda ſint illa Livii II. 64. *pugnatum, ingenti* caede *utrinque, plurimo* ſanguine. Damnat verba *ingenti caede* quaſi inſititia Gronovius Paten. Et ſane *caedes* pro ſanguine ſaepius. Vide Horat. Od. II. 1. 35. Ovid. Met. IV. 125. At Cl. Jac. Gronov. per *caede*, occiſos, per *ſanguine*, vulneratos intelligit; at ejus rei nullum idoneum exemplum protulit, neque adeo potuit. *ſanguis* enim tam hos quam illos denotat. Poſſum, *ingenti caede utriuſque ſanguinis*, vel, *caede utrinque plurimi ſanguinis.* Sed nihil mutandum: ita enim I. 23. *incomus aliquam viam, qua uxri utris inferent*, ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriuſque populi, *decerni poſſit.* Utrumque ſervat alibi, nequis alterutrum ex interprete putet. II. *Pluſque ibi* ſanguinis *promiſcua omnium generum* caede, *quam in ipſa dimicatione factum.* Wasse in *Add.*

ATQUE ETIAM PRAESIDIO] Male, ni fallor, in Fabri & vetuſta editione, *praedio.* Carrio in *Add.*

MARCUM AEMILIUM CONSULEM DUCEM ET AUCTOREM SEQUIMINI] Livius libr. XXXIV. *clamitans, ut qui ſalvam rempub. vellent, auctorem & ducem libertatis ſequerentur.* Ciaccon. & Ursin. In veteribus numiſmatibus eſt *Aimilius*, ubi etiam, *Lutatius*, non *Luſtatius*; quo more poſteriorem hanc familiam ſcribendam eſſe, & antiquiſſima vetuſtatis monumenta, & Poëtae indicio ſunt. Scio quidem ſemel apud Silium Italicum legi *Luctatius*: ſed locum corruptum eſſe veteres teſtantur libri. Carrio.

DUCEM ET AUCTOREM] Evocationis formula, quae, non tam in puro pioque duello, quam tumultu aut diſcrimine repentino uſurpata eſt. Vide Donatum ad Eunuch. IV. 7. Servium ad AEneid. VII. 694. & VIII. 1. Livius XXXIV. 25. *clamitans, ut qui Remp. ſalvam vellent*, auctorem & ducem ſe libertatis ſequerentur. Formulam hanc, ſed mancam, habes apud Florum IX. 1. & Briſſonium II. pag. 211. infra: *bellum irritare.* Tacitus Hiſt. IV. 32. Suſpiciones *militum* irritavere. Ibi Nonius Merceri, *cauſſae ſe nactos rati.* Wasse in *Add.*

TUNC VERO ET POSCI, CUM CETERI] Videtur deeſſe nomen proprium ducis, quod ex his reliquiis, licet corruptis, concinnandum eſt, legendumque: *Tum V..... poſci, cum ceteri ejuſdem cauſſa ducem ſe nactos rati, maximo gaudio irritare.* Ciaccon. & Ursin.

BELLUM IRRITARE] Haud diſſimiliter Martialis meus, *Muſas*, *Phoebumque laceſſere*, dixit. Douza. Nonius *irritare* interpretatur, *provocare.* Apud quem vulgo eſt *cauſſa*, pro *cauſſae*, & in veteribus, *educere*, pro *& ducere.* Sed haec verba alii conjecturis ſuis adjectis turpiſſime foedarunt. *Irritare* autem per geminum *r* ſcri-

Curionem quaesivit, uti adolescentior, & populi suffragiis integer, aetati concederet Mamerci. *Priscianus lib.* X.

Philippus, qui aetate & consilio ceteros anteibat. *Servius lib.* IX.

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

Maxume vellem, P. C. rempublicam quietam esse, aut in periculis a promtissumo quoque defendi: denique prava incoepta consultoribus noxae esse. Sed contra, seditionibus omnia turbata sunt, & ab iis, quos prohibere magis decebat. Postremo, quae pessumi & stultissumi decrevere, ea bonis & sapientibus faciunda sunt. Nam bellum, atque arma, quamquam vobis invisa, tamen, quia Lepido placent, sumenda sunt. Nisi forte cui pacem praestare, & bellum pati consilium est.

XII.

scribendum esse idem ostendit Nonius: a canibus tractum docens, qui, cum provocantur, *irriunt*. Carrio.

Curionem, &c. aetati concederet Mamerci] Supra in Bello Jugurthae dixit: *Itaque Sulla, cujus facundiae, non aetati, a Manlio concessum, &c.* Ursin. Ex Prisciano lib. X. Videtur autem Curio se AEmilio Lepido opposuisse, & praeferri voluisse. *Quaesere* apud Sallustium & Tullium notavit Phocas: a quo verbo *quaesivit*, fortasse an dixerit Sallustius. In quibusdam libris est, *a populi suffragiis*. Carrio. Hoc est, qui honorum ad id usque tempus petitionis expers per Immaturam aetatem prensationibus publicis abstinuerat. Ita enim malo, quam ademta praepositione sententiam ex illustri obscuram efficere. *AEtati concederet Mamerci*: Sic in Jugurtha: *Itaque Sulla, cujus facundiae, non aetati, a Manlio concessum*. Per Mamercum porro Lepidus significatur. Mamercus enim AEmiliorum praenomen. Ceterum Curionem pariter cum Lepido Consulatum petisse ex hoc loco colligi potest. quem tamen non hoc, sed proximo anno DCLXXVII. simul cum Cn. Octavio primum adeptus. Neque illud praetermittendum, *Quaesivit*, in hoc Fragmento, pro *rogavit obsecravitque* positum esse, ab antiqui verbi formatione, *Quaeso, Quaesere*: ne quis praeteritum istud a *Quaero* derivandum, rei similitudine deceptus, falso porro sibi persuadere insistat, quod a mente Historici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocae qui *Quaesere*, apud Tullium & Sallustium nostrum lectum esse diserte notavit. Quod alii quo referrent ignorantes, verbum istud, ut Fragmentum, inter incerta Crispi insciti posuerunt. Douza. Locus hic in perveteri exemplari Prisciani ita scribitur, *Curionem quaesivit adulescentior & a populi suffragiis integer aetati concederet Mamerti*. Coler.

Philippus] A Servio lib. IX. AEneid. non expresso Historiae numero haec afferuntur, quae, quod fragmento proxime consequenti est L. Philippi oratio, huc pertinere non dubitavi. Carr.

Maxume vellem &c.] Oratio est L. Philippi in Senatu, ut bellum Lepido moventi resistat. Carrio. Confer, quaeso, hic mihi inter se capita illa rerum contraria, videbisque Reipubl. quietae aptissime seditionum turbas opponi; defensioni Reipubl. seditiones contra eorum hominum, quos maxime easdem prohibere decebat, prava denique incepta, tantum abesse dicit, ut consultoribus suis noxae, vel incommodi aliquid pariant, ut contra etiam a Senatu iis obtemperetur: quaeque pessimi ac stultissimi decreverint, ea bonis & sapientibus adversus animi sui sententiam sint exsequenda. Douza.

Aut in periculis a promt.] Utramque hanc praepositionem alii omiserunt; quam vero recte, ipsi viderint. Carrio. Ita olim emendavimus, & probant libri. Carrio in *Add.*

Ea bonis] Quidam, *ea nobis sapientibus*, non placet. Alii, *a bonis & sapientibus*, ne hoc quidem; cum a brevitate huius scriptoris alienum sit. Deinde opponit stultos sapientibus, bonos malis. Carrio. Sic omnes libri, male vulgo, *ea a nobis*, aut, *ea a bonis*. Carrio in *Add.*

Cui pacem] *Cui* pro *alicui*; nisi malis rescribere, *huic* vel *ei pacem*, Lepido scil. Haverc.

Pro,

XII. Pro, dii boni, qui hanc urbem, omiſſa cura, adhuc regitis; M. AEmilius, omnium flagitioſorum poſtremus, qui pejor an ignavior ſit,

PRO, DII BONI QUI HANC URBEM] Ita Codd. illud autem *qui* non ad deos imperii praeſides, ſed *Patres* (quos infra orat obſecratque Philippus, animadvertere) Criſpino referre placuit: unde vox *pro*, a ſequentibus *dii boni* plane ſejungitur, ut in illo Ovidii:

Oſcula, dii magni! *trans mare digna peti.*

Hoc eſt vel: *pro qui regitis*, & tum, contra L. Latinae Canones, deerit Caſualis dictio quae interjectionem ſequatur, vel, *pro dii boni, vobis dico, qui regitis*, & tum ſententia languebit, ut ne pejus dicam. Praeterea cur non idem tentet apud Terent. Adelph. III. 3. cujus verba, quia illi non male conveniunt, audiamus. *Pro Jupiter! hominis ſtultitiam.* Perge malis avibus ut fratrem tuum in eadem laude & palaeſtra *Canum*, in te concites? lepidum inter pariſſimos interpretes certamen fore auguror: neque enim *compoſitus melius cum Bitho Bacbius.* In errorem te impulit vox *omiſſa* cujus ſenſum ignoraſſe videris, quod idem valet atque *remiſſa* apud Comicum. *Tibi proſpexi & ſtultitiae tuae. Ubi te vidi* animo eſſe omiſſo, *& furvia in praeſentia Quae eſſent prima habere neque conſulere in longitudinem*, i. e. *negligenti.* Omiſſa cura ergo idem ſonat ac *omiſſa debita cura*, quo ſenſu voce *remiſſa* uſus eſt Tacitus An. XIV. 23. *ἀπιστοῦσι* Noſter, ut alias. *Quod utinam illum, cujus impio facinore in has miſerias projectus ſum, eadem haec ſimulantem videam: & aliquando aut apud vos, aut* apud deos immortales humanarum rerum cura oriatur. Quo etiam pacto Livius III. 56. *Deos tandem eſſe*, & non negligere humana *fremunt.* Attius Antig. *Jamjam neque dii regunt. Neque profecto deum ſummus rex omnibus curat.* Tacitus An. XIV. 12. *Quae adeo* ſine cura deum *eveniebant, ut multos poſt annos Nero imperium & ſcelera continuaverit.* Et Annal. XVI. 33. *Exitus omnibus fortuitis Aſclepiodotus*, aequitate deum erga bona malaque documenta. Plutarchus in Sylla p. 456. Θεοῖς μᾶλλον ἢ πρότερον μέλοντες. Immerito haec ob Chriſtianum nomen quaſi tum primum accidiſſe jactant Ethnici apud Arnobium I. *Ipſos etiam coelites*, derelictis aris *ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras, terrarum ab regionibus exterminatos.* & III. p. 106. *res perditas invenietis humanas*, & abjeciſſe clavum deos, *ſi modo illorum curam ſpectat, mortalium* regere *atque* adminiſtrare fortunas. Poteſt etiam alio torqueri haec ſententia, ſi *curam* pro affectu accipias: quaſi illi Vejoves poenis quam ſaluti mortalium invigilent. Neque enim minus regunt qui ita invigilant, quemadmodum per prophetam D. O. M. Ἕνεκα ὧντινες ἐγρηγόρωσιν ἐπ' αὐτὸν κακοῦσθαι καὶ κακῶσι, ἵνας &c. In hunc ſenſum Tacitus Hiſt. I. 3. *Nec enim umquam atrocioribus P. Rom. cladibus, magiſve juſtis judiciis approbatum eſt, non eſſe curae deis ſecuritatem noſtram, eſſe ultionem.* Etiam Poëta:

Felix Roma quidem, civeſque habitura ſuperbos;
Si libertatis Superis tam cura placeret,
Quam vindicta placet.

Sed haec opinor Salluſtius non ex animi ſententia dicit, ſed pro ea quam ſuſtinet perſona. En hominis mentem! VI. 59. *Namque mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino numine inviſi: neque bonum neque malum facinus cujuſquam pro nihilo haberi: ſed ex natura, diverſa praemia, bonos malosque ſequi. Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem praebet.* Pricaeus ex conjectura *forte dum*, at ille ſurdo canit. WASSE in *Add.*

QUI HANC] Τὸ *qui* non ad Deos, ſed ad Patres quos Philippus appellabat, refertur. Vide cap. XIV. *Quod ego vos oro atque obteſtor P. C.* WASSE.

OMISSA CURA] Comparanda ſunt inter ſeſe loca Salluſtii de ignavia S. R. illis temporibus. Vide quae Cato diſſerit ſupra in Catilin. cap. 52. Et mox §. 15. *Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam appellem: qui videmini, intenta mala, quaſi fulmen, optare ſe quiſque ne attingat, ſed prohibere, ne conari quidem.* Ceterum polluendam perdendamque Rempublicam non eſſe relinquendam iis, quorum haec cura & hoc munus eſt, praeter alios copioſe diſſerit M. Tullius in ea pro Sextio. Sed & in Piſoniana negat ullam eſſe excuſationem, non modo male ſentientibus, ſed ſedentibus, cunctantibus, dormientibus, in maximo Reipublicae motu, magnatibus, quibus ſcilicet gubernatio Reipublicae concredita eſt. Similiter idem noſter in Orat. de Rep. ordinanda C. Julio Caeſari aurem pervellit, ne clariſſimus Imp. Gallica gente ſubacta, P. R. ſummum atque invictum imperium tabeſcere vetuſtate, ac per ſummam diſcordiam dilabi patiatur. RUPERT.

ADHUC REGITIS] Vaticanus, *tegitis.* ſaepe eam in rem peccatum eſt. CARRIO in *Add.*

OMNIUM FLAGITIOSORUM POSTREMUS] In Epiſt. Mithridatis; *Poſtremus ſervorum Archelaus.* CIACC. Verba ſunt ex oratione L. Philippi in Senatu, quae ſimilia illis quae habentur in epiſtola Mithridatis, in qua eſt: *Poſtremus ſervorum Archelaus.* Paulo poſt cum in v. c. ſit: *Et ignoſcendo*

P. R.

ſit, deliberari non poteſt, exercitum opprimundae libertatis habet, & ſe e contemto metuendum effecit: vos muſſantes, & retractantes verbis, & vatum carminibus, pacem optatis magis quam defenditis: neque in-

P. R. magnitudinem auxiſſe, &c. Facimus legebat, *Populum Romanum*, non *populi Romani*, cui ſententiae non abſimilis illa in Bell. Catilinae: *Et accepta injuria ignoſcere, quam proſequi malebant. Sed uti labore atque juſtitia reſp. crevit.* URSIN. Sic in Epiſtola Mithridatis infra: *Poſtremus ſervorum Archelaus*: adumbratum (ut videtur) de exemplo illo C. Gracchi apud Agellium libro XV. *Omnium nationum poſtremiſſimum nequiſſimumque aeſtimatote.* DOUZA.

PEJOR AN IGNAVIOR] Sic dixit Corn. Tacitus *Invalidum ſenem T. Vinius & Corn. Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignaviſſimus, odio flagitiorum enervatum contemtu inertiae deſtruebant.* Ita enim locus ille Hiſtoriarum primo a libris vet. omnibus ſcribendus eſt, non autem voce illa *enervatum*, quod Rhenanus volebat, ſublata, aut quod docti viri tentarunt, in *enerabant*, mutata. CANTER. Eadem fere loquendi ratione uſus poſtea, quo loco nobis Cn. Lentuli naturam & mores duobus verbis, ac ſuo more, quaſi in ſpeculo cernendos proponit. Fragmentum ſic habet: *Perincertum ſolidior, an vanior.* DOUZA.

DELIBERARI NON POTEST] Hoc eſt, qui pejor an ignavior eſſe ſtatuam, neſcio. Idem valet ac *decernere, certum habere apud animum ſuum, conſulere alium*, & rarius, *dubitare*. Gloſſae, *deliberat* διχογνωμονεῖ, βουλεύ, ἀμφιταρεῖ. Cicero III. Verrin. *Iſte certe* ſtatuerat ac deliberaverat *non adeſſe*. Et, VII. Verrin. Certum *eſt* deliberatumque, etiam pro *dubitare*, *haerere* apud Livium VII. 35. *Neque enim maneatis, an abeatis hinc* deliberari poteſt, *quum &c. nihil vobis fortuna reliqui fecerit: famaque ac fiti moriendum ſit.* Juſtinus XLII. 4. *quem ultorem patris* &c. *futurum non* dubitabant. Ita quidem editi, ſed Codex B. Pub. & tres Bongarſii rectius *deliberabant*, quo infra utitur V. 3. M. Felix pag. 333. *Nos autem merito torqueri, qui Deum neſciunt, ut impios, ut injuſtos*, nemo deliberat. Quare immerito damnat hoc verbum Anna ad Q. Septimium I. 22. *Interim* deliberantibus cunctis, *quidnam & ubi eſſet, quod immolari juberetur.* Poſtremo, *alium conſulere* donotat. C. Nepos I. 1. *Delecti Delphos* deliberatum *miſſi ſunt*, qui conſulerent Apollinem, *quo potiſſimum duce uteretur.* Voces, *qui conſulerent Apollinem*, ex interprete eſſe, qui minus intelligebat vim *deliberant*, quo minus dubitem, auctor ipſe fuit qui ita inſit II. 2. *Miſerant Delphos conſultum quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, ut moenibus ligneis ſe munirent.* Auctor Alexandridos ined. in Praefat. *Tandem apud me* deliberatum eſt, *te in lucem eſſe proferendam.* Quod Philippum ſpectat, arguit ille hoc loco poſtremiſſimae patientiae Patres, quod injurias, vel ab ignaviſſimo, pati ſuſtinerent. Non abſimiliter Britanni apud Tacitum in Agric. *In proelio, fortiorem eſſe qui ſpoliet: nunc eb ignavis plerumque & imbellibus eripi domos, abſtrahi liberos, injungi delectas, tamquam mori pro patria neſcientibus.* WASSE in *Add.*

ET SE CONTEMTO METUENDUM EFFECIT] Legendum, *& ſe contemto metuendum efficit.* RIV. Ita Codd. quos firmat Tacitus An. I. 74. *Dedit exemplum, quod ſecuti, ex pauperibus divites*, ex contemtis metuendi, *perniciem aliis, ac poſtremum ſibi, invenere.* Modum loquendi ſervat Noſter Cat. IV. *ex pulcherrima peſſima ac flagitioſiſſima facta.* Jugurth. V. & alibi. Excerpta ex Polybio pag. 1378. Ἐξ ὀλιγάρχης μὲ βασιλείας ἐυδοκιμώτατα καὶ μεγίστην Μακεδόνων ἀρχὴν κατεσκάσαμεν. Supra, *exercitum opprimundae libertatis*, omiſſa *cauſſa* eleganter. Columella de Arbor. cap. V. *alteram quam vitis conſtituendae* cauſſa *ſubmittas, alteram ſubſidio habeas.* Codex Arondel. recte omittit *cauſſa*. Livius II. 22. *tuendae maritimae orae.* Sic Codex Cantab. infra: *Quid ille ob benefacta.* Plaut. *id ſi parate curavi ut caverem; Tum hoc mihi indecore, inique, immodeſte Datis dii! nam quid habebunt ſibi igitur impii Poſthac, ſi ad hunc modum eſt innoxiis bonor apud vos?* WASSE in *Add.*

MUSSANTES] Vide Indicem. A Graeco Μύζω eſſe videtur. *Menander*: Ἢ μὰ γαμεῖν ἐγώ, ἂν δ' ἄπαξ λάβω, φέρει Μίκωνα πολλὰ σιγῶντα, καὶ γυναῖκα δύο. Muſſantium morem egregie exprimit Lucanus I. 247.

Et tacito mutos volvunt ſub pectore queſtus.

Dein: genitu *ſic quiſque* latenti,

Non auſus rimiſſe palam: vox nulla doloris
Credita: ſed quantum, volucres cum bruma coërcet,
Rura ſilent, mediuſque jacet ſine murmure pontus,
Tanta quies.

Neque prorſus male Claudian. Ruff. I.

——— *Dejecerat amens*
Occultis odiis terror, tacitique *ſepultos*
Suſpirant gemitus *indignarique verentur.*

VATUM CARMINIBUS] Vide ſupra B. Catilin. cap. XLVII. WASSE. Thucyd. V. 103. Μαντικοῖς τισὶ καὶ οἷς ἐπῳδὰς ἔτι ἐῴζοντο.

intellegitis; mollitia decretorum, vobis dignitatem, illi metum detrahi. Atque id jure: quoniam ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob benefacta cepiſſet, cujus ſceleribus tanta praemia tribuiſtis? At ſcilicet, ii, qui, ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, gra-

ζειν, ἐκπέδως πεζορρήκις μόνης ἐπιλείπουσι αἱ φασιραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται), ΜΑΝΤΙΘΗΝ τε καὶ Χρεμωνίς, ἃς ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται. Infra: *quippe metu pacem repetentes quo habitam amiſerant.* Livius alicubi: *pari metu repetentes quo primitus amiſerant pacem: aeque ſegnes in repetendo atque in tuendo.* Wasse in *Addend.*

Atque id jure: quoniam ex rapinis conſulatum, ob ſeditionem provinciam cum exercitu sortitus est.] Unde perſpicue palam eſt hiſtoriae ordinem male in hac editione ſervatum, & Fragmentum, quod ſtatim porro a calce Orationis hujus ſequitur, ante eandem conlocandum eſſe. Id enim ſic habet: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur.* Uterque ſcilicet ad Provincias ſibi decretas: Lepido enim Gallia ulterior, Catulo ejuſdem collegae Italia ex Senatuſconſulto forte obvenerat. Senatuſconſulto dico, hoc enim Fragmento, quod poſui, praemittendum eſſe, videor ex Faſtis doctiſſimi Sigonii obſervaſſe; ita hunc (ni fallor) locum citantis: *S. C. fit, uti Lepidus & Catulus, &c.* Douza.

At scilicet, ii qui] Longe aliter veteres vulgati: *At ſcilicet iis, qui legatos, pacem, concordiam, & alii hujuſcemodi decreverunt: ad poſtremum uſque gratiam habeo peperiſſe.* Glareanus legit: *At ſcilicet iis qui ad poſtremum uſque legatos pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi pepererunt, gratias habeo peperiſſe.* neutrum alſequor: neque in hac lectione quicquam difficultatis ineſt. ſi quid tamen latet aliud, id fortaſſe ex ſcriptura vocis *habeo*, pro, *aveo*, veteribus vulgata, originem duxit. Carr. Locus mire corruptus, & quem, abſque veteribus libris ſit, non facile ſanaveris. pro *ii* omnes libri *eos*: pro *pacem*, Fabri & Briſcoheti, *ad patrem.* cujus etiam veſtigia ſunt in vetere editione; *poſtremum uſque ad legatos pacem*: verbis tranſpoſitis, pro *ab eo peperere.* Vaticanus & alii *habeo peperiſſe.* Corrigo: & prope abeſt, quin praemium correctioni decerni poſtulem: *Scilicet eos, qui ad poſtremum uſque legatos ad pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, gratiam ab eo peperiſſe.* Conciſa illa & plane Salluſtiana loquendi ratio; *ſcilicet peperiſſe*, (cujus ſexcenta apud Latinos exempla in mundo ſunt, in vulgus etiam doctiorum ignota) loco huic maculas adſperſit, & illud *habeo* pro *ab eo*, ſuppoſuit, ſic in oratione de Repub. *ſcilicet id certatum eſſe, utrius veſtrum arbitrio injuriae fierent.* uti nos correximus. Carrio in *Add.* In oratione Philippi libro primo Hiſtoriarum: *At ſcilicet, ii, qui ad poſtremum uſque, legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, gratiam ab eo peperere.* ſic conjectura fecit, qui Salluſtii fragmenta edidit: & addit, nihil in hac ſua ſignificatione difficultatis ineſſe, quaſi hac fine libri emendandi ſint. Veterum editionum ſcriptura paullulum immutata vera eſt: *at ſcilicet eos qui legatos, pacem, concordiam, & alia hujuſcemodi decreverunt, ad poſtremum gratiam ab eo peperiſſe. ſcilicet peperiſſe*, hoc eſt, ſcire licet peperiſſe. quod enim in his verbis, *aveo*, pro *habeo*, ſomniat collector fragmentorum, delirat. Ut *ſcilicet*, eadem ratione, *videlicet*, amat jungi infinitivo: & rationem volunt eſſe, quia ſit tanquam: ſcire licet, videre licet: verum mihi non probant. nam etiam *fortaſſe*, eo modo Titinius Veliterna:

Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret,
Nunc ejus voti condemnatus immolavit boſtiam.

Priorem verſum vel pueri emendent:

Fortaſſe votum feciſſe, q. d. l. f.

Ita Paenulo:

Fortaſſe medicos nos arbitrarier.

Sic enim lego: & plane mendoſe alii: *arbitratur.* Sed ut hoc taceam, poteſt enim eſſe *fortaſſis*, pro *forte an ſit.* quomodo, *forſit*, apud Virgilium & Propertium; quid de illo dicent Aululariae:

AEdepol ſenem Demaenetum lepidum fuiſſe nobis,
Ut aſſimulabat Saturam modeſte, quam facete.

Ita non dubitem quoque dicere: *Nimirum fuiſſe illum ſenem nequam*: quod Plautus Sticho iteravit: *videlicet fuiſſe illum nequam.* In oratione Memmii: *Nam & illis quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripitur: & vobis aeterna ſollicitudo remanebit, cum intelligetis aut ſerviendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam.* Scribo: *& vos alterna ſollicitudo remanebit.* Ut Horatius:

Te manet Aſſaraci tellus.

Idem:

Si tardiora fata te votis manent.

gratiam ab eo peperiſſe. Imo deſpecti & indigni Republica habiti, praedae loco aeſtumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiſerant. Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos accerſiri, largitionibus rempublicam lacerari videbam, maturandum putabam, & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum.

XIII. Caeterum illi, qui gentis AEmiliae benefacta extollebant, & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum Lepidum progreſſum videbant; cum privata arma opprimundae libertatis cepiſſet, ſibi quiſque opes aut patrocinia quaeſendo, conſilium publicum corruperunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus & pau-

Ita quidem malim: ſed Catullus etiam cum dandi caſu uſurpat:

Sceleſta, te ne? quae tibi manet vita?

Virgilius:

O mihi tam longae maneat pars ultima vitae.

Hoc ergo ambiguum hic relinquetur, quo caſu Salluſtius uſus ſit. PALMER. Palmerius in Spicilegiis ſuis legendum contendit: *At ſcilicet eos, qui legatos* &c. Probe quidem, ſed ex ingenio tantum. Carrionis quoque libri neſcio quid hic turbaverant. COLER.

GRATIAM AB EO PEPERERE] Ita eſt in nuperis editionibus, ſenſu ſatis perſpicuo: ſed quoniam cum in impreſſis, tum calamo exaratis libris lectiones mirifice variant, ſuſpicor locum levi immutatione & addito pronomine reſcribendum ex veſtigiis veteris ſcripturae: *Gratiam ab eo reperere ſibi.* cui phraſi prorſus conſimilis, ne dicam gemina, eſt Plautina illa in Prologo Rudentis: *Veniam ſibi invenire a diis.* Sed & Plinius alibi: *Gratiam invenire*, ſcripſit. Neque eſt quod quemquam moveat vox illa *ſibi* pro ſupplemento adſcripta. cui conjecturae meae primitus occaſionem praebuit lectionis ejus affinitas, quae in aliis libris concepta legitur ad hanc faciem: *Gratiam habeo peperiſſe.* Scin', quid ſuſpicer? nempe aliquem ex Salluſtianis exſcriptoribus compendium notarum facere voluiſſe; & ſecundam verbi ſyllabam contruncatam abbreviaſſe ad hunc modum: *Peperere ſibi.* atque hinc porro aliis atque aliis ſuccedentibus geminas voces coaluiſſe in unam, unde *peperiſſe* iſtud natum denique. DOUZA. Omnes tentantur in MSS. eſſe *peperiſſe.* Recte igitur Palmerius Mellerus, *At ſcilicet eos, &c. peperiſſe.* Adi librum III. Obſerv. cap. 9. Gronov. WASSE.

INDIGNI REPUB.] Meſſus elocutionum exemplo: *indignus*, inquit, *hac re. Salluſtius libro primo Hiſt. indigni rep. habiti.* CARRIO.

PROSCRIPTOS ACCERSIRI] Vaticanus, *proſcriptos accerſi.* ſic alibi in eodem Salluſtio libros in eadem voce variare meminimus. CARRIO in *Add.*

EXTOLLEBANT] *Extollebant*, & (*dicebant*) *magnitudinem* P. R. *creviſſe ignoſcendo.* CRISPIN.

ET IGNOSCENDO POPULI ROM. MAGNITUDINEM AUXISSE] In ſcripto libro eſt: *Et ignoſcendo pop. Rom. magnit.* Faërnus legebat, *populum Rom.* Forte ex Catilin. de populo Rom. *Et accepta injuria ignoſcere quam perſequi malebant. Sed ubi labore atque juſtitia reſpub. crevit.* CICC. Dignum nota, *Auxiſſe* κακόζηλον, pro *Auctum eſſe.* Catonis & veterum exemplo. De quo dixi ad Tacitum. Lipſ. IV. Ep. Q. 14. de re ipſa v. Voſſ. II. Inſt. Orat. p. 218. & lib. I. p. 153. RUPERT.

LEPIDUM PROGRESSUM VIDEBAT] Scribe: *qui gentis AEmiliae benefacta extollebam, & ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe, nuſquam etiam tum Lepidum progreſſum dicebam.* Poſſes etiam, *populum Romanum*; ſed *auxiſſe* dicit, pro auctam eſſe, ut Cato: *Eo res eorum auxit.* GRONOV.

ET CUM PRIVATA] Vocem &, de conjectura ſuſtulimus. laudant libri veteres, & alioqui nequaquam ſibi conſtabit ſententia. qui, inquit, extollebant bene facta gentis AEmiliae, quique ajebant pop. Romani magnitudinem auxiſſe ignoſcendo, & Lepidum etiam tum nuſquam progreſſum; ii, cum arma private opprimundae libertatis cepiſſent, conſilium publicum corruperunt. CARRIO in *Add.*

AC TUM ERAT LEPIDUS LATRO CUM CALONIBUS ET PAUCIS SICARIIS, QUORUM DIURNA MERCEDE VITAM NON MUTAVERIT] Ita hunc locum citat Scaliger ad Catullum. Senſus videtur eſſe: quorum vitam adeo vili aeſtimat, ut eam ne mercede diurna velit mercari. RUPERT.

ATTAMEN ERAT LEPIDUS] Vaticanus, *At tum erat.* CARRIO in *Add.*

Quo-

paucis ſicariis; quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit: nunc eſt proconſul cum imperio; non emto, ſed dato a vobis, cum legatis adhuc jure parentibus; & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi; flagrantes inopia & cupidinibus, ſcelerum conſcientia exagitati: quibus quies in ſeditionibus; in pace turbae ſunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ferunt; Saturnini olim, poſt Sulpicii, dein Marii Damaſippique, nunc Lepidi ſatellites.

XIV. Praeterea Etruria, atque omnes reliquiae belli adrectae: Hiſpaniae armis ſolicitatae: Mithridates, in latere vectigalium noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circumſpicit: quin, prae-

QUORUM NEMO] Glareanus: *nemo diurna mercede vitam mutaverit.* aliique: *quorum nemo diuturna mercede vitam mutaverit.* atqui contra, ſentit Philippus eos vel diurna mercede conductos, vitam etiam nihili facturos. CARRIO. Ita Libri, ſuſpicabar *diurnis*, nam *diurna*, pro *dimenſa*, quae ſervis in diem exhibentur, uſus eſt Seneca Epiſt. LXXXI. Diurnum *accipit*, *in centunculo dormit.* Atque ita, ſed alio ſenſu, Tacitus Ann. XVI. Ita etiam Graeci ſuum ἐφημέριον. Plutarchus alicubi: ἐφημερία ζωή. Et Suetonius Calig. XI. adjungit *quaeſtibus. Ex gerulorum* diurnis quaeſtibus *pars octava.* & *victum* Ner. XXXVI. *alios* diurnum victum *prohibitos quaerere.* Qui *diurna* pro *in diem* poſuit Ner. XXX. *mercedem* vero retinet Ambroſius Epiſt. VI. *ſicut mercenarius* diurnam mercedem *quaerere.* Claudian. de B. Gild. 75.

——— *gaudetque* diurnos,
Ut famulae, praebere cibos.

Corippus:

Vix *nobis* vitae *conſtant alimenta* diurnae
Afflictis, quae longa dies longoque labore
Sors quaeris, parvoſque cibos ſub nocte reponit.

Et alibi:

Qui nec cauda rei cultu *eſt ornanda* diurno.

Noſter Catilin. XLIX. *Plebes &c. cui omnes copiae* in uſu quotidiano *erant.* Scaliger ad Catullum: *vitam non mutaverit.* WASSE in *Add.*

CUM LEGATIS ADHUC JURE PARENTIBUS] Ex eadem Oratione haec quoque ſunt. Sed illud, *adhuc*, licet in Vet. Cod. ſit, videtur tamen in, *adhoc*, mutandum, quo alibi Salluſtius, pro *praeterea*, uſus eſt. Paulo poſt ad illa: *Bellum ex bello ferunt*, facit id, quod habetur in Epiſtola Mithridatis: *Bella ex bellis ferendo magni facti.* Livius quoque eodem modo dixit lib. XL. *Ex bellis bella feruntur.* & Tacitus lib. XXI. *Proelia ferere.* Quod vero ſequitur apud Salluſtium: *Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. &c.* rectum eſt. nam ita V. C. habet, & ita infra locutus eſt Salluſtius, cum ait: *Quod ego vos moneo, quaeſoque ut animum, &c.* Item pro, *armis ſollicitatae.* Vett. Codd. habent, *armis ſolicitae.* URSIN.

ET AD EUM CONCURRERE HOMINES OMNIUM ORDINUM CORRUPTISSIMI] Tales in caſtris Caeſaris fuiſſe, fatetur infra in d. Orat. I. ad Caeſarem de Rep. ord. RUPERT.

CUPIDITATIBUS] Venetum, *cupidinibus.* id Salluſtianum magis eſt. RIV.

QUIES IN SEDITIONIBUS] Quia tunc ſolum contenti ſunt. WASSE.

BELLUM EX BELLO FERUNT] Perperam alii *ferunt.* RIV. Sic in Epiſt. Mithridat. *Bella ex bellis ferendo magni facti.* Livius libr. XL. *Ex bellis bella feruntur.* Et Tacitus *proelia ferere*, dixit Hiſt. V. CIACCON.

SULPICII] Nam P. Sulpicius, tribunus plebis, auctore C. Mario pernicioſas leges promulgavit, ut exules revocarentur, & novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, &c. qui cum in quadam villa lateret, indicio ſervi retractus & occiſus eſt. Servus ob mercedem manumiſſus eſt, ſed ob infidelitatem ſaxo dejectus. BADIUS.

MARII] Vide ſupra Jugurth. cap. LXIII. BAD.

DAMASIPPI] Vide ſupra Cat. cap. LI. vel lege, *Damacii.* Nam Lucius Damacius praetor ex juſſu Marii omnem nobilitatem, quae in urbe erat, trucidavit. BADIUS.

HISPANIAE ARMIS SOLICITATAE] *Solicitae*, eſt in duobus ſcriptis exemplaribus. CIACCON. Fabri & Briconeti, *armis ſollicitae.* CARRIO in *Add.*

MITHRIDATES] Vide ſupra FR. I. 4. WASSE.

praeter idoneum ducem, nihil abeſt ad ſubvertendum imperium. Quod ego vos oro, atque obſecro P. C. ut animadvortatis; neu patiamini licentiam ſcelerum, quaſi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos praemia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. An exſpectatis, dum, exercitu rurſus admoto, ferro, atque flamma Urbem invadat? quod multo propius eſt ab eo, quo agitat, ſtatu, quam ex pace & concordia ad arma civilia: quae ille advorſum divina & humana

na

QUIN PRAETER IDONEUM DUCEM NIHIL ABEST AD SUBVERTENDAM REMP.] Vide, ut Mamercum faſtidioſe & contemtim conterat Philippus, cui ne id quidem dignum habet tribuere, quem pro idoneo duce ad Remp. evertendam agnoſcere velle videatur. DOUZA.

QUOD EGO VOS ORO] Sic alibi: *Quod ego vos moneo quaeſoque, ut minus.* CIACCON.

NEU PATIAMINI] Iidem libri, *ne patiamini*, noſtra lectio a Vaticano eſt. CARRIO in *Add.*

QUASI RABIEM] Forte, *quaſi tabem.* frequenter enim ea ſimilitudine utitur noſter Salluſtius. Sed in re incerta nihil aſſevero. CARRIO. *Quaſi tabem*, conjecit Carrio, non male. Alibi enim utitur Auctor hac ſimilitudine. WASSE.

AD INTEGROS PROCEDERE] Supple de Vaticano aliiſque membranis, *ad integros contactu procedere.* nihil elegantius. CARRIO in *Add.*

AN EXSPECTATIS DUM EXERCITU RURSUS ADMOTO, FERRO, ATQUE FLAMMA URBEM INVADAT] Hoc contra hiſtoriae fidem eſſe omnia veterum monumenta conſentiunt. Neque enim Lepidus ante poſtremam expeditionem illam, & pugnam commiſſam cum Catulo, qua victus deſerta Italia in Sardiniam refugit, ad Romana moenia exercitum umquam admoviſſe legitur: nedum ut urbem ferro & flamma invaſerit. Unde mihi dubium non eſt, quin *invadant*, legi atque emendari debeat. Quod ſi mihi Critici concedant, referendum erit ad homines illos omnium ordinum corruptiſſimos, veris ſupra coloribus a Philippo depictos, Cinnanos puta, & Marianos ſatellites, quorum in patriam reditu quantum civilis ſanguinis exhauſtum fuerit, Plutarchus, Appianus, Eutropius teſtes, poſtremo omnes veteres Memoriae. DOUZA. Illud *rurſus* pertinet tantum ad vocem *admoto*, non autem ad ea quae ſequuntur: *ferro atque flamma urbem invadat.* Et certum eſt ex hac ipſa Oratione, Lepidum, antea exercitum opprimundae libertatis habuiſſe. *Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proſcriptos accerſiri* &c. Deinde: *At tum erat Lepidus latro, cum caloribus & paucis ſicariis.* Ball. pro *tum* legit; *tamen.* Et hoc eſt quod ait, *privata arma cepiſſe*, nempe quia non erat cum imperio, & legatis jure parentibus. Quo loco Balliol. pro *videbant* habet, *ajebant.* Quod ſi Lepidus numquam antea ductaſſet exercitum, tamen illud *rurſus* aeque competeret ejus militibus; imo de iis uſurpat Auctor infra: *Agite, uti lubet; parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt:* & rurſum advorſum *deos penates armare.* WASSE in *Add.*

QUOD MULTO PROPIUS EST AB EO QUO AGITAT STATU] Cicero Tuſcul. I. *Antiquitas quae quo propius aberat ab ortu & divina progenie.* Et ad Attic. lib. I. *quoniam propius abes.* Sed Plin. lib. XIV. cap. 4. *Tam prope*, inquit, *ab origine rerum ſumus.* CIACC. Ex eadem item oratione haec quoque ſunt, quibus non abſimilia illa Plinii lib. XIV. cap. 4. *Tam prope ab origine rerum ſumus.* Cicero tamen lib. I. Tuſcul. dixit: *Antiquitas, quae quo propius aberat ab ortu & divina progenie.* Et in Epiſtola quadam ad Atticum lib. I. *Quoniam propius abes.* Item pro, *qui ademtam negat*, V. C. habet, *quibus ademtam*, &c. & pro *luctus curae ſunt*, videtur melius, *curae ſint.* URSIN. Ball. om. *ego*, & *contactu*, male utrumque. Qui hunc locum abſque meliorum Codd. ope in integrum reſtituere ſperat, ille εἰς ἀπορώτερον δυνάμεως βάλαθον ἐλπίζει. Senſus tamen eſſe videtur hujuſmodi. An expectatis dum ferro atque flamma urbem invadat? quod multo (urbi) propius eſt ut accidat a mala Patrum adminiſtratione quam (eidem prope eſt) ex pace & concordia, quae nomina ſceleri ſuo indidit (ire) ad arma civilia: i. e. *ire adverſus* arma civilia: quae ille advorſum divina & humana omnia coepit. vel, *ire ad* i. e. in *arma.* WASSE in *Add.*

QUAM EX PACE ET CONCORDIA AD ARMA CIVILIA] Scriptura haud dubie mendoſa, & quam juxta cum ignariſſimis intelligo: niſi tamen totus locus interpolandus, & fortaſſe in hunc modum conſtituendus: *Quam ad pacem & concordiam ab armis civilibus:* ſententia apertiſſima, quam tamen abſque libris auctoribus integram & ſince-

ram

na omnia cepit, non pro ſua, aut quorum ſimulat injuria, ſed legum ac libertatis ſubvertundae.

XV. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu; expers conſilii, inquies: haec atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur veſtra ſecordia. Neque mihi ſatis conſilii, metum, an ignaviam, an dementiam eam adpellem: qui videmini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſque ne adtingat, ſed prohibere ne conari quidem. Et, quaeſo, conſiderate quam converſa rerum natura ſit. Antea malum publicum,

ram eſſe, nondum ſatis acceptum eſt mihi. Douza.

Angitur enim] Vaticanus, *agitur enim*. Carrio in *Add.*

Satis consilii] Malae operae omiſerunt, *eſt*. Carrio in *Add.*

Qui videmini intenta mala quasi fulmen, optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem] Ab aliquo illuſtri Scriptore Graeco haec ſententia ſumta videtur. Tacit. Annal. III. *Ob intenta pericula*. Ciaccon. Fulmina enim feralia habebantur; & qui locus fulmine tactus, *bidental* appellabatur. Gloſſarii auctor recte expoſuit: *Bidental*, τόπος κεραυνόπληξ. Quin Perſius ipſum hominem κεραυνοπλῆγα *bidental* vocat:

Triſte jaces lucis, evitandumque bidental.

Bidental autem vocatur, quod talibus locis ovibus ſive bidentibus ſacrificia fierent. Artemidorus lib. II. ὁ κεραυνὸς τὰ ἄσημα καὶ χαμαὶ ἱστάμενα ποιεῖ λέγειν τὰς συμφοράς, ἢ τὰς ἐν αὐτῇ γινομένας θυσίας. Graeci *bidental* vocant ἐνάλσιον. Gloſſae Graecorum: Ἐνάλσια, τὰ καθαγισθέντα χωρία. Nam σκηλίς, *fulgur*. Scalig.

Quasi fulmen] Optare tantum ne attingat fulmen, nec fuga aut tecto prohibere, credo, *dementiam* vocat, quia coelitus tangendi ſunt divinitus amentes. Ex Tageticis libris. Ammian. XVII. 12. *Vejovis fulmine nos tangendos adeo bebetari, ut nec tonitru nec majores aliquos poſſint audire fragores.* Iiſque alludit XIV. 11. *Utque manum injectantibus fatis bebetari ſenſus hominum & obtundi.* Corrige obiter Auguſtinum Ep. XXI. pro *Orpheicis atque Ageticis* lege *Tageticis*. Plinius Hiſt. Nat. XI. 54. *Quati prius omne & afflari quam percuti: nec quemquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitru audierit.* De Turno Virgilius:

Sed neque currentem ſe nec cognoſcit euntem,
Tollentemve manu, ſaxumve immane moventem.

Quae Cerdanus aliique ad timorem male referunt. Hos ſequitur Statius Theb. II. 564.

——— ſtupet *obvia letho*
Turba ſuperſtantem, atque emiſſi turbine montis
Obruitur,

Et IX. 850.

——— *urgent praeſagia mille*
Funeris, & nigrae praecedunt nubila mortis.

Infra:

Jam non ira ſubit, letbi ſed nuncius horror.

Et, 470.

Qui tremor illicita coeli de lampade tactos,
Hic fixit juvenem, pariterque horrore ſub uno
Vox, acies, ſanguiſque perit.

Pracivit in his, ut aliis fere omnibus, divinus poëta Iliad. XVI. 805.

——— Σαρπηδόνιον δέ οἱ ἄστυ &c.
Τὸν Ἄτη φρένας εἶλε, λάθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα.

Certe Quinto Smyrnaeo, qui I. 588.

——— Πάλλαντος μάκαρες φρένας ἐξέλοντο
Καὶ νόον, ὄφρα σφιν κῆρες ἀμείλιχοι ἀμφιχάνοιεν.

Noſter autem Demoſthenem ſequi mihi videtur, III. Philipp. p. 48. Ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες οἱ Ἕλληνες ἀνέχονται· ἢ τί φήσομεν, ὥσπερ οἱ τὰ χάλαζαν, ἐκείνην ἀπεύχεσθαι δυνᾶσθαι· ἀλλ' ἕκαστοι μὲν καθ' ἑαυτὸν ἴσασι χρῆναι· κωλύειν δ' οὐδεὶς ἐπιχειρεῖ. Ambroſius ad Theodoſ. V. Ep. 29. *Ego ipſum uſurpatorem imperii ita* vinxi, *ac* mentem *ejus* ligavi, *ut cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus ſuis, tanquam metuens, ne quis tibi periret, ipſe ſe clauderet.* Wasse in *Add.*

Sed prohibere ne conari quidem] Belle de Graecis, quibus immincbat Philippus Macedo, Demoſthenes Philippica III. *Illi Graeci haec tolerant; eodemque modo, quo qui grandinem (ut mihi quidem videtur) ſpectant: optat quiſque, ne in ſuos agros deferatur: prohibere conatur nemo:* Quam imaginem quis non videt imitatum hic eſſe Salluſtium? Rupert.

Prohibere] Antea, *prohibete*. a conjectura noſtra ſtant omnes libri. Carrio in *Add.*

cum, occulte; auxilia palam inſtruebantur, & eo boni malos facile anteibant: nunc pax, & concordia diſturbantur palam: defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis ſunt; vos, in metu. Quid exſpectatis? niſi forte pudet aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait ſua cuique reddi, & aliena tenet: belli jura reſcindi, cum ipſe armis cogat: civitatem confirmari, quibus ademtam negat: concordiae gratia plebei tribuniciam poteſtatem reſtitui, ex qua omnes diſcordiae accenſae.

XVI. Peſſume omnium, atque impudentiſſime, tibi ne egeſtas civium, & luctus curae ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partum, aut per injuriam? alterum conſulatum petis, quaſi primum reddideris: bello concordiam quaeris, quo parta diſturbatur: noſtri proditor, iſtis infidus, hoſtis omnium bonorum. Ut te neque hominum, neque deorum pudet, quos

PUDET] *Dicimus*, inquit Servius lib. IV. AEn. *piget me facere, & pulet me feciſſe: quae tamen interdum a Salluſtio ſimul ponuntur.* CARRIO.

ANIMOS MOVENT] In V. C. *animos movere.* Quae forma loquendi Terentio perfamiliaris eſt. URSIN. Scribe, *animos movere.* Sic enim in membranis eſt. CARRIO in *Add.*

QUI ADEMTAM NEGAT] Veteres illi libri *quibus ademtam.* CIACC. Omnes libri, *quibus ademtam.* CARRIO in *Add.* In codice Puteani eſt: *quibus ademtam negat.* hinc legendum propone: *civitatem confirmari qui civibus ademtam negat.* PUTSCH. *Adeptam* reponit Criſpinus contra libb. utrumque abeſt Ball. nec male, *reddere conſulatum*, hoc eſt, vel *reddere rationem rerum in eo geſtarum*, vel, quod potius cenſeo, *abdicare ſe Conſulatu*: & reddere omnem illam poteſtatem quam a plebe accepit. Quo ſenſu Tacitus An. IV. 9. de Tiberio: *ad vana & totiens inriſa revolutus*, de reddenda Repub. *utque conſules, ſeu quis alius, regimen ſuſciperent.* Supra, pro *ſocordia* Ball. *ſecordia.* infra: *plebei Trib. poteſtatem* legit Priſcian. pag. 704. WASSE in *Add.*

PLEBEI] Haec vox ab omnibus editis libris exſulat. eam tamen & veteres recipiunt codices, & Priſcianus agnoſcit. qui lib. VI. a *plebe* tertium caſum *plebei* eſſe docet, atque hoc teſtimonio e libro Salluſtii primo ſuam confirmat opinionem, nihil ut neceſſe fuerit novum, hoc eſt aliud fragmentum, ſtatui. CARRIO.

ET LUCTUS CURAE SUNT] Potius legerem *ſint.* CIACCON.

NOSTRI PRODITOR] Sic in Oratione Cottae infra: *Nam ſi patricida veſtri ſum.* DOUZA.

ISTIS INVIDUS] Libri duo, *iſtis infidus.* CIACC. Haec quoque ex eadem Oratione. Sed Vett. Codd. pro *invidus*, habent, *infidus.* & fortaſſe verius; nam illud F. digamma poſitum pro litera *v*, opinatus fortaſſe librarius pro *f.* poſitum eſſe, ex *infidus* fecit, *invidus.* Sic ex *vides* apud Ciceronem, factum eſt *fides.* URSIN. Optime idem codex, *iſtis infidus.* opponit proditorem infido. PUTSCH. Probo ſcripturam Vaticani, *iſtis infidus.* e pronunciatione litterarum *v* & *f*, macula in hoc loco inolevit: eleganter enim cum dixiſſet, *noſtri proditor:* ſubjunxit, *iſtis infidus.* ut utrique parti eum parum amicum & fidum eſſe velit. CARRIO in *Add.*

HOSTIS OMNIUM BONORUM, UT TE NEQUE HOMINUM, NEQUE DEORUM PUDEAT, QUOS PERFIDIA, AUT PERJURIO VIOLASTI] Hoc eo ſpectare videtur, quod Lepidus, cum legem, Sulla mortuo, de Actis ejus reſcindendis promulgaſſet, ut qui a Sulla proſcripti fuerant, & civitatem, & bona ſua recuperarent; cumque eidem Catulus collega, ceterique obnixe adverſarentur, re in concionibus agitata, Lepidus a Senatu ſacramento adactus, bellum ſe patriae non facturum, in Galliam ulteriorem, quam ſortitus erat, profectus, ad Comitia, tamquam exacto conſulatu ſuo bellum illaturus, non venit. Appianus, Florus. Atque hoc eſt, quod perfidiam & perjuriam Lepido objectat Philippus. DOUZA.

DEORUM PUDEAT] Vett. Codd. habent, *pudet*, quo modo Terentius loquitur, cum ait: *Ut nihil pudet.* Item, pro *quos perfidia, aut perjurio violaſti*, in Vett. Codd. eſt: *quos perfidem, &c.* & ſic locutus eſt Livius lib. I. cum dixit: *cujus ad ſo-*

len-

quos perfidia aut perjurio violaſti! qui, quando talis es, maneas in ſententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in ſolicitudine retineas. Neque te provinciae, neque leges, neque Dii Penates civem patiuntur. Perge, qua coepiſti, ut quam maturrume merita invenias. Vos autem, P. C. quouſque cunctando Rempublicam intutam patiemini, & verbis arma tentabitis? Delectus advorſum vos habiti; pecuniae publice, & privatim extortae; praeſidia deducta atque inpoſita; ex lubidine leges imperantur: cum interim vos legatos & decreta paratis.

XVII.

lenne, ludoſque per fas & fidem decepti veniſſent. Ursin. Ita malo, quam *pudent*. cujus locutionis exempla ſunt in promtu. Carrio.

Quos perfidia aut perjurio violasti] Libri Vett. *per fidem aut perjurio.* Livius I. *Cujus ad ſolemne ludoſque per fas ac fidem decepti veniſſent, &c.* Ciaccon. Ex fide codicis Vaticani, quem *Gruterus* inſpexit, legendum eſt, *quos per fidem aut perjuria*, hoc eſt, per fas ac nefas. Notiſſima hominum malitia, per fidem violare. Livius lib. I. cap. 9. *Deumque invocantes, cujus ad ſolenne ludos, per fas aut fidem decepti veniſſent.* Sic Caeſar lib. I. de B. Gall. c. 26. dixit, *per fidem circumveniri.* Plautus Moſtell. II. ſc. 2. *Per fidem ſum deceptus.* Liv. lib. VI. c. 29. *Adeſte, dii, nobis per veſtrum nomen deceptis.* Quaſi diceret, Veſtrum nomen hamus fuit, quo inuncaremur. Idem lib. XXVIII. c. 25. f. *Major pars per fidem violati colloquii poenas morte luerunt.* Sen. c. 3. de Providentia: *Multa millia civium Romanorum uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem, trucidata.* Rupert.

Perfidia aut perjurio] Vaticanus, *per fidem aut perjurio.* omnino Salluſtiane. Carrio in *Add.*

In solicitudine retineas] Vetus editio & Fabri, *in ſolicitudine attineas.* Carrio in *Add.*

Neque te provinciae, neque leges neque Dii Penates civem patiuntur] Sententia poſcere videtur, ut *patientur* legamus. Douza.

Perge qua caepisti] *Qua caeptas*, libri habent. Ciaccon. & Carrio in *Add.*

Quam maturrime] Tacit. Annal. V. *ut templum Divo quam maturrime publica pecunia poneretur.* Et noſter infra: *Uti Lepidus & Catulus decretis exercitibus quam maturrime proficiſcerentur.* Et Caeſar lib. I. Bell. Gall. Alia exemplaria hic *maturiſſime.* Citat Chariſ. libr. II. in *maturiſſime*, M. Catonem Dier. dict. de conſ. ſuo: *Item, uti a Thermopylis atque ex Aſia maximos tumultus maturiſſime diſjeci atque conſedavi.* Vide eundem in *Maturrime.* Ciaccon. Ex eadem oratione haec quoque ſunt. Chariſius lib. II. docet Catonem ſimilia quaedam protuliſſe in Oratione dierum dictarum de conſulatu ſuo, a quo Salluſtium illud, *maturrime* accepiſſe verſimile eſt. Catonis verba ſunt haec: *Item, uti a Thermopylis atque ex Aſia maximos tumultus quam maturrime diſjeci, atque conſedavi, &c.* Inde Tacitus lib. XV. *Ut templum Divo quam maturrime publica pecunia poneretur.* & rurſus Salluſtius ipſe paulo poſt in fragmento: *Uti Lepidus & Catulus decretis provinciis quam maturrime proficiſcerentur.* Ursin.

Rempub. intutam] Ald. *inultam legit.* Tacitus Hiſt. III. *non intuta moenium firmare*, dixit. & Hiſt. I. *proinde intuta quae indecora.* Ciaccon. Ex eadem item Oratione haec ſunt. *Remp. intutam.* Alii vero pro, *intutam*, legunt, *inultam.* Sed nihil mutandum. nam Caeſar lib. I. de Bell. Gall. uſus eſt ea voce, & Tacitus libr. XIX. cum dixit: *Non intuta moenium firmare.* Ursin.

Delectus] Vide ſupra Bell. Catil. cap. XXXVI. Wasse.

Ex libidine leges imperantur, &c.] Pro quo libentius legerem, *ex libidine leges imperatae*; nam verbum, *inpoſita*, jam praeceſſit, licet rectum ſit, & ſupra dixerit: *Annuite legibus inpoſitis.* Ursin. Haec temporum mutatio mihi non leviter ſuſpecta eſt: unde fit, ut legendum autumem: *Leges imperatae.* Douza.

Legatos et decreta paratis] Demoſthenes Philip. I. p. 58. ἃ δεῖ ὑμᾶς ἀρίστην χειροτονῆσαι, ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασιν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Infra: *quanto avidius pacem petieritis.* Livius e contra, VI. 18. *Oſtendite modo bellum, pacem habebitis: videant vos paratos ad vim, jus ipſi remittent.* Voces, *praeſidia deducta atque inpoſita*, exulant Balliol. Infra: *nam qui turbas*, hoc eſt: *nam is qui dicit*, vel, *quicunque dicit.* Wasse in *Add.* In Waſſiana Ed. quoque per incuriam omiſſae voces, *praeſidia deducta atque inpoſita.* Havercamp.

Et

XVII. Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: cum intelleget ſe metu magis, quam aequo & bono ſuſtentatum. Nam, qui turbas, & caedem civium odiſſe ait, & ob id, armato Lepido, vos inermos retinet, quae victis toleranda ſunt, ea, cum facere poſſitis, patiamini potius cenſet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadet. Haec ſi placent; ſi tanta torpedo animos obpreſſit, ut obliti ſcelerum Cinnae, cujus in Urbem reditu, decus, atque ordines omnes interierunt, nihilo minus vos, atque conjuges, & liberos Lepido permiſſuri ſitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni Rempublicam fruſtra curant. Agite, uti lubet; parate vobis Cethegi, atque alia de-

Et quanto] *Et*, deeſt vetuſtae editioni Fabri & Briconeti. Carrio in *Add.*

Nam qui turbas, et caedem civium odisse ait, &c.] Si quis penitius loci hujus conſtructionem ac ſententiam inveſtiget, nec illi facile odorari fuerit, vel ex poſteriore periodo tantum, numeri rationem in verbis illis tribus: *ait*, *retinet*, *cenſet*, perperam a ſciolis inverſam eſſe. quod tamen a nato nemine uſque adhuc animadverſum demiror; praeſertim cum ejus rei ipſos commoneſacere potuerit numeri illius diverſitas, quae in iſto argutiſſimo epiphonemate comparet: *Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum ſuadent.* In quo enarrando quomodo iſti ſibi ſatisfecerint neſcio; hoc ſcio lectionem receptam & ſecum & cum Salluſtiana elegantia pugnare. Nam quae, obſecro, locutionis ratio ſit illa? Lepidus, armato Lepido, vos inermes retinet. Quocirca vel meo periculo (neque enim capitis res eſt) fidenter caſtigandum pronuncio. *Nam qui turbas, &c. c. o. ajunt, & ob id a. L. v. i. retinent; quae v. t. ſ. e. q. f. p. p. p. cenſent.* Non enim de Lepido, ſed de factioſis Lepidi fautoribus, quos ipſe ſatellites indigitare amat, intelligendum. Douza. Cortii Editio *ſuadet*, quod praetuli, licet nulla a Cortio lux pro ſtabilienda lectione. Scilicet *vobis illi* tertius eſt caſus ſingularis numeri, non primus pluralis, quod alios decepiſſe videtur. Havercamp.

Armato Lepido vos inermes retinet] MSS. libri, *inermos*. Ciaccon. & Ursin. Vaticanus, *inermos*, de quo alibi. Carrio in *Add.*

Torpedo animos oppressit] Priſcianus, hunc locum ex I. Hiſt. recitans, ita legit. Apud Nonium vero in verbo, *Torpedo*, *obrepſit* ſcriptum eſt. A. Manut. Orat. II. de Rep. ord. *Stupor ps atque torpedo invaſit.* Wasse.

Torpedo] Ita legunt Priſcianus & Nonius Marcell.: qui haec primo Hiſtoriarum libro collocant. Apud hunc tamen totus ille locus ita legendus eſt: *Torpor, generis maſculini. Lucretius: tantus conduxerat omnia torpor. torpedo, feminini: Salluſtius lib. I. Hiſtor. ſi tanta torpedo animos oppreſſit.* Cariſius lib. I. Inſt. gramm. *Torpor*, inquit, *& animi & corporis dicitur debilitatio, ſcilicet a torpedine, cujus contactu corpus debilitatur, unde & Salluſtius lib. I. idem vitium torpedinem dixit.* Carr.

Scelerum Cinnae] Nam Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Janiculum occupaverunt, & fugati ab Octavio conſule receſſerunt. Marius Antium & Aricium & Lavinium colonias devaſtavit: & cum nulla omnino ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi, Cinna & Marius in Urbem recepti, eam velut captam caedibus & rapinis vaſtaverunt. Bad.

Decus atque omnes ordines interierunt] Antiqui libri, *Decus ordinis hujus interiit.* Ciaccon. & Ursin. Fulvii liber: *Cujus in urbem reditu decus ordinis hujus interiit.* A. Manut. Eadem figura qua Virgil. Georg.

—— *Pateris libamus & auro.* Wasse.

Quidam; *cujus in urbem reditu, decus ordinis hujus interiit.* ſic infra: *contra ordinis hujus auctoritatem.* Carrio. Scribe ex omnibus libris: *decus ordinis hujus interiit.* de ſenatorio ordine a Sulla lacerato & diſſipato ſermo eſt. Carrio in *Add.* Et *dii deae*. Propert. IV. 5.

Ante Phrygem AEneam collis & herba fuit.

Virgil. etiam XI.

—— *volat igneus aequore Tarchon*
Arma virumque *ferens.*

Wasse.

Parate vobis Cethegos atque patrocinia] Vett. libri, *Cethegi*. Ciaccon. & Ursin. Atqui Cethegus diu poſt. An tamen intelligit P. illum Cethegum, de quo Val. Max. l. IX. c. De crud. ſed is inter Sullanos erat ſatellites. Eſt itaque anticipatio hiſtorica, de qua legere memini in lib. Inſt. Orat. Voſſii. Rupert.

Cethegos] Omnes libri, *Cethegi, atque alia proditorum patrocinia.* Carrio in *Add.*

Et

proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia inſtaurare cupiunt, & rurſus advorſum Deos Penates manus armare. Sin libertas & bella magis placent: decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adeſt novus exercitus, &, ad hoc, coloniae veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi, fortuna meliores ſequitur.

Jam illa, quae conlecta ſunt, ſecordia noſtra dilabentur. Quare ita cenſeo: quoniam Lepidus exercitum privato conſilio, paratum cum peſſumis, & hoſtibus Reipublicae, contra hujus ordinis auctoritatem ad Urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconſule, & ceteris, quibus im-

Et rursum] Scribe, *& rurſus*. Carrio in *Add.*

Sin libertas et bella magis placent] Vett. libri, *& vera magis placent*. infra lib. III. Hiſt. Orat. Lepidi, *ſi vera & honeſta flagitium ſuperaverit*. Ciaccon & Ursin. Fabri & Briconeti, *libertas & vera*. Carrio in *Add.* Cortii Ed. *vera*. Sed *bella* opponuntur *paci*, infidae ſcil. de qua ſupra; & propterea, pergens, dicit adeſſe novum exercitum &c. Haverc.

Decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus] Quid eſt, *Augere ingenium?* an quod alii dicunt, *Animos augere alicui?* Gerrae germanae. Proinde inducatur, atque ejus vicem mea auctoritate & fiducia quamvis audacter reponatur: *Augere imperium viris fortibus*. hoc eſt: Remp. veſtram Rom. Cui haud diſſimile illud Oratione ad Caeſarem: *Quas res populus, nationeſve magnis auctoribus auxiſſent*. Douza. Ita Balliol. Douza ingenioſe & latine *imperium*, quod aliter accipit Criſpinus, pro ſupremo nempe poteſtate qua extra ordinem muniti erant, ut provideremt, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Favet Tacitus An. VII. *Tib. Neronem & Ci. Druſum privignos* imperatoriis nominibus auxit & Vopiſc. Prob. IV. *ut ejus dignitas incrementis juvetur*. Verum, Appio Claudio interrege Q. Catulo Procoſ. cauſſa non erat cur imperium augerent. Neque aliter potuiſſent quam ſi Appium Dictatorem dixiſſent. *Ingenium* pro *indole* aut *ingenita vi*, ſaepe. Liv. ſemper: *augere animos alicui*. Vid. Gronov. ad VII. 7. Noſter Jug. *alii bonum* ingenium *contumelia accenſum eſſe*. &: *inter artis bonas integrum* ingenium *brevi* adolevit. *Opprimere* ingenia Tacitus Agr. III. Quod ſi *imperium* malis, Douzae mente accipias neceſſe eſt. Wasse.

Nomine] Fabri & Briconeti, *nomini*. Carr. in *Add.*

Et ad hoc Coloniae] Conjunctio *&* abeſt Vett. libris. recte. Ciaccon. & Ursin.

Et ad hoc] Fabri & Briconeti, *ac coloniae*. itaque ſcribendum; aut, more Salluſtiano: *novus exercitus*; *ad hoc coloniae*. copula illa omiſſa. quo modo ſexcenties loquitur. Carrio. in *Add.*

Fortuna meliores sequitur] Tacit Hiſt. IV. *Fortuna melioribus affuit*. Ciaccon & Ursin.

Cum peſſimis et hostibus Reip. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem ducit] Legendum, *contra hujus ordinis auctoritatem*, &c. facilis quidem & proclivis, de ſimilitudine vocum, ſed foediſſimus error. Riv.

Interrex] Antiquis temporibus is magiſtratus ſtatim a morte Romuli eſt inſtitutus. Nam cum in metu omnes eſſent, ne civitatem ſine imperio vis aliqua externa adoriretur: rem inter ſe centum patres conſociant, decem decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummae rerum praeeſſent; decem imperitabant: unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in ordinem ibat. Haec fere Livius. A quo non longe diſcedit Plutarchus; niſi quod vix unius diei imperium uni interregi tribuere videtur. Poſtea exactis etiam regibus, quoties comitia ea a Conſulibus, aut morbo, aut bello, aut ſeditione impeditis, haberi non poterant, ſi Dictatori non placuiſſet, Interrex creabatur. Qui cum quinque dies magiſtratum obtinuiſſet (nam hoc Interregni tempus fuiſſe ſatis conſtat) alteri imperium tradidit. Ille, niſi quid impediret, Senatuſconſulto de Comitiis conſularibus facto, Conſules creabat. Solus hic patricius magiſtratus cum plebe communis factus non eſt. Neque enim populi ſuffragio creabatur, ſed a patriciis coëuntibus auſpicato prodebatur, ut teſtatur Appius Claudius apud Livium. Creabatur autem, ut Pedianus docet, ad III. Kalendas Februar. Ejus officium erat omnia ea obire, quae vel Regum, vel Conſulum fuiſſent. Itaque jus dicebat, Senatum vocabat, Rempublicam quoque turbulentis temporibus, ſub extremi atque ultimi Senatuſconſulti formula ſaepe accipiebat, ſurrogatiſque magiſtratibus Comitia habebat. Janus Gulielm.

imperium eſt, Urbi praeſidio ſint; operamque dent, ne quid Reſpublica detrimenti capiat.

XVIII. Uti Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiſcerentur. *Cariſius* lib. II.

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulſo, ſegnior, neque minus gravis, ſed multiplex cura Patres exercebat. *Servius. Marius Victorinus in Ciceronem.*

Obviam ire, & commori hoſtibus. *Aruſianus Meſſus.* Conmoritur illis *apud eundem.*

Lepidus, poenitens conſilii. *Cariſius* lib. III.

Sic vero, quaſi formidine adtonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere. *Nonius*, *Competere*, *rei cujuſque meminiſſe*, *aut conſtanter valere.*

Prudens omnium, quae Senatus cenſuerat. *Aruſianus.*

Ma-

OPERAM DANT] Legendum, *dent.* RIV. Videnda item quae notavimus ad librum I. Caeſaris de Bello Civil. nam faciunt ad Salluſtiana illa ex antiqua formula: *Operamque dent, ne quid Reſpubl. detrimenti capiat.* URSIN.

UTI LEPIDUS, ET CATULUS, &c.] Videndum an de bello Ital. hic agatur. Lepidus enim & Catulus Conſules habentur in aenea apud me tabella, in qua Italici belli fit mentio. URSIN.

MATURRIME] Cariſius lib. I. Inſt. gramm. *maturrime.* ſic ſupra dixit: *ut quam maturrime merito invenias.* CARRIO.

SEGNIOR NEQUE MINUS GRAVIS] Livius II. 43. *Eo anno non* ſegnior diſcordia *domi.* Huc etiam ſpectat Hegeſippus I. 29. *illum jamdudum ſuſpectantem inſidias Barbarorum*, gravis *ad cavendum* cura exercebat. Ubi Codex B. Pub. omittit, *gradu.* WASSE in *Add.*

OBVIAM] Aruſianus Meſſus De elocutionum exemplis: *commoritur* illis. CARRIO.

COMMORI HOSTIBUS] Hegeſippus I. 17. *praeclarum potius opus* muneri conmori pio. Hac voce uſi Plautus, Plinius N. Hiſt. Ulpianus. Pro, *oppidum obſidium cepit* Gruteri Edit. WASSE in *Add.*

LEPIDUS] *Poeniteo*, inquit Cariſius lib. III. *non dicimus, & tamen Salluſtius lib.* I. *Lepidum poenitentem conſilii dixit.* CARRIO.

SIC VERO] Nonius, *competere*, interpretatur, rei alicujus meminiſſe, aut conſtanter valere. CARRIO. Cum locutio ſit figurata, bene meo animo legit Douza, not. ad Petronium: *quaſi fulmine.* Apul. Metam. VIII. *Sed Charite vocem nefandam & horruit & deteſtata eſt; & velut gravi tonitru procellaeque ſiderit, vel etiam ipſo Diali fulmine percuſſa, corruit corpus, & obnubilavit animam.* RUP.

NEQUE ANIMO NEQUE AURIBUS AUT LINGUA COMPETERE] Tacit. lib. III. *Oppidani neque oculis, neque auribus ſatis competebant.* & Hiſt. III. *Trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua non auribus competere.* Citatur a Donato in Adelph. Act. III. Sc 2. *Salluſt. de Septimio: Neque animo neque lingua ſatis compote.* CIACCON. Thucyd. pag. 83. 5, Τῶν δ᾽ ἐπιόντων, οἱ μάλιστα φοβεῖσθαι, ἀνδρῶν μὲ ἔχοντα, καὶ μηκέτι ἔχειν ὅτι τὸ δεινὸν ἐπιτελῶσι δ᾽ ἔμελλον, ἔνθα ἡ ἐυψυχία ἐδόκει τῶν πολίτων ἰσχύειν. Φοβῶ γὰρ μηκέτι ἐκπλαγῶσι. Alludit, opinor, *Ammianus* XV. 5. *Cumque nulli ad eligendum quid agi deberet*, mens ſuppetere *poſſet aut* lingua. Liv. *lingua non ſuppetebat libertati animoque.* Tacitus An. III. 67. *proprio in metu, qui exercitum quoque eloquentiam debilitat.* Noſter VI. 10. *Septimium* neque animo neque lingua *ſatis competem.* WASSE in *Add.* Sequenti Num. XIX. occurrebant in Vett. Edd. quae merito expuncta ſunt a Waſſeo & Cortio, ex Ciacconii quoque & Urſini conſilio. Erant vero haec: *Neque animo, neque lingua ſatis competem.* Ad quae haec notaverat Ciacconius: Vide num ſit idem quod ſupra: *Neque animo, neque auribus aut lingua competere.* Urſinus haec adjecerat: Huc pertinent illa, quae habentur ſupra: *Neque auribus, aut lingua competere.* Ad quae reſpexit Tacitus, cum dixit lib. III. *Oppidani neque auribus, neque oculis ſatis competebant.* Et lib. XIX. *Trepidus miles, dux ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.* Haec illi. HAVERC.

PRUDENS OMNIUM] Tacit. in Vita Agricolae: *Ceterum animorum provinciae prudens.* CIACCON. Et hoc ex Aruſiano eſt, De elocutionum exemplis: *prudens rerum.* CARRIO.

Ma-

Magnis operibus profectus, oppidum cepit, per L. Catilinam legatum *Feſtus.*

XIX. Domitium proconſulem ex citeriori Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, arceſſivit. *Priſcianus* lib. X. *Arceſſivit, inquit, & laceſſivit.*

Sanctus aliter, & ingenio validus. *Cariſius* lib. I. *aliter, pro alias.*

Gens raro egreſſa finis ſuos. *Servius ad* lib. XI. *AEneidos.* Vox *Gens* apud Servium non invenitur. *Aruſianus Meſſius.*

Niſi cum ira belli deſenuiſſet. *Priſcianus* lib. X.

Maturaverunt exercitum Dyrrhachium cogere. *Aruſianus Meſſius.*

XX. Illo profectus, vicos, caſtellaque incendere, &, fuga cultorum deſerta, igni vaſtare: neque clara aut ſecuriſſimus metu gentis ad

MAGNIS OPIBUS] Feſtus Pompejus, ſive Paulus Diaconus, qui Feſtum in epitomen redactum Carolo Magno inſcripſit, *Obſidium tamquam praeſidium, recte*, inquit, *ſubſidium dicitur*, quod & hoc loco probat. Pro, *profectis*, ſunt qui legendum putent, *profectus*. alii vero, *operibus confectis*. ſed in re ambigua quid aſſeveres? CARRIO. Rectiſſime Scaliger emendavit apud Feſtum: *Magnis operibus perfectis*. COLER. Forte legendum *perfectis*. WASSE.

OBSIDIUM CEPIT] *Obſidium*, pro, obſidione. vide quae diximus ad Epiſt. Mithrid. lib. IV. Hiſt. CIACCON. Diximus ſupra in notis ad epiſtolam Cn. Pompeji, Salluſtium poſuiſſe *obſidium* pro *obſidione*, & in Vett. Codd. ita reperiri. Itaque videtur hic legendum, *obſidium cepit*. nam Tacitus, Salluſtii aemulator, ita locutus eſt lib. IV. cum dixit: *Obſidium coepit per praeſidia, quae opportuna jam intuebat*. URSIN. Lael. in Orat. ad pop. *ut nobis terra marique ſimul obſidium facerent*. Ennius:

Cum ſaevo obſidio magnum Titana premebat.

Vid. Schott. in Q. Cincin. Tacit. frequentius IV. 24. XII. 45. H. XII. 46. WASSE.

DOMITIUM PROCOS.] Non puto deſignari Cn. Domitium Calvinum Conſulem anno DCCXIII. cum C. Aſinio Pollione, quique ex Hiſpania de qua Procoſ. triumphaverat, Imp. deſcribitur in argenteo denario Oſcae ſignato cum inſcriptione DOMIT. COS. ITER. IMP. OSCA. URSIN. Priſcianus libro decimo, *arceſſivit*, inquit & *laceſſivit*. CARR.

SANCTUS ALITER] Ex Cariſio libro II. *aliter*, id eſt, *alias*. CARRIO. Noſter apud *Servium* VI. 22. *Sanctus alia*. Hegeſippus V. 16. Sanctus caeterum, *& ideo raptus ne &c.* MS. *caetera*', *vilitas* &, *vilitatem* pro *utilitas* & *utilitatem*, recte. Tacitus Agr. XVI. *Hic cum* egregius caeteram, *arroganter in deditos conſuleret*. Ammian. XV. 13. *prudens alia*. Pro *Dyrrachium* al. *brachium*, inquit Paraeus. WASSE in *Add.*

INGENIO VALIDUS] Id eſt, catus & ſolers, quod intelligitur ex Praefatione Belli Catilinarii, ubi ait: *Delecti, quibus corpus animis infirmum, ingenium ſapientia validum erat*. DOUZA.

GENS RARO] Honoratus libro II. AEneid. Virgilii, utrumque dici, *egredior urbe* & *urbem*, notat, atque haec Salluſtiana affert. apud eum tamen vox, *gens*, quae in quibuſdam libris & Meſſo, De elocutionum exemplis, haec eadem ex prima Salluſtii hiſtoria adducente & obſervante, *egreſſus illam rem*, exſtat, deſideratur. CARR.

NISI CUM] Priſcianus libro X. *Senex*, inquit, *non a ſeneſco, ſit praeteritum ſenui*. CARRIO.

MATURAVERUNT] Aruſianus eodem quo ſuperiora libro: *Cogo te domum. Dyrrachium* autem poſui pro *brachium*, quod ita in libro Elnonenſi eſſet. quo etiam modo legendum eſſe, cum quidam conjeciſſent, alii pro certo id, ſine ulla librorum auctoritate, audacter receperunt CARRIO.

ILLO PROFECTUS] Locus nondum ſanatus nondum mihi ſanandus. Verum Cajo, *illo profectos*. COLER. Lectionem quam Nobiliſſ. Douſa, ex vitioſis illis, *neque lata aut ſecuriſſimus*, exſculpſerat, expreſſimus, omnibus modis Salluſtio conſulere cupientes. PUTSCH. Legerem, *neque late*, pro *neque lata*. CIACCON. *Neque late aut ſecurus nimis*. SCOTTUS. *Nomen, nunc adverbium*, inquit Aſper apud Cariſium, *nunc* &c. WASSE.

VICOS, CASTELLAQUE INCENDERE &c.] Ita v. c. apud Nonium. & ita Caeſar lib. III. de Bell. Civil. dixit: *Non ſolum urbibus, ſed paene vicis, caſtelliſque ſingulis*. Item: *ut vicis caſtelliſque benemeritae civitatis praeſidio eſſet*. Sic enim legendum eſſe, ſcripſimus in notis ad Caeſarem. Tacitus lib. XII. *Ac ni cito e vicis & caſtellis proximis ſubventum foret, copiae Rom. occidione occubuiſſent*. URSIN. Locus hic plane depravatus eſt, neque qui conſtitui poſſit video. pro *elata*, in vet. cod. eſt, *elate*. pro quo inepte poſteriores, *elatus*, po-

ad furta belli peridoneae. *Nonius.* ***Servius ad*** XI. ***AEneidos.*** ad illud, *furta paro belli.*

Liberis ejus avunculus erat. ***Donatus ad Phormionem Terentii.*** Act. V. Sc. 6. & Hecyr. Act. XI. Sc. 2.

Nihil ob tantam mercedem ſibi abnuituros. ***Aruſianus Meſſius.***

Inſanum aliter ſua ſententia, atque aliarum mulierum. *Cariſius* lib. I.

Recens. *Cariſius* lib. II. Donat. Act. V. Sc. 8.

Solis viis. ***Donatus Phorm.*** Act. V. Sc. 8.

Juſſu Metelli cornicines occanuerunt. *Priſcianus* lib. X. *Servius* II. *Georg. Virg. Diomed.* lib. I. cap. 4.

Nexuit catenae modo. *Priſcianus* lib. X.

Do-

fuerunt: pro, *aut ſecuriſſimus*, teſte Junio, *vetuſtiſſimus*: & in meo, aliiſque quibuſdam, *fecuſtiſſimus*: pro quo depravatores Salluſtiani, *ſecurus*. Haec autem citat Nonius. Servius quoque lib. XI. AEneid. ad illud: *furta pro furta belli. furta*, inquit, *ſunt inſidiae. Salluſtius: gens ad furta belli peridonea.* CARRIO. Et hoc Fragmentum, contagione credo rei quam narrat, periculum vaſtationis vix effugit, non quidem a Volcani violentia, ſed librariorum ignorantia conflatum ſyllabas abbreviantium; quo de genere ſum queſtus jam antea, quorum comitate effectum videtur, ut tres dictiones in unam concreverint; quod conjectores iſti Salluſtiani non advertentes ſibique cum ſimplici excetra rem modo eſſe arbitrantes, mirum quas nobis Lernas peperere: dum partim *ſecurus*, alii *ſecuriſſimus*, nonnulli etiam *vetuſtiſſimus* nobis objectare non dubitant, quod eo illis firmius viſum, quoniam in manuſcripto forte *fecundiſſimus* reperiſſent. Sed, his plorare juſſis, in rem praeſentem venire melius eſt, lectorique de conjecturae noſtrae ratione gratiam facere. Ea vero haec eſt: *Neque elato, aut ſecuro eſſe animo, metu gentis, &c.* ſententia aperiſſima; & quam a Salluſtio eſſe arguta ejus brevitas, etiam me tacente, indicium facit. DOUZA.

AD FURTA BELLI] Furta belli vocantur Stratagemata. v. Bernecc. ad Juſtini lib. XI. c. 6. §. 8. lit. c, & adde Barth. XIII. Adv. c. 7. RUPERT. *Furta belli* uſurpat Ambroſ. II. Epiſt. VII. Virg. AEn. pro quo Horat. *acuta belli.* IV. Carm. Od. IV. WASSE. Thucyd. V. 9. τὰ κλέμματα τοῦ πολέμου δεξαι ἰχύι, & Ammian. *furtum* ſimpliciter, quomodo de Euryalo Virg. IX. 350.

—— *His furto fervidus inſtat.*

Ubi Ruaco aqua haeret. Ambroſius Epiſt. XI. 7. *quoniam dux cautior novit* excurſus *covere* latrocinantium, *& quaedam* furta belli. Hegeſip. I. 30. *Vir* ad furta belli peridoneus Herodes. &, I. 32. *Ut ſe habent* furta belli. & Frontin. CCXVI. I. Silvius XVII. 91. armorum furta. Tranſtulit Hieronymus ad artem Notariorum Ep. XLVII. *ut notariorum manus lingua praecurreret, & ſignaec* furta verborum *volubilitas ſermonum obrueret.* WASSE in *Add.*

LIBERIS] Donatus Phorm. actu quinto, ſc. 6. & Hecyr. actu II. ſc. 11. CARRIO. Haec tria Fr. ad adulterium uxoris Lepidi pertinent. AUS. PORM.

NIHIL] Ex eodem Aruſiano De elocutionum exemplis: *abnuituros.* CARRIO.

INSANUM] Cariſius lib. I. Inſt. Gramm. *aliter*, inquit, *id eſt, alias.* Sic ſupra: *ſanctius aliter atque ingenio validus.* CARRIO.

RECENS] Idem lib. II. *Aſper, Salluſtianae hiſtoriae commentario, recens, nunc adverbium, nunc nomen eſſe docet; poteſt eſſe, & temporis: ut hic.* CARRIO.

SOLIS] Donat. Phorm. Act. V. ſc. 8. CARRIO.

CORNICINES OCCANUERUNT] Infra: *cornua occanuerunt.* Et Tacitus: *Sentius occanere cornua tubaſque juſſit.* CIACCON. Ita legendum, non, *occinuerunt*, nam infra habetur: *Cornua occanuerunt.* Et Tacitus lib. II. *Jam Sentius occanere cornua tubaſque & peti aggerem juſſit.* URSIN. Priſcianus lib. X. *Quidam occanui, pro occinui protulerunt.* Servius II. Geor. Virgil. *A cano*, inquit, *veteres non cecini, ſed canui dixerunt. Salluſtius: Cornua occanuerunt.* apud Diomedem lib. I. cap. 4. male legitur: *ſanſim Metello cornicines occinuere*, & apud Serviun: *cornua*, pro *cornicines.* Qui loci ex hoc emendandi ſunt. CARRIO. Sic *diſcedimus* pro *diſceſſimus*, Varro de R. R. lib. I. cap. 69. *accedimus* Plautus. *tolliſſe* apud Ulpian. lib. XIII. §. 4. ff. de Acceptilatione apud, *atteruiſſe.* Tibull. WASSE.

NEXUIT] Priſcianus ibidem: *nexi & nexui dicitur.*

Doctus militiam. *Aruſianus Meſſus.*

Neque ſe recipere aut inſtruere proelio quivere. *Priſcianus* lib. X.

Equi ſine rectore exterriti, aut faucii, conſternantur. *Idem* lib. IV.

Occupatuſque collis editiſſumus apud Hilerdam: & cum multa opera circumdata. *Priſcianus* lib. V.

At inde nulla munitionis, aut requie mora, proceſſit ad oppidum. *Priſcianus* lib. XVIII. *requie, pro requiei.*

Agreſte. *Cariſ.* lib. I.

Ar-

citur. Unde etiam verſus ille Propertianus:

At tibi qui noſtro tendiſti retia lecto.

Ipſo Priſciano auctore, ita legendus eſt:

At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.

CARRIO. Priſcianus MS. *catenae nodo.* haud male. COLER.

DOCTUS] Aruſianus eod. libello: *doctus illam rem.* CARRIO.

NEQUE] Ex Priſciano lib. X. CARRIO.

EQUI SINE RECTORIBUS EXTERRITI] Tacitus in Vita Agricolae: *Ac ſaepe vagi currus, exterriti ſine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, tranſverſos aut obvios incurſabant.* Et lib. I. *Equis maxime vulnera ingerit; illi ſanguine ſuo, & lubrico paludum laxantes excuſſis rectoribus obvios protegere jacentes.* CIACCON. & URSIN. Idem Priſcianus lib. IV. *conſternor*, inquit, *apud Salluſtium deponens eſt.* Pro, *aut faucii*, eſt in Martinenſi & Thoſano *& faucii.* CARRIO. Hoc fragmentum idem Priſcianus citat ex lib. I. epiſtolarum; corrupte, ut puto, pro Hiſtoriarum. Neque enim Salluſtium epiſtolas vulgaſſe ullibi lectum. COLER.

OCCUPATUSQUE] Priſcianus lib. V. ex I. Hiſtoriarum Salluſtii adducit: *apud Hilerdam cum multa cura circumdata.* Quo in loco in Gemblacenſi & optimo Colonienſi eſt: *apud Hilerdam eum multa opera circumdata.* Quam veram eſſe hujus loci reſtitutionem docet Meſſus, qui in Salluſtio obſervat: *circumdare hac re illam rem.* Quod alioqui cum his verbis minime congrueret: & tamen haec ipſa affert: *occupatuſque collis editiſſimus, & eum multa opera circumdata.* Non itaque dubium eſt quin apud Aruſianum interjiciendum ſit, ex Priſciano: *apud Hilerdam.* in utroque vero mutandum ſit, *cum*, in *eum*: ex verbis Meſſi & veteribus Codd. Priſciani. qui loci tantum abeſt, ut ab aliis emendati ſint, ut etiam monſtroſe corrupti ſint. CARRIO.

AT INDE] Priſcianus lib. XVII. *requie*, pro *requiei.* & certe quod Agellius lib. IX. cap. 14. Noctium Atticarum tradit, ſe in Jugurthino Salluſtii *die*, caſu patrio in veteribus libris, ſcriptum reperiſſe, id adeo verum eſt, ut & ego in vetuſtiſſimo Salluſtio, quem ad me vir & eruditione & humanitate ſingulari Ludovicus Sonbecus, Bibliothecae Gemblacenſi praefectus, Gemblaco miſit, idem plane ſine ulla litura perſcriptum deprehenderim. de quo in Critico noſtro non nihil diximus. CARRIO.

AUT REQUIE] Pro *requiei.* Sic hoc ipſo l. *dubitavit acie pars.* Utrumque locum citat Priſcianus lib. VII. qui & apud Virgil. legit, *Munera laetitiamque die.* Et ſane in aliquot Maronis Codd. MSS. ita hodieque invenitur. Simile igitur fuerit iſti Plautino Amphitr. A. I. ſc. 1.

Ita ſtatim ſtant ſigna, neque nox quoquam concedit die.

Agell. lib. VII. cap. 9. ex Lucillii Satyris:

——— *primum facie quod honeſtas*
Accedit.

Ita is locus corrigendus. Adde Voſſ. II. de Annal. 19. *Simili conſtantis juvenem fide.* Horat. lib. III. Carm. Od. VII. & ita in aliquot Codd. ſcriptum ſe comperiſſe Lambin. ait. At Torrentii Codd. omnes *fidei* habent, & putat eſſe Synaereſin, ut Pompei, Vultei, apud eundem Horat. Alias non diffitetur, ex Caeſaris de Analogia libb. *facie* & *ſpecie & die* in ſecundo caſu dici ſolere. *Atque*, ita, inquit, *in optimae notae libro Mrt. Ovid. duob. in locis ſcriptum ſe vidiſſe affirmabat* Carolus Langius; velut, lib. VI.

Utque fide pignus dextras utraſque poposcit.

Et lib. VII.

Ut vidi, obſtupui, meditataque poene reliqui
Tentamenta fide.

RUPERT.

AGRESTE] Cariſius libro primo: *in animali*, inquit, *figurificatione interpretatur Plinius.* CARRIO.

Ardebat omnis Hiſpania citerior. *M. Fabius Victorinus De invent. Ciceronis* lib. I.

XXI. Et ponere validam urbem multos dies reſtantem pugnando vicit. *Nonius.*

Itaque Sertorius, levi praeſidio relicto in Mauritania, nactus obſcuram noctem, aeſtu ſecundo furtivaque celeritate, vitare proelium in tranſgreſſu conatus eſt. *Agellius* lib. X. cap. 26. *Nonius Marcellus.*

Tranſ-

ARDEBAT OMNIS HISPANIA CITERIOR] Eodem modo dixit Caeſar libro V. *ardere Gallias.* Et Tacitus lib. XII. *Arſiſſet bello provincia.* CIACCON. & URSIN. M. Fabius Victorinus De invent. Ciceronis lib. I. ita tamen obſcure, vix ut colligas Salluſtio ne, an vero alii neſcio cui ea tribuat. Certe loquendi ratio convenit. CARRIO.

ET PONERE VALIDAM URBEM] Vetus codex Nonii habet, *Et Digonem.* ex quo excogitari debet nomen urbis ejus, de qua loquebatur. *Reſtare*, autem, pro reſiſtere dixit, ut Tacit. Annal. III. *Paulum moraе attulere ferrati, reſtantibus laminis adverſum pila & gladios.* Et Livius lib. XXXIV. *Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc paucis plures non reſtatis.* CIACC. & URSIN.

PUGNANDO VICIT] Simile eſt illi quod habetur in veteri inſcriptione Duilii, PUGNANDO CEPIT. Nonius de doctorum indagine. AEque de hiſtoria cui dari debeat, dubitari poteſt. in vet. cod. meo eſt: *& deponere.* in Juniano: *& digonem*, pro quo reponit: *Oxyſſiponem.* Sed hoc conjicere eſt, itaque amplius. CARRIO. Suſpicabar leviter, legendum eſſe, *Hipponam*, docente Stephano, περὶ πόλεων. Ἵππων πόλις Λιβύης, eamque a Phoenicibus conditam ſciebam. Salluſt. Jugurtha: *Poſtea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae, pars imperii cupidine ſollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Sed cum viderem viros doctos in MSS. Nonii codicibus reperiſſe *Digonem*, non dubitavi ſcribendum eſſe, *Vizonem*, Stephanus, Βιζόνη πόλις Ποντική. Probus, qui mihi dux ad hanc conjecturam: *Zo. Hoc quoque ſyllaba nullum nomen reperi terminatum, niſi unum barbarae civitatis lectum in Salluſtio, Vizo Vizonis.* PUTSCH. Ex MSS. Nonio Junius repraeſentavit: *Et Digonem validam urbem.* ex quo concinnem lubens *Hipponem* civitatem Hiſpaniae ſatis nobilem, vel potius *Tigennam*, de qua Plutarch. in Sertorio. COLER.

ITAQUE SERTORIUS] Ex Agellio libro X. cap. 26. & Nonio *de impropriis.* quorum ille Salluſtium adverſus Aſinium Pollionem defendit, quod maris tranſitum tranſiniſſumque navibus factum *tranſgreſſum* appellaverit: hic vero, hoc modo ſcriptum reliquit: *tranſgreſſus. Salluſtius etiam de iis qui navigaſſent, & de ipſis navibus in quibus gradus non ſint, eo verbo uti voluit: de Sertorio.* ita enim ex vet. cod. legenda ſunt; quid? quod apud Agellium ſcribitur: *furtim aut celeritate*; cum in Buſiidiano, *furtiva autem celeritate*; in aliis, *furtivaque celeritate*, ſit. CARRIO.

IN MAURITANIA NACTUS] Lipſius, *In Mauritaniam*, lib. IV. Epiſt. 14 Nam ſcribit Plutarch. Sertorium cum tribus millibus militum confugiſſe Carthaginem novam. Idem paullo poſt corrigit: *Furtim abiit; celeritate vitare praelium.* COLER. Lego, *in Mauritaniam*, & praeſidium relictum in Carthagine Nova puto? non *in Mauritania.* Ex Plutarcho liquet de hiſtoria, qui narrat, Sertorium, cum tribus millibus militum, confugiſſe Carthaginem Novam, atque ibi conſcenſis navibus in Mauritaniam trajeciſſe. Sed ad Salluſtii ſententiam vox requiritur. Vulgata in Agellio lectio (nam is hoc fragmentum l. X. retulit) concipitur, *furtim aut celeritate*, quid ſi legamus? *furtim abiit, celeritate vitare praelium in transgreſſu conatus*, poſtrema voce inducta. *Certe avit*, pro *abit*, tralaticius error. Lipſ. IV. Ep. Q. 14. RUPERT.

FURTIVAQUE CELERITATE] Ante erat, *Furtim aut celeritate.* ex quo faciebat Achilles Statius, *Furtim ac celeri rate.* CIACCON. Cum in Vet. Cod. ſit, *furtim aut celeritate*, videndum an legi poſſit, *furtim ac celeritate*, &c. licet, *furtiva celeritate*, non diſpliceat, ſi lectio eſt vetuſti libri. URSIN. Lipſius Quaeſt. Epiſt. IV. 14. legit, *in Mauritaniam*, &, *furtim abiit, celeritate vitare praelium in tranſcurſu conatus.* Supra: *multos dies reſtantem.* Ita locuti Liv. VI. 30. 32. & Q. Septimius IV. 2. WASSE.

TRANS-

Tranſgreſſos omnis, recipit mons Ballera, praeceptus a Luſitanis. *Nonius Marcellus ibidem.*

Earum aliae paullulum progreſſae, nimio ſimul & incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. *Servius* VIII. *AEneidos. Aruſianus Meſſius.*

Et

TRANSGRESSOS] Eodem apud Marcellum & Agellium haec leguntur loco: ſed utrobique mendoſe; *praecepturus*, vel *receptus*: cum Junius in Nonio ex Vet. Cod. legi obſervaverit *praeceptus*. Quod ego ex libro Buſſidiano in Agellio deprehendi: & auctor Indicis Lucretiani in ſua Conlectanea pro ſuo tranſcripſit. In neutro etiam horum, nomen montis adjectum eſt, quod ex Servio lib. I. AEneid. ſi locus mendo vacat, appoſui. Poſtremo in Nonio nuper edito, eoque omnium hactenus vulgatorum optimo, male haec duo fragmenta conjunguntur; cum aperte tradat Agellius haec infra a Salluſtio eſſe ſcripta. Quare totus ille Nonii locus hunc in modum emendandus eſt: *nactus obſcuram noctem aeſtu ſecundo*: ac inde: *Tranſgreſſos, &c.* ut eae voces, *ac inde*, Nonii ſint; non Salluſtii quemadmodum apud Agellium eſt: *ac deinde infra ita ſcripſit, &c.* CARRIO. Agell. lib. X. cap. 26. & Nonius Marcell. tit. de impropriis, qui Agellii verba more ſuo deſcribit, haec citant, apud quem duo fragmenta turpiter coaluerunt in unum, ſic ſeparanda & emendanda: *Tranſgreſſus a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem uſum loquendi dedit, ut Salluſtius Hiſt. lib. I. & de iis qui navigaſſent, & de ipſis navibus eo verbo uti voluit; in quibus gradus non ſit. de Sertorio: Nactus obſcuram noctem aeſtu ſecundo, furtivaque celeritate vitare praelium in tranſgreſſu conatus eſt, ac inde: Tranſgreſſus recipit omnes mons praeceptus a Luſitanis.* Hanc veram eſſe hujus loci ſcripturam ſuffragabitur quilibet, qui Nonii mentem diligentius exculſerit. Eodem porro modo loquitur Siſenna lib. III. *Tranſgreſſus fluvium quae ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat.* Et naves *ambulare* dixit Ennius:

Inde Paron per caerula navibus ambulabant:

Et *claudas* vocat Lucretius lib. IV.

At maris ignaris in portu clauda videntur
Navigia, aplustris fractis, obnitier undis.

Et *currere* dicit Virgilius lib. I. AEneid.

Deſeſſi AEneadae quae proxima littora curſu
Contendunt petere.

Quo loco & Serv. *ſaltationes & navium diverſa dicebant, quod eſt animalibus terreſtribus proprium.* Eas optime ſentiunt qui vi ventorum & procellarum aliquando jactati fuerunt. PUTSCH. Nonius longe aliter: *tranſgreſſos omnis recipit modos praeceptu-rus a Luſitanis.* Ceterum hic Carrionis induſtria merito laudanda. COLER.

BALLERA] In Servio Petri Danielis extat, *Ballera*, in membranis Fuldenſibus, *Belloia*. hinc vera lectio, *Bielona*, cujus meminit Stephanus: neque erat cur Servii lectionem rejiceret Colerus. PUTSCH. De monte *Ballera* nihil legere me recordor. Servius MS. Fuldenſis montem iſtum *Belloiam* vocat. Sed puto & illud vitioſum. *Pallenae* montis Avienus meminit:

—— *Hic melliſluis Pallena ſub antris.*

Verum is non in Hiſpania. COLER.

EARUM] Agellius & Nonius ibidem, ſed utrique diverſe; ita tamen ut Nonius ex Agellio noſtraque ſcriptura corrigendus ſit. in Buſſidiano exemplari eſt: *eadem*, pro *earum*. CARRIO.

PROGRESSAE, NIMIO SIMUL ET INCERTO ONERE] Ita fere Cato, apud quem *naves ambulare* dicuntur, apud Lucretium voce *gradiri*. Ariſtoteles N. Hiſt. III. 27. de pedibus carentibus. Εἶτα σεσηλέυκε εἰς τὸ διηνεκέσ, ζῶα γινῆ ἐκ τ ἀέρ. Quod noſter voce *incerto*, & ipſe VI. 20. & alii V. *dubio* ſolent efferre. Statius I. Theb. 193.

Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus,
Vela trahunt, nutat mediae fortuna carinae.

Confer I. Theb. 119. ubi Lactantius *dubium Oeten* dici ait, quia incertum eſt, utrum Theſſaliae an Thraciae ſit. Imo potius, quod prona eſt in utramque regionem & ἀμφίρρυτος. Unde caſum minantur hinc inde, *Et* (quod ipſe alibi) *ſimulant feſſos curvata cacumina ſomnos.* Eodem ſignificatu *vacillare* apud Eumenium in Paneg. VII. 12. *quanquam adhuc ſub priſtina farcina* vacillemus. WASSE in *Add.*

LOCUM] Servius VIII. AEneid. & Meſſius de elocutionum exemplis, qui ex Servio corrigendus eſt, cum in eo male ſit: *etitiorem quem.* CARRIO.

QUAM VICTORIBUS DECEBAT] Latina conſuetu-

de

Et mox Fufidius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque erumperet, tam levi copia, navibus fugam maturabat. *Servius Fuldanus. Meſſus.*

XXII. Itineris eorum Metellus per literas gnarus. *Aruſianus.*

Itaque Servilius aegrotum Tarenti collegam prior tranſgreſſus, iter vortit ad Corycum, urbem inclutam; paſtuſque nemore, in quo crocum gignitur. *Priſcianus. Nonius.*

Ad

do accuſativum exigit, ſed Graeciſſat Salluſtius, docente eod. Voſſio de Conſtruct. cap. 35. Rup.

Et mox] *Vadum*, inquit Nonius, *generis neut. Virgilius libro I. AEneid. in vada caeca tulit. maſculini*, &c. ſic enim ibi legendum. Carrio.

Fufidius] Ita emendarunt ex, *Stipidius*. Mallem tamen, *Sulpicius*. Ciaccon. Pro *Stipidius*, ſcripſi *Fufidius*. & quod hoc veteribus in libris eſſet, & quod ſupra *Fufidii* meminiſſet: *A quibus praelatus in capiendis magiſtratibus Fufidius*. dein pro *ſpiras*, poſui, *aſperitates:* Nonium Junii ſecutus; poſtremo ea quae poſteriores ultro perverterunt, reſtitui. quanquam contra quam voluit Nonius, videatur Charifius lib. I. Inſtit. *vadum* hic neutro, non maſculino genere accipere: ſi libros ejus manuſcriptos ſequamur, nam vulgo ibi, ut infinitis aliis in locis, lacuna eſt, quam in ejus editione ſupplebimus. Carrio. Lege cum Doctiſſ. Lipſio, *Aufidius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas aſperitates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti quam ſuis opportuniora videt.* Ita noviſſima editio, pro quo quidam, *Poſtquam hieme aſpera*; alii, *Ob tantas ſpiras*, legunt. Quod poſtremum non diſplicet, ut intelligamus, funes nauticos in orbem convolutos, ſignificatione Pacuviana, ita ſcribentis. Douza. Vereor ne leg. *Aufidius*, & de bello Sertoriano accipio. Nam *Aufidius* a Plutarcho in Sertorio nominatur Baeticae praefectus, quem Sertorius ad amnem Baetim vicerit duobus millibus militum de exercitu ejus caeſis. Hanc ergo pugnam hic tangit Salluſtius, & quae de vado amnis & aſperitate locorum dicuntur, pertinere ad Baetim volo. Lipſ. IV. Ep. Q. 14. Rupert.

Postquam tantas asperitates] Vett. Codd. habent, *ſpiras*, non *aſperitates*, quod verbum ab aliis repoſitum eſt. Feſtus expoſuit *ſpiram*, *hominum multitudinem*. Proſertque Ennii verſum: *Spiras legionibus nexunt*. Ursin. Pacuvius: *Quid ceſſatis, ſocii, ejicere ſpiras ſparteas?* Vide Feſtum in voce *ſpira*. Douza.

Cum Sertorius] Haec ita legenda & conbinanda monuit clariſſimus amiciſſimuſque Petrus Scriverius: nam altera pars nunc demum editur a nobis ex codice Fuldano, ubi vitioſe legitur: *Conſertorios neque rumper * & an levi copiam avidus.* vera lectio eſt quam nos expreſſimus. Putsch.

Fugam maturabat] Virgilius: *Maturate fugam.* Tacit. Annal. V. *Fugam maturavit ſpe auxilii.* Ciaccon. Meſſus: *maturo hanc rem.* Carr.

Itineris] Ita in meo Aruſiano eſt, quod ab aliis legi video: *& muneris eorum.* male. Meſſus in locutione: *gnarus illius.* Carr.

Itaque] Vulgo non recte, *Atque.* Priora Priſcianus libro decimo quinto, poſteriora Nonius. quae conjungenda eſſe plane exiſtimo. Apud Nonium tamen poſterioribus, libri ſecundi numerus non recte adſcriptus eſt, cum ex primo eſſe has voces, *ad Corycum*, quas idem Priſcianus ex eodem adducit libro, ſatis oſtendant. Pro quibus, quae monſtra, Dii boni, ab aliis nobis obtruſa ſunt! Carrio.

AEgrotum collegam prior transgressus] Potius eſt, ut Salluſtium ſcripſiſſe credam, *aegroto collega*: idque de Lipſiana ſententia. Douza.

Iter vortit ad Corycum Urbem inclytam: pastusque nemore, in quo crocum gignitur] Omnino hic nomen nemoris deſiderari exiſtimo; id quod imperito librario occaſionem praebuiſſe videtur locum depravandi, atque ejus vicem nobis, *paſtuſque* iſtud ſupponendi. Quod nihili verbum eſſe, diſtinctionemque poſt *inclutam*, removendam indicaſſe contentus, felicioribus ingeniis nomen porro nemoris iſtius, quod ego fruſtra in Ciliciae deſcriptionibus perſecutus, literis recommuniſci nondum potui, inveſtigandum relinquo. Douza. Reſcribe: *urbem inclutam ſpecu atque nemore* &c. Nota ſunt, quae Strabo, Pomponius Mela & Solinus de utroque illo naturae miraculo ſcripſerunt. Haverc.

Pastusque nemore] Nonius illud *Corycium antrum* vocat Strabo lib. XIV. Coler.

Ad

Ad Olympum atque Phaſelida. *Priſcianus.*

Apud Coricum. *Idem.*

Apud Laethe oppidum, cui nomen oblivionis condiderant. *Idem. Servius ad* I. *AEneidos.*

Repulſus a Lethe oppido. *Idem. Priſcianus.*

Apud Mutinam. *Idem.*

Apud Praeneſte locatus. *Idem.*

Medio diei. *Meſſus.*

Quietam a bellis civitatem. *Idem.*

Militiae peritus. *Idem.*

Sertorius, portis turbam morantibus, & nullo, ut in terrore ſolet, gene-

AD OLYMPUM] Et haec ad ſuperiora quodammodo pertinent. Scribit enim Paedianus Verrina tertia, P. Servilium bellum in Cilicia geſſiſſe, deque ea triumphaſſe, captis Coryco, Olympo, & Phaſelide, tribus magnis ejus terrae urbibus. ſed in Aſconio depravatum eſt: *Faſylide.* CARRIO. Olympus, Cerycus, Phaſelis, tres urbes Ciliciae. Stephano Φάσηλις πόλις eſt Παμφυλίας. Iterum MS. ille Priſcianus habet, *Olympum atque Phaſelidam.* COLER.

APUD] Idem Priſcianus ibidem. CARRIO.

APUD LETHE] Idem ibidem. In Martinenſi & Colonienſi libro eſt *Lepte.* in Gemblacenſi, *Laste.* in Thoſano, *Letbe.* CARRIO. *Lete*, potius. quod Macedoniae opidum Plinio, Stephano, & aliis. CIACC. Forte cum hoc copulandum exemplum, quod infra inter incerta relatum exſtat: *Cui nomen oblivionis condiderant.* Cujus vicem lubentius tamen, *indiderant* legerim; ſi quidem per eos liceat, quibus eſt ea res in manu. DOUZA. Haec ita conjunximus ex ſententia clariſſimi D. Jani Douſae, cujus opinionem firmat Silius Italicus, Salluſtii in locis deſcribendis imitator, de bello Punico lib. II.

Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas,
Infernae populis referens oblivia Lethe.

PUTSCH.

REPULSUS] Idem ibidem. CARRIO.

APUD MUTINAM] Idem ibidem. Quidam legunt: *Numantiam.* Quibus, diſſentientibus libris, nondum aſſentior. Quamquam alioqui ſi. *apud Numantiam*, legatur, bello Jugurthino potius quam Hiſtoriarum libris debeti videbitur. Sic enim ibi legitur: *Ibi Latine, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat: noſtros ſruſtra pugnare.* CARRIO.

APUD PRAENESTE] Idem ibidem. CARRIO.

MEDIO DIEI] ita locutus eſt Tacitus, Salluſtii locum, ut videtur, imitatus lib. XVIII. cum dixit: *Sed medio diei exarſerant.* CIACC. & URSIN. Meſſus: *medio illius rei.* CARRIO.

OMNI STREPITU PAVESCERE] Haec ex Fragmentis tollenda: ſunt enim in Jugurtha, *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere.* CIACC. Meſſus, *paveſco illa re.* CARRIO. Hoc Fragmentum Criſpi ipſius indicio probat harum ſe Baccharum non eſſe. Etenim quantum quantum eſt ad Belli Jugurthini Hiſtoriam pertinet. Vel ſignum vide: *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere.* quod de Jugurtha ibidem dictum legitur. Quid clarius? Eo igitur ablegandum. DOUZA.

QUIETAM] Idem: *quietus ab illa re.* CARRIO.

MILITIAE PERITUS] Supra dixit: *Doctus militiam*, in utroque Graecos imitatus, qui dicunt, εἰδὼς μαχῆς, ſive πολέμοιο, ut apud Homerum, οἱ εἰδότες μάχλω. URSIN. Idem: *peritus hujus rei.* CARRIO.

SERTORIUS PARTHIS TURBAM MORANTIBUS] Legerem, *portis.* Eae ſcilicet ita erant turba occupatae, ut nec ipſe imperator pervadere poſſet. CIACC. Videtur illud *Parthis*, eſſe mendoſum, & fortaſſe, *portis*, ſcribendum; ut integra lectio ſit: *Sertorius portis turbam morantibus, &c.* Erant igitur portae ita turba occupatae, ut nec Tribunus, nec ipſe imperator pervadere poſſet. *Imperii* autem poſuit, ut videtur, pro, *Imperatoris.* URSIN. Non ſatisfacit mihi haec lectio: ita, *turbam* iſtud neſcio quid turbat. Quocirca porro hinc longe exturbandum cenſeo: atque in ejus locum, *tubam* recipiendam: hoc eſt, clangorem, ſeu ſignum tubae: quod ſummus Poëta facete *taratantara* a ſono indigetaſſe videtur. DOUZA. Bis hic locus a Nonio adducitur, & in libello *de Doctorum indagine*, & in voce, *diſcrimen.* ſed utrobique non ſatis recte. in quodam eſt: *turbam orantibus.* in alio: *portis turba morantibus.* in tertio: *multo*,

neris aut imperii diſcrimine, per calonum corpora, ad medium quaſi deinſuper adſtantium manibus in murum adtollitur. *Nonius. Servius.*

XXIII. Neque detruſus aliquotiens terretur. *Priſcianus* lib. XV.

Dubitavit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Cariſius.*

Rumore primo. *Idem.*

Idem fecere Octavius & Q. Caepio ſine gravi cujuſquam exſpectatione, neque ſane ambiti publice. *Servius ad* lib. IV. *AEneidos: Ambire ſignificat & rogare. Salluſtius in Jugurtha: Quos ego audio ambire, fatigare vos ſingulos. Dicebatur & ambio illum, pro rogo. Salluſtius in* I. *Idem fecere, &c.*

Cum arae & alia diis ſacrata, ſupplicium ſanguine foedarentur. *Idem.*

Poſtremo ipſos colonos per miſerias & incerta humani generis orare. *Idem ad illud* X. *AEneid.*

—— —— per everſae genitor fumantia Trojae
Exſcidia obteſtor.

Ea

pro *nulle.* neque habeo certi quod hoc de loco definiam, etſi Servius lib. IX. AEneid. quid ſibi voluerit Salluſtius ſatis indicat. *Muri*, inquit, *olim alti non erant, ſed ad impetum tantum repellendum. Ut etiam Salluſtius oſtendit, ubi Sertorium humeris ſublatum muros aſcendiſſe memorat.* quae poſtrema qui pro Salluſtianis accipiunt, fruſtra ſunt; cum huc referri debeant. CARRIO.

IN MURUM ATTOLLITUR] De hac re v. Plutarchum in Sertorio pag. 575. Idem de Conſtantio Eutropius IX. 23. Confer Cl. Perizonium Animadv. Hiſt. cap. X. infra: *Sanguine foedarentur.* Virg.

—— *patries* foedaſti ſanguine *vultus.*

WASSE in *Add.*

NEQUE DETRUSUS &c] *In ens*, inquit Priſcianus lib. XV. *totiens a tot, quotiens a quot, & a multo, multotiens, ab aliquot, aliquotiens. Salluſtius lib. I. Hiſt. &c.* Videntur autem haec non male cum ſuperioribus conjungi poſſe: & forſitan ita olim cum aliis fuerant conjuncta. CARRIO. Cum apud Nonium legatur: *Sertorius fortis* &c. puto recte emendaſſe Ciacconium: *portis.* Vult enim Salluſtius portas ita fuiſſe occupatas, ut ne imperator quidem pervadere potuerit. Porro huic fragmento jungendum illud continuo: *Neque detrusus aliquotiens terretur.* COLER. Prorſus temerarium hoc factum Sertorii, ut ut alias magni ducis. Neque enim id Imperatoris, ſed militis officium. Paris animi fuit Alexander apud Curt. lib. IX. cap. 5. & Juſtinum lib. XII. cap. 9. §. 5: ſed eam ob cauſam recte reprehenditur ab amicis apud Arrianum ex Nearcho lib. VI. a Philippo apud Lucianum Dial. Mortuor. XIV. & ab Hegeſippo lib. V. cap. 19. RUPERT.

DUBITAVIT] Priſcianus extremo ſeptimo libr. tradit veteres conſueviſſe frequenter in quincta conjugatione tam genitivum quam dativum ablativo ſimiles proferre: & haec ex prima Salluſtii Hiſtoria allegat: prout vulgati habent libri. Nam a manu ſcriptis abeſt numerus: & in Hiſtoriis ita ſcripſiſſe Salluſtium in Catholicis refert Probus: nec librum nominat; uti nec Servius lib. I. Georg. Virgil. Probi haec ſunt: *E, ſive correpta, ſive producta, nullius generis caſus genitivus reperitur terminatus, niſi antique. Virgilius:*

Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.

Salluſtius: dubitavit acie pars. CARRIO.

QUOS INTER] *Praepoſitiones*, inquit Cariſius, ſeu potius Suetonius Tranquillus de rebus variis apud Cariſium lib. II. *quae praeponuntur merito cenſentur. nam & illud Salluſtii Hiſtoriarum lib. I. quos inter maxime, praepoſitio eſt, quam per anaſtrophen dicimus poſſe converti.* CARRIO.

IDEM FECERE] Quae ſequuntur ad finem uſque libri primi addidimus ex nupera Servii editio-

Ea paucis, quibus peritia & verum ingenium eſt, abnuentibus. *Idem.* Perpenna tam paucis profectus vera eſt aeſtimanda. *Idem ad* XII. *Aeneidos*, XII. 694.

tione, quam debemus diligentiae & ſolertiae Cl. viri Petri Danielis. nam abſque illo eſſet, multa Salluſtii loca non haberemus, multa deteriora eſſent, quae nunc ad Salluſtianae navis tabulas coacquandas multo optima habemus. PUTSCH.

EA PAUCIS QUIBUS] Servius ad illud XII. Aeneidos:

——— *ne verius unum*
Pro vobis luere.

Alii veteri more dictum accipiunt. Verum enim quod bonum & rectum eſſet appellabant. Terentius: Idne eſt verum modo, id eſt peſſumum genus. Item, Quod ſi aſtu rem tractavit, dii veſtram fidem, quantam & quam veram laudem capiat Parmeno! Salluſtius in primo: Ea paucis quibus peritia, & verum ingenium eſt abnuentibus. Idem: Perpenna tam paucis pro pectus vera eſt aeſtimanda. Locum integrum aſcripſi, ut efficiant aliquid meliora ingenia. Ego muginabar: *Perpenna tam paucis profectus vera eſt aeſtimanda.* Senſu non pleno quem pendere a ſequentibus reor. PUTSCH.

PERPENNA] Non ille qui Ariſtonicum vicit, ſed qui Sertorium in convivio trucidavit. CRISPIN.

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER II.

I. SArdinia in Africo mari facie veſtigii humani, in orientem quam in occidentem latior, prominet. *Agellius* lib. XIII. cap. 18. *Nonius*: *Faciem totius corporis formam*, ὄψιν, *id eſt*, *os*, *poſuit antiquitas.*

SARDINIA IN AFRICO MARI] Haec integre leguntur apud Gellium lib. XIII. cap. 28. & Iſidorum lib. XIV. cap. 6. Mendoſe apud Nonium in *Facies*, ſic: *Facie veſtigii humani prominet, in occidentem quam in orientem latior.* Mela enim ait: *In Occidentem quam in Orientem anguſtius patet.* Addit vero Iſidorus, quae huic Fragmento adjicienda ſunt: *Ferme paribus lateribus, quae in Meridiem & Septentrionem vertunt, ex quo ad commercium navigantibus Graecorum ἰχνος appellata eſt.* CIACCIUS ex Agellio lib. XIII. cap. 18. Nonio; *Facies.* Iſidoro in voce, *Sardinia*, lib. XIV. ſed apud Nonium hic fere verborum eſt ordo: *Facie veſtigii humani prominet, in occidentem quam orientem latior.* in veterib. libb. deëſt *prominet*. unde audacior aliquis Salluſtianum id non eſſe ſuſpicetur. ut ut eſt, Nonius ex Iſidoro & Agellio corrigendus eſt. CARR. Fraudi, ut ſpero, futurum mihi non eſt, ſi has Salluſtiani velut naufragii tabulas affulis aliquantis auctiores reddidero: non quidem de meo, ne quis erret, (unde enim mihi, quaeſo, Romanae hiſtoriae proferre pomoeria, ſcriptorum praeſertim codicum armamentis deſtituto?) ſed de Iſidori ſchediis & plutcis quos jam dudum, conjuratis tot barbarorum ſaeculorum procellis, & plus quam decumanis ignorantiae fluctibus, a reliqua Salluſtiana rate disjectos, ac avulſos fuiſſe perſuaſum eſt mihi; atque hanc inde conjecturam facio, quod idem ille centonum, quem dico, ſarcinator unicus, lib. IX. Originum ſuarum, quo loco de Gentium vocabulis diſſerit, Maurorum & Numidarum prima quaſi incunabula, atque incrementa retractans, iiſdem paene verbis ordine paullum immutato narrationem longiſſimam a Salluſtiano Jugurtha petitam ad ſe traxit, ſuppreſſo auctoris, unde eam acceperat, nomine. quod ille paſſim etiam in aliis ſolemne quaſi ſuum ſervaſſe videtur. Exemplum Iſidori ſic habet: *Sardus, Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupavit, & ex ſuo vocabulo inſulae nomen dedit. Haec in Africo mari facie veſtigii humani in Oriente, quam Occidente latior prominet; ferme paribus lateribus, quae in Meridiem & Septentrionem vertunt. ex quo ante commercium a navigantibus Graecorum ἰχνος appellata eſt. Terra patet in longitudinem millia* CXL. *latitudinem* XL. *In ea neque ſerpens gignitur, neque lupus, ſed ſalifuga tantum, animal exiguum, hominibus pernicioſum. Venenum ibi quaque non naſcitur; niſi herba per ſcriptores plurimos & poëtas memorata, apiaſtro ſimilis, quae hominibus riſum contrahit, & quaſi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam praebentes, furibus caecitatem, ſi ſacramento dato oculos aquae ejus tetigerint.* Hactenus Iſidorus; quae univerſa ut a Salluſtio eſſe praeſtare non auſim, ita pleramque partem eidem deberi quovis pignore ſponſionem facere ſum paratus. Fragmentum certe iſtud eodem inſertum plane arguit ſuſpicionem haec noſtram de nihilo non eſſe. Et vero (ut rem loquar meram) ſi paucula quaedam, [quo de genere ſunt illa, *Infirmis medelam*, *furibus caecitatem praebere*: Item hoc, *Graecorum ἰχνος*: quod ad proximum Salluſtii Fragmentum (illud, *Unde Ichnuſa appellata*, volui dicere) haud dubie pertinere, atque inde adeo emendandum ipſa res clamat, Iſidori ſordes potius, quam Salluſtianam munditiem redolentia] iſtinc excipias, quidnam his additamentis Hiſtorico noſtro tantopere indignum inſit, non video. Ceterum cauſſam deſcriptionis Sardiniae Lepidum

quitas prudens; ut ab adſpectu ſpecies, & a fingendo figura, ita a factura corporis facies. Salluſt. hiſt. lib. II. *Sardinia, &c. Iſidorus.*

Inde

pidum Salluſtio praebuiſſe veriſimiliter ut credam inducor, quem male re geſta verſoriam in eam inſulam capere coactum atque inibi paullo poſt tabe colliquiſſe veteres nobis Memoriae confirmant. Douza. Pignor. Symb. Epiſt. XI. ad Angelum Roccham: „ Oſtendebas veterem mappulam Orbis „ calamo deſcriptam & coloribus diſtinctam, „ quam dixi ego à veteribus fuiſſe aſſimilatam „ Fundae. Recitavique protinus carmina Priſciani, quae ſunt in principio Periegeſis.

„ *Non tamen aſſiduo teres undique margine circum*
„ *Clauditur haec, biſido ſed brachia littore pandens*
„ *Arctatur rapidos curſus ad Solis utrinque,*
„ *Aſſimilis Fundae.*

„ Tu illico annotaſti *brachia Fundae*, veluti noſtrates pueri geſtant. Subjeci ego fundam fundo perforato fuiſſe, uti habent feſtiva Carmina, vel Ciceronis, vel Laureae Tullii, edita à Pithoeo Epigrammatum veterum pagina XXX.

„ *Fundam Varro vocat, quem poſſim mittere Funda,*
„ *Ni tamen exciderit, qua cava Funda patet.*

„ Et profecto obſervatum mihi eſt, veteres conſueſſe, res minus notas notioribus aſſimilare, eo conſilio, ut per eas res, quas Natura vel „ Ars frequenter pariunt, infrequentes res innoteſcerent. Exemplo ſint Europa & Libya, „ quas Avienus Nuci pineae comparavit.

„ *AEquus utrimque modius protenditur, ut finat*
„ *ambas*
„ *Si conferre ſibi quiſquam velit, una parumper*
„ *Ut credatur humus, mediique interſtua ponti.*
„ *Subtrahat exemplo, quali nux Pinea forma eſt.*
„ *Singula verſanti talis ſuccedat imago*
„ *Europae, & Libyae.*

„ Item Peloponneſus Platani folio, apud eundem Avienum.

„ *Inſula ſe rurſum Pelopis viſentibus offert.*
„ *Inſula, qua Platani folio compar ſedes* ——

„ Pontus Euxinus Arcui Scythico apud Pomponium Melam lib. I. cap. 19. India Rhombo, „ eodem Avieno teſte,

„ —— *latera agris undique in Indis*
„ *Quatuor eſſe tene: coëant ut & anguli ab omni*
„ *Parte ſibi obliquo claudentes extima terrae;*
„ *Ceu ſpecies Rhombo eſt.*

„ Montem *Calpen* Urnae ſimilem facit antiquus „ Grammaticus ad Sat. XIV. Juvenalis. Quin „ imo & artificialia quaedam in more habuerunt, phyſicis rebus, quarum ſpecies perennant, exprimere, veluti divinantes, illa non „ aeternum manſura. Sic Athenaeus lib. III. in „ princ. *Petaſum* comparat *folio Fabae AEgyptiae.* „ Sic Plinius lib. XXIV. cap. 15. *pedes Lectorum* „ *flori Cinopodii*, ſive *Oeymoidis.* Sic idem lib. „ XVIII. cap. 1. *Sicas* Aprorum dentibus, unde „ *ſicarii*: & ejusdem figurae cultelli, quibus noſtri Cerdones utuntur, & vocant *Trincietti.* „ Sic idem Auctor lib. XXV. cap. 11. *perſonas* „ *Conicas Lanchitidi.* Ita lib. XXIV. cap. 15. *Pe-* „ *ndarum capita Centunculo*; & ejusdem generis „ innumera, quae Plinius, qui fuit Naturae à „ ſecretis, ſollerti indagatione perveſtigavit. „ Unde etiam factum eſt, ut recentiores quidam „ Europam, ingenioſo commento, Reginae ſantis figura expreſſerint, & univerſum Belgium „ Leonis icone ". Haec Pignorius. Rupert.

Facit vestigii humani] Imitatur phraſin Solinus, cap. XLVII. *Equus C. Caeſaris nullum praeter Caeſarem dorſo recepit, cujus primores pedes facie veſtigii humani traſtant fuiſſe.* Apulejus De aſino IV. *Hae arbores in lauri ſpeciem prolixae ſelictae, pariunt in modum floris imberi porrectos calículos medice punicantes.* Putsch. Eà causa Timaeus *Sandaliotin*, & Myrſilus vocat *Ichnuſan*, ſi credimus Plinio lib. III. Heſychius tamen annotat Σανδαλιώτης, ὁ Σαρδὼν πάλαι. Et fortean ita in Timaeo reſcribendum. In veteri Gloſſario exponitur *Sardinia* Θήκεσα. Coler.

Vestigii humani] Veſtigium ima pars pedis, & quaelibet corporis impreſſio. Columella IV. 7. ubi putationem per falcem, dicit eſſe noxiam. *Neque enim eatenus plaga conſiſtit qua* veſtigium *fecit acies.* Codex Arond. *fixit*, at Cic. & Virg. receptam lectionem tuentur. Claudian. de B. Gild. 507. pro *facie* habet *ſpecie*, ineleganter.

Humanat in ſpeciem plantae *ſe* unda *figurat:*
Inſula, Sardoam veteres dixere Colonî.

Manilius IV. 629.

Sardiniam in Libyco ſignat veſtigia plantae.

Silius XII. 355.

Inſula, fluctiſono circumvallata profundo,
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite, terras
Enormes cohibet nudae ſub imagine plantae:
Inde Ichnuſa *prius Grajis memorata colonis;*
Mox Libyci, Sardus, generoſo ſanguine fidens,
Herculis, et ſeſe mutavit nomina terrae.

De Sardo vide N. Heinſium ad Claudian. B. Gild. 507. Cui adde M. Capellam VI. & Dionyſium 467. dicta eſt olim *Sandaliotis.* Wasse in *Add.*

Inde Ichnuſa adpellata. *Solinus.*

Dubium an inſula ſit, quod Euri atque Auſtri ſuperjactis fluctibus, circumlavit. *Nonius*, *lavit*, *pro lavat.*

Nam Sullam conſulem de reditu ejus legem ferentem ex compoſito tribunus plebis C. Herennius prohibuerat. *Agellius* lib. X. cap. 20.

Nam procul, & diverſis ex regionibus. *Cariſius* lib. II. *Aſper*, *procul*, *inquit*, *eſt e loco.*

Obviam fuere. *Cariſius ibidem.* *Aſper*, *ait*, *vetuſte* obviam fuere, *adverbio quam nomine uti maluit.*

Urbe, patriaque extorres. *Meſſius.* apud quem, *Orbe.* ſed male.

II. Genus militum ſuetum a pueritia latrociniis. *Idem.*

Inter laeva moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam par-

INDE ICHNUSA APPELLATA] Scribit Plinius, *eam Sardinia aliis Sandaliotis appelletur, Meliſſum eam à ſimilitudine plantae humanae Ichnuſam dixiſſe.* quod poſterius Solinus, Plinii tranſſcriptor, *Chryſippo* tribuit; ut quidem vulgo eſt. nam in veteribus *Criſpum*, non *Chryſippum* eſſe, deque *Salluſtio Criſpo* accipiendum videri, olim obſervavimus; & V. C. Martinus Delrius cum laude multa in his ſtudiis verſatus, in Scholiis Soliniania notavit; quod eo mihi propius vero eſt, quod videam Silium Italicum, qui in plerisque, ut alibi docemus, Salluſtium ſtudioſe imitatus eſt, idem in poëma ſuum tranſtuliſſe. Verſus ejus lib. XII. ſunt:

Inſula fluctiſono circumvallata profundo
Caſtigatur aquis: compreſſaque gurgite terras
Enormes cubibet, mudae ſub imagine plantae.
Inde Ichnuſa prius Grajis memorata colonis:
Mox Libyci, Sardus, generoſo ſanguine fidens
Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terrae.

CARRIO.

DUBIUM AN INSULA SIT] Videtur legendum: *Continens, dubium an inſula ſit, quum Euri, &c.* CIACC. Nonius De mutatis conjugationibus, *lavit*, pro, *lavat.* CARRIO. *Circumlavit.* Legendum *circumlavitur.* COLER.

NAM SULLAM] Notat Agellius lib. X. cap. 20. Salluſtium, proprietatis in verbis retinentiſſimum, conſuetudini conceſſiſſe, & privilegium, quod de Cn. Pompeji, Magni Pompeji patris reditu ferebatur, legem appellaſſe. CARRIO.

NAM PROCUL] Ex Cariſio lib. II. ubi; *Aſper, Procul, inquit, eſt e loco.* CARRIO.

OBVIAM] Cariſius ibidem. ubi *Aſper* ait *vetuſte obviam fuere: adverbio, quam nomine uti maluit.* CARRIO.

URBE PATRIAQUE EXTORRES] Tacitus Ann. V. *Suis ſedibus extorres.* CIACC. Meſſus De elocutionum exemplis: *exterris bis.* apud eum male eſt *orbe*, pro, *urbe.* CARRIO.

GENUS MILITUM] Curtius VI. *Gens cultu vitae aſpera, & latrociniis aſſueta.* CIACC. Idem Meſſus ibidem: *ſuetus bis.* CARRIO.

SUETUM A PUERITIA LATROCINIIS] Videtur Q. Curtius reſpexiſſe ad hunc locum, cum dixit lib. VI. *Mardorum erat gens confinis Hiſpaniae, cultu vitae aſpera, & latrociniis aſſueta.* URSIN. Neſcio revera de cujus gentis militibus hoc accipendum. An de Brutiis? Livius lib. XXIX. *Spes affectandae ejus rei ex minima re affulſit, quod latrociniis magis quam juſto bello in Brutiis gerebantur res, principio ab Numidis & Brutiis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio, promptis in eum morem.* COLERUS. Cariſ. II. *ſuetis bis.* Suſpicor notari Iolenſes Sardiniae populos. vid. Strab. V. Diod. VI. pag. 163. D. Varro I. de R. Ruſt. WASSE.

INTER LAEVA.] Priſcianus lib. C. & VI. *Turiam*; inquit, *dixit, qui accuſativus maſculini eſt generis; non neut.* Probus tamen & Pompejus *Turia* videntur legiſſe. *Lectum eſt*, inquit Probus, *unum neut. generis nomen hac declinatione apud Salluſtium: Et dextrum flumen Turia.* Idem ibidem: *Hoc Turia*, inquit, *nomen fluminis lectum in* II. *Hiſt Salluſtii.* Pompejus in poſteriorem artem Donati: *Nullum*, inquit, *nomen neutrum Latinum a terminatur in nominativo ſingulari; excepto uno Turia. nomen id fluminis apud Salluſtium.* inepta itaque faciunt, qui, *Durmin*, non *Turiam*, aut, *Turia* legi volunt. quid? quod vulgo male: *laevam*: pro eo quod eſt *laeva.* quae loquendi ratio non tantum poëtis, ſed etiam Salluſtio, ejuſque imitatori Tacito, per mehercule familiaris eſt. ſic enim

parvo intervallo praeterfluit. *Priſcianus* lib. V. & VI. *Turiam dixit, qui accuſativus generis maſculini eſt, non neutri.*

Ita fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. *Donatus Phorm.* Act. I. Sc. 3. & *Hecyr.* Act. IV. Sc. 4. *Nonius, Fiducia eſt audacia. Servius.*

Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret pugnae ſuos, *Aruſianus.* apud quem *inſtruitur huic rei.* Carrio.

Ipſe animi atrox. *Idem.* ibid. *atrox hujus rei.*

Copiis integra. *Idem.*

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coëgit. *Nonius, dicere eſt promittere.*

Poſt, ubi in fiducia nimius. *Aruſianus.*

III. Sed

enim ille libro ſecundo Hiſtoriarum: *Igitur oram Achajae & Aſiae ac laeva maris praetervectus, Rhodum & Cyprum inſulas, inde Syriam audentioribus ſpatiis petebat.* qui locus Taciti integer eſt, neque, ut de vitio ſuſpectus, ab hominibus doctis tentari debet. Carrio. Loquitur de praelio apud flumen Duriam a Cn. Pompejo commiſſo. Pompejus ad Senatum: *Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & praelium apud flumen Durium, & dux hoſtium C. Terennius cum urbe Valentia, & exercitu deleti, ſatis clara vobis ſunt.* Putsch. Sic Tacitus II. Hiſt. *Oram Achajae & Aſiae ac laeva maris praetervectus.* Wasse.

Flumen Thuriam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit] Ita ſcribendum videtur. Graeci quoque Scriptores Θουρίαν ποταμὸν edunt, licet de eo flumine, a quo *Thurios* appellatos eſſe dicunt; quod ex ipſis etiam Thuriorum numiſmatibus conſtat, in quibus Crathis quidem fluvius taurina forma impreſſus eſt, *Thuria* vero fons, Leonis capite aquam fiſtula ex ore fundente. Hic autem de *Thuria* intelligendum, qui Vibonem, ſive Valentiam praeterfluit. Ursin. Neſcio quos Thuriorum nummos commemoret Urſinus. Omnes enim, quos ego vidi, vel quorum publice hactenus ab Antiquariis copia facta fuit, longe ab hac deſcriptione abeunt, neque in ullis eorumdem caput illud leoninum reperire mihi licuit. Id tamen, juxta Urſini deſcriptionem, ubi in nummis occurrit, elegans fontis, inprimis vero thermarum, ſolet eſſe ſymbolum. Egregie id patere poteſt ex nummis Siculis Himerenſibus, Himera enim propter thermas, inde Himerenſes dictas, fuit nobilis, iſtamque laudem per leonis caput, ſive protomen, aquas vomentem, in nummis expreſſerunt Himerenſes. Nihil tale in Thuriorum nummes, in quibus ſaepiſſime quidem taurus, ſive bos cornupeta occurrit, ſed tanquam fertilitatis agri Thurii ſymbolum, non vero fluvii Crathis effigies cum cornubus taurinis, vel taurina protome, quale quid per taurinam fluvii formam apud Urſinum videtur debere intelligi. Havercamp.

Ita] Ex Donato Phorm. act. I. ſc. 4. & Hecyr. act. IV. ſc. 4. Neuter tamen locus libri Salluſtiani numerum habet appoſitum. Nonius per *Fiduciam*, intellegens *audaciam*, hinc deſumtum oſtendit, qui ex hoc caſtigetur. Carrio.

Antequam] Aruſianus, quo ſuperiora libro: *inſtruitur huic rei.* Carrio.

Ipse] Idem ibidem: *Atrox hujus rei.* Carrio.

Copiis integra] Ex eodem: *integer illa re.* Carrio. Noſter VI. 4. *Fama & fortunis* integer. Opponitur ſauciis, confectis, victis. Hegeſip. I. 34. *quum* integrum *Antonium non deſeruerim*, victum *non refugi.* MS. B. Pub. pro *quum* habet *Qui.* Wasse in *Add.*

Eodem anno] *Dicere*, inquit Nonius, *eſt promittere.* Vocem, *modis*, in aliis deſideratam, ex vet. cod. repoſui, & alia correxi. Carrio.

Macedonia] Vide ſupra Jug. cap. XXXV. Wasse.

Post] Aruſianus elocutionum exemplo: *nimius hac re.* Carrio.

Sed

III. Sed ipſi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corſa nomine Ligus mulier. *Priſcianus.* lib. VI.

Nam quaedam Corſa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope litora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a caeteris digredientem uſque ad inſulam navigio profecuta eſt. Cujus regreſſu inſulae fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt. *Iſidorus* lib. XIV. cap. 6.

Ne illa tauro parata ſint. *Donatus* Act. IV. ſcen. 11. *Andriae.*

Dae-

Sed ipsi] Ex Priſciano lib. VI. notante, *Ligus Liguris*, commune eſſe: aliquando tamen in *Ur* inveniri. Carrio. Integrum locum habes apud Iſidorum lib. XIV. cap. 6. Ursin.

Sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat, Corsa nomine, Ligus mulier] Et hoc Fragmentum ex Iſidoro haud mediocri acceſſione augeri, noſtraque comitate ex ſupplemento ejuſdem redivivam lucem accipere poteſt. Id vero eſt hujuſmodi ex lib. XIV. Originum cap. VI. *Corſicae inſulae exordium incolae Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quaedam Corſa nomine Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a ceteris digredientem uſque ad inſulam navigio profecuta eſt. Cujus regreſſu inſulae fertilitatem cognoſcentes Ligures, ratibus eo profecti ſunt, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellaverunt.* Vides ut ex omni parte pulcre fundata & conſtituta ſit haec navis, paucis exceptis, in quibus nos non materiarius, verum architectus fruſtratur: quae tamen Salluſtii non eſſe ſuo ſe indicio produnt; veluti extremum illud de nomine mulieris Liguris auctoris & ducis vocabuli Sardiniae. quod ſemel antea dictum Salluſtiana a ſe breviloquentia ſpernit procul. nam majorem partem ejus Hiſtorici eſſe, argumentis, ſi fit opus, vincere me poſſe confidentia eſt: fortaſſis & ea quae ſequuntur, de quibus tamen lente & ſuſpenſa manu judicium meum profero. *Dividitur autem a Sardinia* XX. *millium freto, cinctis Ligustici aequoris ſinu ad proſpectum Italiae. Eſt autem multis promontoriis anguloſa, gignens laetiſſima pabula, & lapidem quem Catochitem Graeci vocant.* Ut ut eſt hujuſmodi tam accurata regionis deſcriptio, a Salluſtianae hiſtoriae rationibus abhorrere non nimium videtur. quem & multum in hoc genere atque adeo curioſum fuiſſe ſimilium locorum conlationes arguere poſſunt. Douza. Integer, ni fallor, locus reſtat apud Iſidorum lib. XIV. *Corſicae inſulae exordium incolae Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quaedam Corſa nomine, Ligus mulier, cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, tranſnatare ſolitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum a caeteris digredientem uſque ad inſulam navigio profecuta eſt.* Hiſtoriolam hanc an fabulam tangit etiam Stephanus: Κύρνος, νῆσος ἐν τῷ τυρρηνικῷ πελάγει, ἀπὸ Κύρνου δῆλης βασιλ. λίγυς ἢ Κορσική. Strabo lib. V. Cyrnum etiam Graecis dictam ſcribit. Porro in ſequenti fragmento emendo: *Ne illa tauro prata ſint.* Illud pene fum oblitus adjicere, veteres ſcriptores Sardiniam cum Corſica plerumque conjungere. Hinc Avienus;

Sardiniaeque arces & inborrens Corſica ſilvis.

Colerus.

Corsa nomine.] Ita omnes Vett. codd. licet vulgati habeant, *nomine Corſa.* de Corſica inventa loquitur. Carrio.

Ne illa tauro parita sint.] Particulam, *ne*, pro, *nedum*, poſitam docent Grammatici. Sic Apuleius Apologia I. *At ego Aemiliano, non bulc Afro; ſed illi Africano & Numantino, & praeterea Cenſorio, vix crediderim; ne huic frutici credam, non modo odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe.* Ursin. Donat. act. IV. ſc. 11. And. *ne*, inquit, pro *nedum.* ſed haec mendoſa ſunt, nec quo corrigi poſſint habeo. Carrio.

Tauro parata.] Donatus Edit. Froben. 1502. *parita.* Neſcio an ad Paſiphaën ſpectet auctor: ſi ita, legendum, *pavita ſit:* lin minus, ad Lucullum refer, qui taurum Εὐφράτην ἀβαπτιστον ἔθυσε, notante Plutarcho pag. 502. Wasse in *Add.*

Dae-

Daedalum ex Sicilia profectum, cum Minonis fugeret iram atque opes. *Priſcianus* lib. VI. *Servius.*

IV. Quem ex Mauritania rex Leptaſta proditionis infimulatum cum cuſtodibus miſerat. *Priſcianus* lib. I.

Quos advorſum multi ex Bithynia volentes occurrere, falſum filium arguituri. *Priſcianus* lib. X. *Meſſius.*

Ut actione deſiſteret. *Meſſius.*

Veſpera. *Cariſius* lib. II.

Argentum mutuum arceſſivit. *Priſcianus* lib. X.

Eam deditionem ſenatus, per nuncios Oreſtis cognitam, adprobat. *Priſcianus* lib. VI.

Niſi qua flumen Lurda Tauro monte defluens. *Id. ibid.*

Fru-

DAEDALUM EX SICILIA PROFECTUM CUM MINONIS FUGERET IRAM, ATQUE OPES] Videtur ex hiſtoria legendum; *Daedalum in Siciliam profectum, cum Minonis, &c.* Herodotus lib. VII. λέγεται δὲ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, πλὴν ὑπὸ Σικελῶν καλουμένων, &c. Unde in alio fragmento eſt: *Ariſtaeus cum Daedalo in Sardiniam tranſivit.* Niſi forte dicamus Daedalum in Siciliam primo profectum, ex Sicilia rurſus in Japygiam Apuliae conterminam veniſſe. Quam ſane a Japyge ejus filio dictam docent Graeci ſcriptores, & confirmat Graecum vetus numiſma in Apulia apud Daunios ſignatum Arpis ſive Argyrippae, in cujus altera parte alatum Japygis, ſive Icari Daedali filii, ſimulacrum expreſſum eſt, in altera Diomedeae aves duae, ea plane, qua Plinius & alii tradunt, forma, Diomedis urnam ſepulcralem, ut idem ait Plinius, circumſtantes, qui Argyrippae conditor dicitur. URSIN. Priſcianus lib. VI. *Minonis*, inquit, *more Syracuſiorum pro Minois dixit. illi enim Heron & Minon dicunt.* Vulgo haec quincto hiſtoriarum libro dantur, cum veteres codd. ex eodem hoc afferant. recte, cum ad Sardiniam pertineat, ut in fragmentis docebimus. Deinde quod ſcribitur; *quo Minonis iram atque opes fugerat*; & in Gemblacenſi aliiſque antiquis, *quo Minonis fugerat iram atque opes*; hoc in Thoſano melius eſt, ut repraeſentandum curavi: *cum Minonis fugeret iram atque opes.* CARRIO. Voſſius ex Priſciano legit *quo Minonis*, de Anal. II. pag. 275. WASSE.

QUEM EX] Priſcianus lib. V. *maſcula*, inquit, *ſunt quaedam propria apud Graecos in as deſinentia, vel in es: apud nos in a terminata, ut Leptaſta.* CARRIO.

QUOS] Idem Priſcianus lib. X. *arguituras*: pro, *arguturus.* in Gemblacenſi eſt, *accurrere*: pro *occurrere.* CARRIO. In Priſciano MS. *quos adverſum milites.* COLERUS.

FALSUM FILIUM ARGUITURI] Mirum ni haec ad Nuſam Nicomedis filium referunda: quem Regi illi haud dubie natum, hoc eſt haud vitio, aut illegitime conceptum fuiſſe, Epiſtola porro Mithridatis teſtabitur. Quod tamen Bithynos iſtos, qui a Romanis in regnum illud, mortuo Nicomede, quaſi in vacuum venientibus ac poſſeſſionem occupantibus, gratiam ſeſe inire ſtudebant, redarguere conatos eſſe, fragmentum iſtud liquido ſignificare videtur. DOUZA.

UT ACTIONE DESISTERET] Terent. Phormion. *Herus his deſiſtat litibus.*
Et Caeſar ſaepius. Virgilius:

—— *Mene incepto deſiſtere victam?*

Et alibi ipſe Salluſtius. CIACC. & URSIN. Meſſus: *deſiſte hac re.* CARRIO.

VESPERA.] Ex Cariſio lib. II. CARRIO.

ARGENTUM.] Priſcianus lib. VIII. *arceſſivit.* In quibuſdam: *argentum multum arceſſivi.* in vetuſtiſſimo Colonienſi, *argentum mutum arceſſivit.* cum ſuperlineari gloſſemate, *id eſt ſimulachrum.* CARRIO. Priſcianus idem Membranaceus, *Argentum mutuavit, arceſſivit.* COLERUS.

EAM DEDITIONEM] Priſcianus lib. CI. in Martinenſi eſt; *eandem deditionem.* CARRIO.

NISI QUA FLUMEN LURDA] Docet ibidem Priſcianus non ſolum in Africa, ſed etiam in aliis regionibus nomina fluviorum in *a* deſinere: eoque haec refert verba. In vulgatis eſt: *Lurda*; in Gemblacenſi: *Clurda*; in Martinenſi & Thoſano: *Durda.* ita ut aut *Clurda*, aut, *Durda* ſcribendum eſſe exiſtimem. CARRIO. Priſcianus praedictus: *flumen Clurda*, quomodo & in duobus

Frugum, pabulique laetus ager. *Aruſianus. Servius* lib. I. *AEneidos.*

Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, ſed ipſae belli promtiſſumos delegebant. *Meſſus.*

V. Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationem. *Donatus Phorm.* Act. I. ſc. 2.

Noctu, diuque ſtationes, & vigilias tentare. *Cariſ.* lib. II. Inſtit. Gramm.

At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat; multique commeatus interierant inſidiis latronum. *Priſcianus* lib. VII. *& Nonius.*

Namque primum Iaſonem novo itinere maris AEetae hoſpitis domum violaſſe. *Priſcianus* lib. VIII.

Tarteſſum Hiſpaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent. *Priſcianus* lib. V. & VI.

Neque

allis repererat. Carrio. Mihi vox haec penitus incognita. *Dura* quidem fluvius eſt apud Strabonem, ſi recte memini. Coler.

Frugum.] Aruſianus: *laetus hujus rei.* Servius lib. I. AEneid. *Laetiſſimus*, inquit, *umbra, aut ſeptimus caſus eſt, aut, ſecundum Probum, ſecundus; ut ſit, umbrae. quemadmodum dixit Salluſtius: Frugum pabulique laetus ager.* Carrio.

Neque] Idem Meſſus: *Promtus illius rei.* Carrio.

Mittebantur] Placeret magis, *promittebantur*, vel, *tradebantur.* Ursin.

Modestus] *Modeſte*, inquit Donatus Phorm. act. I. ſc. II. *eſt moderate.* Sic Salluſtius lib. II. *modeſtus*, *&c.* Carrio.

Noctu diuque] Ex Cariſio lib. II. Inſt. gramm. Carrio.

At Lucullum.] Priſcianus lib. VIII. *machinatus*, inquit, *Salluſtius paſſive extulit.* Carrio.

Machinata] Salluſtius paſſive extulit: Priſcian. VIII. Wasse.

Fames brevi fatigabat] Confer *Plutarchum* in Lucull. 498. Wasse in *Add.*

At Lucullum Regis cura machinata fames brevi fatigabat, multique commeatus interfecti erant insidiis latronum] Ita enim Fragmentum iſtud, bifariam a Grammaticis diviſum, coagmentandum eſſe res ipſa perſuadet nobis, & corrigendum, ut ſcripſimus, *interfecti erant*, pro interpretamento ejus, quod in vulgatis exſtat, *interierant.* Idque ex Non. ipſum hoc exemplum citante ac ſcribente: *Interfici, de rebus inanimatis dixit Sall. Multique commeatus, &c.* cui loquendi generi etiam conſimile eſt Lucilianum illud: *Fragmenta interfici panis*: Item compluria apud Plautum. Douza. *Interfici*, inquit Nonius, *de rebus inanimatis dixit Salluſtius.* Unde aut apud Salluſtium, *commeatus interfecti erant*; aut apud Nonium, *interire*, pro, *interfici*, ſcribendum videtur. In vet. quodam haec ex I. Hiſtor. Salluſtii adducuntur. in altero, libri numerus non eſt. Carrio. *Interfecti erant*, emendant viri docti ex Nonio Marcello, docente veteres *interfici* & *occidi* ad inanimata tranſtuliſſe. nobis vero nihil mutandum videtur, propter Lucilii:

Intereunt, labuntur, aguntur que omnia vorſum.

& Ciceronis fragmenta, ibidem ab eodem Nonio exempli cauſſa adducta, in quibus tamen verba illa apparent nuſquam. Putsch. Forſitan ſimpliciter apud Salluſtium exſtitit, *intercepta erant.* Havenc.

Namque] Priſcianus lib. VIII. apud quem in excuſis libris IV. Salluſtii Hiſtoriae adſcribuntur. in Gemblacenſi III. at Martinenſis ex eadem hac deſumta eſſe vult; quem hac in parte, ut reliquis meliorem, ſum ſecutus. Carrio.

Tartessum] Idem Priſcianus lib. V. *Gadir*, inquit, *nomen civitatis, Salluſtius neutrum eſſe oſtendit in* II. *Hiſtoria, ponens nominativo accuſativum ſimilem, ut alii tradiderunt: nam ſi eſſet femininum, Gadirem dixiſſet.* eadem lib. VI. repetit. A Donato quoque haec adducuntur: ubi mendoſe eſt, *Gandirum*, Eunuch. act. III. ſc. I. nec hiſtoriam Salluſtii nominat. quid? quod eas voces, *ut alii tradiderunt*; uti etiam alias in his hiſtoriis infinitas, quidam non recte, quaſi Salluſtianas, acceperunt, cum Priſciani ſint? Huc pertinent verſus Rufi Avieni, nondum, quod ſciam, editi; quos V. C. Jacobus Suſſus, tibi, Guido Laurine, & eruditionis & affinitatis nomine cariſſimus, & ego, hujus Salluſtiani loci occaſione, correximus:

Tar-

Neque ſubſidiis, uti ſoluerat, compoſitis. *Priſcianus* lib. X.

Neque inermos ex proelio viros quemquam agnoturum. *Idem ibidem.*

Ea continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior. *Aruſianus. Nonius* in, *Gravis.*

VI.

Tarteſſumque debinc Tyrii dixere coloni.
Barbara quin etiam Gadir hanc lingua frequentat.
Poenus quippe locum Gadir vocat undique clauſum.

Nec minus in eadem voce apud Julium Solinum Polyhiſtoris peccatum eſt. apud quem legitur *ſaepem*, cum in vet. cod. Suſiano ſit, VII. unde legendum conjeci, *ſaeptum*. CARRIO.

MUTATO NOMINE GADDIR] Feſt. Avienus:

Gaddir prima fretum ſolida ſupereminet arce,
Addollitque caput geminis inſerta columnis:
Hic Cotinuſa prius fuerat ſub nomine priſco,
Tarteſſumque debinc Tyrii dixere coloni:
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,
Poenus quippe locum Gaddir vocat undique clauſum.

Dixerat etiam haud dubie Salluſtius hujus appellationis Punicae cauſſam. Ex quo itidem ſuo more ſumſit Iſidorus lib. XIV. Sed & iſte Avieni locus huc merito tranſcribendus videtur:

——— *Gaddir eſt opidum.*
Nam Punicorum lingua conſeptum locum
Gaddir vocabat. ipſa Tarteſſus prius
Cognominata, multa & opulens civitas
AEvo vetuſto: nunc egena, nunc brevis,
Nunc deſtituta, nunc ruinarum agger eſt.
Nos hoc locorum praeter Herculaneam
Sollemnitatem vidimus miri nihil.
At vis in illis tanta vel tantum decus
AEtate priſca ſub fide rerum fuit,
Rex ut ſuperbus omniumque praepotens,
Quos gens habebat forte tum Mauruſia,
Octaviano principi acceptiſſimus,
Et litterarum ſemper in ſtudio, Juba,
Interfluoque ſeparatus aequore,
Inluſtriorem ſemet urbis iſtius
Duumviratu crederet.

COLER. Duumviratum regis Jubae, collega Cn. Atellio Pontifice, deſcripſimus atque illuſtravimus ad Morellii Theſ. Fam. Rom. p. 235. 236.





Nomen vero urbis in nummo ibidem non adſcribitur, eoque honore plures gaviſae, ejus regis indulgentia, fuiſſe videntur. Sed neque filius ejus Ptolemaeus ejusmodi honores, ut ex altero nummo adparet, recuſavit. HAVERC. Confer *Avienum* pag. 263. ubi pro *linea* legendum omnino:

Inter & oppoſitas intendite lintea *terras.*

Plin. IV. 222. *Timaeus Cotinuſſam apud eos vocatam ait: noſtri Tarteſſum appellant*, Poeni Gadir, *ita Punica lingua* ſepem *ſignificante*. Adde *Strabonem* pag. 57. WASSE in *Add.*

NEQUE SUBSIDIIS] Ex Priſciano lib. X. *ſoluerat* autem eſt, *ſolitus fuerat*. CARRIO.

NEQUE INERMES] Idem Priſcianus eodem lib. X. in Gemblacenſi eſt *agnaturus*, ſecundum analogiam, pro *agnituros*; & *inermos*, pro *inermes*. in Thoſano; *agnoſciturum*: pro *agnoturum*. in vulgatis: *agnituram*. utrumque non recte. CARR.

EA CONTINET] Ex Aruſiano: *inferior tibi*. & Nonio; *gravis*, apud quos male eſt, *& continetur*: pro *ea continet vir*. de interpretatione, Nonius viderit. CARRIO. Apud Nonium & Frontonem pro *continet vir*, *continetur* ſcribitur. quae lectionum diverſitas locum corruptum arguit, ita fortaſſe emendandum: *Ea continentia gravis, &c.* DOUZA. *Ea continentia vir gravis*, Pertinet fortaſſe hoc ad Sertorium, de quo *Plutarchus* in fine ejus vitae. WASSE in *Add.*

VI. Omnes qui circum ſunt, praeminent altitudine millium paſſuum duorum. *Aruſianus.*

Et Poeni ferunt adverſus A. N. C. M. *Donatus.*

Quia corpore, & lingua percitum, & inquietem, nomine hiſtrionis vix ſani, Barbulejum adpellabant. *Priſcianus* lib. VI.

Audaciter. *Idem* XV.

Ibi Fimbriana ſeditione, qui regi per obſequelam orationis, & maxume odium Sullae, graves, carique erant. *Nonius.*

Moenibus deturbat. *Nonius, deturbare.*

E mu-

Omnes] Ex eodem Aruſiano: *praeminet.* Carrio. *Praeminent altitudine millium paſſuum duorum.* Lipſio noſtro legi placet, *praeminet*; ut de monte quopiam reliquis editiore loquatur. cui ego non hac in parte modo, ſed etiam in ceteris omnibus aſſentior lubens: ſed montis nomen quaero quod ſit. Douza.

Et Poeni] Donatus act. I. ſc. 3. apud quem extrema tantum verba ſingulis deſignata ſunt: quae quid notent, divinare nequeo. Carrio.

Percitum] Vulgarem hujus loci apud Priſcianum lib. VI. ſcripturam expreſſi. nam manuſcripti libri variant. Martinenſis habet: *perſcitum*: Gemblacenſis: *percitum*: cum hoc gloſſemate interlineari: *id eſt valde citum.* idem quoque Martinenſis: *burbulejum.* at Gemblacenſis; *burbulequim*, cum hac adjuncta interpretatione: *id eſt: valde luxurioſum*: uterque in hoc conſentit: ſcribendum eſſe, *appellabat*, non *appellabant.* cogitet lector. quid? quod, *quietem*, non *inquietem*, legendum videtur? cum dicat, *inquietis*, ſimplex etiam in uſu inveniri; idque Naevii belli Punici lib. II. Macri Annalium I. & Salluſtii lib. II. auctoritate probet. Carrio.

Histrionis vix sani] Pricaeus ex conjectura, *vesani*, de voce *Barbulejo* adi Menagii Origines Linguae Gallicae pag. 78. Infra, *audaciter.* Ita ſemel Plautus Pſeud. II. 4. Livius XXII. 25. Seneca Controv. XX. & de Provid. IV. De hac voce habes Quintiliani judicium. I. 6. Wasse in *Add.*

Barbulejum appellabant] An hoc de *Hirtulejo* dictum, cujus mentio eſt infra? Ita (ut ait Suetonius) *Tiberius Nero, per jocum dictus, Biberius Mero.* Ursin. Priſcianus ille toties a me laudatus lib. VI. hoc affert. Vult Salluſtius, neſcio quem Romanorum ob corporis geſtum & linguae procacitatem nomine hiſtrionis cujusdam Barbuleji fuiſſe appellatum. An ille eſt, de quo ſupra etiam Salluſtius, Curio pater? Eſt profecto. Ita enim vero mihi auguratus videor ex Plinii lib. VII. cap. 12. Quem tamen rectius puto ſcribere Barbulejum, quemadmodum & Solinus, & Valer. Maximus lib. IX. cap. 14. *At M. Meſala, Conſularis & Cenſorius, Menogenis: Curioque, omnibus honoribus abundans, Barbuleji: ille propter oris adſpectum, hic propter parem corporis motum, uterque ſcenici nomen coactus eſt recipere.* Coler.

Audaciter] Idem Priſcianus lib. XV. *Secundum analogiam* protulit. Carrio.

Obsequelam] Nonius: *obſequium neutro genere: obſequela feminino.* Junius eas voces, *graves*, & copulam *que* omittit, librorum, quantum conjicere eſt, ſuffragiis. alii *grati carique*, perperam reponunt. Carrio. Inſerendus memoriae hic locus, tanquam è prudentiae adytis profectus. Spectat huc illud Alexandri M. ap. Curt. lib. VIII. *Regum ducumque clementia non in ipſorum modo, ſed etiam illorum qui parent, ingenio ſita eſt. Obſequio mitigantur imperia. Ubi vero reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vim repellamus.* Rupert.

Et maxime odium Sullae, graves carique erant] Diſputant varie ſuper hoc loco viri docti. In manuſcripto Nonii qui haec pro exemplo adducit, extabat, *graves ſcarique*: in altero, *ob odium Sullae cari erant.* ſed lectio quam expreſſit Carrio optima videtur, ſi τὸ *graves* ſumatur & habeatur pro fortibus, ut ſaepe Salluſtius. *Ea continentia vir gravis, & nulla arte cuiquam inferior.* Et in fragmentis novis: *Hiſpaniae gravem civitatem.* Putsch.

Graves carique] Virg. *pietate* gravem *ac meritis*, hoc eſt, auctoritatis ſummae. Iſidorus, *venerabilis, unde & contemtibiles* leves *dicimus.* Quae ſunt verba Servii ad locum ſupra dictum. Pergit ille: *pro conſilio & conſtantia dictus, quia non levi motu diſſilit, ſed fida conſtantiae gravitate conſiſtit.* Quid illud ſodes *fida gravitas*? reſcribe cum MS. Cod. *fixa.* Wasse.

Moenibus] Nonius, *deturbare eſt*, inquit, *dejicere, demovere.* Carrio.

E mu-

E muris canes ſportis demittebant. *Idem.*

Ad hoc rumoribus, advorſa in pravitatem; ſecunda in caſum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem.*

VII. At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus; magna gloria concurrentium undique virile & muliebre ſecus, per vias ac tecta omnium, viſebatur: cum quaeſtor C. Urbinus, aliique, cognita voluntate, eum ad coenam invitaverant; ultra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, exornatis aedibus per aulaea & inſignia, ſce-

E MURIS] Idem Nonius *ſportas* a *ſparto*, quaſi *ſparteas*, aut ab *aſportando*, dictas eſſe vult. in vulgatis haec quinćto libro tribuuntur. in vet. cod. ſecundo. Viri docti, *cives* pro *caves* legendum divinarunt. CARRIO. Legerim, *cives ſportis*. Sermo fuit de obſeſſis, qui ſuos aliquot per funem ſportis demittebant. Aut tale aliud. Lipſ. IV. Ep. Q. 14. RUPERT.

ADHAEC] Nonius *eſt*, inquit, *rumor, ut plerumque opinio*. CARRIO.

RUMORIBUS ADVORSA IN PRAVITATEM] Haec eſt livoris injuſtitia, nihil bene interpretari, nulli dignum pretium rependere. Vide *Bernecc.* ad Agr. Taciti cap. 1. RUPERT.

FORTUNAM IN TEMERITATEM DECLINANDO] Videtur legendum: *Fortia in temeritatem declinando*; nam praceſſit; *adverſa in pravitatem, ſecunda in caſum*. CIACC. & URSIN.

AT METELLUS] Totum hunc locum citat Macrobius Saturnal. lib. III. cap. 13. Pro eo quod eſt in Macrobio *Concurrentibus undique virili & muliebri ſexu*: poſui aliquando: *concurrentium undique virile & muliebre ſexus*. primum quod ita in Nonio legeretur: deinde quod Cariſius, & ille ipſe Nonius obſervent hic *ſexus* neutro genere. quod hinc alioqui probari non poterit. quamquam & apud Cariſium & Probum legitur, *ſecus*, pro, *ſexus*. Soſipatri libro I. Inſtitut. gramm. verba haec ſunt. *Secus neut. generis nomen. unde & Salluſtius dixit: virile ſecus, hoc eſt, virilis ſexus, quod per omnes caſus integra forma declinatur. eſt & ſecus adverbium*. Probus Catholicis: *Secus*, inquit, *duas res ſignificat, adverbium ſeparandi, & ſexum. Salluſtius: Virile & muliebre ſecus*. Hactenus illi. Fuit cum divinarem utrumque eſſe alucinatum, & *ſexus* apud Salluſtium neutro genere eſſe retinendum. Quod etiam in Plauto Priſcianus notavit. is enim lib. V. *Plautus*, inquit, *hoc ſexus neutro genere protulit in Rudente: Virile ſexus nullum unquam habui*. Sed cum in Feſti veteribus libris, *ſecus* eſſe, non *ſexus*, in exemplis autem a Feſto citatis, *ſexus* non *ſecus*, monuerit Antonius Auguſtinus J. C. elegantiſſimus; ſcripturam, quam expreſſi, retinendam judico. neque virum doctiſſimum mihique familiarem audio, qui cum in veteri ſcriptura, *ſecus* eſſe fateretur, *ſexum* tamen neutro genere, apud Feſtum alioſque ſcriptores a Feſto adductos, reponi volebat. Hoc enim eſſet arbitrarias deque opinione factas emendationes libris veteribus, &, a quibus libri veteres longe vincuntur aetate, Grammaticorum quos dixit, auctoritati praeponere; quod nemo, credo, doctus temere fecerit. Neque enim in librorum correctionibus Pythagoricum illud, αὐτὸς ἔφα, ſed ea quae modo laudavi vetuſtatis teſtimonia ſolidiſſimis rationibus adjuta, apud bonos harum rerum judices valere conſueverunt. Adde quod idem Cariſius eodem lib. I. ita ſcribat: *Alia nominativum & ablativum habent; ut tabes, pluris, ſiremps; facit ab hac tabe, plure, ſirempte. Cinna autem in Smyrna, hujus tabis dixit, nullo auctore. Alia unius tantum caſus ſunt, ut hoc ſecus, adfatim, adincitas, infitias, ſuppetias, pedum, ſponte, dicis ergo, nequam, nihili, frugi*. Ita enim locus ille Chariſii reliquis, quae interpoſita ſunt, ejectis, de veteri libro reſtituendus eſt. CARRIO. Vide Gronovium ad Livium Lib. XXVI. 46. WASSE.

VIRILE ET MULIEBRE SECUS] Huc reſpexit Tacitus, ſi modo ejus verba mendo vacant, quae leguntur lib. IV. *Virilis & muliebris ſexus omnis effuſus*. CIACC. & URSIN. Agellio hanc priſcam vocem reſtituit Lipſius I. El. 7. Nam cum vulgo lib. III. cap. 10. legitur, quod ejus *virilis factus* futurum eſt. Vide Scaligeri ad Auſon. Notas lib. XV. cap. 2. RUPERT. Atque ita (*muliebre ſecus*) legendum apud D. Hieronymum Vota Hilarii, pro *muliebris ſexus*. WASSE in *Add.*

EXORNATIS AEDIBUS PER AULAEA ET INSIGNIA] Legendum, *& ſigna*. De Republ. ordin. *Domum ſignis, aulaeis, aliiſque operibus exornare.*

ſceniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul croco ſparſa humus, & alia, in modum templi celeberrimi. Praeterea cum ſedenti tran-

CRACCON. Illud, *inſignia*, videtur mendoſum, & mutandum in, *ſigna*: nam in Epiſtola de Republica ordinanda ita locutus eſt, cum dixit: *Nam domum exſtruere, eam ſignis, aulaeis, aliiſque operibus exornare.* URSIN.

SIMUL CROCO SPARSA HUMUS] Foeda haec vetus adulatio, excipiendi reges, tanquam in adventu deorum, quomodo, & Alexandrum victorem Babylonios excepiſſe, prodit Q. Curt. lib. VII. ibi: *Magna pars Babyloniorum conſtiterat in muris, avida cognoſcendi novum regem. Plures obviam egreſſi ſunt, inter quos Bagophanes, arcis & regiae pecuniae cuſtos, ne ſtudio à Mazaeo vinceretur, totum iter floribus coronisque conſtraverat, argenteis altaribus utroque latere diſpoſitis, quae non thure modo, ſed omnibus odoribus cumulaverat.* Haec ille. A quibus non multum abludunt, quae, de Athenienſium poſtea longe etiam foediore adulatione, qua adverſus Demetrium, cognomento Poliorceten, uſi ſunt, commemorat Demochares apud Athenaeum lib. VI. δειπνοσοφιστῶν, in haec verba: *Demetrium, Athenas a Leucade & Corcyra redeuntem, Athenienſes non ſolum ſuffitibus, coronamentis & libationibus vini exceperunt, ſed etiam chori proceſſerunt ei obviam, cum proſodiis & Ithyphallis ſaltantes & canentes.* Ad quam locum Caſaubonus p. 442. *Olim omnia haec diis erant propria, & in illorum tantum honorem fieri ſolita, cum vel in pompa traducerentur, vel alias loco moverentur deorum ſimulacra.* Hinc fere plerunque fiebat, ut adventus principis nimis quam gravis eſſet provincialibus, imo populatio verius, quam adventus. Vid. de Domitiano Plinium in Panegyrico: ubi viciſſim Trajani modeſtiam in itinere faciendo depraedicat, ſicut & Antonini Pii Capitolinus. Sed & huc ſpectat, quae M. Tullius Quincto fratri inſtillat in aureola illa Epiſtola lib. I. ad ipſum, de recte adminiſtranda provincia; & illa Caſaub. ad Suet. Tib. cap. XXXIX. *Fuit mos procerum Romanorum, ut ituri in provincias, magnum ſecum amicorum numerum Roma abducerent. Auctor primus, ut videtur, ejus moris Scipio: de quo in Hiſpanias eunte Appiani ſunt verba: ἐπὶλοιδὸς τῶν ἐπιγαμίων καὶ πιλάτας ἐκ Ῥώμης, καὶ φίλους πεντακοσίους, ἃς εἰς ἴλας καθίζων, ἱππικὴ φάλαγξ ἦλθε.* Haec Caſ. ubi & adjicit, in comitatu principum virorum ſemper fuiſſe Graecos, eoſque ut plurimum literatos & philoſophos, e Luciano. Ceterum Livius lib. XLII. obſervante Torrentio, ante *L. Poſtumium Coſ.* negat *Romanos magiſtratus, in itinere faciendo, ullis unquam ſociis, aut provincialibus etiam, moleſtos fuiſſe, mulis enim tabernaculiſque, ac reliquo inſtrumento publice ornabantur. Ille Praeneſtinis, ob privatam olim injuriam, ſuccenſens, cum ab Urbe Conſul proficiſceretur, literas miſit, ut ſibi magiſtratus obviam exirent, locum publice pararet, ubi diverteretur, jumenta, cum exiret inde, praeſto eſſent. Eoque exemplo factum narrat, ut indies etiam graviora mandarentur. Sic ille. Quod tamen de gravioribus indies imperiis dicit, non ita accipiendum eſt, ut lege aliqua ſancita fuerint. Mos enim ille locandi publice, quae magiſtratui uſui erant, diutiſſime permanſit, quod Ventidii Baſſi relata à Gellio hiſtoria demonſtrat. Interdum muli & vehicula non locabantur, ſed pecunia dabatur magiſtratibus, quod & vaſarium appellabant; donec tandem Auguſtus, ſublata prorſus locatione publica, pecuniam conſtitui voluit, quanquam ne hoc quidem permanſit, ut ad Suet. docuimus cap. XXVI. Paulatim autem inclinante imperio, ſublevandi fiſci cauſa, & maxime curſu publico inſtituto, cujus initium ſub Auguſto coepit, impoſita provincialibus neceſſitas, quam angariam, vocabulo a Perſis ſumto, appellarunt.* Haec Torr. ad Horat. lib. I. Sat. 5. v. 46. Et mox: *Lege Julia de provinciis, inter alia capita, praeſcriptus proficiſcentibus modus, ne provincialibus graves incumberent, de qua, modeſtiam ac continentiam ſuam laudans, Cicero ad Attic.* lib. V. Epiſt. 10, 16, & 21. de L. *Tullio legato ſuo.* RUPERT. Crocum hic intelligit aqua dilutum; qui odoratiſſimus ex Cilicia mittebatur, unde Martialis feſtiviſſimus Poëta:

Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

Atque ab Apulejo *odorus imber*, apud Senecam *odoratus imber* dicitur. WASSE.

PRAETERBA CUM SEDENTI TRANSENNA DEMISSUM VICTORIAE SIMULACRUM —— CORONAM CAPITI IMPONEBAT] Plut. in Sylla de Mithrid. *In aliis, quae, agenti Pergami, Mithridati oblata fuerunt, miraculis, Victoriam coronatam* (an coronaturam?) *quae a Pergamenis ſuperne demittebatur machinis, cum paene attingeret caput ejus, labefactatam & delapſam coronam in theatro, ad ſolumque diffractam.* Haec ille p. 368. Caligula ὑπὸ τῆ Νίκης ἐφιεμένῃ ἔλεγε, jactabat ſe à Victoria coronari. Dio in Exc. Peir. p. 669. RUPERT.

CUM SEDENTI] Mire duas hic copulas, *cum, tum*, pro &, &, uſurpavit. Cujus ratio aliis ignota locum hunc mala interpretatione, & praepoſitionis, *in*, adjectione, quam ſuſtulimus, depravavit. CARRIO.

TRAN-

tranſenna demiſſum Victoriae ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruûm coronam capiti inponebat: tum venienti thure quaſi Deo ſupplicabatur.

VIII.

TRANSENNA] *Tranſennam* Servius AEneid. lib. V. *extenſum funem* interpretatur. Nonius vero non *tranſitum*, ut quidam, inquit, putant, ſed *feneſtram*. Servii autem interpretatio & melior eſt, & cum hoc loco magis convenit. Apud illum etiam male eſt: *dimiſſum*, pro *demiſſum*. nam *Demitto*, inquit Caper, *eſt deorſum mitto. dimitto ne dicas*. Apud hunc vero: *Victoriale*, pro *victoriae*, errore ex diphthongo nato. CARRIO.

CUM MACHINATO] Nonius, *Demittere*, inquit, *eſt deſuper mittere. Salluſtius lib.* III. *cum machinis ſtrepitu demiſſum*. qui locus ex hoc reſtituatur. CARRIO. *In tranſenna* apud Macrob. Ed. Lond. 1694. WASSE.

MACHINATO STREPITU TONITRUUM] Simile ergo quid machinis noſtris bellicis habuerunt illi veteres: v. g. Caligulam quoque legimus tonitribus obſtrepuiſſe, ac contra fulgura fulguraſſe, ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculatum dixiſſe, *Tollito me*, *vel ego te*. De machina regis Perſarum Choſrois, dignus memoria locus eſt Joannis Tzetzis:

Choſroës rex erat Perſarum, temporibus Heraclei,
In Palatiis ſuis circa Perſida,
In laquearibus coelum habens fabricatis,
Ex quo tonitrua, & fulmina, machinatique imbres,
Convivio exceptis legatis, erumpebant, ad ſtuporem, &c.

RUPERT. Sic II. 5. *cura regis* machinata fames. Hegeſippus I. 30. *Poſtea vero hujuſmodi commento uſus, ut in modum arcarum*, machinato munimine, *validiſſimos quoſque includeret*. Codex C. C. C. *molimine*. Totum hoc fragmentum pertinet ad Metellum ob ſuſum Sertorium exultantem; rem ita narrat Plutarchus in Sertorio pag. 579. Ἐπὶ δὲ νίκαις ποτὲ μάχῃ τὸν Σερτώριον, ὅτας ἐκφέρει, καὶ πλὴν δίτυχλον ἀγάπησιν, ἄγει Λύσιμαχόν τινα ἀναγορεύθιον. Θυσίας δ' αὐτῷ καὶ πόλεις ἐκθριαμβεύειν καὶ βωμοὺς ἱδρύεσθαι· λέγει δὲ καὶ στέφανον ἀναδεῖσθαι σφενδόνης, καὶ δίφρον ἐλεφαντίνην ἐπιθέσθαι, ἐν οἷς ἐθέλει θριαμβεύειν ἔχων ἵππον, καὶ τὴν στολὴν ἐκείνην ἀλλάττεσθαι χρυσῆν τρίπτυχα καὶ στέφανον ἀμφίρυτον κατέχοντα, καὶ χοροὺς παίδων καὶ γυναικῶν ἐπινίκιους ὕμνους ᾄδειν εἰς αὐτόν. De hoc more Idem in Sylla haec habet pag. 458. Νίκην στέφανηφόρον καθιπτάμενον ὑπὸ τῶν Περγαμηνῶν ἐπ' αὐτὸν, ἵν' τιμῶν ἐργάσηται ἄπαλιν ὅσον ὅπω τὸ κέφαλὴς ψαύσασα ζωλαβῶσα, ἐ τὸν στέφανον πιέσασα καλῶ ἢ θιάτερα φέρεσθαι χαμάζε ἀμφιρυτὸν. Coronas aureas in conviviis regibus eſſe proprias ait Polybius Hiſt. XV. pag. 999. Ariſtomenes πρῶτον ἐπὶ δεῖπνον καλέσας τὸν Ἀγαθοκλέα χρυσοῦν στέφανον ἀπέδωκε μόνον τῶν παρόντων· ἃ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς ἴδιον ἐστὶ μόνοις συγχωρεῖσθαι. Confer Vitruvium V. 7. & Philand. pag. 397. 20. Haec a provincialibus Proconſ. deferri indignati ſunt vetores, & tamen eadem vel etiam majora S. P. Q. R. uni Mario praeſtitit. Seneca De benef. III. 18 Caeterum de aedium exornatione Idem Ep. LXVII. *Quid? tu exiſtimas ea tantum optabilia eſſe, quae per voluptatem & otium veniunt? quae excipiuntur* foribus ornatis? & infra: *Cape quantum debes virtutis pulcerrimae ac magnificentiſſimae ſpeciem, quae nobis non ſertis, ſed ſudore & ſanguine colenda eſt*. Codex B. Pub. *non thure nec ſertis*, bene. Eas enim intelligit voluptates quae non gratulantium coetu, ſed adorantium venerantiumque celebrantur: thus vero colentis, & *ex ſudore* reſpondet. Praeterea thus & aedium ornatus conjungi ſolent. Juvenal. XII. 89.

Heic noſtrum placabo Jovem, laribuſque paternis
Tura *dabo*, *atque omnes* violae jactabo colores,
Cuncta nitent, longos erexit janua ramos.

Xiphilinus de reditu Neronis: Πάντες μὲ τὸ πόλεως ἐξεφοίτησαν καὶ λευκοπανύχιοι ἐθυμιῶντο. Adde Cic. III. Offic. Sueton. Aug. XXXV. Galb. XVIII. Caeſarem B. G. VIII. 31. WASSE in *Add.*

CAPITI IMPONEBAT] In Macrobio vox, *capiti*, deſideratur, & pro illa, *ei*, ſubrogatum eſt: idque à ſcholis hanc loquendi rationem, *ſedenti ei coronam capiti imponebat*, ignorantibus. Haec autem apud Nonium verbo, *Demittere*, in vulgatis omnibus & duobus veteribus libris ex lib. IV. male adducuntur; cum ex III. ſint. CARRIO.

TUM VENIENTI THURE] Vide Freinshem. in Curtii lib. V. cap. 1. §. 20. ad verbum; *Altaribus & Thure*. Sed de hoc more audiendus rurſus Caſaub. in Suet. Cal. cap. XIII. ad verba: *Inter aras & victimas ardentesque taedas*. „ Ita moris fuit prodire obviam viris principibus. Docuit nuper Lipſ. teſtimonio aliquot veterum „ ſcriptorum: quibus pauca lubet adjicere. Originem rei docet M. Tullius: nam primitus „ deis hic honos exhibitus, cum transferrentur „ eorum imagines: ſic ille lib. IV. in Verrem, „ *Quid hoc tota Sicilia* &c. Deinde ad homines „ Idem eſt tranſlatum: eſtque hoc adulationis

„ genus

„ genus antiquiſſimum. Vid. Q. Curt. lib. V. de „ Alexandri ingreſſu in Babylonem, Plut. in „ Dione, Juſtin. lib. XXIV. cap. 3. Religioſius „ Athenienſes, qui excepturi Attalum, ſacer„ dotes & victimas praepararunt, templaque „ omnia aperuerunt, ut ipſe diis, non Athe„ nienſes ipſi, ut deo, ſacrificarent; ut ſcribit „ Polyb. quanquam, adulationibus foedis er„ ga potentes, nulli populo conceſſiſſe proba„ vit Athen. lib. VI. & nos ad illum. Alio„ rum adulationem vide apud Suet. lib III. cap. „ 97. lib. VII. cap. 18. Appian. lib. V. Εμφυλίων, „ narrans Octavii & Antonii in Urbem adven„ tum, poſt factam inter ſe pacem. Sic inter„ pretor, quod ſcribit Philoſtratus lib. V. cum „ AEgyptiacos nomos peragraret Veſpaſianus, „ non ſolum prodiiſſe illi obviam omnes, cu„ juſque aetatis, aut conditionis homines; ſed „ ſacra etiam detuliſſe. Addit Suet. taedasque „ ardentes, quod erat aliquando civilius & uſi„ tatius. Servius ad lib. V. AEneid. *In honorem „ Regum cum facibus procedebatur a populo.* Adde „ Plut. in Pompejo, Herodian. lib. IV. ubi de„ ſcribit ingreſſum Caracallae, Amm. lib. XXI. „ Imperatoribus autem Chriſtianis idem genus „ honoris poſtea eſſe exhibitum, paſſim illorum „ hiſtoriae teſtantur, nam ſive ipſos, ſive eorum „ laurata, ſive cadavera defunctorum, ſuffitibus „ excipiebant. Corippus lib. II.

„ *Tranſitus ob cauſam multi pia tura cremabant.*

„ Atque idem honos poſtea epiſcopis eſt ex„ hibitus: idque jam inde a temporibus primis „ florentis eccleſiae. Nam B. Cyrillus, in epi„ ſtola ad presbyteros Alexandrinos, quae ex„ tat in Actis concilii Epheſini, narrat, ſe à „ concilio, Epheſi habito, redeuntem, tanta „ alacritate omnium exceptum eſſe, ut paſſim „ ſibi mulieres praeirent, turibula manibus te„ nentes. Simile eſt quod de cereis accenſis „ in Hiſt. Eccleſ. obſervamus, quos initio mo„ ris fuit rebus ſacris praeire. Sozomenus lib. „ VII. de apparatu choreae ab Joanne Chryſo„ ſtomo inſtitutae. Mox ad ipſorum epiſco„ porum honorem cerei ſunt adhibiti. Sic eid. „ B. Chryſoſtomo cum cereis obviam procedit „ populus Conſtantinopolitanus. Theodoretus „ lib. V. cap. 34. Sozomenus lib. VIII. Grego„ rius in ejus vita cap. 109". Haec & alia Caſaub. dd. RUPERT.

QUASI DEO, SUPPLICABATUR] In provinciis orta omnis impia adulatio, quae deinceps ipſam pervaſit Romam. Sed obſtat Lipſius Not. in Celleji lib. I. cap. 11. ubi probare conatur, ab ipſis Romanis, & quidem hujus Q. Caecilii Metelli Pii, de quo loquitur Salluſtius, patruo magno, Q. Caecilio Metello Macedonico, ipſi Romae, ut deae, templum fuiſſe ſtructum. Cui nos fidem non habemus: fuerit enim praeter decorum, id auſpicari Romanos ipſos. Orta omnino illa divinitas a provincialium adulatione. Smyrnaei ap. Tacitum III. Annal. gloriantur, *ſe primos templum urbis Romae ſtatuiſſe.* Neque etiam Velleius Paterculus pro Lipſio, quem erudite explicat Gruter. Not. ad eundem. Porro notandus eſt hic locus e primis, quando Romanis delatus fuerit deum honos. Antiquiorem fruſtra alibi quaeras. Verum ubi ferox & ſuperbus ille populus ſemel jugum collo recepit, foeda ac tetra adulatione Principum, & ipſe alias gentes, longo intervallo ſuperavit. Hinc (ut de Conſecratione mortuorum nihil dicam) vivis decreta thenſa, qua deorum ſimulacra quondam vehebantur, ferculum Circenſi pompa, templa, arae, effigies juxta deos, pulvinar, flamines, luperci; hinc faſtigium illud in aedibus, quo ſolebant ornari deorum templa, praelatus ignis, juratum per Genios, Salutem atque AEternitatem Auguſtorum, tanta religione, ut facilius eſſet pejerare per omnes deos. Saepe ego ſic mecum ſtatuo, per hujusmodi monſtra, futuri Antichriſti praelatam imaginem, faſtumque diabolicum, atque imprimis Romae inſtauraturi. Noviſſime Suet. in Aug. cap. 52. *Templa etiam Proceſſ. decerni ſolita.* Ubi Caſaubonus: „ Fidem „ fecerit vel illud Hadriani Imperatoris de Pompe„ jo mortuo jactatum, πλατὺς βεῖθρος πίσσης καὶ „ ἐλαίου γέμων! Jam olim invaluerat haec ἀρέ„ σκεια, ut vocat Polyb. lib. V. apud *Aſiaticos*, „ *Syros & alios*, *honorandi* τῶν ἐπιφανῶν θνητῶν „ καὶ βασιλέων. Cic ad Atticum: *Nullos honores mi„ hi niſi verborum decerni ſino: ſtatuas, fana,* „ τύφραπα *prohibeo*; quod vere, nec ſine cauſa & „ Cicero gloriatur, & in Auguſto hic a Suet. lauda„ tur: *nam legibus Romanorum cautum erat diſerte, „ ut proceſſ. jus eſſet permittendi quo templa ſibi & „ monimenta ponerentur.* M. Tull. ad Q. fratrem: „ *In Aſia neſcio quonam modo, Romae quidem non „ mediocri cum admiratione laudatur, quod cum ad „ templum monimentumque noſtrum civitates pecunias „ decreviſſent: cumque id & pro meis magnis me„ ritis, & pro tuis maximis beneficiis, ſumma „ ſua voluntate feciſſent: nominatimque lex exci„ peret, ut ad templum monimentumque capere lice„ ret, &c. Sed provinciales cum ſuis proconſulibus „ templa erigebant, non ipſos, verum illorum virtu„ tes conſecrabant: quod longe aliud eſt. Hic ho„ nos & Q. Scipioni Aſiam adminiſtranti eſt ha„ bitus.* M. Tullius ad fratrem: *In illis urbibus „ cum ſummo imperio & poteſtate verſaris, in qui„ bus tuas virtutes conſecratas, & in Deorum „ numero collocatas vides*". Haec Caſaub. Inſtia hujus adulationis jam in hiſtoria L. AEmilii Paulli. Vid. Fr. in Curt. lib. VI. cap. 2. §. 5. RUPERT.

TOGA

VIII. Toga picta plerumque amiculo erat ei adcumbenti, epulae quaesitissumae, neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera. Quibus rebus, aliquantam partem gloriae demserat, maxume apud veteres & sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio existumantes. *Macrob. Saturnal.* lib. III. cap. 13. *Nonius. Sosipater* lib. I.

Ruinaque pars magna suismet, aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur. *Nonius.*

Occurrere duci, & proelium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

IX. Avi-

TOGA PICTA] *Toga picta*, toga palmata est. Plutarcho Θριαμβικὴ. Plinius de hac intelligit lib. VIII. cum dicit, Pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natae. Isidorus libro XIX. *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hostibus palmas. Ipsa vocabatur & toga picta*, eo quod *Victorias cum palmis intextas haberet.* Olim tamen aliam fuisse pictam scribit Festus in schedis: *Picta quae nunc toga dicitur, purpurea ante vocitata est, eaque erat sine pictura. Ejus rei argumentum est pictura in aede Vertumni & Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera L. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.* Hoc ita esse ex Livio quoque patet; nam, quam lib. XXX. *togam pictam*, lib. XXXI. *purpuream* appellat. Plinius quem locum Homeri alludat, nondum inveni; nisi forte illud de Nausicaa Odyss. VI. 53. ἐλάπλα τρωφᾶν ἀλιηίφορα. Aliunde etiam illud Homericum recurrit,

——— ἰδῶν ἀνθεμόεντα.

Quod sane propius Plinii mentem puto. COLER.

EPULAE QUAESITISSIMAE] Tac. Annal. II. *Excepere Graeci quaesitissimis honoribus.* CIACC. & URSIN. Vid. Palmerium, Macrob. *ep. vero exquisitissimae* in Londinensi. WASSE. Pro *exquisitissimae*, eleganter. Tacitus II. *Excepere Graeci* quaesitissimis honoribus. Afranius Vopisco: *Jucunditatis plus inest in te mihi, quam commercatis* conquaesite *aedilibus.* Hegesippus *exquisito* maluit I. 35. ubi MSS. *exaedificavit.* Mamertinus in Paneg. XI. *quum* quaesitissime dapes *non gustu, sed difficultatibus aestimarentur, miracula avium, longinqui maris pisces.* Aristoxenus in Architae vita: Ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἰμετέρα ἐστὶ καὶ τὰ χαριζόμενα ἡδονῶν καὶ ὅσα σοφίσματα διαπεπόμφαμεν. Idem WASSE in *Add.*

SED TRANS MARIA, EX MAURITANIA VOLUCRUM ET FERARUM INCOGNITA ANTEA GENERA] Linguas & cerebella phoenicopterorum, ob saporis praestantiam in patinis Apici, nepotis omnium altissimi gurgitis, Vitellii & Elagabali fuisse, plenisque discis appositа Palatinis, e *Plinii* lib. X. cap. 48 Suet. Vitellio cap. XII. Lampridio notum: proavorum quoque memoria Ambrosium, civem & negotiatorem Romanum, Nominalibus filii sui Clementi VII. Pontifici & Cardinalibus regali magnificentia & omnigeno luxu coenam struxisse, in qua paropsides linguis psittacorum refertae, observat Rein. II. Var. IX. Adde not. ad Catil. cap. 13. RUPERT.

RUINA &c.] Scribit Nonius accusativum vel nominativum hic poni pro ablativo, quod qua ratione scribat, nescio. vulgo *ruinaque.* CARRIO. Lego: *Ruuntque, pars magna suismet.* loquitur de iis quorum pars maxima sua sponte se in flumen praecipitaverit. Tale fragmentum infra, quod item sic emendo: *Ictu eorum, qui in flumen ruebant, necabantur.* COLER. Ita reposuimus ex felicissima Christophori Coleri conjectura, cum antea vitiose legeretur: *Ruinaque pars magna, &c.* PUTSCH.

VICE PECORUM] Tacit. Annal. IV. *Qui omnia facta dictaque ejus vice legis observem.* CIACCON. Livius lib. XL. *Modo*, inquit, *pecorum fugientes per saltus avios.* Et Tacitus lib. XII. *Modo pecorum barbari trahebantur.* In orat. M. Lepidi dixit, *more pecorum.* Sed Tacitus illud *vice*, usurpavit eodem sensu lib. VI. cum ait: *Qui omnia facta dictaque vice legis observant.* URSIN. Q Septimius V. 13. *Trepidantes ac* vice pecorum *interficiuntur.* Hegesippus IV. 11. *quamvis exercitus ejus* more pecorum obtruncaretur. Vegetius I. 21. *quo se recipiant non habent*, & more animalium *multi cadunt.* Forte legendum *inulti*, ut III. 1. WASSE in *Add.*

OCCURRERE] *Sagum*, inquit Nonius, *vestimentum militare est.* & haec Sallustii ex II. Historia affert pro, *uti*; non recte ibi est: *ut*; pro *Hir-*

IX. Avidiſque ita, promptiſque ducibus, uti Metellus ictu tragulae fauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Donatus* Act. V. Sc. II. *Andr.*

Primo incidit forte per noctem in renunculo piſcantis *Nonius.*

Ad hoc pauca piraticae adjungit actuaria navigia. *Idem in Piraticae naviculae.*

Omnia ſacrata corpora in ratem inpoſuiſſe. *Aruſianus.*

Suos

tuleio : Herculeio. de quo nihil me quidquam memini legere. praeterea in vet. cod. manifeſte eſt *Hirtuleio*, quem Eutropius lib. VI. epitome Liviana XC. & XCI. Oroſius lib. V. Sertorii ducem nominant, voce non nihil in iis omnibus corrupta. de eodem hoc *Hirtuleio* ita ſcribit Frontinus Stratagematum lib. II. cap. 7. *Q. Sertorius cum acie decertaret, Barbarum, qui ei nuntiaverat Hirtulejum periiſſe, pugione trajecit, ne & in aliorum id notitiam perferret, & ob hoc animi ſuorum infirmarentur.* quamquam & aliis *Hirtulejus* hujus ducis frater fuiſſe videtur, qui in bello Sertoriano quaeſtor fuerit; ut Epitome Liviana nominat. ideoque Plinius & Oroſius Hirtulejos fratres a Q. Metello Pio in Hiſpania oppreſſos ſcribunt. CARRIO. Pro *cadere* vel, *pertingere ad.* Elegantèr. Cicero Tuſc. II. *Pugiles vero &c. Sed quia perfundenda voce omne corpus intenditur*, venitque plaga *vehementior.* Ovid. Triſt. V. 10.

Saepe intra muros clauſit venientia portis
Per medias leginas noxia tela vias.

Vide Vegetium V l. 20. Non diſſimili ſenſu, *venire ad terram*, apud Virgil. AEneid. IX. 543.

Semineces ad terram, immani vulnere ſaeuta,
Confixique ſuis telis, & pectora auro
Transfoſſi ligna, veniunt.

AEn. V. 500.

—— ſagitta
Hyrtacidae juvenis volucres diverberat auras,
Et venit, *adverſique infigitur arbore mali.*

IX. 692.

—— *Fugit horrendum ſtridens elapſa ſagitta,*
Perque caput *Remuli* venit.

Ita fere Ἰκάνω Graeci. *Q. Smyrnaeus* VII. 595.

Οὐ γὰρ ἐδὲ βέλος κείνῳ χρὼς ἴκανε πέλασσε
Βαλλομένων.

WASSE in *Add.*

AVIDISQUE] *Saucii*, inquit Nonius, *ſunt vulnerati*: &, *tragula*, eſt, *haſta.* in harum autem poſteriore voce male legitur, *avidiſſimis atque promtis*, pro, *avidiſque ita promtiſque.* praeterea non rectè ibi ex III. Hiſtoria recitantur; cum ex ſecunda eſſe, libri omnes in voce, *Saucii*, conſtanter afferant. CARRIO.

UTI METELLUS ICTU TRAGULAE SAUCIARETUR] De pugna in Saguntinis campis a Sertorio commiſſa loquitur, in qua Memmius, Pompeii Legatus, contra conſerta manu acerrime pugnans occubuit. Metellus Imperator, multa ſuorum ſtrage defenſus, ictu tragulae a Sertorio ſauciatus diſceſſit. Vide Plutarchum in ejus Vita. Quo etiam pertinere judico Fragmentum illud libri incerti: *Sed Metellus in vulnere.* DOUZA.

ICTU TRAGULAE] Uſus & hac voce Suidas: Τραγέλαι, inquit, ὄπλον, ὃ χρησάμενος ὁ Κίτιος, ὅτε βέλει ἀφῆκε πληγὴν, ὥστε τ βληθέντα, τὴ ἀλγ' ὑπ' πλευρῶν ἀχθέσθαι, τῇ γῇ πεσεῖν. CIACCON. & URSIN.

SED METELLUS] Donat. act. V. ſc. II. And. *Sed*, *poſitum pro atque*, *vel eccum.* CARRIO.

PRIMO INCIDIT] Pro, *incidit*, apud Nonium eſt *indicit*: in veteri etiam quodam, *inducit*: pro, *per*, vulgo, *ſuper*: pro *renunculo*, quam vocem Agellius lib. X. cap 21. pro navigio piſcatorio accipit, *lenunculo.* male. CARRIO.

IN RENUNCULO PISCANTIS] Forte, *lenunculo*: ut & Ammianus. Verum videndum an legendum ubique, *lembunculo.* Tacitus enim, qui multum ſectatur Salluſtium, Annal. XIV. *Nando*, inquit, *deinde occurſu lembunculorum, Lucrinum in lacum vecta, villae ſuae infertur.* CIACCON. Non improbamus hanc ſcripturam, licet in notis ad Caeſarem dixerimus, *lenunculum*, pro, *renunculum*, reperiri in veteribus lapidum monumentis. Quomodo Ammianus uſurpavit lib. XVII. cum ait: *lenunculo ſe commiſiſſe piſcantis.* Tacitus tamen *lembunculum* dixit lib XIV. *Nando deinde occurſu lembunculorum, &c.* URSIN.

AD HOC] *Piraticae*, inquit Nonius, *naviculas celeres quod cito agi poſſint.* CARRIO. In Mſ. Nonii codice haec auctius exſtant, ad hunc modum: *Ad hoc pauca piraticae adjungit actuaria navigia.* PUTSCH.

OMNIA SACRATA CORPORA IN RATEM IMPOSUISSE] Aruſianus De elocutionum exemplis: *impoſuit in illam.* CARRIO. Fallor ego? an de Chiis loquitur Criſpus? quos a Zenobio, Mithridatici exercitus duce, exſutos armis, poſt MM. talento-

rum

Suos equites hortatus vado tranſmittit. *Idem.*

Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur. *Donatus Adelph.* Act. III. Sc. 11.

X. Circumventi dextra, unde ferrum erat, ſaxa, aut quid tale capiti adfligebant. *Ariſtianus & Donat.*

Sed Metellus in ulteriore provincia. *Donatus ad Phorm.* Act. I. Sc. IV.

Inmane quantum animi exarſere. *Nonius.*

At illi quibus res incognita erat, ivere cuncti ad portas incognita tendere. *Servius F. Urſini* MS.

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Servius Fuldanus.*

rum exactionem, cauſſante deeſſe aliquid juſto ponderi, mares ſeorſum a mulieribus & pueris in naves impoſitos, atque ita diſpulſos a patria in Euxinum porro deportari juſſos memorat Appianus. *Sacrata corpora* ergo, deſtinata morti, & quaſi devota Dis Manibus interpretor. Neque abſimiliter Maro *Sacratum caput Sinonis* ſcripſit. Douza.

Suos] Idem Meſſus: *tranſmitto illa re.* Carrio.

Ruebant] Donatus Adelph. Act. III. Sc. 11. *Ruere*, inquit, *eſt toto corpore uti ad impellendum; quod faciunt, qui ipſi praecipites alios proſternunt.* Carrio & Wasse.

Circumventi] Idem, *affictus illam rem.* Carr.

Capiti adfligebant] Puto legendum, *caput*, ex Frontone, qui fragmentum adducit, nam ita Salluſtius locutus eſt lib. III. cum dixit: *Aut afflicti alveos undarum vi.* & Tacitus Salluſtii aemulator, lib. XIV. *Fuſte caput affixit.* & alibi: *Lapide caput affixit.* Ciacc. & Ursin.

Sed Metellus in ulteriore provincia] Forte eſt idem quod modo ante, *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam.* ubi tamen legendum videtur, *ulteriorem provinciam.* Ciaccon. Donatus Phorm. Act. I. ſc. 4. Fuit tamen cum locum Donati corruptum eſſe, & haec ad ſuperius illud fragmentum, *At Metellus*, referenda judicarem. Carr.

Inmane] Nonius; nomen poſitum pro adverbio. Carrio.

Inmane quantum animi exarsere] Huc reſpexit Tacitus lib. XIX. cum dixit: *Flavianus exercitus immane quantum animo, &c.* & lib. XX. *Immane quantum ſuis pavoris & hoſtibus alacritatis indidit.* Ipſe Salluſtius ſupra: *Immane dictu eſt quanti, &c.* & Horatius eodem modo: *Immane quantum diſcrepat.* Ciacc. & Ursin. Sic Graeci Θαυμαστὸν ὅσον, ut Plato Ep. VII. Wasse.

At illi quibus] Fragmentum hoc ex incertis ad librum hunc reduximus, ex auctoritate Mſ. codicis Fulvii Urſini, in quo diſerte legitur, *Salluſtius* lib. II. *Hiſtoriarum.* nam quod in vulgatis bello Jugurthae tribuitur ineptum eſt & vitioſum, quodque non niſi ab imperitis deſcriptoribus manavit, qui ſecundum Hiſtoriarum librum, bellum Jugurthinum interpretabantur; primum, bellum Catilinarium, Salluſtium nihil ultra ſcripſiſſe rati. Eodem modo peccatum eſt in fragmento a Priſciano bello Jugurthino tributo, quod tamen in toto illo opere non comparet: nos inter incerta retulimus. Sic quod hoc eodem libro delevimus: *Circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere*, in bello Jugurthino, totidem verbis perſcriptum exſtat. Citaverat illud Aruſianus ex ſecunda Salluſtii Hiſtoria, innuens bellum Jugurthinum. Prima tamen Hiſtoria a Chariſio pro primo Hiſtoriarum libro adducitur, in *Aliter*. Haec paulo aliter in codice Serviano Petri Danielis leguntur: *At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondito tenere.* Salluſtiane magis. Putsch. Ex quo *ivere* pro *ruere*. Wasse.

Incognita tendere] Servius Danielis habet *incognita tenere.* Forte legendum *incondite.* Wasse in *Add.*

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER III.

I. Exaudirique ſonus Bacchanaliorum. *Macrob.* lib. I. cap. 4. *Saturnal. Nonius.*

Diverſa, uti ſolet rebus perditis, capeſſunt. Namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam ſparſi, alii globis eruptionem tentavere. *Priſcianus* lib. X. *Nonius* in V. *Gnaritas.*

Unus conſtitit in agro Lucano, gnarus loci nomine.

Pu-

EXAUDIRIQUE] Macrobius lib. I. cap. 4. Saturnal. notat in III. Salluſtii Hiſtoria, *Bacchanalorum*, pro *Bacchanaliorum*. Nonius quoque *De mutata declinatione* haec eadem affert. Neque vero dubito quin in eundem uterque inciderit locum. cum & apud Nonium in Vet. Cod. numerus Hiſtoriae, qui a vulgatis abeſt, plane perſcriptus reperiatur, itaque reponatur. CARR.

BACCHANALIORUM] De illorum ritibus fuſe Hoſpinianus. WASSE.

DIVERSA] Sex primae voces a Priſciano lib. X. adducuntur, & Nonio in verbo, *gnaritas*. Reliqua vero ab eodem Nonio; ſed mira ubique eſt varietas. Apud Priſcianum vulgo ſub II. Hiſtoriae leguntur. at in Manuſcriptis, tertio lib. tribuuntur. Denique in vulgato & Martinenſi eſt; *laceſſivit*: quomodo ipſe etiam Priſcianus legiſſe videtur. in Gemblacenſi vero & Colonienſi, *capeſſivit*. at in Nonio, *capeſſunt*. quam ſcripturam ſecutus ſum. Neque enim raro fit ut Grammatici alucinati falſa pro veris afferant. CARRIO.

DIVERSA, UTI SOLET REBUS PERDITIS (ſic ibi enim diſtinguo) CAPESSUNT. NAMQUE ALII FIDUCIA GNARITATIS LOCORUM, FUGAM SPARSI, ALII GLOBIS ERUPTIONEM TENTAVERE] Et hic ſcripturae varietas me, ut de lectionis veritate addubitem, facit: in aliis enim diſerte legitur: *Occultam fugam ſparſi, globis eruptionem tentavere.* Unde & ipſe fiducia gnaritatis phraſium Salluſtianarum emendandum hariolor: *Namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam, pars globis eruptionem tentavere.* Id eſt confertim, & conglobati, ut ipſe alibi loqui amat. Jam *Tentare fugam, eruptionem*, Latinis auribus nova non ſunt. Nam ut *ſparſi*, in vocem *pars*, mutaremus, ipſa nobis ſententia auctor fuit; inducto *vel alii*: quod, praeterquam quod nuperum & novitium auctorem habet, abeſt inſuper ab Nonianis codicibus. DOUZA. Priſcianus vetus, ut & Carrionis liber, hoc fragmentum ex tertio libro, non, uti vulgo, ex ſecundo citant. Nam & ſequentia de praelio quodam commiſſo diſerte loquuntur. Integrum locum ſic conſtituo: *Diverſa, uti ſolet, rebus perditis capeſſiunt, namque alii fiducia gnaritatis locorum, occulta fuga ſparſi; alii, globis eruptionem tentavere.* Antique dictum *capeſſiant*, & ita ſcripſi ob diverſas lectiones, *laceſſivit, capeſſivit, capeſſunt*. Reliqua ex Nonio addidi. COLER.

CAPESSUNT] Apud Priſcian. ſub II. Hiſtoriae leguntur in MSS. III. libro tribuuntur in Vulg. & Mart. *laceſſivit*, quomodo ipſe etiam Priſcianus legiſſe videtur in Gembl. & Colon. *Capeſſivit* in Nonio, *Capeſſunt*. WASSE.

IN OCCULTAM FUGAM] Ita Sillus VII. 67. Supra lib. I. *furtiva celeritate*. Virgilius AEn. IV.

——— *Nec ego* hanc abſcondere furto
Speravi, ne fingo, fugam.

WASSE in *Add.*

UNUS] Priſcianus lib. VI. CARRIO.

Pu-

Publipor. *Priſcianus* lib. V. *Probus Catholicis.*

Male jam adſuetum ad omnis vis controverſiarum. *Priſcianus* lib. VI.

Conjuratione claudit. *Idem* lib. X.

Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat: ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam moenia oppidi ſtagnabant, redundantibus cloacis adverſo aeſtu maris. *Nonius* in, *Mador.*

Equis, & armis decoribus cultus. *Priſcianus* lib. VI.

Decores, inultique terga ab hoſtibus caedebantur. *Idem.*

Contra ille calvi ratus, quaerebat num ſomnio theſaurus portenderetur. *Idem* lib. VIII. *Nonius* in, *Calvitur*. Poſtrema verba habet *Eutyches.*

Par-

Publipor] Antiqui *Publipor* & *Marcipor*, pro Publii puer & Marci puer dicebant: quae O non producunt in obliquis caſibus. Probus Catholicis: *Legi unum novo modo figuratum apud Salluſtium, Publipor Publiporis. eſt enim quaſi proprium.* Sic erat & Quinctipor, Varroni ad Fufidium; apud Nonium *gargaridare*, & *edolare.* de quo vide noſtrum Antiq. Lect. Comment. III. cap. 7. *Caipor*, Feſto, *Marcipor* eidem Feſto, Plinio lib. XXXIII. cap. 1. & Quinctiliano lib. I. cap. 4. Carrio.

Male &c. omnis vis] *Excipitur*, inquit Priſcianus lib. VI. *haec vis, hujus vis, cujus plurale ſimiliter vis, tam Lucretius quam Salluſtius, protulerunt. Lucretius lib.* II.

Sed quem multarum rerum vis poſſidet in ſe,
Atque poteſtatem.

Carrio. Marcus Meſſala de Jano, apud Macrob. Sat. I. 9. *quae vis Caeli maxima duas* vis *diſpares colligavit.* Wasse.

Conjuratione] Ex Priſciano lib. X. *claudo*, & *claudeo*, pro *claudico.* in libro Martinenſi ex IV. Hiſtoria Salluſtii male adfertur. Carrio.

Quasi par] Nonius in voce, *mador*, ex III. Hiſtoria affert, cui etiam omnes tam ejuſdem Nonii quam Priſciani veteres conſentiunt Codd. licet vulgati IV. libb. dent, mendoſe, ut & ipſa verba: *monumenta madore infirmarentur.* Emendentur itaque Nonius & Priſcianus bis eodem in loco. Quin & Junius pro *moenia oppidi*, legit, *omnia oppidi*: pro quo vetuſti libri: *omnia oppida.* Et procul vero eſt, ſi eam vocem ita a communi omnium uſu variaſſet Salluſtius, Nonium id taciturum fuiſſe. Carrio.

Madore infirmarentur] Huc ſpectat Ammianus XX. 6. *Vicit tamen omne prohibendi commentum acumen arietis, coagmento fodiens lapidum recens ſtructorum*, madoreque etiam tum infirmium. &, XXX. 1. *infirmati periculoſo* madore. Uſus item Apulejus Miſcf. VII. pag. 144. Wasse in *Add.*

Equis et armis decoribus] Vide quae diximus cap. VII. Belli Catilinarii. Ciaccon. Ex eodem Priſciano lib. VI. Carrio.

Decores &c.] Idem ibidem. in quo non recte eſt, *dedecores*: cum aperte Martinenſis & Thoſanus habeant; *decores*: idque ipſa Priſciani hunc in modum ſcribentis poſtulet ſententia: *Invenitur & ſimplex decor decoris, penultima correpta, apud vetuſtos, quando pro decorus accipitur.* Quibuſcum verbis exemplum hoc minime conveniet, ſi *dedecores*, legamus. Vocem etiam, *per*, quae ab eruditis erat adſcripta, auctoribus veteribus libris, ſuſtuli. Carrio. Ita poſtremae editiones, contra auctoritatem Priſciani, atque omnium priorum exemplarium fidem, in quibus plane & probe ſcriptum comparet: *Dedecores multique per terga, &c.* nullo quidem idoneo ſenſu, ſed qui tamen nobis ad veritatem ſcripturae eruendam facem praeluceat. Quam ego ita a Criſpo judico conceptam fuiſſe: *Dedecores, multique pars terga ab hoſtibus caedebantur.* Atque eo confidentius, quod hic error etiam alias apud Salluſtium in hoc verbo commiſſus haud ſemel. Douza. Huc ſpectat Hegeſipp. V. 34. Dedecores *atque* inulti, *ſicut pecora trucidabantur.* Et V. 27. Dedecores inultique *referemus gradum.* Q. Septim. V. 12. *foede atque* inultos *detruncavere.* Vox *dedecoret* addenda Stephano. Wasse in *Add.*

Contra] Ex Nonio in voce, *calvitur*; & Priſciani libris VIII. & X. poſtrema verba habet Eutychius. Carrio. Quis credat tam apertis verbis mendum inhaerere, ſed docet Eutyches,

Parte conſumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem uſus fallerent. *Priſcianus* lib. X.

Epiſtola Cn. Pompeji ad Senatum.

II. Si advorſus vos, patriamque, & Deos Penates, totiens labores & pericula ſuſcepiſſem, quotiens a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſ-

qui in MS. habet, *quaerit extis num ſomnio theſaurus portenderetur.* Putschi.

Parte consumta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent] Quid, ſi quartâ vox ſecundo loco tranſponatur, referibaturque potius hoc modo? *Parte cadaverum conſumta, reliqua ad, &c.* Quamquam & volgatam lectionem ferri poſſe haud negaverim. Ceterum monendus lector, iis me exemplaribus aſſentiri potius, qui Fragmentum iſtud in quartum librum rejiciunt. Utut eſt, huic certe loco convenire non poteſt. Namque Epiſtola Pompeji, quae ſtatim porro huic Fragmento ſubjungitur, tribus ante, quam haec accidere annis, ſcripta fuerit neceſſe eſt. Ego enim Hiſtoricum noſtrum de Calagurritanis obſeſſis loqui autumo; quorum invictae in rebus perditis animi firmitudini hujuſmodi teſtimonium a Valerio Maximo tributum legimus: *Calagurritani, quo perſeverantius interemti Sertorii cineribus, obſidionem Cn. Pompeji fruſtrantes, fidem praeſtarent, quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal; uxores ſuas, natoſque ad uſum nefarium dapis verterunt, & cadaverum reliquias falluerunt.* Douza.

Diuturnitatem usus] Unde Ammianus XVII. 8. *frumentum* ad uſus diuturnitatem *excoctum.* E contra, Tacitus An. II. 81. *tela* ad ſubitum uſum *properata.* Et, praeſentem, IV. 16. infra III. 2. 2. Ball. *tot* pro *totiens.* & omittit, *a vobis.* Wasse in *Add.*

Sallerent] *Sallerent*, inquit Priſcianus lib. VI. *dixit a fallo, non a fallio.* in Martinenſi libro aſſeruntur ex IV. Hiſt. Salluſtii. Carrio. Hoc fragmentum in Priſciano noſtro perveteri ſic habet: *Parte conſumpta reliqua cadaverum a diuturnitate uſus fallerent.* Nihil tamen muto. Ita lib. IV. Hiſtor. *Reliqua cadavera fallita*, teſte Diomede Grammatico doctiſſimo. Alium Siſennae locum citat ibidem Priſcianus: *Sic in eam paludem multi piſcium falliendorum cauſſa navibus commeant.* quem locum ſic emendandum indico: *Sic in Gelam paludem &c.* Scribit enim Plinius libro XXXI. cap. 7. juxta Gelam Siciliae fluvium in lacu ſal naſci. Coler. Sic Varro Antiq. Human. lib. XV. *mortuos fallunt.* Et de L. Lat. IV. *id pecus primum occidere coeperunt Domini, & ut ſervarent, fallere.* Lucillius in VIII.

Sallere muraenas, marcem in frigidaria ferre.

Mummius apud Priſcian. X. *Iſtbaec jam multo ſale ſalſurus.* Et *ſallire* etiam apud Siſennam, teſte eodem. Caeterum haec in Martinenſi libro male afferuntur ex IV. Hiſt. ut Carrio teſtatur. Wasse.

Si advorsus] Eſt haec Epiſtola Cn. Pompeji ad Senatum, in Hiſpania belligerantis, de ſummittendo commeatu, & pertinet ad notam in Flori lib. IV. cap. 2. §. 22. cui addo, hac in re, immanem Cambyſis negligentiam. Fremebat in Macrobios, Africanam gentem, quia non ſuprinis manibus exceperant ſervitutem, miſſisque legatis libera reſponſa dederant, quae contumelioſa Reges vocant. Igitur non proviſis commeatibus, non exploratis itineribus, per invia, per arentia trahebat omnem bello utilem turbam: cui intra primum iter defuerant neceſſaria, nec quicquam ſubminiſtrabat ſterilis & inculta humanoque ignota veſtigio regio. Suſtinebant famem primo tenerrima frondium, & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quicquid neceſſitas cibum fecerat; poſtquam inter arenas radices quoque & herbae defecerunt, apparuitque inops etiam animalium ſolitudo, decimum quemque ſortiti, alimentum habuerunt fame saevius. Agebat adhuc ira praecipitem, cum partem exercitus amiſiſſet, partem comediſſet: tandem timuit, ne & ipſe vocaretur ad ſortem, tum demum ſignum receptui dedit, ut eſt apud Herod. lib. III. & Sen. l. III. de Ira cap. 20. Et hujuſmodi ſtoliditatis exempla paſſim obvia ſunt in hiſtoriis. Rupert.

Totiens labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adolescentia] Vett. Codd. habent: *Si tot labores, &c. quot a prima, &c.* Verba vero ſunt ex Epiſt. Cn. Pompeji ad Senatum. Pro illis autem, quae ſequuntur, *Hac in ſpe*, placuit magis, *bac ſine ſpe.* ſive, ut eſt in veterum legum fragmentis, *Haccine?* Item paulo poſt tollenda vox, *quidem:* nam in Vett. Codd. eſt tantum, *novis militibus.* Usix. Veteres libri *tot*, & *quot* habent. Ciaccon. Libri Vaticanus, Nicolai Fabri, & Cardinalis Briconeti, quorum ſcripturas quotieſcumque lau-

leſtiſſumi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quaeſita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis, quam adhuc agitis, P. C. quem contra aetatem projectum ad bellum ſaeviſſumum, cum exercitu optume merito, quantum eſt in vobis, fame, miſerruma omnium morte, confeciſtis. Hac in ſpe populus Romanus liberos ſuos ad bellum miſit? Haec ſunt praemia pro vulneribus, & totiens ob Rempublicam fuſo ſanguine? feſſus ſcribundo, mittundoque legatos, omnis opes & ſpes privatas meas conſumſi: cum interim a vobis per triennium vix annuus ſumtus datus eſt.

III. Per Deos inmortalis, utrum cenſetis me vicem aerarii praeſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? equidem fateor, me ad hoc bellum majore ſtudio, quam conſilio, profectum:

laudo, Vet. Cod. eruditiſſimo Claudio Puteano, Senatori regio, deberi volo, habent, *tot labores*, quae loquendi ratio a Salluſtii aliena non eſt. CARRIO.

PROJECTUM AD BELLUM SAEVISSIMUM] Sic Livius: *projectas & proditas ad inconſultam & improvidam pugnam legiones.* CIACCON.

QUANTUM EST IN VOBIS, FAME MISERRIMA OMNIUM, ET MORTE CONFECISTIS] Legendum *fame, miſerrima omnium morte, confeciſtis.* Ut omiſſa copula, per appoſitionem, quam ſic Grammatici vocant, conjungas. λιμοῦ δ' οὐλοτέρου θανέειν, ut ille canit. *Famem* alicubi Livius, *ultimum ſupplicium humanorum* vocat. RIV. Et alibi idem Livius inquit: *jam fames quam peſtilentia triſtior erat.* COLER.

FAME, MISERRUMA OMNIUM MORTE] Ita recte emendat Rivius. Cui favet Codex Balliol. etiam Ammianus XXV. 7. *Furebat inedia iraque percitus miles, ferro properans, quam* fame, ignāviſſimo genere mortis, *abſumi*, alii *inaniſſimo*. Idem XVII. fame, ignaviſſimo mortis genere, *tabeſcentes*. Forte *immaniſſimo* XIX. *Famem, ultimum malorum omnium, appellat* extremum miſeriarum Eugraphius ad Heaut. V. 2. Ammian. XVII. 9. *cum* ultimis hoſtium fatis *inflamus*, fame &c. alicubi ignobile *mortis genus vocat*. Et *diram mortem* Seneca. Apulejus Metam. IX. p. 188. *carcerem & perpetua vincula*, famem *denique & mortem violentam comminatus*, alii: *violentam & famem comminatus*. fortaſſe, *denique mortem*, deleta copula. nam libb. variant (Oxon. *defamem*, Flor. *& defamem*) vel in *aut* mutata. *Quintilianus* Decl. XIII. *Adeo neque apud Inferos quidem* ulla poena *eſt* fame gravior. Infra vocatur: *duriſſima neceſſitatum, malorum deformiſſima*. Vide Servium ad AEneid. VI. 605. Columella de Re Ruſt. II. 2. *Nam ille mortem facit, hic* teterrimam comitem mortis famem. *Deinde* citat Homerica illa, ex Odyſſ. XII.

Πάντες μ' ευχεσθαι θάνατον δυλοῖσι βεγοῦσι,
Λιμοῦ δ' οὐλοτέρου θανέειν.

Cui adde illud Odyſſ. VII.

Οὐ γάρ τι συγιῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο.

Livium XXVII. Fame *ac frigore, quae* miſerrima mortis genera *ſunt*. Senecam de Brev. vit. XVIII. Dionyſium Halicarn. VI. 7. Κάκιστον δ' μορῶν ἁπάντων λιμόν. Unde nec immerito noſtes alibi, *ſin vis obſiſtat, ferro quam* fame *aequius perituros*. Et Claudian de B. Gild. 128.

Cuncta fame leviora mihi.

Poſtremo, Hegeſippus I. 2. *quo prope uſque ad mortem ſuprema* fame *compellerentur*. Codex C. C. C. *ſupremam*. equidem ſic malim: *mortem miſerrimam famem*. WASSE in *Add.*

HAC IN SPE] Latinus Latinius *Haccine ſpe*; ſive, ut eſt in aereis legibus frequens: *haccine*. CIACCON.

UTRUM CENSETIS ME VICEM AERARII PRAESTARE] Diomedes lib. I. cap. 4. ex III. Hiſt. recitat, *Utrum vicem me praeſtare creditis*. ALD. MANUT. Diomedes lib. I. cap. 4. notat hic, *praeſtare* pro *praebere*: cum, *praeſtare ſit melius eſſe & antecedere*. Sed ibi male eſt, *utrum vicem me praeſtare creditis*. CARRIO.

MAJORE STUDIO QUAM CONSILIO] Livius V. 18. *dum bellum* majore animo *gerunt* quam conſilio, *praecipitavere in inſidias*. VIII. 29. *Vicit tamen pars, quae in praeſentia videri potuit*, majoris animi quam conſilii. Valer. III. 9. *ad idem opus aggrediendum* majore cupiditate *quam ſpe certiore tentare auſus*. WASSE in *Add.*

IN

fectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hoſtiſque in cervicibus jam Italiae agentis ab Alpibus in Hiſpaniam ſubmovi. Per eas, iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Lacetaniam, Ilergetum: & primum impetum Sertorii victoris novis quidem militibus, & multo paucioribus ſuſtinui: hiememque in caſtris inter ſaeviſſimos hoſtis, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. Quid dein proelia aut expeditiones hibernas, oppida exciſa, aut recepta enumerem, quando res plus valent quam verba? Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, & proelium apud flumen Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, & exercitu deleti, ſatis clara vobis ſunt: pro quis, o grati Patres, egeſtatem, & famem redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Namque ſtipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire poteſt.

IV. Quod

In cervicibus Italiae] Ita Livius XXII. 33. 38. Hegeſippus l. 20. Tacit. Hiſt. l. 16. quo ſenſu Demoſthenes ἐπεγκαλίζειν uſurpat. Noſter alibi: *hoſtis ab latere, ſupra caput, a tergo*; &, bellum *in manibus*; & ejuſmodi ſexcenta. Ball. omittit *quidem*, non male, & legit *Indigetes*, pro *Ilergetum*. Wasse in *Add.*

Lacetaniam] In aliis eſt *Laletaniam*, uti etiam in omnibus iis quos modo jam nominavi libris, *Indigetes* non *Ilergetum*. Sunt autem Laletani & Indigetes Plinio lib. III. c. 3. noti. Carrio.

Novis quidem militibus] Vox *quidem*, abeſt ab ſcriptis libris. Ciaccon. Vocem illam *quidem* Fabri & Briconeti libri ignorant. Carrio.

Hiememque in castris inter saevissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea egi] Quod poſtremum quid ſit, explicat nobis Gracchianum illud apud Agellium lib. XV. cap. 12. ex Oratione ejus ad populum in concione habita poſt reditum ſuum ex Sardinia: *Verſatus ſum in provincia; quomodo ex uſu veſtro exiſtimabam eſſe, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar.* Douza.

Plus valent] Emenda, iiſdem illis volentibus libris, *plus valet*. Carrio.

Apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia, &c.] Verba ſunt ex eadem Epiſtola. Cum autem in Vett. Codd. ſit, *Duriam*, parva mutatione mendoſum nomen corrigemus, ſi *Turiam* ſcribamus, de quo ſupra libro I. Hiſtor. ſic dixit: *Inter laevam maenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo interfluit. Turia* vero flumen eſt in agro Brettiorum, quod Vibonem, ſive (ut Salluſtius vocat) Valentiam, praeterfluit, eodem nomine cum *Turia* fonte, de quo ſcripſimus ſupra. Ursin. Veteres libri, *Duriam*. legendum *Turiam*: ita enim appellatur flumen quod Valentiam praeterfluit, a Mela in duobus ſcriptis exemplaribus, quae Romae vidi: & a Ptolemaeo *Turulis*. Citatur & a Priſciano lib. VI. locus alter Salluſtii, ex II. Hiſtor. libro hujuſmodi, *Inter laevam maenium & dextram flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.* Ciaccon.

Durium] Ita hoc flumen nunc vocat, quod libro ſuperiore, *Turiam*, ſive *Turia*, ni fallor, dixit. Similiter Cicero Oratione pro Balbo. Carr.

Et exercitus deleti] Vetuſti libri, & *exercitu*. Ciaccon. & Ursin.

Pro quis] Vett. Codd. habent: *Pro queis, o grati Patres, &c.* non, *proque bis, o grati, &c.* Et poſt videtur legendum: *At nunc malis fructibus ipſa vix agitat*, non, *Et nunc, &c. Agitat* vero videtur poſitum eo modo, quo Tacitus uſurpavit lib. I.I. cum dixit: *Non modo apud illos homines, qui tunc agebant, etiam ſecutis temporibus vario rumore tractata.* Et Terentius: *Quam vos facillime agitis.* & in ejus vita: *Tempus qui agitabant.* Ursin. Vulgo, *proque bis.* noſtram autem correctionem probat Vaticanus. Carrio. Confer omnino *Capitolinum* in Clodio XII. Et corrige Hegeſippum pag. 640. *pro quibus, o grati facit.* MS. *pro quis.* Wasse in *Add.*

Quod

IV. Quod ego vos moneo, quaesoque, ut animadvortatis; neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere. Hispaniam citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus; praeter maritumas civitates, quae ultro nobis sumtui, onerique: Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus, ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumsi. Reliqui vos estis: qui nisi subvenitis, invito & praedicente me, exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredietur.

V. Namque his, praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus esset. *Nonius.*

Hi

QUOD EGO VOS MONEO QUAESOQUE, UT ANIMADVORTATIS, SEU COGATIS, &c.] Eadem verba repetita habes postea in Oratione Marci Trib. pl. *Quod ego vos moneo quaesoque, ut animadvortatis, neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, &c.* Item supra in Philippi: *Quod ego vos oro, atque obsecro, P. C. ut animadvortatis, neu patiamini, &c.* Quae eo magis visum est adscribere, ut ex hujusce & consimilium exemplorum collatione perspicere possit juventus, quam sui similis Sallustius in Historia ubique. DOUZA.

NECESSITATIBUS] Carisius lib. I. *Necessitas*, inquit, *imperii est, necessitudo, sanguinis conjunctio. Sallustius tamen, necessitudinem saepe pro necessitate, ponit: nec unquam pro necessitudine, necessitatem, aut ipse aut quispiam veterum.* ita Carisium emenda. CARRIO.

QUAE ULTRO NOBIS SUMTUI ONERIQUE] Dictio, *quae*, abest a duobus libris. CIACC. Quidam libri, *civitates ultro nobis sumtui oneri*; duabus illis vocibus omissis. CARRIO. Quas dum in nostros usus servandas judicamus, nobis sunt oneri. Ecce vim vocis *ultro*. Crispine, Καὶ πόσ' ἐγὼ παρὰ τῦ τι μᾶλλον καλὸν ἢ κ ἄκοσμον Μίμνω. Hispaniam ad internecionem vastavimus; praeter maritimas civitates, quae *vice versa*, *e contrario*, contra atque facere debent, vel, *non satis habentes nihil subministrare*, ipsae insuper nobis sumtui onerique. Nostrates *over and above*. Graeci Ἔτι δὲ. Παρέλιπον. Πρὸς τούτοις προσέτι. Virg.

His lachrimis vitam damus, & miserescimus ultro. Terent. Adelph.

Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant,
Sibi fieri injuriam ultro, *si quam fecere ipsi, expostulant,*
Et ultro *accusant.*

PRAVE & perverse inquit Donatus. Imo, *insuper*, non contenti injuriam facere, hoc amplius addunt, ipsi nempe expostulant. Plautus Amph. II. 1. 39.

Qui, quoniam herus quod imperavit, neglexisti persequi,
Nunc venis etiam ultro *irrisum dominum:*

Quid heic Operarius? *qui venis nunc etiam* ultro. Sic solet.

Asin. III. 1. 20. *Quoties te vetui Argyrippum &c. Compellare, aut contrectare, colloquive aut contui? Ultro amas*, ultro *expetessis*, ultro *ad te arcessi jubes*, tantum abest ut ne compelles, ut, e contra, vel, eousque a te deventum est, ut etiam ames. WASSE in *Add.*

ALUIT, ET NUNC MALIS FRUCTIBUS, IPSA VIX AGITAT] Aut vacat particula, *&*, aut legendum, *at. Agitat*, vero absolute positum videtur, pro, *vivit*. Tacit. Annal. III. *Non modo apud illos homines qui tunc agebant.* Et Terent. *Quam vos facillime agitis.* Et in ejus vita Portius, *bis per idem tempus qui agitabant facillime.* Ad haec pertinet quod infra, *agitandi inops.* GIACCON.

IN ITALIAM TRANSGREDIETUR] Ita Edit. Gruteri, Paraei, Catrionis. Verum Parisiis & Amstelodami 1674. & 1675. cusi, & Codex Balliol. *transgreditur*, quod melius est. De hac re ita Plutarch. in Sertorio p. 579. Πομπήϊος ὁ πρὸς Βακκαίους ἀγχεμάχας μαχθησὸς ὑπὸ ἀχρηματίας γράφων πρὸς τὴν Σύγκλητον, ὡς ἀπαξὶ τ ἔρυθρὸν εἰ μὴ πίστεως ἀφῄρηται αὐτῷ. Καταπολεμήσω γὰρ ἤδη τὰ αὐτῷ προσπολεμοῦντα τ Ἰταλίαν. WASSE in *Add.*

NAMQUE] *Grave*, inquit Nonius, *est multum.* legendum est autem, *bis*; non *is*, & *infecunditate*, non *in fecunditate*. CARRIO.

VITIOSIS MAGISTRATIBUS] Janus Palmerius legit, *vitima gistratibus.* An suopte ingenio, vel ex aliquo libro veteri, me latet. COLER. Vitio-

Hi ſaltibus occupatis, tum externorum agros invaſere: frumentique ex inopia gravi ſatias facta. *Nonius, Satias pro ſatietas.*

Neque jam ſuſtineri poterat immenſum aucto mari, & vento gliſcenti. *Idem.*

Ac tum maxume, uti ſolet extremis in rebus, ſibi quiſque cariſſumum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia ſequi. *Idem, Munia, officia.*

Et forte in navigando cohors una, grandi faſelo vecta, a ceteris deerra-

ta ſine dubio eſt lectio. Repono: *vitiaſi magis aeſtatibus.* Non enim de magiſtratuum vitio, ſed annorum, ſeu biennii agitur, quo vitio aeſtatum nullae provenerant fruges. HAVERC.

HI SALTIBUS] Nonius *ſatias* pro *ſatietas*. In Vet. Cod. Nonii eſt, *in ſaltibus occupatus*. In Juniano, *bi ſaltibus occupatis tamen*: in alio etiam vetuſto, *in ſaltibus occupatis, tum &c.* Viri docti aliter de opinione emendant. Habeo itaque quod ille dicebat, quod fugiam; quod ſequar non habeo. CARRIO.

TUM EXTERNORUM] Lipſius lib. IV. Epiſt. 14. emendavit ingenioſe: *Hi ſaltibus occupatis Termeſſinorum agros invaſere.* Termeſſini populi ſunt citerioris Hiſpaniae, teſte Tac. lib. IV. Florus *Terme*, vocat. COLER.

EX INOPIA GRAVI SATIAS PACTA] Ex hoc loco poteſt confirmari conjectura noſtra, ubi ſupra pro *ſatietas*, verbo *ſatias*, apud Salluſtium ſcribi debere diximus. URSIN.

INMENSUM AUCTO MARI, ET VENTO GLISCENTE] Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Tac. cum dixit lib. IV. *In urbem trepidam ob multitudinem familiarum, quae gliſcebat immenſum majore in dies plebe ingenua.* CIACCON. & URSIN. Nempe ex tempeſtate. Vitruvius I. 4. *Ex* mari tempeſtatibus aucto *in paludes redundantia motionibus concitatur.* Arond. omittit *ex*. Supra Noſter: *Satias facta.* Hegeſippus I. 18. *Opera ejus ex indigentia gravi frumenti* ſatietas facta, lego invitis Codd. *ſatias.* WASSE in *Add.*

ET VENTO GLISCENTI] Nonius, *gliſcit*, inquit, *eſt congelaſcit, colligitur, igneſcit, creſcit.* In veteri eſt, *gliſcenti*, pro vulgato, *gliſcente.* Recte, ad ipſum enim mare, non ad ventum referendum. CARRIO.

AC TUM MAXIME, UTI SOLET EXTREMIS IN REBUS, SIBI QUISQUE CARISSIMUM DOMI RECORDARI, &c.] Hinc confirmatur diſtinctio noſtra, quam conſtituimus ſupra Fragmento illo: *Diverſa, uti ſolet rebus perditis, capeſſunt.* DOUZA.

SIBI QUISQUE CARISSIMUM DOMI RECORDARI] Quintilian. Declam. Pirat. Captiv. *Natura redit in extremis triſtis praeteritae voluptatis recordatio: & mihi cum generis conſcientia cum fortunae conſcius aliquando fulgor &c. domus, familia, amici, caeteraque numquam videnda, in ultima mortis expectatione ſuccurrent.* WASSE in *Add.*

EXTREMA MUNIA EXSEQUI] Videtur illud, *extrema*, abundare, nam in Bello Catil. cap. LX. dixit, *Strenui militis, & boni Imperatoris officia exſequebantur.* CIACC. & URSIN.

MUNIA] Nonius interpretatur, *officia*. Vulgo, non recte, *clariſſimum domi recordari*. Unde etiam abeſt verbum, *extrema*, ut a Vet. Cod. *munia*, quas duas interpolando voces, recte hunc locum emendavit Junius. CARRIO. At in Merceriana editione ut in Textu. WASSE.

ET FORTE] Bis haec adducit Nonius, & in voce *Faſelus*, & in voce *Myoparo*. ſed illic ex lib. III. hic vero ex IV. difficile ut ſit verum invenire. CARRIO.

PHASELO] *Phaſelus* eſt navigium Campanum, ut a Nonio ſcribitur, qui ſuper hoc Varronem, Salluſtium & Siſennam citat. Meminit & Cicero ad Atticum. Sunt qui a Phaſelide loco deduci opinantur. *Pictos Phaſelos* appellat Poëta eo verſu:

Et circum pictis vehitur ſua rura Phaſelis.

Legitur elegans Catulli Epigramma, quo Gemellis Caſtoribus *Phaſelum* dedicat. Alii *Phaſelum* navem oblongam eſſe ſcribunt, quali ſtagnante Nilo AEgyptii utuntur, ut Virgilius. Atque inde Horatius *fragilem ſolvere Phaſelum* dixit. Iſidorus vero in Etymologico inquit: *Phaſelus eſt navigium, quod corrupte bacellum dicimus, noſtro vero nunc tempore vaſellum appellamus.* GYRALD. Hodieque Hiſpani vetus vocabulum retinent, & dicunt *Vaſcello*. Straboni & Appiano navigii genus eſt, miſtam habens formam ex oneraria & longa triremi; quod tam velis quam remis agi poterat. Unde Catullus, de Phaſelo

——— *ſive palmulis*
Opus foret volare, ſive linteo.

WASSE.

Mi-

ravit, marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa. *Idem in voce Faſelus, & Myoparo.*

VI. Eum, atque Metrophanem ſenatus magna induſtria perquirebat, cum per tot ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis percunctatum miſerant. *Idem & Cariſius* lib. I.

Duos quam maxumos utres levi tabulae ſubjecit: qua ſuper omni cor-

MARIQUE PLACIDO] Tacit. Annal. XIV. *Notem ſideribus illuſtrem & placido mari quietam.* CIACCON. Vide Turnebum lib. XIX. cap. ult. & Yvonem Villiomarum contra Titium. COLER.

PRAEDONUM MYOPARONIBUS] Ex iſtis forte cui ſe commiſit Mithridates. Plutarchus in Lucullo p. 499. Μιθριδάτης ὁ βασιλεὺς μὴ δ' ἅπαξ, πτοηθεὶς περὶ ἐπιφρίξεις λόγχαις, εἰς τὸ πόντον εἰσπλεύσας, καταλαμβάνει χειμὼν πολὺς, ὑφ' ὃν τὰ μὲ ἄφρακτα, τὰ δ' ἰδιόπλοα τῶν πειρατῶν. Πῶν δὲ τὸ παρὰλιον τῶν ναυαγίων ἐπιφερόμενον ὑπὸ τῶν κλύδωνι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐδ' ἀπέπλευσε· αὐτὸς δ' ἐπὶ λέμβου φυγὴ ἐς ἐπλήρωτι ὡς τὴν γῆν διαφυγόμενον. Δεῖ μέγιστον καὶ μεγάλων καὶ κόμαις τοσαῦτα παρεσκευάσθαι τοῖς κυβερνήταις ὡς τι τὴν θάλασσαν ἐὰν βαρείας καὶ ὑπερδέντας ἡνιόχους, μετεμβῶς εἰς λαγαρὰν μυσπάρατα, καὶ τὸ σῶμα παρεῖναι ἰσχνόταις, ἀτελεύτους καὶ παχυτέλους ἐχούσης. WASSE in *Add.*

MYOPARONIBUS] *Myoparo* piratarum navis eſt, quod Nonius M. Tullii, Salluſtii & Siſennae auctoritatibus comprobat. A Tyrrhenis Myoparo Inventus creditur. Sextus Pompejus inquit, *Myoparonem eſſe genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum.* Sunt quidem *Parones* quos & *Pirones* vocat Ethicus Hiſter. His navibus, eodem auctore Hiſtro, utuntur Albani, Maeotae, Mazetae, Gangines. Hae & alio nomine *Tulchiae* vocantur. Porro *Parones* dictos Suidas innuit ab inſula Paro, cui & Ariſtophanis interpretes aſſentiuntur. GYRALD. Quid ſi Gallica vel potius Germanica vox ſit; nam & *Parones* ſive *Varones* a navigando dictos vetus Lexicon Belgicum atteſtatur. *Vaeren* enim navigare. THYS. Myoparo ex Myo & Parone componitur. A forma autem μυὸς, hoc eſt, anguſtu & oblonga: ut *Myoburum*, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. SCALIGER.

EUM ATQUE] Hic quoque Noniani a ſe diſſentiunt libri. Nam veteres plerique tertiae dant hiſtoriae, quae vulgati quartae. Cariſius lib. I. *Oſtia exitus fluminum in mare neutro genere ſemper pluraliter dicuntur: ſed ſi urbem ſignificare voles, ſingularem potius numerum obſervabis, uti Salluſtius: quamvis frequenter etiam plurali numero urbem ſignificet.* Sic corrige Cariſium. CARRIO.

METROPHANEM] Adducitur hoc nomen in exemplum ab Rhetore Anonymo apud Iſidorum Orig. II. 12. & XXI. 10. Metrophanes *promeruit gratiam Mithridatis obſequendo.* Is, opinor, eſt cum quo Brutius Sura, Praetoris Macedoniae legatus, bello Mithridatico circa Euboeam navali pugna certavit. Confer Appianum p. 323. WASSE in *Add.*

SCAPHAS] Scaphae, teſte Nonio, naviculae ſunt, quae majores naves conſequuntur. Unde Jabolenus JC. *Si navem*, inquit, *cum inſtrumento emiſti, praeſtare tibi debebit ſcaphum navis.* Caeſar in Commentariis: *Quod cum animadvertiſſet Caeſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Sane crebra eſt apud auctores *ſcapharum* mentio; nunc vulgo pro *ſcapha* noſtri nautae *ſcyphum* appellant, ſic quidem & ab eruditis putatur. Sed certe & *ſcyphus* nomen eſt navigii. Id quod Aurel. Macrobius, vir multae eruditionis, apertiſſime oſtendit Sat. V. Sunt & qui *ſcaphas* Liburnis aſſociari dicant, exploratoriaſque vocari, ut eſt apud Vegetium. Sunt & qui ab Illyricis inventas tradant. Sane venter navis *ſcapha* antiquis dicebatur, teſte Suida. GYRALD.

DUOS QUAM MAXUMOS UTRES] Nonius, *vitabundus*, pro *vitans*. Pro *quam ſuper*, ſcripſi ex Vet. Cod. *qua ſuper*. Ex eodem quoque, pro *tracto pede*, poſui *tractu pedis*; pro *quas, quaſi*; quae vox ab alio tamen MS. abeſt. poſtremo, pro *inter molam quae inſulam*, lego *inter molam atque inſulam*: iis ipſis veteribus jubentibus libris. CARRIO. Teſtante L. Floro lib. III. cap. 5. *Lucullus per medias boſtium naves utre ſuſpenſus, & pedibus iter adgubernans, videntibus procul, quaſi marina piſtrix, evaſerat.* De Caeſare ſimilia legimus apud Suet. in Caeſ. cap. LVII. Addendus Frontin. lib. III. cap. 13. Sidon. Carm. XXII. vſ. 167. Hoc vero utrium natatoriorum antiquiſſimum inventum auxit noſtri ſaeculi ſolertia. Nam ante annos non ita multos Franciſcus Keſſler, artificioſi hujuſmodi cinguli, adhaec caligarum, quae inflatae medium plus hominem, ſupra aquas extan-

corpore quietus, invicem tractu pedis quasi gubernator exsisteret: ea inter molem, atque insulam mari vitabundus classem hostium, ad oppidum pervenit. *Idem.*

Nam qui enare conati fuerant, icti saepe ferramentis navium, aut vulnerati a suis, aut adflicti alveos undarum vi, mulcato foede corpore, postremo tamen periere. *Idem, & Arusianus Messus.*

Nam

tem, & subjecto pedibus plumbo, aptatisque pinnis, iter adgubernantem sustineant, delineationem descriptionemque populari lingua vulgavit. Nisi forte hic illud Livii locum habet: *Plerasque nova commenta mortalium, in verbis vim habent extemplo: cum agi, non quemadmodum agantur, edisseri oportet, sine ullo effectu evanescunt.* Lib. XLIV. cap. 14. Rupert. Frontinus III. 13. rem narrat: *L. Lucullus Cyzicenos obsessos a Mithridate, ut certiores adventus sui faceret, cum praesidiis hostium teneretur introitus urbis, qui unus & angustus ponte modico insulam continenti jungit, militem e suis sciolum nandi, & nauticae artis peritum, jussit insidentem duobus inflatis utribus, literas injutas habentibus, quos ab inferiore parte duabus regulis inter se distantibus commiserat, ire septem millium passuum trajectum. Quod ita perite gregalis fecit, ut cruribus velut gubernaculis dimissis cursum dirigeret, & procul vigentes, qui in statione erant, marinae specie beluae deciperet.* Distingue, *suis sciolum.* huc forte pertinet III. 12. *firmatus animi*, & 15. *genus* militum &c. Wasse in *Add.*

Qua super omni corpore quietus, &c.] Magis placeret: *Omni corpore supinus, vel pronus, &c. atque inter molemque & insulam vitabundus, &c.* Ciaccon. & Ursin. Cum primum hunc locum apud Nonium adverti, non dubitavi, legendum esse, *omni corpore confectus.* Coler.

Inter molem atque insulam] Libri Carrionis habent, *inter molam atque insulam.* Non video quomodo hic vel *mola* vel *moles* locum habere possit. An verius? *inter Malcam atque insulam.* Strabo: Εἰς ὃ Ὄρυ γάλου τάφρευσιν Χερρόνησον ἐσβιτέρου τῆ Μελιτῶν πυλακοσίων ἔχεσι, φέρει ὃ κατὰ τοῦτο Κύπρος ἐν τεσσαράκοντα σταδίοις. Sed vix ausim sperare probe me conjecisse. Sermo enim est de Lucullo, qui utre suspensus, & pedibus iter adgubernans, apud Cyzicum per medias hostium naves evaserat, ut est apud Florum lib. III. Colerus.

Vitabundus classem hostium] Idem verbum habes in Jugurtha: *Solus inter tela hostium vitabundus erumpit.* Sed ibi absolute, & sine ullo, quem regat, casu positum; quom hic (uti vides) accusativus sequatur; exemplo Sisennae, veteris Historici, ex cujus IV. Histor. libro hoc Fragmentum producit Agellius lib. XI. cap. 15. *Populabundus agros, ad oppidum pervenit.* Ceterum Historia eo haud dubie pertinet, quod Lucullus, tametsi Cyzicum terra marique tam arcte obsideretur, ut angustissimus etiam pelagi meatus, qui oppidum a continenti dirimebat, regiis navibus teneretur, parvo tamen navigio ex Dascylitide stagno in mare translato, Cyzicenis de nocte auxilia submiserat: quorum ducem, Florus auctor est, utri incubantem per medias hostium stationes ad Cyzicum usque nando se penetrasse: atque hoc hujus Sallustiani loci argumentum fuisse videtur. Douza.

Nam qui] Nonio, *tamen*, est *tandem*, apud quem vox *alveos*, ex Arusiano Messo inserenda est. Arusianus vero Messus ex Nonio ita corrigendus: *Afflictus illam rem. Sallust. III. Historiarum: Afflicti alveos undarum vi, multato foede corpore, postremo tamen periere.* Carrio.

Aut afflicti alveos undarum vi multato foede corpore, postremo tamen periere.] Puto praepositionem desiderari, atque emendandum: *Affliti ad alveos undarum vi.* Quomodo & Plautus: *Affligam te ad terram colaphis.* Accipioque *Alveum*, pro carina, hoc est, extima navis alvo, ne quis aquae fundum, seu vadum interpretetur insciens. Douza.

Multato faede corpore] Tacit. I. *Magna pars nudo aut mulcato corpore.* Ciaccon. Omnino legendum *mulcato.* De qua voce adeas Gronovium Patrem in notis ad Livium XXVIII. 31. Lipsium ad Taciti Annal. I. 32. Valerium I. 4, 5. Infra: *postremo tamen* pro *tandem*, ut Pseudol. IV. 7. 86. Asinar. I. 3. Huc spectat Hegesippus III. 20. *Caeterum natare aversos, convulsa navium fragmenta crebris quatiebant ictibus, lateribusque illisa, miseros artus* foede mulctabant. Repone, vel contra codices, *mulcabant.* Wasse in *Add.*

Nam

Nam tertia tunc erat, & ſublima nebula coelum obſcurabat. *Nonius.*

Illum nautis forum. *Idem.*

Oratio Macri Licinii tribuni plebis ad plebem.

VII. Si, Quirites, parum exiſtumaretis, quid inter jus a majoribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum ſervitium intereſſet, multis mihi diſſerendum fuiſſet, docendumque, quas ob injurias, & quotiens a patribus armata plebes ſeceſſiſſet; utique vindices paraviſſet omnis juris ſui tribunos plebis. Nunc hortari modo reliquum eſt, & ire primum via, qua capeſſundam arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis ſolus, inpotens, inani ſpecie magiſtratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam ſoli innocentes. Sed praeter ſpem bonam ex vobis, quae metum vicit, ſtatui certaminis adverſa,

NAM TERTIA] Nonius de mutata declinatione: *ſublima*, in quodam eſt: *nam tetra tunc erat.* in pleriſque manuſcriptis, vix *Thracia* an *Tertia* ſit ſcriptum dijudices. Junius legit, *Thraſcias*, ego *tertia*, ut ſera jam nocte tertiam vigiliam fuiſſe ſignificet. CARRIO. Forte *Thraſcias*, vel *Caecias*, ſaltem ſi de Sertorio accipiamus, qui Barbaros, in ſpeluncis ſemet abſtrudentes, vi pulveris ab illo vento ſublati, ad deditionem compellebat. Conſule Plutarchum in Sertorio pag. 577. WASSE in *Add.*

ILLUM] *Forum* generis maſculini obſervat Nonius. Ego vero de *navium foris* loqui eum non dubito. Atque ita vana erit haec Nonii, ut pleraeque aliae, obſervatio. In quibuſdam lib. I. in aliis haec aſſignantur tertio. CARRIO. Fors pertinet ad pugnam inter Lucullum & Iſidorum Mithridatis Praefectum, de qua ita Plutarchus in Lucullo pag. 499. Οἱ δ' ἵππους ἐρρώσθης, καὶ τὰ πλοῖα πάντα κατὰ τὴν γῆν συνέλκειν, ἀπὸ τῶν ΚΑΤΑΣΤΡΩΜΑΤΩΝ διωκόντων. WASSE in *Add.*

SI, QUIRITES] Oratio Marci Lepidi tribuni plebis ad plebem de tribunicia poteſtate recuperanda. CARRIO. Oratio Macri Tribuni plebis ad populum de Tribunicia poteſtate, quam Caſſio Varo & M. Lucullo Coſſ. habitam indicant illa verba: *Lucullus ſuperiore anno.* Vulgo inſcribitur M. Lepido, turpi mendo. Nam Lepidi cognomen habuit Aimilia gens patricia, cui non patebat aditus ad Tribunatum: at Macri cognominati Licinii plebeji, ut ex Hiſtoriis notiſſimum eſt. POPMA.

EXISTIMARETIS] Donatus Phorm. act. I. ſc. 1. *exiſtimans*, inquit, *dixit Terentius pro aeſtimans*: & Salluſtius: *ſi Quirites parum exiſtimaretis.* Sic enim ibi legendum eſt, non *pacem.* CARRIO.

DISSERENDUM FUISSET] Libri, Vaticanus, Briconeti & Fabri *diſſerendum fuit.* CARRIO.

NEQUE ME PRAETERIT &c.] Hujuſmodi homines, qui ſoli & impotentes ad extinguendum incendium aquam adferunt, tyrannis plerumque irriſui ſunt. Quemadmodum Pontio Aquilae accidit, qui cum eſſet acerrimus Reipublicae propugnator, pro qua: & poſtea bello Mutinenſi D. Bruti legatus vitam fudit, dominante Caeſare, ab eo contumelioſa voce compellatus legitur: *Repete ergo a me Aquila Rempublicam tribunus*, hoc eſt abroga mihi ſis imperium, pro poteſtate tua tribunitia. Ac ſane hujuſmodi facta (cum unus inermis potentiae reſiſtit) temeritatis potius, quam prudentiae nomine veniunt. Quomodo Tacitus acute de Thraſea Paeto, Neronis acta praefracte nimis improbante, lib. XIV. Annal. cap. 12. *Exiit tum ſenatu: ac ſibi cauſam periculi fecit: ceteris libertatis initium non praebuit.* RUPERT.

SOLI INNOCENTES] *Soli* hoc eſt *deſerti.* Huc procul dubio reſpexit Livius II. 3. *Leges, rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem melioremque inopi quam potenti: nihil laxamenti nec veniae habere, ſi modum exceſſeris. Periculoſum eſſe, in tot humanis erroribus* ſola innocentia vivere. Sine factione nimirum. WASSE in *Add.*

CERTAMINIS ADVORSA] Livius XLII. 50: *Nec turpius quicquam eſſe, quam* ſine certamine ceſſaſſe regno: *nec praeclarius quicquam quam pro dignitate ac majeſtate omnem fortunam expertum eſſe. Pro incipiamus*

vorſa, pro libertate potiora eſſe forti viro, quam omnino non certaſſe. Quamquam omnes alii creati pro jure veſtro vim cunctam, & imperia ſua gratia, aut ſpe, aut praemiis in vos convortere; meliuſque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere.

VIII. Itaque omnes conceſſere jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupavere, & arcem habent ex ſpoliis veſtris: cum interim more pecorum vos multitudo ſingulis habendos, fruendoſque praebetis, exſuti omnibus, quae majores reliquere: niſi quia voſmet ipſi per ſuffragia, uti praeſides olim, nunc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illuc omnes: & mox ſi veſtra receperitis, ad vos redibunt plerique. Raris enim animus eſt ad ea, quae placent, defendenda. Caeteri validiorum ſunt. An dubium habetis,

ciſcam Ball. *incipiat*, & *certamina*, male. Infra Ball. legit, *ad quae placent defendenda*, omiſſa voce *ea*. WASSE in *Add.*

PRO LIBERTATE] Ex Demoſthene. Sed locus non occurrit. WASSE.

OMNINO NON] A libro Briconeti non tantum abeſt, ſed etiam deeſt vox illa abnutiva. CARRIO.

PRAEMIIS] Inepte pleraeque editiones, *praeviis*; quod jam olim arbitrario jure conſtituimus; pro quo nunc omnes libri dicunt. CARRIO.

PER MILITARE NOMEN] Id eſt, *quia dicuntur Imperatores*. Criſpinus, atque ita fere Badius in ſuis ad hunc locum Com. Supra dixerat Auctor, *vim cunctam, & imperia ſua in vos convertere*. Potes etiam intelligere *homines militares*: eos nimirum quos Livius militare genus vocat XXIV. 32. *ad* militare genus *omne, partemque magnam plebis inviſum eſſe nomen Romanum*. Cicero vero IV. Fam. Ep. VII. *genus exercitus*. Habes apud Tacitum Agr. XL. *militare nomen*, ſed alio ſenſu. *Caeterum ut* militare nomen, *grave inter otioſos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus auxit*. WASSE in *Add.*

MORE PECORUM] Sic De repub. ordinanda: *Vulgi more magis quam judicio*. Supra: *vice pecorum*. CIACC.

NISI QUIA NOSMETIPSI PER SUFFRAGIA] Lege *voſmetipſi*. RIV. Libri illi, *volſmet ipſis*: recte; ſequitur enim *dominos deſtinatis*. CIACC. Verba ſunt ex oratione Marci Lepidi ad plebem. vett. autem codd. habent: *Vobiſmetipſis*. quae lectio placet, nam ſequitur, *dominos deſtinatis*. Paulo poſt, ubi eſt; *ſi veſtra receperitis, ad vos redibunt, &c.* illud *redibunt*, non eſt in vett. codd. nam ad verbum *conceſſere*, quod praecedit, refertur oratio. Item: *ceteri validiorum*, habent vett. codd. non *cetera*, & *Num efficere quid vobis, &c.* non, *ne efficere &c.* Deinde habetur in vett. codd. *Incaſſum agebantur, &c.* non, *agerentur*, quae lectio magis placet; nam ſequitur, *facturi erant*. URSIN.

VOSMETIPSI] vulgo *noſmet*, contra vett. libros, & praeter Lepidi ſententiam. CIACC.

AD VOS REDIBUNT] Vox, *redibunt*, non eſt in illis libris: intelligitur enim, *concedent*. CIACC.

RARUS ENIM ANIMUS EST AD EA QUAE PLACENT DEFENDENDA] Legendum, *Raris*, pro paucis. hoc eſt, quoto cuique animus eſt? &c. RIV. Emenda ex tribus illis ſuperioribus libris, *raris enim*. CARRIO. Sic eſt in libris antiquis, & poſtulat ſententia: *paucis*, inquit, *eſt animus ad ea quae placent faciendo: plerique omnes ſunt in poteſtate nobiliorum & dominantium*. Similiter Cic. ad Attic. *Non videmur eſſe victoris*. POPMA.

CETERA VALIDIORUM SUNT] Illi libri, *ceteri*. CIACCON. Omnes libri, *ceteri validiorum*. CARRIO.

AN DUBIUM HABETISNE] Ball. *num*, pro *ne*. Locum hunc ex ſubdifficili obſcuriſſimum interpretatione ſua perplexabili reddidit Criſpinus, ejuſque tenebras conduplicavit. Hoc vult Macer: *An veremini ne*, vobis *uno animo (ad libertatem) graſſantibus, efficere quid poſſit? quos vel languidos (dumtaxat antea,) ſocordeſque pertimuere Sullaturientes? Niſi forte (non timuiſſe dicetis quod) C. Cotta (ſi diis placet) aliter quam timore (quem Dominis veſtris injecit) jura Tr. Pl. illorum manibus extorſit. Et (jane) vel, Etenim, quamquam Sicinius auctor audendi princeps, muſſantibus* vobis *erat circumventus, tamen (vobis hac aliiſque cladibus ferculis & obnoxiis) prius illi (ut ut victores) invidiam facti metuere quam vos vindicando cauſſam timendi*

betis, ne obficere quid vobis uno animo pergentibus poſſit, quos languidos ſocordeſque pertimuere? Niſi forte C. Cotta, ex factione media conſul, aliter quam metu jura quaedam tribunis plebis reſtituit, & quamquam L. Sicinius primus de poteſtate tribunitia loqui auſus, muſſantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos injuriae pertaeſum eſt. Quod ego nequeo ſatis mirari, Quirites. Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis. Sulla mortuo, qui ſceleſtum inpoſuerat ſervitium, finem mali credebatis. Ortus eſt longe saevior Catulus.

IX. Tumultus interceſſit Bruto & AEmilio Mamerco Coſſ. dein C. Curio ad exitum uſque inſontis tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidiſtis: quantae denique nunc mihi turbae concitantur! quae profecto incaſſum agerentur, ſi, prius quam vos ſerviundi finem, illi dominationis facturi erant: praeſertim cum his civilibus armis dicta alia, ſed certatum utrimque de dominatione in vobis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arſere. Permanſit una res modo, quae utrimque quaeſita eſt: &

ſimendi praebuiſtis. Et pro *etenim* apud *Terentium* Eunucho. *Non temere eſt*, & *properans vetus*. Apud Virg. *Aulieras*, & *fama fuit*. Wasse in *Add.*

Ne officere] rectius veteres libri *num efficere*. Carrio.

Cotta] Legem tulit, ut Trib. P. liceret poſtea alios magiſtratus capere, quod Sulla iis ademerat; vid. Cic. & Aſconium in Corneliam. Wasse.

L. Sicinius] Quidam in ſuo libro imprimi voluere *L. Sincius*, alii *L. Concius*. Pedianus III. *Sicinium* nominat. quo modo & in antiquo Fulvii libro ſcriptum poſtea animadverti. Ald. Sunt haec ex eadem oratione; ad quae faciunt illa Aſconii in Divinationem. *Primus*, inquit *Sicinius Tribunus plebis, nec multo poſt L. Quinctius, & poſtremo Palicanus perfecerunt, ut Tribuniciam poteſtatem populo darent Conſules Cn. Pompejus Magnus, & M. Licinius Craſſus*. Ursin. Varie hoc nomen eſt corruptum, alii *L. Cinium*, alii *Concium*, alii *Sincium* appellarunt. *Sicinium* praeter vet. cod. Dionyſius, & Paedianus nominant. neque vero Sicinii in rep. R. ignobiles fuere. vidi enim praeter cetera numiſma in cujus fronte hae erant notae: Q. SICINIUS III. VIR: in tergo haec: C. COPONIUS P. R. S. C. quamquam Cinciam legem de donis & muneribus, neve quis ob cauſam orandam, pecuniam accipiat, J. C. noverunt. ſed nihil ad rem. Carrio.

Tribunus] Ita Fabri & Briconeti, at Vaticanus, *tribunicia*. Carrio.

Quam vos injuriae pertaesum est] Haec ex III. Hiſt. recitat Fronto in verbo, *Taedet*. Ald. Meſſus in voce, *taedet*, haec ex III. lib. Hiſtor. Salluſtii affert. Carrio.

Catulus] Qui collega Lepidi in conſulatu ipſum Italia expulit: quod acta Sullae reſcindere tentaret. Bad.

AEmilio] deeſt libro Vaticano.

Dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est] Venetum *ad exitum uſque*. ſed prior lectio mihi arridet magis. Riv.

L. Quinctium, vidistis] L. Quinctium, probo; atque cuinpſe illum intelligo, quem (uti refert Plutarchus) Acta Sullae in concionibus aſſidue exagitantem, & turbare molientem civitatis otium, hinc privatim mulcendo, hinc publice monendo, ab incoepto deduxit Lucullus. quod hic tangit Marcus. Douza. Inde apparet, Orationem hanc habitam eſſe Lucullo & Varo Coſſ. decennio ante Catilinae conjurationem. Crisp.

Incassum agerentur] Vett. libri *incaſſum agebantur*. Recte. Ciace. Vaticanus; quem in his Hiſtoriarum libris inſignite bonum fuiſſe comperior, *incaſſum agebantur*. Carrio. Sic Carrio etiam ex Vaticano in his libris inſignite optimo. Wasse.

In tempus arsere] Haec quoque ex eadem ſunt oratione. Videtur autem ad hanc loquendi formam reſpexiſſe Tacitus, cum dixit lib. I. *ſimiles in tempus confictа*, & lib. IV. *Quod omnium maiorum ſuffragium in tempus erat*. & lib. XIV. & *ſcenae*

& erepta in posterum vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum. Quod ego vos moneo, quaesoque, ut animadvortatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis, quo jam ipso frui, si vera & honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: &, nisi viceritis, quoniam omnis injuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subjecerit. Primum omnium, omittundum morem hunc quem agitis, inpigrae linguae, animi ignavi, non ultra concionis

scena in tempus struxta. CIACCON. & URSIN.

TELUM A MAJORIBUS LIBERTATI PARATUM] Livius III. 69. *Juventus quoque quae inter tales metus detrectationem militiae*, telum acerrimum *adversus Patres habere solita erat, bellum & arma spectabat.* V. 9. *si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat*, aliud telum *Patres inventuros.* IX. 37. *Praeterea* telum *aliud occultum scituros in tempore: interea taceri opus esse. Nec hoc sapientis dici velim, quod ferae quoque* telum *est*, timeri. Seneca de Ira II. 11. 34. *atqui tale ira* telum *est, vix retrahitur.* Sueton Calig. LIII. *peroraturus, strictum se lucubrationis suae* telum *minabatur.* Vitruvius I. 1. *faciliter contra eas disciplinas disputare possunt, quod pluribus* telis disciplinarum *sunt armati.* Tacitus de Orat. XII. *lucrosae hujus & sanguinantis eloquentiae usus, recens, & malis moribus natus, atque ut tu dicebas, Aper, in* locum teli *repertus.* Vegetius III. 3. *In omni expeditione unum est & maximum* consilium, *ut tibi sufficiat victus.* Lib. impress. vetustiss. Stewichii MSS. Hittorpii, II. Palatin. III. Scriverii: *telum*, recte. At e nostris Petrens. Jes. Edit. princeps, *consilium* WASSE in *Add.*

NOMINA] Ridicule vulgo, *omnia.* CARRIO.

SI VERA] Scriptura quae in aliis est edd. totam hanc pervertit sententiam. sic enim ibi legitur: *Si vera & honesta flagitium superaverint:* cum contra dicere voluerunt; *cum item flagitium honestatem & aequitatem superaverit, illo ipso frui non placere. Placere*, emendatio mea ante annos duodeviginti facta, veterum librorum juvatur suffragio. CARRIO.

ANIMUM ADVERTITE] Fabri & Bric. *animum advertere.* CARRIO.

INJURIA GRAVITATE TUTIOR] Inferenti nimirum. Recte ergo Noster, Jug. XXXV. *Caedem in vos fecisse pro munimento habent, ita quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est.* Apulejus Met. III. p. 46. *Sic salvi recedemus, si salvum in domo neminem reliquerimus.* Hegesip. II. 3. *quia plerumque asperitas quo gravior, eo tutior.* Quo in loco de Tiberio haec habet: *Nullum tamen efficacius virum operis in ultionem ejus excitaverunt* recentis, *ut arbitror, Rom. Imperii reverentia.* Frustra tentant *recenta, retenti.* Recentis, quia Tiberius a Julio Imp. conditore tertius. Balliol. *flagitium superaverint.* Infra & pro *uti*, & *cupiatis* pro *cupiatis.* WASSE in *Add.*

QUID CENSES IGITUR? ALIQUIS VESTRUM SUBJECERIT] Tres postremas dictiones, quasi a glossa, & Sallustiana brevitate indignas, loco movere ausi sunt quidam, quo largiter sane mihi peccasse videntur. argumento est exemplum illud quo in consimili fere argumento in Jugurtha Memmius, & ipse Trib. pl. ad populum suprta est usus: *Dicet aliquis, Quid igitur censes? vindicandum in eos qui hosti prodidere Remp.* Ita enim locum eum interpungendum transposita interrogatione hujus ipsius exempli auctoritate confirmo. DOUZA.

OMITTENDUM MOREM HUNC QUEM AGITIS] Fronto, adducens hunc locum, legit, *amittendum*, si codex non fallit. CIACC. Arusianus De elocutionum exemplis: *Ago illam rem. Sallustius lib. III. Hist. omittendum morem hunc quem agitis.* quamquam ibi legitur; *amittendum.* quod paene Salluttio suum esse affeveraverim. CARRIO.

INPIGRAE LINGUAE, ANIMI IGNAVI, NON ULTRA CONCIONIS LOCUM MEMORES LIBERTATIS] Videtur imitatus Homeri versum:

Ὦ πόποι, ἦ μάλ' ἀΐσχε', Ἀχαιΐδες εἰσὶν Ἀχαιοί.

URSIN. Postrema hujus sententiae clausulae septuosa sane, & perplexabilis, quam partim Plautinis, partim Sallustianis verbis sic explicare posse videor aliquatenus: Inertes opera, lingua factiosi, cujus acumine gladiorum etiam aciem praestinguitis domi, verbis tenus modo arma tractantes; neque ultra concionis locum, hoc est, neque longius, quam dum hanc Fori partem frequentes insistitis, dumque haec Rostra, unde me concionantem audire potestis, in re praesenti intuemini, dictis nostris aures vestras calefaclentibus, fortes ac memores libertatis paternae: ceterum animos & ver-

cionis locum memores libertatis. Dein ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunis plebei mandando patricium magiſtratum, libera ab auctoribus

verba iſta magnifica ſtatim dimiſſuri, ſimul atque hinc domum quiſque ſuam diverſi ac ſocordes abieritis. Douza.

Inpigrae linguae] ut *ſtremui ventres*. Supra dixerat: *Fuiſſet (conditio) ſi omnino quieſſetis*. Infra: *non ultra concionis locum memores*. Ita fere Demoſthenes in Philip. IV. pag. 53. Οὐδὲν ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἅπαντ' ἐυκολώτερον εἰς τὸ παρὸν, ἢ ὅτι τοῖς γνώμαις ὑμῶν ἐφεστήκασι καὶ προγράφουσιν, ἃ χρὴν ὑμᾶς χρῆσθαι ἀναδέξασθε, ὅταν ἐν καθεδρᾷ ἐκκλησίας ἐν σφενδαμνίῳ τινὶ γένησθε. Εἶτ' ἀπιόντων ἔκαστον ὑμῶν οὐδὲν φροντίζειν περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνησθαι. Paulo ſupra: *quid cenſes igitur* &c. ita Demoſthenes Olynth. I. & alibi: Τί οὖν ἄν τις εἴποι; Wasse in *Add*.

Quo tribunos plebei modo patricium magiſtratum] Mendoſus locus. quod ſi legas, *Quum tribunos plebei mandando patricium magiſtratum*, mendum tolletur mutatione parva, & ſententia patefiet. Ald. Manut. Scripti illi libri *quam tribunos plebis*. Ex quo effectum eſſe puto, *quo modo trib. pleb.* aut, *quo trib. pleb. modo*. Liber perantiquus Fulvii Urſinii habet, *quos*. Legendum exiſtimo: *Queis tribunos plebei patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patribus ſuffragia majores veſtri paraverunt*. Quaſi dicat: Deinde etiam ſi vos non horter, ut illa virilia facinora majorum veſtrorum imitemini, quibus per ſeceſſionem armati, & tribunos plebis ad conſervationem juris, & libertatis ſuae, & patricium magiſtratum; hoc eſt, conſulatum & cenſuram ad aequalitatem honoris, ſibi paraverunt: & ut poſtquam patres omnia quae populus in comitiis ageret, approbaſſent, & eorum auctores fierent: tamen ipſi poſthaec libera haberent ſuffragia, & cuicunque vellent magiſtratum mandare poſſent. etſi ad haec virilia, inquit, vos non hortor: tamen quamvis poteſtas in vobis ſit, Jovem potius conſultorem exſpectatis, quam vobiſmet ipſis ipſi conſultis. Hic eſt verus ſenſus hujus loci: nunc per partes eum exponam: Tribunos plebis populum armatum per ſeceſſionem ſibi paraſſe auctor eſt Livius lib. II. *Agi deinde* (inquit) *de concordia coeptum, conceſſumque in conditiones, ut plebei ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio eſſet adverſus conſules, neve cui patrum eum magiſtratum capere ſibi liceret: ita tribuni plebei creati duo*, &c. Et iterum lib. III. Idem ait Paedianus in Corn. de patricio magiſtratu. idem Livius lib. VIII. *Dictatura popularis, & orationibus in Patres criminoſis fuit: & quod tres leges ſecundiſſimas plebi, adverſas nobilitati tulit: unam ut plebiſcita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum quae comitiis centuriatis ferrentur ante initum ſuffragium Patres auctores fierent: tertiam ut alter utique ex plebe, cum eo ventum ſit, ut utrumque plebejum fieri liceret, cenſor crearetur*. De liberis ſuffragiis poſt auctores Patres, & hoc loco, & alio lib. I. *Decreverunt, ut cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi Patres auctores fierent. hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem jus vi ademtum; priuſquam populus ſuffragium incat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiant*. & Cicero pro Plancio id innuit: *Nam ſi ita eſſet, quod Patres apud majores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent comitiorum*. Aut ſi placet retinere vocem *modo*, ſcribe *queis trib. pl. modo patricium magiſtratum, & libera ab auctoribus Patribus ſuffr.* Sic enim ſaepe loquitur Salluſtius. Ciaccon. Locus eſt ex mendoſa ſcriptura non nihil obſcurus. Nam Lepidiana ſententia eſt, non opus ſibi eſſe hortari plebem ad virilia illa, quibus majores ejus Tribunatum pleb. & Patricium magiſtratum, hoc eſt, conſulatum ipſum, nec non libera ſuffragia paraverunt. Sed, ut nunc in codicibus habetur, talis ſenſus elici vix poteſt. Itaque videndum an legi poſſit: *Queis Tribunos pl. modo, modo patricium magiſtratum*, &c. nam in vet. cod. apud me legitur *quos Trib. pleb. modo*, &c. ut illud *quos*, ex *queis* factum fortaſſe ſit. Porro plebem Tribunatum plebis per ſeceſſionem ſibi paraſſe, tradit Livius libro II. cum ait: *Agi deinde de concordia coeptum, conceſſumque in conditiones, ut plebei ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio eſſet adverſus Conſules, neve cui Patrum eum magiſtratum capere ſibi liceret. Ita Tribuni plebei creati duo*, &c. Itidem patricium magiſtratum, hoc eſt, Conſulatum, & libera ſuffragia ſibi plebem paraſſe, idem Livius auctor eſt libro VIII. 13. cum ait: *Tres leges ſecundiſſimas plebei, adverſas nobilitati tulit. Unam, ut plebiſcita omnes Quirites tenerent; alteram, ut legum, quae comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent; tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum ſit, ut utrumque plebejum fieri liceret, Conſul crearetur*, &c. Sed de liberis ſuffragiis poſt auctores patres Livius libro I. ſic ſcribit: *Decreverunt, ut cum populus legem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent; hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem jus vi ademtum, priuſquam populus ſuffragium incat, ut in incertum comitio-*

bus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere: quamvis, Quirites, in vobis ſit, uti, quae juſſa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe poſſitis. Jovem aut alium quem Deum conſultorem exſpectatis? magna illa conſulum imperia & Patrum decreta, vos exſequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum, atque adjutum properatis.

X. Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque diſcordias, ut illi criminantur, ſed earum finem volens, jure gentium res repeto: &, ſi pertinaciter retinebunt, non arma, neque ſeceſſionem, tantummodo, ne amplius ſanguinem veſtrum praebeatis, cenſeo. Gerant, habeantque ſuo modo imperia; quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium & reliquias exſulum perſequantur cum imaginibus ſuis.

rum eventum patres auctores fierent. Et Cicero pro Cn. Plancio: *Nam ſi ita*, inquit, *eſſet quod Patres apud majores noſtros tenere non potuerunt, ut reprehenſores eſſent Comitiorum*, &c. Illud autem, *modo*, quod nos addidimus, in vet. cod. non eſt, ſed omiſſum videtur a librariis, ob alterum, *modo*, quod praecedit. Sic autem locutus eſt Salluſtius tum in bello Jugurthae, tum in Epiſt. I. De rep. ordinanda, cum dixit: *Fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives*, &c. Ursin. Hiulcus & plane mendoſus locus, cum ita legatur vulgo: *quo tribunos plebei modo patricium magiſtratum.* quod nullam, uti opinor, commodam poteſt elicere ſententiam. Vaticanus: *quo tribunos plebei modo patricium magiſtratuum.* Fabri & Bricon: *quo tribuni* plebei *modo patricium magiſtratuum.* Eam autem quam expreſſi, parum abeſt, quin veram & certam ſcripturam eſſe exiſtimem. Carrio. Vulgo legitur, *Quo Tribunos plebei modo patricium magiſtratum.* Vatican. *quo T. pl. m. p. magiſtratuum.* Fabri & Briconeti: *Quo tribuni plebei m. p. magiſtratuum*, quam lectionem fere probat Carrio. Scribendum: *Ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo, patricium magiſtratum, libera ab auctoribus patriciis ſuffragia majores veſtri paravere.* Vid. lib. I. Obſerv. cap. 25. Gronovii. Wasse in *Add.*

Quirites] Locum partim ex Vaticano, partim ex aliis duobus, ita conſtituendum iudico: *cum vis omnis, Quirites, in vobis ſit, &, quae juſſa unde pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe poſſitis.* prius illud, *cum vis omnis*, a Vaticano eſt. poſterius & pro *ut*, etiam ab aliis duobus. Carrio.

Quamvis Quirites in vobis sit] Scripti libri *quamvis omnis.* Latinus Latinius Viterbienſis: *Quum vis omnis*, rectiſſime. Sed totum locum ſic legendum cenſeo: *Deinde ne vos ad virilia illa vocem, queis tribunas plebis m. m. p. m. l. a. a. p. ſ. majores veſtri peperere, quum vis omnis, Quirites, in nobis ſit, ut quae juſſa nunc pro aliis toleratis, p. v. a. a. n. a. certe poſſitis, Jovem aut a. q. d. c. exſpectatis?* Ciaccon. Verba ſunt ex eadem oratione, quae ita in vet. cod. meo leguntur: *Quamvis omnis Quirites in vobis ſit.* Unde appareret perſpicue legendum eſſe: *Quom vis omnis, Quirites, in vobis ſit.* Paullo poſt pro eo quod vulgo habetur, *abſit periculum & labos*, videtur legendum; *Ab iis abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus*, &c. Ex iis vero quae ſequuntur: *Repentina iſta frumentaria lege*, &c. intelligi poteſt, latam fuiſſe legem factione patrum, ut quini modii tritici ſingulis menſibus viritim viderentur. Ursin. Ex Vatic. & aliis duobus, ita conſtituendum: *Cum vis omnis, Q. i. v. ſ. & quae juſſa nunc p. a. t.* &c. prius illud, *cum vis omnis*, a Vaticano eſt. Poſterius & pro *ut* etiam ab aliis duobus. Wasse.

Neque ego vos ultum injurias hortor] Et haec recitat Fronto, eodem Hiſt. libro, in verbo, *Hortor*: omiſſo verbo, *Ego*. Ald. Man. Idem Meſſus ex hoc ipſo Hiſtoriarum haec recitat libro; ſed apud eum vox *una*, quae in vulgato deſideratur, ex meo reponenda eſt. Carrio.

Capiatis] Omnes libri *cupiatis*. Carrio.

Censeo] Recte tres libri vett. *cenſebo*. Carrio.

Gerant, habeantque suo modo imperia] *Suo modo*, antique, id eſt ſuo arbitratu, atque (ut ipſus fere loqui conſuevit) ex ſua lubidine. Sic ſaepe hoc verbum acceptum in Plauto: ut vel ibi, & quidem bis una Perſae ſcena: *Meo modo iſtuc*

fuis. Abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus eſt; niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur. Qua tamen

iſtuc potius fiet, quam tuo. &, *At meo ſi liceat modo, Sapienter potius facias, quam ſtulte.* Hoc eo monere viſum eſt, ne quis *modo* illud, pro more & conſuetudine perperam & ſuo modo interpretandum exiſtimet. DOUZA.

ABSIT PERICULUM ET LABOS] Credo ſcripſiſſe Salluſt. *Ab iis abſit periculum & labos, quibus nulla pars fructus eſt.* CIACC. Ita Codd. & Balliol. *Ciacconius* ex conjectura inficete, ineleganterque: *abſit ab iis p.* Sed Auctor ſe tuetur Catil. VI. *delecti* quibus *corpus armis infirmum.* Et XVII. infra, *juventus &c. faciebat.* Quibus *in otio vivere copia erat.* XXXVIII. *Semper in civitate* quibus *opes nullae ſunt, bonis invident*, & Jug. III. Denique I. 15. Quibus *illa placent in armis ſunt.* De Luculli militibus Plutarch. pag. 515. Οἱ δ' ἀπειλοῦσι τὰς δημεύσεις, καὶ κἂν ἀποστρέψωσι βασιλέα, καὶ μόνοι μάχωσι τοῖς πολεμίοις σκηλεύσειν ἀφ' ὧν μόνων ἐκέκτηντο. WASSE in *Add.*

REPENTINA ISTA FRUMENTARIA LEGE] Apparet latam fuiſſe legem factione Patrum, ut quini modii tritici ſingulis menſibus viritim dividerentur. CIACC. Locus corruptus, & abſque eruditio illo acumine doctiſſimi & humaniſſimi Cl. Puteani, fuiſſet plane depoſitus. Itaque primum librorum variantes ſcripturas indicabo; dein ipſius Puteani emendationem adponam. Liber Vaticanus; *frumentaria lege munia veſtra penſantur: qua tamen quivis modis libertatem omnium aeſtimavere: qui profecto non amplius poſſunt alimentis carceris. namque utilis exiguitate mors probibetur, ſeneſcunt vires: ſic neque abſolvi cura familiari tam parva res, & ignavis quiſque tenuiſſimas perfruſtratur.* In Bricon. &, Fabri: *quinis modiis*, ſcriptum eſt: uti etiam illud, *qui profecto.* Deinde ab iiſdem illis abſunt duae voces; *ut* & *poſſit.* Poſtremo in iiſdem eſt, *& ignavi qui uſque ten: perfruſtrantur.* hinc divina illa Puteani correctio exiſtit; *Niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia veſtra penſantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium aeſtimavere; qui profecto, non amplius poſſunt alimentis carceris. namque ut illis exiguitate mors probibetur, ſeneſcunt vires; ſic neque abſolvit cura familiari tam parva res, & ignavus quiſque tenuiſſima ſpe fruſtratur.* ſententia plana, & emendatio divina: de qua illud habeo dicere, *conveniant omnes augures, haruſpices.* nemo verius, nemo certius divinaverit. comparat enim legem frumentariam, qua quinque modii plebi dabantur (de quo nihil alibi legere memini) cum alimentis captivorum, ut, inquit, captivis ea alimenta dantur, quibus mors quidem prohibeatur, vires autem non tantum non confirmentur, verum etiam ſeneſcant, & atterantur: ſic frumentaria iſta lex plebem cura familiari non liberat; ſed eſt, ut ignavus quiſque tenuiſſima ſpe fruſtretur. CARRIO. Carrionis editio haec ſic exhibet, *Cum tamen qui bis modis & bi profecto*, dein, *alimentis carere namque utiles exig. & ſic ut neque abſolvi c. f. t. p. r. poſſit.* WASSE. Leviter immutat illa Demoſthenis Olynth. III. pag 14. Ἴσως ἄν τισιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα εἰσηνῶσι καὶ τοῦτον λαμπράτην καταλαγήσῃ, ἃ πᾶς ἀδυνᾶσι, παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίον διδομένους ἔοικε καὶ οὗτ' ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὐδ' ἀπολύσειν ἐᾷ. Alexis: Πυθαγορισμὸς καὶ λόγος Λιπαρὶ διεσκελάμενος τε φρυγίδος Τριφυᾶ ἐκείνης. τὰς δ' ἐκεῖ ἡμέρας τάδε, Ἀρίφρων καλοῦσ' ἐς ἐκκλησίαν, πολίται Ὑδαίφρων, τοσαῦτα ταῦτα, διεσκελάμεθ' Λιπαρᾶς δίαιταν, &c. οἱ δ' ἡμέρας Διωκτῆρα πίμπλης ἀλφίτου κοτύλαν μίαν. Carceri incluſis Commentarienſis duas treſve diurnas libellas alimenti nomine dabat, ex annona qua pauperes alebantur L. Jud. IX. C. de Epiſc. *audient.* Tantulam cibi copiam Aſinio Gallo Tiberii juſſu praebitam narrat Dio. Erat enim τοιαύτη τις τροφή, ὥστε μήτε τὸν ὑδρωπιῶντα καταρρῆξαι, μήτε ἀπολιπεῖν αὐτὸν ἰᾶσθαι. Ubi Demoſthenis verbis utitur. Confer *Senecam* Epiſt. pag. 68. Edit. Gronov. Ball. *Carcere*, &, *abſolvi cura fam. tam parva re poſſit*, & *ignavi.* Infra: omittit *tamen.* WASSE. in *Add.*

MUNIA VESTRA PENSANTUR, &c.] Totus hic locus valde perturbatus, neque tamen ex antiquo libro, qui valde a vulgatis omnibus diſſentit, elicere quidquam potui, quod ſententiam illuſtraret. fortaſſe in hoc felicior erit aliorum induſtria. ego, ut in antiquo lib. ſcriptum vidi, ita teſtatum relinquam, eſt autem in eo ſic: *In unia veſtra penſantur: qua tamen quin is modis libertatem omnium aeſtimavere, qui profecto non amplius poſſunt alimentis careeris. neque utiles exiguitate mors probibetur. ſeneſcunt vires. ſic ut neque abſolvi cura familiari tam parva res. & ignavi quiſque tenuiſſimas perfruſtratur: quae tamen, quamvis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, &c.* A MANUT.

CUM TAMEN QUI HIS MODIS LIBERTATEM OMNIUM AESTIMAVERE] Liber ſcriptus: *Qua tamen quin is modis.* Latinus Latinius, *quinis modiis*, cui aſſentior. CIACC. Sic (*quinis modiis*) legendum eſſe, jam olim docuit eruditiſſimus Lipſius

men quinis modiis libertatem omnium aestumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors

libro primo Electorum cap. 8. Coler. Lipſ. I. Elect. 8. legit: *Cum tamen quinis modiis*: egregie & magno momento ad hiſtoriam. Lex illa frumentaria, ab optimatibus lata, placandae plebi, poſt obitum Sullae, menſtruum definiebat in capita, non plus quinque modios. id calumniatur Tribunus, & ait: exiguum eum modum eſſe fere comparandum cum alimentis carceris, quorum tenuitas, ut mortem prohibet, ita vires non auget. Reliquam ſcripturam ſic concipit idem *Lipſius*: *qua tamen quinis modiis omnium libertatem aeſtimavere, qui profecto non amplius praſint alimentis carceris, namque ut illis exiguitate mors prohibetur, feneſcunt vires, &c.* Rupert.

Quinis] At Donat. in Phorm. *quaternos*, & Cato de R. R. cap. 56. Wasse.

Hi profecto non amplius possunt alimentis carere] Liber ſcriptus, *qui profecto n.a. poſſunt alimentis carceris*. Forte *qui profecto non amplius poſcunt alimentis carceris*. nam, *poſcere*, pro, promittere, Terent. dixit in Heautontimor. I. & Plautus. Et *amplius alimentis*, pro, *amplius quam alimenta*, ſignificat ut ſupra *neque amplius una die aut una nocte*. & Tacitus *amplius unciario faenore*. Alimenta autem carcerum & ſervorum, quini modii erant ſingulis diebus, quae *dimenſum* dicebant. Seneca lib. Epiſt. II. Epiſt. 81. *Ille, qui in ſcena laxius incedit, & haec reſupinus dicit: Impero Argis, regna mi liquit Pelops, qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari, urgetur Iſthmos: Servus quinque modios accipit.* Ciacc. Aliter haec verba, & quidem ex eadem Lepidi oratione, habentur in vet. cod. in quo ita eſt: *Qui profecto non amplius poſſunt alimentis carceris, &c.* Ut illud, *non amplius alimentis carceris*, poſitum videatur pro eo quod eſt, *non amplius quam alimenta*. Sic enim Tacitus, *amplius unciario faenore* dixit, & Salluſtius ipſe ſupra: *amplius una die aut nocte*. *Poſſunt* vero, pro *promittunt*, tum Plautus pluribus locis, tum Terentius uſurpavit in Heautontimor. Alimenta autem carcerum, & ſervorum *quini modii* (ita enim habet vetus etiam codex meus) idem eſt, dabanturque ſingulis menſibus, & dicebatur *dimenſum*. Seneca Epiſt. CCXI. *Servus eſt, quinque modios accipit.* & Epiſt. XVIII. *Liberaliora ſunt alimenta carceris. ſepoſitos ad capitale ſupplicium non tam anguſte qui occiſurus eſt paſcit, &c.* Salluſtius in oratione Lepidi: *Populus Romanus, paulo ante gentium moderator, &c. neque ſervilia quidem alimenta reliqua habet, &c.* quibus verbis *quinos hos modios* intellexit. Ursin. Puteani & Ciacconii emendatio veriſſima: *qui profecto non amplius poſſunt alimentis carceris.* Coler. De alimentis carceris vid. etiam legem XII. Tab. apud Gellium lib. XXI. cap. 1. confer Demoſth. Olynth. III. qui haec de diaeta medicorum: Thucydidem lib. VII. ad finem: Senec. Ep. LXXX. Symmach. Praef. lib. I. Ep. 23. ad Auſon. *Parvis nutrimentis quamquam a morte defendimur, nihil tamen ad robuſtam valetudinem promovemur.* Lipſius legendum putat *praſint*. Elect. I. 8. Wasse.

Namque utilis exiguitate mori prohibetur] Vetus liber, *namque uti illis*: quemadmodum, inquit, alimenta, quae in carcere praebentur, quod exigua ſunt, prohibent mortem, ſed ſenium accelerant. Tacit. lib. XVI. *Vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, niſi quae mortem arcerent.* Ciaccon. Ex eadem oratione haec quoque ſunt. Placet autem lectio veteris codicis mei, in quo eſt: *Namque uti illis, &c.* Ut dicat: quemadmodum quae in carcere dantur alimenta, quod exigua ſunt, prohibent quidem mortem, ſed ſenium accelerant. Simili quadam ſententia uſus eſt Tacitus libro XVI. cum dixit: *Vidua implexa luctu continuo, nec ullis alimentis, niſi quae mortem arcerent, &c.* Et Hieronymus in Commentariis ad cap. IV. Ezechielis, *Demoſthenem* edit auctorem ſententiae, cum ait: *Decem panis unciae diurnae, & aquae tertia ſextarii pars, anima magis trahitur, quam ſuſtentatur.* Demoſthenis autem verba ex Olynth. III. ſunt haec: ἃ πᾶς ἀνθρωπος παρὰ τ' ἰατρῶν τυγχάνει διδόμενα ἴσασι, καὶ ὅτι ἔστ' ἐχὶ σώματα ἱστάναι, ἔστ' ἀπόλλυσιν ἰᾶν. Quod autem paulo poſt habetur, *Vindices libertatis*, facit ad inſcriptionem numiſmatis argentei Auguſti, in quo eſt, Libertatis. P. R. Vindex. Ursin.



Suz

mors prohibetur; ſeneſcunt vires: ſic neque abſolvit cura familiari tam parva res: & ignaviſſumi quique tenuiſſima ſpe fruſtrantur; quae tamen quamvis ampla, quoniam ſervitii pretium oſtentaretur, cujus torpedinis erat decipi & veſtrarum rerum ultro injuria gratiam debere? Namque alio modo, neque valent in univerſos, neque conabuntur.

XI. Cavendus tamen dolus eſt. Itaque ſimul comparant delenimenta, & differunt vos in adventum Cn. Pompeji: quem ipſum ubi pertimuere, ſublatum in cervices ſuas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, uti ſe ferunt, libertatis, tot viros ſine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum, tantae gloriae adoleſcentem, malle principem volentibus vobis eſſe, quam illis do-

SIC UT NEQUE ABSOLVI] Verba ſunt ex eadem oratione. Sed particula, *ut*, non eſt in vet. cod. in quo ita legitur totus hic locus: *Sic neque abſolvi cura familiari tam parva re, & ignavi cujuſque tenuiſſima ſpe fruſtratur.* Paulo poſt Faërnus legebat, *qua tamen*, pro eo quod vulgo habetur, *quae tamen.* Item, *oſtentaretur*, non *oſtenderetur*, quae lectio confirmatur a codice etiam meo manuſcripto. CIACCON. & URSIN.

IGNAVISSIMI] Correximus, *ignavi cujuſque tenuiſſimas ſpes fruſtratur*: & poſtea: *Qua quamvis ampla*; ut illud *qua* reſpiciat *τὸ decipi*: deinde, *& veſtra munerantibus pro injuria gratiam debere.* III. Obſerv. 2. Gronov. WASSE.

QUAMVIS AMPLA] Ex veſtigiis libri Vaticani, Gallicorumque exemplarium, *& ignavi quiuſque tenuiſſimas perfruſtrantur*, legit Schott. *ignavia quiſque tenus ſuas ſperes fruſtratur.* Nam *ſperes*, multitudinis numero M. Varro ſaepe uſurpavit, ut in Menipp. & apud Non. in voce, *Lactare*, Ennium, Feſtum, alioſque. WASSE.

CUJUS TORPEDINIS] Pro *quantae!* cum exclamatione, ut apud Plautum Moſtell. III. 3, 5 *cujuſmodi.* Cujuſmodi *gynecaeum? quid porticum?* & Rud. I. 12.

Pro di immortales, tempeſtatem cujuſmodi
Neptunus nobis hac nocte miſit proxima!

Salluſtium ſequitur Arnobius p. 93. Cujus *eſt autem* pudoris, *quinimo* inverecundiae cujus, *quod agere te videas, in eo alterum reprehendere?* Pro *tantae* vel *ejus* utitur Tacitus, Hiſt. I. 37. *Et*, cujus levitatis eſt *Galba*, *jam fataſſe promiſit.* quamvis ampla, hoc eſt, *quantumvis ampla eſſent*, vel, *etſi revera eſſent ampla.* Haec Salluſtiana a Demoſthene adumbrata ſunt. WASSE in *Add.*

VESTRARUM RERUM ULTRO INJURIA] Si ſanus hic locus, tum ſenſus eſt: *& veſtrarum rerum in injuria gratiam inſuper habere deferenti.* vel, *& gratiam veſtrarum rerum ultro debere immerito*, id eſt: cum ſumma veſtra injuria. Verum ne ſic quidem ſatis Latina ſunt, & ſatis apte cum ſuperioribus cohaerent. Ipſe ergo, *veſtra remunerantibus pro i. g. d.* At Gronovius, *veſtra munerantibus pro.* Haec autem a vulgata lectione nimis abſcedunt. Putaram aliquando: *veſtrarum rerum altera injuria*, hoc eſt *in*, vel *ſub* altero damno. ut Jugurth. in mea injuria *deſpecti eſtis.* Ut eſſet *prima injuria* eripientium, *altera vero*, ſervitutis mercedem reddentium. Hoc tamen acutius quam verius. Praeterea, tametſi *injuria* paſſive, idque apud noſtrum, inveniatur, tamen, an paſſive *τοῖς πράγμασι* competere poſſit ampliandum pronuncio. Pro *injuria* gratiam debere. Contarenus lib. de Frumentar. Rom. largitione tentat: *ultra injuriam.* Ex Demoſthene item haec adumbrata videntur. *Κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν οἱ πολιτευόμενοι, καὶ ἀφ' ὧν τοῦτον ἔστιν ἐπαινεῖν. ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἀνυπεύθυνοι μόνοι, καὶ ἀξιοπρεπῶς χρήσασθε, συμμάχοις οὐ ὑπηρέτην καὶ στρατιώτην μᾶλλον γιγνόμενοι, καὶ τὰ πάντων ἀναδεξάμενοι τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν ἀποστερεῖτε.* Infra: *namque alio modo.* hoc eſt: *aliter enim quam largitione*, neque valent &c. WASSE in *Add.*

CAVENDUS TAMEN] Lege: *tantum.* GRONOV.

MALLE PRINCIPEM VOLENTIBUS VOBIS ESSE, QUAM ILLIS DOMINATIONIS SOCIUM] Videtur legendum: *malle Principem volentibus vobis eſſe, quam illius dominationis ſocium*: vel, *malle Principem*

dominationis ſocium, auctoremque in primis fore tribuniciae poteſtatis. Verum, Quirites, antea ſinguli cives in pluribus, non in uno cuncti praeſidia habebatis: neque mortalium quiſquam dare, aut eripere, talia unus poterat. Itaque verborum ſatis dictum eſt. Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos neſcio quae torpedo, quia neque gloria movemini, neque flagitio; cunctaque praeſenti ignavia mutaſtis: abunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet atque illuc, munere ditium dominorum.

XII. At-

cipem volentibus vobis, quam illius dominationis eſſe ſocium, ſive, *quam invitis dominationis eſſe ſocium*. Nam ſupra Jugurth. 102. habetur: *Tutiuſque rati volentibus, quam coactis imperitare*. CIACCON. & URSIN.

DOMINATIONIS SOCIUM] Antea *& ſocium*. quam vocem tollendo, recte locum emendavit Lipſius, cujus emendatio Fabri & Bricon. libros ſubſcriptores habet. CARRIO.

NEQUE ENIM IGNORANTIA RES CLAUDIT] Haec recitat Donatus in Terent. Eun. act. I. ſc. 2. A. MANUT. & CARRIO. Donatus citat ex Salluſtio: *Item nihil ſocordia claudebat*. CIACC. Ad illa vero quae habentur in extremo hujus orationis (*neque ignorantia res claudit*) facit quod ex Salluſtio item citat Donatus in Terentium: *Nihil ſocordia claudebat*. Item paulo poſt abundat, ut videtur, vox, *libertatem*; legendumque: *Abunde rati, quia tergis abſtinetur*. Nam ſic Tacitus Salluſtii, ut diximus, imitator, libro XVIII. locutus eſt, cum dixit: *Ipſe abunde ratus, ſi praeſentibus frueretur*. URSIN. *Claudit*, valet, deficit: Monui olim, id verbi in Terentii Eunucho reponendum, *benignitatem claudere*, nec multis perſuaſi, quanquam aperte agnoſcit Donatus. Uſus eo etiam Auſonius in Prologo Ludi Sapientum: *ſcitis profecto quae ſint; ſed ſi memoria Rebus vetuſtis claudit*. *Claudit memoria*, ut hic, *Res claudit*. LIPSIUS. IV. Ep. Q. 14. *Ignorantis* Ball. Pariſ. & Baſ. 1531. Gruteriana, aliae Editt. *ignorantia*. hoc eſt, interprete Badio, *impedit ab effectu obtinendo*. Criſpinus, cui *ignorantis* placuit, ita interpretatur: *Neque enim res fruſtret* vos *ignaros*; puto: *neque enim* ex ignorantia *res claudicat*. hoc eſt, *non enim ob ignorantiam veſtram, ſed torpedinem, res veſtrae minus procedunt*. Ita locutus Terentius Andr. III. 3. Eunuch. I. 2. 84. aliique paſſim, quos adduxit Cl. Gronovius pater ad Livium XXII. 39. Hoc ſenſu *vacillare* apud Cic. & alios, *claudicare* apud Lucretium, cui addas licet Hegeſippum in Praefat. *Ut liquido clareat, utrum a Senioribus Judae nuſquam generationis ejus ſucceſſio* claudicaverit, *an vero oſtenderit in Principum ſeria*. Ibi membranae C. C. C. *femoribus Judae*. Hoc ſenſu apud Galenum Symptom. lib. IV. Τὸ χωλεῦον παρ' αὐτῷ ἢ λέγω. Arnobius p. 76. *Nec in aliquo lapſu eorum aliquando* claudicaverit *vita*. Ubi pro voce *probabilem* ipſe legerim *prolabilem*: eo ſenſu quo pag. 77. *animas eſſe indicant* labiles, & 79. *parvarum* & labilium virium. Idem p. 232. *ſine ture Religionis officium* claudicat. Apulejus D. Soc. p. 112. *ut ubi dubitatione* claudicaret, *ibi divinatione conſiſteres*. Codex Cajenſis *claudeat*, recte. WASSE *in Add.* In Hegeſippo videtur legendum *conſiſteris* pro *oſtenderit*. HAVERC.

OCCUPAVIT VOS NESCIO] Omnes libri, *occupavit neſcio qua vos*, vetuſte. CARRIO.

QUIA NEQUE] Vaticanus, *quia non*. Fabri & Briconeti, *qui non*. CARRIO.

MUTASTIS] Omnes libri *mutaviſtis*. CARRIO.

ABUNDE LIBERTATEM RATI, QUIA TERGIS ABSTINETUR] Exiſtimo vocem, *libertatem*, gloſſema eſſe. Tacit. Hiſt. II. *Ipſe abunde ratus, ſi praeſentibus frueretur*. CIACC. Vocem ſecundam immerito damnat Ciacconius. Citat enim Servius p. 420. *abunde libertatem rati, ſcilicet quia*. At vox penultima hodie in editis non invenitur. Defendat ſe Nolter. Jug. XVII. abunde magna praeſidia *nobis in veſtra amicitia* fore. CIX. *parentes* abunde habemus. Vid. Paraei Lex Plaut. voce *Parum*. WASSE in *Add.*

TERGIS] Servius libro primo AEn. *Tergum*, inquit, *dorſum ſignificat. Salluſtius: quia tergis abſtinetur*. Cariſius lib. I. *tergum, dorſum eſt; ſed contrario Virgilius terga boum aixit. Et in IX. hinc raptas fugientibus ingerit haſtas In tergus. quo exemplo etiam illis reſiſtitur, qui volunt tergum hominis eſſe, tergus pecoris*. Sic Cariſii defectum ſupplet CARRIO. Supra lib. I. p. 5. *De vita atque tergo regio more conſulere*. HAVERC.

MUNERE] Figurate omnes veteres libri, *munera*: CARRIO. Quam ad rem potiſſimum clauſulam iſtam attinere dicerem, ſaepe mecum &

CUM

XII. Atque haec eadem non ſunt agreſtibus; ſed caeduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magiſtratibus. Ita pugnatur, & vincitur a paucis: plebes, quodcumque adcidit, pro victa eſt: & in dies magis erit: ſi quidem majore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

Poſtquam egreſſus anguſtias. *Meſſus.*

Ad Cyzicum perrexit firmatus animi. *Ex eodem.*

Ut ſuſtinere corpora plerique nequeuntes, felli, arma ſua quiſque ſtantes incumberent. *Idem, & Servius.*

Ac ſtatim fugitivi, contra praeceptum ducis, rapere ad ſtuprum virgines, matronaſque. *Nonius.*

XIII. Qui-

cum animo meo agitavi jam antea; neque tamen umquam ad certam aliquam conjecturam quivi evadere: nunc vero ad eam ſententiam accedit animus, ut *munera*, non autem *munere*, conſentientibus manuſcriptis, emendari placeat. Quod quidem per appoſitionem additum, atque hoc pacto interpunctum: *Et huc, & illuc ire licet; munera ditium dominorum*; ad Munera Theatralia, & gladiatorum familias referundum arbitror, quibus Marcus iſte populum Romanum contendit; eos *Munera ditium dominorum* (quod genus Munerarii, hoc eſt, Munerum exhibitores cluebant) contumelioſe ſatis pro rei indignitate appellant; eoque ignaviae proceſſum dicens, ut cives ingenui, & (quae ratio maxima eſt) Romani, non ſervitio, ſed imperio nati, praeclare ſecum agi exiſtiment, ſi tergis abſtineatur; hoc eſt, ſi non ſcapulas ſuas ad quotidianam virgidemiam praebentes, alienae ſuperbiae ludibrio, ac flagitribae ſint, neque (ſic tamquam legitimi gladiatores in dominorum leges auctorati, *uri*, *vinciri*, *verberari*) animis corporibuſque addictis Laniſtae alicui Thraci in cuſtodiam porro, atque in diſciplinam tradantur, Ludo gladiatorio incluſi; unde pedem efferre donec dominus juſſerit, fas impune non ſit: aut in immundiſſimam ſaginam detruſi arenae denique reſerventur, ferro & feris in tempore objectandi: ſed libere, & ſine cuſtodia habiti, huc illuc ipſis ire liceat, quo animo lubet, hoc ſolo diſcrimine ejuſmodi nugas hominum venalium vincentes. *Munera* ergo *Muneralia* quaſi factos interpretor, pudendo probro, & quo in animos ad ſervitutem (quam idem tota hac Oratione Quiritibus objectat) paratos addictoſque, nihil aliud dici poſſit aſperius, aut amarulentius. Douza. Hoc vult: ſatis amplam ducentes libertatem, quod cura familiari ſoluta, palantes ire licet, huc illuc, ex munere illorum Beatorum qui vobis haec otia fecerunt. Balliol. hic *munera*. At quo ſenſu? num pro gladiatoribus & arenariis? Non probo. Wasse in *Add.*

Vincitur a paucis] Longe alia, neque tamen animo meo melior, Fabri & Bricon. ſcriptura, *vincitur a paucis plebes; quodcunque accidit pro victis eſt*: etſi illud, *pro victis eſt*, etiam Vaticanus agnoſcat liber. Carr.

Si quidem] Sententia ex Demoſthene expreſſa. Εἰδὲ ὁ μὲν ἀεί τι μεῖζον ἢ ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, &c. Wasse.

Postquam] Meſſus de elocutionum exemplis: *egreſſus illam rem.* Carr.

Ad Cyzicum] Ex eodem Aruſiano: *firmatus illius rei.* Carrio. An loquitur de Lucullo, qui egregia victoria Cyzicum liberarat? Non dubito. Coler.

Ut sustinere] Aruſianus: *incumbit illam rem.* Servius lib. VII. AEneid. *Stant longis adnixi haſtis & ſcuta tenentes: Romani moris eſt & bellicae neceſſitatis, ut Salluſtius commemorat, feſſi arma ſua quiſque ſtantes incumberent.* Sic enim ibi legendum, & apud Aruſianum vox *feſſi* inſerenda. totus denique locus ex hoc conſtituendus. Carr. *Feſſi* a Salluſtianis cenſoribus additum: idque (uti ipſis perſuaſum eſt) ex Servio obſervante: *Suſtinere corpora plerique nequeuntes*, pro *feſſi*, poſitum hoc loco; quippe Salluſtiani contextus quaſi interpretamentum: quod ſi recte iidem illi (uti par erat) attendiſſent, numquam profecto gloſſemate Serviano Salluſtianam Hiſtoriam miſcendo commaculaſſent, cum vox *feſſi*, in Frontone idem hoc exemplum producente, nuſquam gentium compareat. Idem error in *ſtantes*, qui ex eodem Frontone corrigendus hoc modo: *Arma ſua quiſque inſtans incumberet.* Douza.

Ac statim] Nonius de impropriis ex III. haec adducit, ut vulgo legitur. ut autem in vet. cod.

XIII. Quibus a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant: prima, quae fonte venientes exciperet. *Servius.*

Ingens ipse virium, atque animi. *Arusianus.*

Locum nullum, nisi in quo armati institissent. *Idem.*

At Oppius, postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulscioque impeditur. *Nonius.*

Castrisque conlatis; pugna tamen ingenio loci prohibebatur. *Idem.*

Sed Pompejus a prima adolescentia, sermone fautorum, similem fore se crecod. ex lib. IV. notans *stuprum* de quovis luxu improprie dici. CARRIO.

QUIA SERTORIO] Servius lib. II. AEneid. *Sallustius*, inquit, *dixit: Quia Sertorio triplices insidiae per saltus positae erant: prima; subaudiendum reliquit, insidia. quod dicere non possumus.* Idem lib. X. AEneid. *Sallustius dixit: prima qui venientes exciperent, cum de insidiis loqueretur: quas numeri pluralis esse constat.* Neutro autem in loco numerus Historiae adscriptus est, qui apud eundem Servium lib. II. Georg. exprimitur. In quodam etiam legitur, *Quae a Sertorio.* male. CARRIO. Multifariam haec apud Servium leguntur. Sed ex omnibus hanc habe veram lectionem: *Quis a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant, prima quae fonte venientes exciperet.* Huc respexisse Charisius videtur cum scribit lib. I. institutionum Grammaticarum: *Inimicitiae & insidiae pluraliter dici debent, sed Sallustius, de insidia, prima inquit, & Accius inimicitiam dicit.* Legerim tamen lubens in Charisio: *Sed Sallustius de insidiis, prima inquit.* Porro quod ait de Accio Charisius, vereor ne reponendum sit Ennii nomen ex Agellio lib. XIX. cap. VIII. qui hos versus adducit:

Eo, inquit, ingenio natus sum, amicitiam
Atque inimicitiam in fronte promtam gero.

PUTSCH.

INGENS IPSE VIRIUM] Tacit. Annal. I. *Foeminam ingens animi.* CIACCON. & URSIN. Idem Arusianus: *illius rei ingens.* CARRIO. Loquitur de Sertorio. Vide Valerium lib. VII. COLER.

AT OPPIUS] Nonius de genere armorum: *pugio*, inquit, *est brevis gladius.* CARRIO.

CASTRISQUE CONLATIS, PUGNA TAMEN INGENIO LOCI PROHIBEBATUR] *Castra castris conferre* dixit etiam Caesar lib. VII. ut ad eum locum notavimus. Item Ennius: Hectoris lytris *Castrisque castra ultro jam conferre parat.* Sic enim legendum apud Nonium in *Occupatus.* Huc etiam pertinent illa Taciti ex lib. V. *locorum ingenio se tuebatur.* Et illa fortasse ex Epistola Mithridatis: *Quia multitudinem arctis locis pugna prohibuere.* URSIN.

INGENIO LOCI PROHIBERATUR] Tacit. Annal. V. *Locorum ingenio se tutebatur.* Sic in Epist. Mithrid. de hoc ipso fortasse loco: *Quia multitudinem arctis locis pugna prohibuere.* CIACC. Idem Nonius: *ingenium* hic *naturam* interpretatur. CARRIO.

SED POMPEJUS, &C. SIMILEM FORE SE CREDENS ALEXANDRO REGI] Plutarchus tradit Cn. Pompejum ita similem forma fuisse Alexandro Magno, ut sermone fautorum fuerit Alexander appellatus. URSIN. Plinius lib. VII. Adeo vero gloria juvenis illius, totius orbis domitatoris, in oculis erat Romanis. Ab ea tamen vix quisquam mortalium propius abfuit quam Julius Caesar. De quo Paterculus: *Magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo similimus.* Turcae etiam nescio quid crebro de Alexandro Magno somniant, & ejus nomen non nemo ex eorum Principibus usurpavit. Sed & Paulus Apostolus, θεῖον illud ἔργασον, a sancto Hieronymo Alexandro Magno comparatur. COLER.

SIMILEM FORE CREDENS ALEXANDRO] Plutarchus p. 619. in Pompeio: Ἦν δέ τις καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐν τῷ πρώτῳ ἄνθει, καὶ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἐμφανοῦς ἡδονῆς ἐγείρων, καὶτοι πολὺ μᾶλλον ἀγαθοῦ ἢ φαύλου ἐμφυτεύσας τοῖς τοῦ Ἀλεξάνδρου βασιλικοῖς εἴκασμα καὶ τύπωμα τοῦτο τοῦ θεοῦ σωματοφύλακα, ὡς ἔοικε, τὸν Πομπήϊον. ὥστε καὶ χλαμυδοφόρους αὐτοῦ τοὺς ἑταίρους ἔτι καλεῖν Ἀλεξάνδρους, διὰ καὶ Λεύκιος Φίλιππος, ἀνὴρ ὑπατικὸς, συνηγορῶν αὐτῷ, μηδὲν ἔφη παράλογον, εἰ Φίλιππος ὁ Φιλαλέξανδρος ἐστί. Huc spectat quod de eodem narrat Appianus de B. Mithrid. pag. 253. Αὐτὸς γὰρ ὁ Πομπήϊος ἦν ἀγαθὸς ἰδεῖν, καὶ τὰδε λεγόμενα, χλαμύδα ἔχων, ὡς φασὶν, Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, εἴτε πιθανὸν ἦν· ἔοικε δὲ αὐτὸν σῴζειν τὸ Μιθριδάτου, Κύπτον παρὰ Κλειτάρχου λαβόντα. De hoc

credens Alexandro regi, facta, conſultaque ejus quidem aemulus erat. *Nonius.*

Dubius conſilii. *Aruſianus.*

XIV. Poſt reditum eorum, quibus Senatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem.*

Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire milites occoepere, non aptis armis, uti in principio, & laxiore agmine. *Nonius.*

Atque eum Curio laudatum, accenſumque praemiorum ſpe, quibus cum optaviſſet, ire jubet. *Idem.*

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo ſanguine ſuo-

hoc Triumpho Plutarchus 643. Ἡλικίᾳ ϑ τότι ὢν [ὡς μ᾽ εἰ καὶ πάνυ τοῦ Ἀλεξάνδρου παραβαλλόμενος αὐτὸν καὶ σφοδρὸς ζηλωτὴς ἀξιῶν] τριάκοντα καὶ τετάρων ἐτῶν, ἀκμὴν ϑ τῶν τετταράκοντα σφοδρόν. WASSE in *Add.*

AEMULUS] Nonius Marcellus, *aemulus*, inquit, *eſt imitator.* Idem obſervat hic accuſativum pro genitivo. Rectius itaque eſt in vet. cod. *aemulus facta conſultaque*; quam vulgo *aemulatus.* Primum quod vocem, *aemulus*, hic explicat: deinde quod alioqui accuſativus pro genitivo poſitus non erit: poſtremo quod ſaepe veteres nominibus eoſdem caſus dabant (grammatice loquor) quos ipſis verbis, de quo dixi nonnihil Antiquarum lect. Comment. II. cap. 19. Eſt itaque uno apud Nonium loco, *aemulus*, pro *aemulatus*, ſcribendum: altero haec ponenda verba: *facta conſultaque ejus quondam aemulus erat*, quae, ſi Nonii ſententiam ſpectas, non recte abſunt. CARRIO.

DUBIUS] Aruſianus Meſſus: *dubius hujus.* CARRIO.

BELLI LEPIDANI GRATIAM FECERAT] Sic locutus eſt in Bell. Catil. & in Bello Jugurthae, cum dixit: *Delicti gratiam fecit.* CIACCON. & URSIN. Idem Meſſus: *gratiam illius criminis facio.* Sic ſcribo: non *illi.* CARRIO.

SOCORDIUS IRE MILITES OCCOEPERE] Ita Junius, & Antverpienſis editio: ſed rectius volgatae, *ſocordius ire miles, obrepere* poſtrema excepta voce, quae mihi in *obſtrepere*, commmutanda videtur: pace Criticorum quod fiat. DOUZA.

APTIS ARMIS] *Aptum*, interpretatur Nonius, *connexum & colligatum.* Vulgo: *ſocordius ire miles obrepere.* Hinc legendum conjecit Junius: *ſocordius ire milites occoepere.* Quam ejus conjecturam, ut certam, ſecutus ſum. CARRIO. Pro connexis & colligatis accipio cum Nonio; vel, quod potius placet, aptatis, expeditis, atque ita compoſitis, ut, ubi uſus veniat, ad manum, atque in promtu eſſe poſſint: interpretatione a Catullo petita, cujus eſt ille verſus notiſſimus: *Aptis ſarcinulis, & expeditis.* DOUZA.

LAXIORE AGMINE] Hoc praeter morem diſciplinae militaris, Romanae praeſertim: & melior tutiorque ordo ille, quem Metellus in agmine, ad Vaccenſes viam affectans, bello Jugurthino milites ſuos ſervare jubet, ubi legitur: *Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quam artiſſime ire, & ſigna occultare jubet.* DOUZA. Vid. Livium V. 49. IX. 31. apto *exercitu*, X. 25, 33. XLIV. *arma* apta, vertente Plutarcho, κὴ τὴν παρασκευὴν ἅπασαν, ὅπως ἑτοίμως παρῇ. Caeſar. B. Civil. I. 30. *Omnia ſibi eſſe ad bellum* apta *ac parata.* & ſic legendum apud Ammianum IV. 10. Gloſſae, *aptus* εὐεπιδρόμος. Hoc ſenſu τὸ σῶμα ποιεῖν τὰ ὅπλα apud Xenophontem. Huic geminus extat apud Tacitum Hiſt. II. locus: *Longe alia proficiſcentis ex Urbe Germanici exercitus ſpecies. Non vigor corporibus, non ardor animis.* Lentum & rarum agmen & fluxa arma & *ſegnes equi.* WASSE in *Add.*

ATQUE EUM CURIO LAUDATUM] Forte, *Scipio.* Livius de Maſſiva a Scipione dimiſſo lib. XXVII. CIACCON. Vet. Cod. habet, *Cupio*, ut fortaſſe, *Scipio* legendum ſit, vel *Caepio.* Videndus Livius lib. XXVII. de Maſſiva a Scipione dimiſſo. URSIN. Ciacconius, qui multa Salluſtio loca feliciter reſtituit, infelici ſane conatu emendat: *Atque eum Scipio*; & refert ad laudationem illam Scipionis apud Livium Maſaniſſae. Quo quid ad hunc locum excogitari poſſit abſurdius, non video. Ego vulgatam lectionem probo. Curio is ille ipſe eſt, qui Dardanos vicit, multis magniſque honoribus cumulatus: ejus meminit Epitome Livii. COLER. Nonio *optare* eſt *eligere.* Pro *eum*, in aliis eſt *cum*, pro *accenſumque praemiorum ſpe*, eſt, *accenſum quae praemiorum ſpes.* pro *jubet*, & *Curio* vel *Caepio*, denique in duobus veteribus eſt, *juvet* & *cupio.* Peſſime. CARRIO.

EODEM] *Paludamentum*, teſte Nonio, eſt veſtis, nunc chlamys. CARRIO.

ſuorum defenſus, poſtquam ex ſarcinis paludamenta adſtari, & delectae cohortes intelligi coepere. *Idem.*

Si nihil ante adventum ſuum inter plebem & patres conveniſſet, coram ſe daturum operam. *Priſcianus* lib. XIV.

Fine inguinum ingrediuntur mare. *Aruſianus.*

XV. M. Antonius perdundae pecuniae genitus, vacuuſque curis, niſi inſtantibus. *Idem.*

Mu-

PALUDAMENTA] Senſum idoneum elicere nondum potui, videbatur tamen legendum: *paludamenta aptari.* PUTSCH. Locus mendoſus, neque ullius idoneae ſententiae. COLER.

ADSTARI] Vet. Cod. *obſtari delectae cohortes*, &c. docti viri legunt *baſtati*, ſententia non repugnante. CARRIO. Lego, *aſtati & delectae cohortes.* In Veteri Gloſſario exponuntur *aſtati* ἐφεδρεύοντες. COLER.

SI NIHIL ANTE ADVENTUM] Hoc fragmentum ex IV. lib. Hiſtoriarum citat MS. Priſcianus, cujus fidem impreſſis poſt habere religio eſt. COLER. Priſcianus lib. XIV. *coram ad verbum.* CARR.

FINE INGUINUM] Apul. de Aſin. lib. II. *Aſini inguinum ſane licinia remota*; ſive, ut in aliis eſt, *inguinum ſine.* Sed legendum ex hoc loco, *inguinum ſine.* Cato De re ruſtica cap. XXVIII. *Poſtea operito terra radicibus ſini.* Vide an legendum ſit, *radicum ſini*, ut cap. CXIII. *Amphoras nolito implere nimium, anſarum infimarum ſini.* Et Oppius de bello Africo, *multiplici ſine.* CIACCON. Cato De re ruſtica capite XXVIII. *Poſtea operito terra radicum ſini.* & cap. CXIII. *Amphoras nolito implere nimium anſarum infimarum ſini.* Hirtius de Bello Africo: *Ombilici ſine.* Ex quibus locis, & ex hoc Salluſtii corrigendus Apulejus libr. II. de Aſino, ubi legi debet, *inguinum ſine*, non, ut vulgo, *inguinum ſane lacinia remota.* URSIN. Quod mihi, ab aliis (videtur) haud ſatis intellectum, *inguinum tenus*, interpretari placet. DOUZA. Ex Aruſiano: *ſine illius rei.* ſed hic quippiam, quod non ſatis integrum ſit, eſſe exiſtimo. CARRIO. Adfert ex Meſſo Aruſiano Lud. Carrio. Idem citat Philargyrius ad lib. III. Georg. Virgilii. COLER. Apulejus Metam. II. p. 31. *Saucius pauliſper* ingninum fine. Cato de R. Ruſt. cap. CXIII. *Amphoras nolito implere nimium* anſarum *infimarum* fini. Et XXVIII. *In ſcrobe cum pones, ſummam terram ſubdito. Poſtea operito terra* radicibus fini. Ita in utroque loco Codex Arondel. Juſtinus XXX. 4. *bortari ſuos coepit, referendo Perſas, Baſtroſque Indoſque & omnem Aſiam*, Orientis finem, *a Macedonibus pe domitas.* Codd. Bongarſii & Junt. *fine*, idque rectiſſime. WASSE in *Add.*

M. ANTONIUS] Idem Aruſianus: *genitus illi rei facundae.* Hic autem eſt ille Antonius diſſolutiſſimus, qui gratia Cottae Conſulis & Cethegi, curationem nactus totius orae maritimae, Siciliam & provincias omnes depopulatus eſt; & ad poſtremum inferens Cretae bellum morbo periit. Aſconius Paedianus IV. Ver. Cicer. CARR.

GENITUS] Sen. I. de Clem. 18. Quanto, non naſci, melius fuit, quam numerari inter publico malo natos? Ubi Lipſius: „ Sicut adverſa formula in bonis Principibus, *Bono publico natos.* „ Suet. Ner. cap. VI. *Praeſagio fuit Domiti, patris vox, negantis, quicquam ex ſe & Agrippina, niſi malo publico, naſci potuiſſe.* Idem Sen. „ II. de Tranq. cap. 8. *Sapiens autem vicinus, proximuſque diis conſiſtit, ad illa nitens pergenſque excelſa, ordinata, intrepida, aequali & concordi curſu fluentia, ſecura, benigna*, bono publico „ natus, *ſibi & aliis ſalutaris, nihil humile concupiſcet.* Ita emendat Lipſ. IV. Ep. Q. 17. *Reſpexit enim*, inquit, *ad veterem formulam laudis, tralaticiam in lapidibus*, B. P. N. vel ſic: B. R. „ P. N. valet, *bono publico, vel reip. natus.* Eadem Symmachi mens fuit, cujus epiſtolas patruus meus Martinus Lipſius primus dedit: „ *Vides certe, ut ille ipſe, qui Romanis rebus antiſtat, natus eſt ad bonum publicum.*". Haec Lipſ. Adde eundem de Conſt. Sapient. cap. VIII. p. 350. Grut. ad Liv. lib. XXV. cap. 12. Vid. not. ad Vell. lib. II. cap. 102. RUPERT.

VACUUSQUE CURIS, NISI INSTANTIBUS] Prodigioſior Antonio Vitellius, qui, ut eſt apud Tacit. III. Hiſt. 31. *umbraculis hortorum abditus, ut ignava animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent torpentque, praeterita, inſtantia, futura, pari oblivione dimiſerat.* Nec in alio cenſu Clitiphon ille Terentianus, ad quem pater Chremes Act. V. Heautontim. ſc. 2. *Ubi te vidi animo eſſe amiſſo, & ſuavia in praeſentia quae eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinem.* RUPERT. *A curis* Aſconius p. 277. Edit. Cl. Gronov. infra: *muros ſucceſſerant.* Recte. ita enim Livius XXXI. 45. *Et aſſuetudine* ſuccedendi muros, *& pertinacia animi fuſtierunt: primi.* Et, lib. VI. ſuccedens tumulum, XXVII. 18. & Tacit. Annal. II. 20. Hegeſippus III. 13. *Cum vellet jam* muro *Rom. mi-*

les

Digitized by Google

Muros succesſerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, & axe vinctae trabes per pronum incitabantur, axibuſque eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum. *Nonius Servius.*

Octavium mitem, & captum pedibus. *Aruſianus.*

Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſuper eum L. Fa-

les ſuccederet. Codd. B. Pub. & C. C. C. aperte *muros*. & V. 19. *mirari ſe quod cunctarentur* murum ſuccidere. Codices noſtri *ſuccederu*, quibus aſſentio. firmat ipſe V. 23. Apulejus Met. V. p. 93. Larem *noſtrum laetae* ſuccedite. Hoc modo uſus voce *accedere* Tacitus XII. 31. II. 58. An. II. 20. ubi *muro* intrudere fruſtra aggreditur *Muretus*. Wasse in *Add.*

Muros succesſerant] Frequens hoc apud Livium & Tacitum. Ciaccon. Idem Aruſianus: *ſucceſſit illum*. Carrio.

Saxaque] *Verutum* interpretatur Marcellus *telum acutum & breve*. Turnebus Adverſar. lib. VIII. cap. 7. legit: *& axe vincti orbes*. Carrio.

Et axe vinctae trabes] Turnebus legit: *Et axe vincti orbes*. Ciaccon.

Per pronum incitabantur] Incito *ἐπάγω* Gloſſae, de inanimatis rarius uſurpatur. *Incitandis* poenis Tacit. Annal. III. 25. pro intendendis. Hegeſippus VI. 3. *Facile* in pronum *ſaxa devolvebantur*. ubi vox *venti* abeſt C. C. C. Wasse in *Add.*

Ericii] Servius lib. IX. AEneid. *In armorum*, inquit, *generibus milites ſumunt ab animalibus nomina. Salluſtius: in modum birci militaris.* Ericium autem bellicam eſſe machinam, praeter ceteros, ſatis oſtendit Caeſar lib. III. De bello civili. Carrio. Adi Lipſium De Re mil. Wasse.

Octavium] Ex Aruſiano Meſſo: *captus hoc.* Carrio.

Octavium mitem] Mitis hoc loco valet *ignavus, inſtrenuus, obtuſus*, & opponitur *manu promto*, ut ex Plutarchi Sertorio pag. 570. patet; nam Cn. Octavium Nepotem intelligo, qui una cum L. Corn. Cinna conſul fuit A. U. C. DCLXVI. Ἄλκιμος τὸ ἦθος Ὀκτάβιος ἀνὴρ ἦν καὶ πολεμικός. De ejuſdem ingenio paulo apertius idem in C. Mario. Οὐ πάνυ δὲ ἀνεκτὸς ἦν Ὀκτάβιος τὰ πράγματα βλάπτων, ὅτου ἀκεσθεὶς ὁ δικτάτωρ ἐσώθη τὰ χρειώδη, παρὰ τὸ συμφέρον. Infra: milites eum quaſi minime ἐμπικρὸν καὶ δεινόν culpant. Poſtremo, Ὁ γὰρ ἄνηρ ἦν δοκῶν, τῶν Ῥωμαίων ἀγωνιώντων ἤδη χλευάζειν, καὶ μάλιστα δὴ τὸ στρατιωτικὸν ἀπολάκειν ἐπὶ τῷ πατρίῳ ἦθει καὶ τρόπῳ, ἄνευ λαμπρημάτων ἀνεπαχθὴς, φυλάξαι, ἀρξαι τῶν ἀεὶ παρόντων χρείαις, πλείστου δεῖν χρῆσθαι τοῖς ἐπιφθόνοις καὶ μαστιγίαις ἢ πολιτικοῖς ἢ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. Conſer Appianum B. Civil. I. p. 393. Vellejum Paterc. & Eutrop. V. 4. Vox ergo *mitis*, quandoque, etſi rarius, in malam partem accipitur. Hinc Miles Plautinus: Mitis *ſum equidem fuſtibus*. Terent. Adelph. II. 4. *Quid ais tandem nobis Sannio?* Sy. *Jam* mitis *eſt*. hoc eſt, *ex feroculo manſuetior factus*. Anglice dicimus, *Cowd*, *tame*. Huc trahenda etiam illa Taciti Hiſt. II. 71. *quod initium Sex. Pompejum agitandi adverſus M. Lepidum odii nactus, ut* ſocordem *incuſavit, adverſo Senatu, qui Lepidum* mitem *magis quam* ignavum *ducebat*. & An. III. 32. mitem, *& injurium* ſegniter *latronem*. Apud Sacros Scriptores, Eccleſiaſticos & Ethnicorum antiquiores fere in bonam partem voces, πρᾶος, *Tanav* Num. XII. 3. Inſequentis aevi ſcriptores in malum detorquent, teſtis Alex. Aphrodiſienſis in Topica Ariſtot. pag. 84. τὸ πρᾶον εἰς τὸ δεχτὸν καὶ ἀνεπαχθὲς μεταλαμβάνουσι. Wasse in *Add.*

Igitur discubuere, &c.] De, *infra*, &, *ſupra cumbere*, nos in libro de Triclinio Romano. Ciaccon. Hoc fragmentum, cum olim mendoſiſſimum circumferretur, nos ex Vett. Codd. & auctoritate vetuſtorum numiſmatum, in priſtinum nitorem, quantum fieri potuit, reſtituimus. L. autem hic Fabius Hiſpanienſis, & item C. Tarquitius, Sertorianarum, ut apparet, partium, habentur in argenteis denariis, quos protulimus in libro de familiis Romanorum. Ursin. Haec ex III. Hiſtoria eſſe docet Nonius in voce *dominus*, ubi poſtrema verba adducit. Sed apud eum non recte ſcriptum eſt: *alteri ſcribam Maecenas in ima inter Tarquinium, & dominum Perpennam*. Quin & Servius lib. I. AEneid. corruptus eſt, cum apud eum legatur, *Tuſcus*, pro, *Lucius*: *Tarquinium*, pro, *Tarquitium*: *Denatium Perpennae*, pro, *dominum Perpennam*. Nam & in veteribus, iiſque melioribus libris, eſt lectio, quam exprimendam curavi. Et Nonius per *dominum*, convivii exhibitorem intellegit. Quod ipſe etiam Servius innuere videtur, dicit enim apud majores locum medium *ſemper fuiſſe domini*. Carrio. Hinc conjectare lubet, ſed conjectare tantum, (enim haec farfarı potius quam Sibyllae folia videri cupio) non hic de duobus, verum de tribus lectis,

id eſt, triclinio agi: in quorum medio Sertorius (uti Imperatorem decebat) infra L. Fabium collocatus: quae pars lecti honoratior, atque interior fuiſſe videtur, quoties bini tantum uno in lecto accumberent. aliter media thori pars, uti apparet ex ſequentibus, ubi alter Sertorii ſcriba, medius inter Tarquitium ac Perpernam diſcubuiſſe narratur, utpote quem veriſimile eſt, infimam lecti partem preſſiſſe, ac ſcribae Sertoriano, quippe convivae ſuo, more majorum, de loci dignitate deceſſiſſe. Quomodo & Antonium, cui alter Imperatoris ſcriba praelatus fuit; quippe infra eundem, hoc eſt, interior locatus: quae lecti pars (ut dixi) fuiſſe videtur digniſſima. Unde etiam Servii error clare detegitur, notantis apud majores locum medium ſemper fuiſſe domini, hoc eſt, convivii exhibitoris, in quo quam fuerit fruſtra, vides. Douza. Apud Romanos locus dignior habitus ultimus medii lecti. Dominus vero, tertii lecti primum locum premebat. Sic fiebat, ut dominus in primo loco accubans tertii lecti, & honeſtiſſimus convivarum in ultimo ſecundi lecti loco poſitus, ſeſe contingerent, in fine uterque ſui lectuli locatus, hic in ſummo tertii, ille in imo medii. Et hanc rationem inter alias reddit Plutarchus, cur medii lecti locus ultimus tribuereum convivarum digniſſimo, quia proximus eſſet convivii domino, qui in primo tertii diſcumbebat. verba Salluſtii hoc manifeſte indicant, quae ita interpungenda ſunt: *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio, ſupra L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis. Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii Verſius. Alter ſcriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium & dominum Perpernam.* Hic habes lectos, medium, ſummum, & imum. Perperna dominus convivii, & Imperator erat. Sertorius dignitate ſuper caeteros & Imperator. Non medius illi locus aſſignatur ut Imperatori, quemadmodum hariolantur; ſed infimus in medio lecto, qui Conſularis atque Imperatorius, atque honoratiſſimo debitus. In medio lecto duo tantum diſcubuere, Sertorius inferior, qui ſupra ſe habebat L. Fabium Hiſpanienſem. Quod ſi tres fuiſſent, Sertorius utique infimus diſcubuiſſet, infra eum etiam, qui medium locum detineret. Quia duo tantum fuere tum in illo lecto, inferior fuit, qui locus κατωτάτω. Poſt medium lectum, in quo accumbebat convivarum qui praecipua erat dignitate, ſequebatur ſummus lectus. De eo accipiendus Salluſtius, in verbis ſupra citatis: *Antonius in ſummo, infra ſcriba Sertorii.* Sic duo tantum in illo convivio hunc ſummum lectum obtinuere, Antonius & ſcriba Sertorii Verſius, hic inferior in dextra nempe lecti parte, ille ſuperior in ſiniſtra. Sequitur tertius lectus & unus: alter ſcriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium & Dominum Perpernam. Locus non eſt mancus, ut opinatur Ciacconius; qui dicit non plane referri, qui inter Tarquitium & Perpernam dominum convivii accubuerit. Immo nihil pote planius. Alter ſcriba Sertorii Maecenas in imo lecto accubuiſſe dicitur; medius inter Tarquitium & Perpernam. Imus lectus Domini proprius, & in eo primus ſive ſummus locus. Hic eſt, quem in eo convivio obtinuit Perperna. Inter eum & Tarquitium medius accubuit Maecenas. In illo tertio & imo lecto plerunque infra dominum accumbebat uxor & liberi. Si uxor una non coenaret, umbris is locus deſtinabatur, & vilioribus perſonis: unde Juven.

Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto,
Una ſinus ait.

Ex his poſſimus diſtincte colligere, quid ſit infra & ſupra diſcumbere, quid in imo & ſummo. Quae docti viri diſtinguere neſciunt. In imo diſcumbere, & in medio, & in ſummo dicebatur, qui in ſummo lecto & medio, & imo diſcumbebat. At ſupra & infra, qui ſummus aut imus accumberet, hoc eſt, in primo vel ultimo loco lecti. Miror vero, unde Servius exſculpere potuerit ex his Salluſtii verbis, medium locum apud veteres domino convivii proximum, ac deſtinatum fuiſſe. Nihil enim minus quam hoc illa tinniunt. Aliud fuit, quum Stibadio accumbebant, hoc eſt, toro continuo ac ſemirotundo, quod in ſigmatis literae figuram factum erat, unde & nomen. In his Stibadiis, quum una ſerie continenter diſcumberent, veriſimile non eſt eandem rationem obſervatam circa loci dignitatem atque honorem, ut in tribus lectis ſeorſim ſtratis ac ſeparatis. In ſtibadio itaque is primum locum tenere cenſebatur, qui omnium ſummus erat, & qui ſupra omnes accumbebat; ut contra ultimus, qui infra caeteros. Is in dextro cornu ſtibadii locum habebat, qui locus reſpondet ultimo loco tertii lecti. Contra ex convivarum digniſſimus in ſiniſtro ſtibadii diſcumbebat, & ſupra omnes erat. Sacerdotes hunc ordinem accumbendi in coenis aditalibus tenebant, ſive in lectis diſcumberent diviſis, ſive in ſtibadio vel ſigmate. Feſtus: *Itaque in convivüis ſolus Rex ſupra omnes accumbit, ſed Dialis ſupra Martialem & Quirinalem: Martialis ſupra proximum, omnes denique ſupra Pontificem. Pontifex quinto loco accumbebat infra omnes: Rex ſacrorum primo ſupra omnes, quia potentiſſimus ac digniſſimus habebatur.* Hujus ergo locus in ſummi lecti prima parte ad ſiniſtram, vel in ſiniſtro cornu ſtibadii. Sunt qui velint maximum honorem loci fuiſſe in cornu dextro. Ergo & proximus eum locum accumbens digniſſimus. Hoc enim ſequitur. At contra fuit. Quippe proximus ad cornu ſiniſtrum. ſe-

L. Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis, in ſummo Antonius, & infra, ſcriba Sertorii Verſius: & alter ſcriba Maecenas in imo; medius inter Tarquitium, & dominum Perpernam. *Nonius. Servius.*

Quarum unam epiſtolam forte cum ſervo nacti praedatores Valeriani ſcorpione in caſtra miſere. *Nonius.*

ſecundus a primo habitus, non proximus decumbenti in cornu dextro. Quare ſi proximus accumbenti in cornu ſiniſtro dignior eſt illo, qui proxime tangit accumbentem in cornu dextro, utique & qui in ſiniſtro cornu locum habet, dignior eo cenſendus, qui dextrum premit cornu. Conſequentia haec neceſſaria. Apud Sidonium Imperator dextro cornu collocatur, quia invitaverat, atque dominus erat convivii. Ita autem Reges & Principes facere ſolebant, ut invitatis locum honoratiorem praeberent, ſecus atque hodie. Ut clarius haec in mentem inſinuentur, oculis etiam ſubjicere placuit, ex delineata hac forma.

Salmasius ad *Solinum*. Schegk. ad Vell. lib. II. cap. 30. „ Moneo, facillime ab Antonio, „ qui in ſummo, vulnerari potuiſſe Sertorium, qui interior. Ita enim ritus ſtatuere lectos, ut cujus prona & promta tranſitio & attactio, colligo e Plauti Aſinaria Scena, Agedum iſtum:

„ *Neque illaec ulli ſuo pede pedem homini premet.*
„ *Cum ſurgat, non in lectum inſcendat proximum.*
„ *Neque cum deſcendat, inde det cuiquam manum.*"

Haec Schegkius. Adde Fr. in Curt. lib. VIII. cap. 5. §. 22. Scal. in Tibull. p. 283. hunc Salluſt. locum itidem emendat & explicat. Rupert.

L. Fabius Hispaniensis] Lucii Hiſpanienſis in veteribus libris nulla, quod ſciam, mentio: in numiſmatibus plurima. Extat apud C. V. Latinis & Graecis literis, juxta doctiſſimum Laevinum Torrentium, apud quem hujuſmodi cimeliorum infinita copia eſt. Exſtat & apud Abrahamum Ortelium Geographum exactiſſimum, numiſma argenteum cum hac inſcriptione: L. Fab. Hisp. Et alioqui L. Fabium Hiſpanienſem in conjuratis fuiſſe conſtat. Carrio.

In summo Antonius] Hoc Fragmentum ad Sertorii necem ſpectat. Plutarch. pag. 582. Ἀντώνιος ὑπερκαθημένου παρὰ τὴν ξύφη τὸν Σερτωρίου. Wasse in *Addi.*

Medius inter Tarquitium et Dominum Perpernam] Vide quae annotavimus ad cap. XLVIII. Catilin. Ciaccon. *Dominum* Perpernam vocat, niſi fallor, συμποσιάρχην. Hinc *dominia*, quae alias miniſteria. Paterculus de hoc convivio accipiendus lib. II. *Tum Marcus Perperna, Praetorius, e proſcriptis, gentis clarioris quam animi, Sertorium inter caenam Etoſcae interemit, Romaeque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctoravit facinore.* Colerus.

Quarum unam epistolam] Apud Caeſarem quoque Gallus in caſtra Ciceronis Epiſtolam Caeſaris alligatam jecit. Sed hic, *epiſtolam*, gloſſema eſt. Ciaccon. & Ursin. Una haec fuit ex Epiſtolis nobilium, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant. Eas epiſtolas Pompejus variis modis inquiſivit & concremavit. Coler.

Scorpione] *Scorpio genus teli eſt*, inquit Marcellus. Vulgo, una *epiſtola*, male. In quibuſdam etiam eſt, *ſcorpiones* in aliis, *ſcorpionem*. Carrio. Adi Lipſium, & Stewichium in notis ad Auctores de Re Militari. Wasse.

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER IV.

I. AT Cn. Lentulus patriciae gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiſerat, exigunda, promulgavit. *Agellius* libro XVIII. cap. 4.

Omnes, quibus aetas ſenecto corpore, animus militaris erat. *Priſcianus* lib. IX. & X.

Dein lenita jam ira, poſtero die liberalibus verbis permulcti ſunt. *Idem.* lib. IX.

In-

Lib. IV.] Continet Hiſtoriam rerum geſtarum Metelli & Pompeji contra reliquias Sertorii, Luculli contra Mithridatem & Tigranem, M. Craſſi debellantis Spartacum, L. Gel. Poplicola Cn. Corn. Lentulo Coſſ. V. C. 681. & C. Lentulo & Cn. Auſid. Oreſte Coſſ. 682. A. Popma.

At Cn.] Ex Agellio lib. XVIII. cap. 4. de ſtolidi & vani differentia differente. & certe M. quoque Tullius Cicero, in oratione quam pro Quinctio habuit, eodem modo *vanitatem* accepit, cum eam *veritati* opponeret. Clodianum autem Latinae gentis eſſe, patet ex Varrone, Quinctiporem Clodianum, Epiſtola ad Fuſium, nominante. Carrio.

Collega ejus] Cn. Cornelius Lentulus Clodianus collega fuit in conſulatu P. Licini Craſſi. Palmerius hic acute corrigit: *cui cognomentum Clodiano Quintipori, per incertum.* & intelligit illum, cujus ineptias Varro ridet Epiſt. ad Fuſium: *Quintiporis Clodiani foras ac poëmata gargaridians dices: O Fortuna! o Fors Fortuna!* Eſtque, ut arbitror, hic ille Lentulus, de quo Cicero in Bruto ſic ſcribit: *Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat.* Coler. Clodianus collega fuit in conſulatu P. Licinii Craſſi. Eſt, ut arbitror, hic ille Lentulus, de quo Cicero in Bruto ſic ſcribit: *Cn. autem Lentulus multo majorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat.* Wasse.

Omnes, quibus senecto corpore animus militaris erat] Ita enim ſcribendum, inducto *ad AEtas*, id quod recens quidam de ſuo inſarſere. Sic in Catilina: *Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat.* Douza.

Quibus aetas] Priſcianus toties a me jam citatus, ut & alii veteres, vocem *aetas* non habent, nec puto neceſſarium fuiſſe negotium Carrionis, qui eam inſerſit. Coler.

Senecto corpore] Priſcianus lib. IX. & X. *Salluſtius*, inquit, *participium praeteriti temporis ex ſeneco protulit.* Addidi autem ex vetuſtiſſimo Colonienſi, *aetas*, quod in aliis non erat. Carrio.

Dein lenita jam ira, postero die liberalibus verbis permulcti sunt] Priſcianus eodem lib. XI. *permulſum*, pro, *permulctum*. Salluſtii autem verba in hunc librum conjecimus, quod omnes lib. vet. ex lib. IV. non, ut vulgati, ex lib. III. haec adducerent. quidni quo *liberalibus*, pro, *libralibus* iiſdem auctoribus ſcripſit Carrio. *Liberalia verba* ſunt, quae Plauto, *Dicta dapſila* dicuntur. Videtur autem de Sertoriano exercitu eſſe ſermo; quem ob caedem Imperatoris ſui merito concitatum Perperna poſtero die coactus fuit magno ambitu, partim minis exſis, hoc eſt, pretio, partim largitionis dictis omnes tranquillare. Douza. Ita & noſter Priſcianus. *Liberalia verba*

Inplicitae rates miniſteria prohibebant. *Idem ibidem.*
Igitur legiones pridie in monte poſitas arceſſivit. *Idem* lib. X.
Anxius animi, atque incertus. *Aruſianus.*
Magnam exorſus orationem. *Idem.*
Inpotens, & nimius animi eſt. *Idem.*
Amiſumque adſideri ſine proeliis audiebat. *Priſcianus* lib. VIII.

Qui

verba interpretor blandiloqua, faceta. Pertinet ad convivium Perpennae. Coler. Lubens duas has Salluſtianae navis ex tanto naufragio ſuperſtites tabulas compegero: ſiquidem per eos liceat quibus ea res in manu: *Diſſidere inter ſe caepere, neque in medium conſultare, dein lenito jam ira poſtero die liberalibus verbis permulſi ſunt.* Putsch. *Eſt profecto magnum DEI beneficium, agnoſcere, quod vitioſum eſt, ac mentem ad meliora convertere,* ait Hiſtoricorum recentioris aevi Coryculum, Ph. Cominaeus lib. I. ſub fubi de Ludovico ſuo hanc Hiſtoriam memorat: *Quum forte, ob intemperantiam linguae, lapſus eſſet, ac durior fuiſſet, mox agnovit culpam, & converſus ad eum, quem offenderat: non me latet,* inquit, *obfuiſſe mihi linguam, ſed & profuit aliquando: nunc autem, ut, quod illa peccavit, emendem, aequum eſt; ac ſimul, quum ad eum modum familiariter ageret, donum aliquod dabat non contemnendum.* Memorabile etiam eſt in hoc genere, quod Panormitanus refert de Alphonſo rege: *Cum poculum, quo rex ipſe biberat, Caſpari, generoſo adoleſcentulo, dari juberet, & Pirretus pincerna, Caſparis inimicus, quamvis ſemel, bis, & tertio juſſus dare, renueret: permotum regem jurexiſſe, ejunt, fugientemque ſtrinxiſſe, ac fugientem Pirretum adjecutum, ne tamen prehenſum iratus feriret, fugienem in medio ira abjeciſſe.* Rupert.

Inplicita] Idem Priſcianus ibidem, oſtendens compoſita *a plico* penultimam *a*, vel *i* habere in ſupino, inter cetera hoc etiam ponit. ſed cum in excuſſo ſit *implicatae*, exemplaria tria vetuſtiſſima habent, *inpicitae*. niſi quod hoc in Gemblacenſi deletum & aliud, ut in pleriſque bibliothecae illius libris ſolet, alia manu ſubtitutum eſt. Carrio. *Implicatae* (hoc enim malim cum Priſciano, quam cum noſtris, *Inplicitae*) *rates miniſteria prohibebant.* Quid ſi *Magiſteria* legamus? quippe hoc navali reginini aptius, accommodatiuſque, qua ad rem, qua ad proprietatem verbi, videturque Fragmento huic non abſurde conjungi poſſe illud inter incerta rejectum: *Impediebant juſſa nautarum;* addita copula hoc modo: *Implicatae rates magiſteria prohibebant, impediebantque juſſa nautarum;* ad quod Servius: *Celeuma, eſt quaſi praeceptum: unde Salluſtius,* &c. Douza.

Igitur] Ex eodem Priſciano libro decimo, in Martinenſi exemplari eſt; *laceſſivit.* Carrio.

Anxius animi, atque incertus] Sic Tacitus lib. V. & XIX. *incertus animi*, dixit. Ursin. Meſſus: *anxius hujus rei.* Carrio.

Magnam] Idem Meſſus: *exorſus orationem.* Carrio. Et huc fortaſſe pertinuerit illud, *in hunc modum diſſeruit*, unum ex duobus Fragmentum ut fiat. Videtur autem de Mithridate loqui, quem Appianus narrat, poſtquam in Paphlagoniam veniſſet; claſſium prius decurſione facta, concionem ad milites habuiſſe magniloquam, tum de ſuis majoribus, tum de ſeipſo, quod exigua regni pomoeria in immenſum auxiſſet, nec unquam praeſens victus eſſet a Romanis, &c. Douza.

Inpotens] Ex eodem: *nimius illius rei.* Carr. *Aſſideri*, pro *obſideri* uſurpavit etiam Tacitus exemplo Salluſtii, qui cum de Ponto Euxino hic agat, videndum an, *Amiſumque obſideri*, legendum ſit, quae civitas eſt maris Euxini. Ursin. Lib. VIII. Priſcianus, *obſideo*, inquit, *& aſſideo activa ſunt. faciunt enim aſſideor & obſideor.* in Martinenſi libro eſt, *admiſſumque.* Ita omnes omnium editiones. Mirum vero nemini etiamnum de mendo hujus loci in mentem veniſſe; quod tamen minimo negotio emendari poterat; altero modo, S, e medio ſublato; ut fieret, *Amiſumque*: quam urbem cum hiemem totam ſtativis caſtris circumdatam, valloque ac foſſa obſeſſam tenuiſſet Lucullus, appetente demum vere, relicto ad continuandam obſidionem Murena, movit in Mithridatem, cujus deliberatae morae cauſſas in Lucullo apud Plutarchum invenies. ſimul cur avido expugnandi urbis militi morem gerere recuſarit. Douza. Priſcianus MSC. *Amiſumque*, & ita recte mendavit etiam Ciacconius. Eſt Amiſus oppidum in Ponto Euxino, de quo hoc libro multa Salluſtius. Coler.

Adsideri] Cum in eo libro Salluſtius de Ponto Euxino ageret, Amiſumque ſit ejusdem civitas, aſſideriquc, apud eum ſit, obſideri,

Qui quidem mos, uti tabes, in Urbem conjectus. *Feſtus.*

Caſtella, cuſtodias theſaurorum, in deditionem acciperentur. *Servius. Cariſius* lib. I.

Reliqua cadavera ſalita. *Diomedes* lib. I. cap. 4.

Epiſtola Regis Mithridatis ſcripta ad Regem Arſacem.

II. Rex MITHRIDATES REGI ARSACI S. Omnes, qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent liceatne tum

ſideri, ut apud Tacitum etiam, libentius legerem, *Amiſumque aſſideri.* CIACCON.

QUI QUIDEM] Feſtus Pompejus, *tabes*, inquit, *eſt quae facit tabeſcere.* libenter autem hac ſimilitudine utitur Salluſtius. de qua in Catilina. CARR.

CASTELLA] Ex Servio XI. AEneid. & Cariſio lib. I. Inſt. Gram. *cuſtodias*, pro, *cuſtodiae.* ita etiam Aſper intellegit: licet alii accuſativum eſſe velint. Verba autem Cariſii aliter vulgo, aliter in membranis, quarum uſus, ut reliquarum Colonienſium omnium, mihi, dum in Ubiis eſſem, vir eruditione ſingulari & eximia humanitate ornatus Melchior Hittorpius libenter expenſum ferebat, hunc in modum praeſcribi video: *Paterfamilias & materfamilias, antiqui magis uſurparunt; propterea quod nominativo ſingularis literam adjiciebant, ut facerent genitivum: haec familia, hujus familias: haec Maja, hujus Majas. quam declinationem & Salluſtius in tertio ſecutus eſt: Caſtella cuſtodias theſaurum, in deditionem acciperentur. ſed emendatius, cuſtodiae, Majae, & familiae dicitur.* CARRIO.

CUSTODIAS THESAURORUM] Graece γαζοφυλάκιον ſive θησαυροφυλάκιον *Cuſtodia*, ubi quid cuſtoditur. Cic. in Somn. *retinendus eſt animus* in cuſtodia *corporis.* Auctor, cujus nomen haud ſuccurrit: *horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quae conferrent bona ii qui* privatas cuſtodias non haberent. WASSE in *Add.*

RELIQUA] Diomedes lib. I. cap. 4. *Veteres*, inquit, *ambiguitatis cauſſa ſalitus dixerunt a ſalo*, non *ſallo.* neſcio autem an haec ad III. Hiſtoriarum pertineant librum, & eodem cum illo referenda ſint fragmento, quod a me undecimo poſitum eſt loco; an vero decimum illud libri tertii fragmentum in hunc potius librum conjiciendum ſit: infinita enim ſunt in Diomede menda: eaque emendatorum audacia mirum ac poene incredibile dictu quantum excreverint; ita ut priſtinam eius editionem omnium quae hactenus ſunt viſae, integerrimam, aut certe minime corruptam praeſtare auſim. CARRIO.

REX MITHRIDATES] Epiſtola regis Mithridatis ad regem Perſarum: ex libro IV. Hiſtoriarum Salluſtii, ut mox docebitur. CARRIO.

OMNES QUI SECUNDIS REBUS] Haec epiſtola Mithridatis, regis Ponti, ad Arſacem regem Perſarum eſt. Nam, ut Servius atteſtatur, omnes reges Perſarum *Arſaces* dicebantur. *Eam autem dediſſe videtur, quando ad Tigranem regem Armeniae fugere cogebatur: diſſimulat tamen adhuc timorem & egeſtatem, ut facilius Arſacem ad ſocietatem belli contra Romanos ineundam pelliciat. Cujus gratia etiam (ut in tali re fieri ſolet) oſtendit Romanos communes omnium regum hoſtes. Quod etiam Jugurtha Boccho ſcripſerat.* BAD. Bello illo graviſſimo, quod cum Romanis per XL. annos, ut quidam volunt, gerebat Mithridates, quieſcebat Parthorum rex Arſaces. Quaeritur, *Neutralitas, cum in civili, tum externo bello, quatenus amplectanda ſit?* Scimus, quid apud Liv. XXXII. cap. 21. de Ariſtheno, Achaeorum praetore, ſcriptum ſit. Is cum audiviſſet conſilium Cleomedontis, dicentis, *in bello, inter Romanos & Philippum, Achaeis expedire, ut medios ſe gerant, armiſque abſtinentes quieſcant*, reſpondit hunc in modum: *Quod Cleomedon modo tanquam mediam & tutiſſimam vobis viam conſilii, ut quieſceretis abſtinereti[s]que armis, oſtendebat: ea non media, ſed nulla via eſt. Etenim praeterquam, quod aut accipienda, aut aſpernanda vobis Romana ſocietas eſt, quid aliud, quam nuſquam gratia ſtabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortunae applicaremus noſtra conſilia, praeda victoris erimus?* Et mox: *Hos ſi ſocios aſpernamini, vix ſanae mentis eſtis. Sed, aut ſocios, aut hoſtes habeatis, oportet.* Simile quid idem habet auctor lib. XXXV. cap. 49. ubi Flaminius ad legatos Achaeorum: *Quod optimum*, inquit, *eſſe dicunt, non interponi vos bello, nihil tam vanum, imo tam alienum veſtris rebus eſt: quippe ſine gratis,*

Digitized by Google

tum pacem agere. Dein quod quaeritur, ſatis ne pium, tutum, glorioſum,

tis, ſine dignitate praemium victoris eritis. Ex quibus elucefcit, in bello vicinorum minime locum habere dictum illud Ovidii:

——— *medio tutiſſimus ibis.*

Sed eos, quos ignavia, aut prava calliditas, uti alienis laboribus tuti ſint, armis abſtinet, acerbiſſimas poenas ſolvere, ut inquit in hac epiſtola Mithridates. Ac talibus idem accidere, quod iis, qui mediam domus partem incolunt, ut Alphonſus dicebat. Ceterum, cui quis ſe parti conjungere debeat, explicatu difficile eſt, conſultum tamen ut plurimum ex praecepto Ariſtotelis in Rhetor. ad Alex. c. ult. cum validis & potentioribus. Vide notam ad Jug. cap. 81. Quod ſi vero vicini hoſtes fuerint aeque potentes, tum vero, cum Caeſare, jacienda eſt alea, & *iis accedendum, ad quos major nos utilitas, aut opportunitas vocare videbitur.* Neque tamen exceptione caret haec de fugienda neutralitate regula, de qua Guicciard. in Conſil. polit. cap. 68. *Si princeps ea ſit potentia, ut neutrum victorem metuere neceſſe habeat, armis abſtinere, meditamque ſe gerere conſultum eſt; ſi quidem, hoc modo, & periculum declinabit, & ſumtibus parcet, & vires ſervabit integras. Adhaec aliorum errores, ei ſaepe commodam, rei ſuae faciendae, occaſionem ſubminiſtrabunt: ſin ſecus eſt, profecto neutralitas mera ſtultitia eſt.* Haec Guicciardinus. Alteram cautionem eorum, qui neutrarum partium eſſe velint, eamque tutiſſimam, apud Bodinum invenio, lib. V. de Rep. cap. 6. ut ſcilicet quis finitimorum Principum conſenſione mutua, per ſeſe tueatur imperium, & a ſociorum bellis abſtineat. Qua quidem ratione Lotharingi, Allobroges, Burgundi libera pace ac tranquillitate floruerunt, quamdiu a bellis finitimorum principum, & quidem eorum conſenſu, abſtinuerunt. At cum primum dux Allobrogum Hiſpanis ſe adjunxiſſet, Imperio ac poteſtate a Francis exutus eſt. Qui vero utrarumque partium communes ſunt amici, hi tuto medii ſunt; illi vero experiuntur id, quod etiam initio dictum, & hic verbis Herennii repetendum eſt ex Livio lib. IX. cap. 3. *Media via neque amicos parat, neque inimicos tollit*, atque adeo verbis *Taciti* cap. 36. Germ. *inter vicinos impotentes, ſive violentos, & validos, minime tutum eſt quieſcere.* Tertia exceptio eſt, *ſi vicini hoſtes noſtri mutuo in ipſos metu prohibentur, ne nobis noceant, etiamſi neutris illorum adhaereamus.* Hujus rei praeclarum exemplum habet Georgius Pachymerius lib. II. Hiſt. Byz. cap. 14. Atque haec de bello externo. In civili vero quid faciendum? Hic quidem a multis probari video Ciceronis illud lib. X. ad Att. ep. IX. *Viro bono, & quieto, & bono civi, nihil magis convenit, quam abeſſe a civilibus controverſiis.* Sunt tamen alii, qui prudentius, niſi fallor, in partes abeundum ſuadent, illud vetus commendant: *Qui cum inſanis non inſanit, is inſanit:* idque confirmant lege ſapientiſſimi *Solonis*, quae extat apud Agell. lib. II. N. A. cap. 12. in hanc ſententiam ſcripta: *Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſſenſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam, irritatis animis, utrinque arma caperentur, pugnareturque; tum qui in eo tempore, in eoque caſu civilis dijcordiae, non alterutri parti ſe adjunxerit, ſed ſolitarius ſeparatusque a communi malo civitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto, exul exterrisque eſto.* Quamvis autem Plutarch. in Praec. Pol. legem hanc minus probat, ea tamen firmis rationibus niti videtur. Quarum prima illa ipſa eſt, quae ſupra de bellis externis allata fuit, nimirum talibus ambidextris accidit id, quod Thucyd. lib. III. in deſcript. ſaeviſſimae Corcyraeorum ſeditionis commemorat: *Qui civium medios ſe geſſerunt, ii ab utrisque premebantur, aut quia participes ſeditionis eſſe recuſarunt, aut quod ſoli ſupereſſent, odio habiti.* Alteram rationem Agell. d. l. ſubminiſtrat: Nam *ſi boni omnes, qui in principio coercendae ſeditioni impares fuerint, populumque partitum & amentem non deſeruerint, ad alterutram partem diviſi ſe addixerint, tum concordia per eos potiſſimum reſtitui conciliarique poteſt, &c.* Quae ratio poſterior, illuſtrius credo exemplum nullum habet, quam Pacuvii Calvii Campani, qui, tali partium electione, & ſenatum & patriam exitio praeſenti liberavit, ut prolixe Liv. exponit lib. XXIII. cap. 2. & 3. quippe qui ex praecepto Senecae lib. III. de Ira cap. 39. *ſimulavit iram, ut, tanquam adjutor, & doloris comes, plus auctoritatis in conſiliis haberet.* quomodo etiam Otho, antequam Imperator eſſet, Marium Celſum ſimulatione vinciri juſſit, & majores poenas daturum affirmans, praeſenti exitio ſubtraxit, teſte Tacito lib. I. Hiſt. cap. 45. Eadem de cauſa Sex. Tullius opponentibus ſe Sulpicio Dictatori ducem ſe praebuit, cumque Dictator non turbam magis, quam turbae principem, alias imperiis obedientiſſimum, miraretur; ab eo Tullius magnopere petiit, *ne ſe oblitum diſciplinae militaris, ne ſui, neve imperatoriae majeſtatis, crederet: multitudini concitatae, quae ſere auctoribus ſimilis eſſet, non ſubtraxiſſe ſe ducem, ne quis alius, qualem motu creare multitudo ſoleret, exiſteret.* Liv. lib. VII. cap. 14. Hic tamen non improbarim, quae Lipſ. differit lib. VI. Civil. Doctr. cap. VI. Rupert.

Pacem agere] Juvenalis XV. 163.

——— *Ti-*

ſum, an indecorum ſit. Tibi perpetua pace frui liceret, niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſumi. Egregria fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt. Neque petere audeam ſocietatem: & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem. Atqui ea, quae te morari poſſe videntur, ira in Tigranem recentis belli, & meae res parum proſperae, ſi vera aeſtumare voles, maxume hortabuntur.

III. Ille enim obnoxius, qualem tu voles, ſocietatem accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: &,

—— *Tigris* agit *rabida cum tigride* pacem. Seneca Epiſt. XCIV. *aurum & argentum*, & *propter iſta*, *nunquam* pacem agens *ferrum*. AElianus de Anim. cap. 36. Εἰρήνη ὃ πρὸς φιλίαν ἄγουσιν ἄνεμοι. Noſter Cat. XXII. pacem *habere*, &, agitare. Jug. XV. & XVII. Wasse in *Add.*

Deinde] Scripſi more Salluſtiano; *dein*: probat Vaticanus. Carrio.

Tibi perpetua pace frui liceret] Locus mendoſus & qui ſententiam nullam ejiciat: praeſertim qua a diſtinctione; quo enim illud, *egregia fama ſi Romanos oppreſſeris futura eſt?* emenda, emendationi elegantiſſimae Vaticano aliiſque libris aſſentientibus; *Tibi ſi perpetua pace frui licet, niſi hoſtes opportuni & ſceleſtiſſimi, & egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt: neque petere audeam ſocietatem; & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem.* fruſtra, inquit, a me ad ſocietatem belli petereris, ſi ea eſſet rerum tuarum conditio, ut tibi perpetua pace liceret frui; niſi in ipſis regni tui faucibus hoſtes eſſent opportuni & ſceleratiſſimi; niſi denique egregia fama, Romanis oppreſſis, te eſſet ſecutura. uſus vocis illius *neque*, Salluſtio frequens, vulgo ignoratus locum corrupit. Carrio. Huic loco ſuppetias ex Vaticano tulit Lud. Carrio. Colerus. Non cohaeret oratio: & vereor hercule, ne coagmentum aliquod deſideretur: Quid enim illud? *Neque petere audeam ſocietatem.* Itaque dubium mihi non eſt, quin aut voculae interpoſitione remedium quaerendum, & fortaſſe hujusmodi: *Aliter neque petere audeam ſocietatem.* uti in Oratione ad Caeſarem: *Aliter neque privata res, neque publica*, &c. aut ultima certe primis inſerendo ordo totius dictionis mutandus: donec tandem commoda aliqua ſententia exiſtat, cujusmodi haud alienam ſane hac conſtructione electurus videor. *Tibi perpetua pace frui liceret; neque petere audeam ſocietatem, & fruſtra mala mea cum tuis bonis miſceri ſperem, niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſimi. Opportuni*, cui rei? injuriae forte patiundae ne, an faciundae? credo illuc poſtremum velle dicere. Ceterum bona & mala, quae inter ſe hic opponi vides, reperias & apud Plautum illo Aululariae verſu:

Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

Douza. Hiulca omnis oratio, fortaſſe & manca. Legebam tamen, *Tibi ſi perpetua pace f. liceret niſi b. o. & ſceleſtiſſimi: egregia fama ſ. R. o. futura eſſet: neque petere*, &c. voce una addita, altera immutata. Lipſ. IV. Ep. Q. XIV. Rupert.

Nisi hostes opportuni et scelestissumi] In Jugurth. *Cavere tamen necubi hoſti opportunus fieret.* Ciacc. Verba ſunt ex epiſtola Regis Mithridatis, quae videtur fere tota tranſlata ex oratione Corcyraeorum ad Athenienſes apud Thucydidem libro I. Ad hunc autem locum facit, quod habetur in Bello Jugurthae: *Cavere tamen oportet necubi hoſti opportunus fieret.* Ursin. Poſſum, *importuni*, at recte habet locus. Supra dixerat: *ſatiſne pium, tutum, glorioſum aut indecorum.* Jam vero vox *opportuni* voculae *tutum*, & *ſceleſtiſſimi* τῷ *pium* reſpondent. Wasse in *Add.*

Neque petere] Si voculam *fruſtra* ex poſteriore periodi membro huc retrahas, optime omnia cohaerebunt. *Nollem* fruſtra, & a nullo tuo commodo, per ſocietatem quam a te peto, bello pacem tuam minuere. Crisp.

Atqui ea] Libri omnes *atque ea.* Carrio.

Videntur] Fabri & Briconeti, *videtur.* noſtram ſcripturam, quae a Vaticano eſt, ſervari placet. Carrio. *Atque*, habent alii: unde ego exſculpſi: *Ad quae, ea quae te morari*, &c. hoc eſt, ad jungendam mecum ſocietatem, atque ita conjunctis opibus Romanos opprimendos. ſicque optime ſibi & conſtabit & cohaerebit ſententia, tota a ſuperiori oratione dependens; hiulca prorſus, & incompoſita, ſi aliter legatur. atque huic ſimile illud ad Caeſarem: *Ad quae te illi iidem hortantur*, &c. Douza.

Mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi] Ut multi veteres ſententias ſuas mutuati ſunt a Salluſtio, ita Salluſtius quam

&, quod florentibus optabile eſt, ego non validiſſimus praebeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea vetus cauſſa bellandi eſt, cupido profunda imperii, & divitiarum: qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum ſumſere. Dum a Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes, ei ſubvenientem Antiochum conceſſione Aſiae per dolum avertere: ac mox a Philippo Antiochus, omni cis Taurum agro, & decem millibus talentorum ſpoliatus eſt.

IV. Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, & repertores perfidiae, quia pacto vitam dederant, inſomniis occidere. Eumenem, cujus

quam plurimas e Catone, ut jam alibi docui, & inter eas hanc ipſam ex oratione pro Rhodienſibus, cujus haec verba reperiuntur ap. Gell. lib. VII. cap. 3. *Adverſae res ſe domant & docent, quid opus ſit facto: ſecundae res laetitia transvorſum tendere ſolent a recte conſulendo atque intelligendo.* RUPERT.

ET, QUOD FLORENTIBUS OPTABILE EST, EGO NON VALIDISSIMUS PRAEBEO EXEMPLUM, QUO RECTIUS TUA COMPONAS] Sententia vere Mithridatica, prorſus ad illud Poëtae accommodata:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

DOUZA.

EGO NON VALIDISSIMUS PRAEBEO EXEMPLUM, QUO RECTIUS TUA COMPONAS] *Dulce*, verbo Lucretiano:

——— *turbantibus aequora ventis,*
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

RUPERT.

UNA ET VETUS CAUSA BELLANDI CUPIDO PROFUNDA IMPERII, ET DIVITIARUM] Alium poſt alium laceſſere, non ſolum conſuetum Romanis, ſed & honorificum. Sic ſane Valerius Meſſallas commendat auctor Elegiae *Pauca mihi*, jam olim Virgilio adſcriptae, quod dignum ſuo nomine putarint:

Nunc alium ex alia bellando quaerere gentem.

Petronius in Carm. de bello Civili:

Si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,
Hoſtis erat.

RUPERT. Elegantet non minus quam vere, de Romanis ſuis Petronius:

Si qua foret tellus quae fulvum mitteret aurum
Hoſtis erat.

Claudianus Ruffin. I. 186.

——— *cuicunque monile*
Contextum gemmis, aut praedia culta fuiſſent,
Rufino populandus erat, dominoque parabat
Exitium foecundus ager.

Tacitus Hiſt. IV. 74. *ſed vobis maximum diſcrimen, penes quos aurum & opes, praecipuae belli causſae.* Huc ſpectat Cyprianus de Eleëmoſ. pag. 202. *pectus alia* & profunda avaritiae *caligo coecavit.* Tacitus fere habet *profuſa.* WASSE in *Add.*

QUA PRIMUM] Libri nonnulli, *primo.* CARRIO.

A PHILIPPO] *A*, deeſt libris Briconeti & Fabri. Vaticanus, *tracto Philippo.* CARRIO. Notat Carrio in Vaticano lectum, *mox tracto Philippo.* Scribe: *at mox fracto Philippo Antiochus, &c.* GRONOV.

DECEM MILLIBUS TALENTORUM] Paullo poſt in eadem epiſtola videntur mendoſa illa, *decem millibus talentorum*; nam ex Livio, & Appiano in lib. Syriaco legendum eſt, *Quindecim millibus talentorum.* Livii verba ſunt haec ex lib. XXXVII. *Aſiaque omni, quae cis Taurum eſt, decedite: pro impenſis deinde in bellum factis quindecim millia talentum Euboicorum dabitis, quingenta praeſentia, duo millia & quingenta, cum Senatus populuſque Romanus comprobaverint, mille deinde talentum per duodecim annos.* CIACCON. & URSIN. Ciacconius ex Appiano *quindecim millibus* reponit. COLER.

IN SOMNIS OCCIDERE EUM. EN CIVIS AMICITIAM GLORIOSE OSTENTANT &c.] Legendum: *in ſomnis occidere. Eumenem, cujus* &c. RIVIUS. Recte correxi, *inſomniis occidere*, voce Salluſtiana; quam apud eundem in Catilinario Criticus noſter reponit: *dies noctiſque feſtinare: vigilare: neque inſomniis, neque labore fatigari.* Et oratione de Rep. *profecto, ſi id accidat, neque tibi nox, neque*

cujus amicitiam glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho pacis mercedem; poſt Attalum cuſtodem agri captivi ſumtibus & contumeliis ex rege miſerrumum ſervorum effecere: ſimulatoque impio teſtamento, filium ejus Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat,

dies curam animi ſedaverit; quin inſomniis excitus, furibundus, atque amens alienata mente feraris. Error ex eo natus, quod veteres, *inſomnIs*, ſcriberent, pro *inſomniis*, *i* longa videlicet, pro geminata. Certe antiquiſſime vulgati, qualis eſt apud eruditiſſimum Nicolaum Fabrum, *inſomnia*, agnoſcunt. dicunt Latini *inſomnia*, utroque numero; pro eo quod eſt iiſdem *vigilia*, & Graecis ἀϋπνία. priore quidem numero Pacuvius Antiopa:

Perdita illuvie atque inſomnia.

Item Caecilius Plocio:

Conſequitur comes inſomnia: ea vero inſaniam adfert.

Poſteriore vero Terentius Eunucho:

Aut nox noctu te horſum adiget inſomnia.

Sic enim Donatus illa Terentii accepiſſe viſus eſt; etſi non diſſimulat, *adiget inſomnia*, alibi ſcriptum reperiri. Virgilius:

Sed falſa ad caelum mittunt inſomnia Manes.

Quamquam ibi ſomnia ſignificari volunt Grammatici, addita ſcilicet praepoſitione; ut Graeci dicunt ἐνυπνία. Sed idem Virgilius, *inſomnia*, etiam plurali pro vigiliis poſuit:

Quae me ſuſpenſam inſomnia terrent?

Quamvis & hic ſomnia intelligi poſſunt quibus terreri potuerit, ita Cariſium emenda. Falluntur autem qui, *inſomnium*, pro eodem extuliſſe antiquos crediderunt: cujus exempla nulla ſunt. itaque apud Suetonium Caligula, ſcribe ex vetere libro: *Incitabatur inſomniis maxime: neque enim plus quam tribus nocturnis horis quieſcebat*: non, *inſomnio*, ut vulgo. Quod vero propius ad rem attinet, Perſen Philippi, inter ceteras de morte illius opiniones, ἀϋπνίᾳ exſtinctum eſſe, ſcriptoribus pleriſque placuiſſe a Plutarcho relatum eſt. Carrio. Ita, praeter Carrionem, Juſt. Lipſius Lib. IV. Ep. Q. 14. Coler. Non intellego; quomodo enim, ſi pacto vitam dederunt, liberi a perfidia Romani, ſive in ſomnis, ſive vigilantem occiderint? Sed vera correctio eſt, *inſomnia occidere*, ἀϋπνίᾳ. Plutarchus in AEmilio duplicem famam mortis ejus tradit. Alii, inquit, inedia mortem ſibi conſciviſſe affirmant: alii a militibus, qui eum cuſtodiebant, ſomno prohibitum, atque ita continuis vigiliis periiſſe. Hoc poſterius ergo Mithridates, ut invidioſius, poſuit. Lipſ. IV. Ep. Q. 14. Rupert.

Eumenem] Male in Glareani aliorumque editionibus; *En cujus*: in veteribus impreſſis propius a veritate; *Eum en en*, pro *Eumenem cujus*: divulſis tantummodo a ſe ſyllabis. Male etiam in noſtra: *Eumeniem*, operarum vitio. Sed hoc leve. illud alterius momenti, quod ſequitur. Carrio.

Initio prodidere Antiocho, pacis mercede posthabita, custodi agri captivi, &c.] Vet. Cod. habet: *Initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; poſt Attalum cuſtodem agri captivi*, &c. Quae lectio conſideranda. Ursin.

Mercede posthabita, custodi] Duabus Hiſtoriis inter ſe confuſis quid ſibi velit Mithridates, plane nequit intelligi. Vaticanus, *pacis mercedem poſtbabitum*. Pulcherrime Fabri & Briconeti: *Eumenem, cujus amicitiam glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho pacis mercedem, poſt Attalum, cuſtodem agri captivi, ſumtibus & contumeliis ex rege miſerrumum ſervorum effecere.* Quo quid apertius? quid eruditius? Carrio. In exemplari quo uſus eſt Carrio legitur, *mercede poſtbabita cuſtodi*. Et ſic edidit in ſua Ed. quae prodiit Antwerp. 1579. ex officina Plantin. Vaticanus *pacis mercedem poſtbabitum*. Pulcherrime Fabri & Briconeti, inquit, ille. Nempe ut in Textu. Wasse.

Simulatoque impio testamento, &c.] Omnino ad Attalum pertinent: de cujus teſtamento, ut omittamus multos ſcriptorum veterum locos, proferemus unum tantum Porphyrionis manuſcripti, apud quem ita habetur in Horatii verſu ex Ode XVIII. lib. II.

——— *Neque Attali*
Ignotus heres regiam occupavi.

Attalus, Rex Aſiae, Pergami regnavit, cujus hereditatem Populus Romanus accepit. Dicendo autem, heres occupavi, ſuſpicionem dat, qua exiſtimamus falſo teſtamento Romanos hanc ſibi hereditatem vindicaſſe, &c.

Aristonicum] De Ariſtonico autem variant inter ſe veteres Hiſtorici non parum. Nam Liv. epitoma lib. LVIII. Eumenis Regis filium dicit, & item Juſtinus lib. XXXVI. qui non juſto matu-

Digitized by Google

rât, hoſtium more per triumphum duxere: Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere, cum filius Muſae, quam reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.

V. Nam

trimonio, ſed ex pellice genitum ſcribit. At Florus, regii ſanguinis ferocem juvenem appellat. Pomponius vero Laetus, auctor recens, Eumenis nepotem tradit. Quod placet, ſi veteris Hiſtorici auctoritate nititur. Rurſus Eumenem alii edunt Attali patrem, alii patruum, ut in tanta Hiſtoricorum varietate fortaſſe locus ſit aliquid ſuſpicandi de mendo vulgatae lectionis. URSIN. Malim *impie*. Sed aliter libri. WASSE in *Add.*

HOSTIUM MORE PER TRIUMPHUM DUXERE] Idem de nepote Maſiniſſae Jugurtha Mithridates apud Juſtinum XXXVIII. 6. *tamen cum hujus nepote bellum modo in Africa geſtum adeo inexpiabile, ut ne victum quidem memoriae avi donarent, quin carcerem ac triumphi ſpectaculum experiretur.* WASSE in *Add.*

POSTREMO TOTAM BITHYNIAM] Vox, *totam*, abeſt ab antiquis libris. CRACCON. Vox *totam*, e libris veteribus abeſt. Abeſt, inquam, non deeſt; cum vulgo ſuperſit. CARRIO.

CUM FILIUS MUSA, QUEM REGEM APPELLAVERAT, GENITUS HAUD DUBIE ESSET] Scripturae prae aliis inſignite pravae, & quae Salluſtio non modo fraudi fuit, ſed etiam viros maximos in errores graviſſimos induxit: quorum partim an haec Salluſtii eſſent dubitarunt, nonulli *Nuſam*, ſive *Nyſam* Nicomedis Regis Bithyniae filium eſſe crediderunt; alii etiam eadem occaſione locum Suetonii, ea de re, qui recte habet, corrigere tentarunt. Vetus editio: *cum filius Nuſa, quam regiam appellaverat, genitus haud dubie eſſet.* Minimum a veritate. Fabri & Briconeti: *quem Regem jam appellaverant.* In qua ſcriptura illud, *appellaverant*, rectum videlicet. Vaticanus: *Nyſa, quam Reginam.* Hinc lege, quod & humaniſſimo doctiſſimoque Puteano placuit: *cum filius Nuſae, quam Reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.* Vult enim Mithridates, Nyſae Nicomedis filiae, quam Romani reginam appellaverant, priuſquam Bithyniam diriperent, filium regni haeredem natum fuiſſe. Non tantum veriſimiliter, ſed omnino vere. *Nyſam* enim muliebre nomen eſſe e Plutarcho conſtat; qui, in vita Luculli magni illius Mithridatis ſororem ita appellatam ſcribit. Ac ſane niſi Suetonius *Nyſam* Nicomedis filiam diceret, parum abeſſet quin illam Plutarchi eandem cum hac eſſe, & neſcio cui Nicomedis filio, ex quo etiam filium ſuſtulerit, nuptam fuiſſe exiſtimarem. Suetonius Julio: (*Cicero*) *quondam in Senatu* (*Caeſari*) *defendenti Nyſae cauſam filiae Nicomedis, beneficiaque regis in ſe commemoranti; Remove, inquit, iſthaec oro; quando notum eſt & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* Niſi forte verba illa, *Nyſae filiae*, quae varie leguntur, delenda ſunt, aut ita interpretanda, uti, quod jam dixi, non filia fuerit, ſed nurus. Verba autem Caeſaris in ea Oratione haec fuerunt: *Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate quorum res agitur, refugere hoc munus, Memmi, non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur: neque clientes, ſine ſumma infamia, deſeri poſſunt, quibus etiam a propinquis noſtris opem ferre inſtituimus.* Male autem operae *Muſa*, pro *Nuſa*, expreſſerunt. CARRIO. Ex Plutarcho erudite Carrio repoſuit, *Nuſa*. Quod & Turnebus agnoſcit lib. XIV. cap. 14. Ego locum ſic recte ſcribi & diſtingui arbitror: *Cum filius quem regem appellaverat, Nuſa genitus haud dubie eſſet.* Rex Nicomedes filium, ex Nuſa conjuge conceptum, Regem appellaverat, regnique heredem inſtituerat. Plinius tamen Nicomedis uxorem a cane interfectam Conſingen appellat lib. VIII. COLER. Barth. lib. XLVII. Adv. cap. 23. locum hunc ita legit, *Cum etiam filius Nuſae, quam regina appellaverat, genitus haud dubie eſſet.* RUPERT. Palparunt in tenebris quotquot in Suetonio atque Salluſtio ad ſtabiliendam veram lectionem nominis quod reginae huic Nicomedis, ultimi Bithyniae regis, filiae fuit, laborarunt. Idoneus magis teſtis advocari nequit quam Numiſma antiquum, aereum, quod vivente iſta Nicomedis filia, & regiae dignitatis ſpeciem aliquam obtinente, juſſu ejus, inque ejus honorem cuſum fuit. Nomen reginae ΜΟΥΣΑ in eodem ſcribitur, atque pulcherrima ejuſdem commendatur facies. Signatus fuit in urbe Pruſiade ad mare ſita, unde & cognomen, ut ab alia ejuſdem nominis urbe diſtingueretur, traxit. Sed ecce ipſum nummum;

V. Nam quid ego me adpellem? quem disjunctum undique regnis, & te-



Adparet in priore Numiſmatis parte caput reginae comto capillitio, atque diademate, cujus dependent ad cervicem lintea, ornatum. Oram exteriorem haec ornat inſcriptio, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΜΟΥΣΗΣ, REGINAE MOYSAE ſive MUSAE. In interiore margine ſcribitur, ΟΡΣΟΒΑΡΙΟΣ, ORSOBARIUS. Nomen id videtur fuiſſe Magiſtratus, qui curam ſignandi nummi habuit, atque viri apud Pruſienſes honorati. Poſterior Numiſmatis pars, Herculis, cujus cultus apud Pruſienſes eximius erat, caput exhibet, cum hac epigraphe in ambitu nummi, ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣσαν, PRUSIENSIUM AD MARE. Ita videlicet vocata fuit, ut diſtingueretur a Pruſiade ſeu Pruſa, urbe antiquiore, ſed minus celebri, pariter in Bithynia, ſed in mediterraneis ad Olympum montem ſita. Pruſias autem haec nobilior a rege Bithyniae Pruſia, Ziĕlae filio condita fuit. Sita fuit loco, quo prius exſtiterat Cius, juxta Propontidem ad ſinum Cianum, inter Nicomediam atque Apameam. Nummi pariter & ſcriptores antiqui τὸν Θαλάσσιον ſive ἐπιθαλάσσιον eamdem adpellant; eadem videlicet ratione, qua in Nummis Alexandri I. Theopatoris, Syriae regis XI. aliiſque, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, LAODICENSIUM AD MARE, fit mentio. Pruſiadis ad mare ſitae meminit Memnon, inſignis Heracleënſis Hiſtoriae ſcriptor, apud Photium Cod. CCXXIV. pag. 383. ὁ Τριάρης ἐπὶ Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον μὲν ὁδοιπορεῖ. *Triarius Pruſiadem verſus, quae ad mare eſt, cum exercitu proficiſcitur.* Vidi inſuper alterum urbis Pruſiadis nummum, cum inſcriptione Nyſano nummo ſimili, atque capite Herculis Regis, diademate cincto: qualem fere nummum cum alio, qui epitheton illud omittit, ſed tamen in eadem urbe ſignatus fuiſſe videtur, publicavit olim Hub. Goltzius. utrumque hic depingi juſſi.





Poſterior ex his imberbe Herculis, in rictu leonis, caput exhibet a parte anteriore, a poſteriore, diſcum ſive pateram cum arcu & clava, atque epigraphe ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ, PRUSIENSIUM. Prior Herculis Regis diademate cinctum caput ab altera parte oſtentat, ab altera clavam & corytum cum inſerto arcu, atque inſcriptione ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, PRUSIENSIUM AD MARE. Et hunc quidem nobiſcum communicavit Herm. van der Horſt, apud Schoonhovienſes V. D. M. qui in quibuſdam a Goltziano diſcrepat. Sed ut ad reginae Myſae redeamus nummum, detexit illum atque vulgavit natalibus atque eruditione, multaque Antiquitatis cognitione, inluſtris Marchio, Scipio Maffei, in lib. inſcripto Galliae Antiq. Epiſt. I. & II. p. 13. & 15. &c. cui tamen in eo adcedere non poſſum, quod Orſobarium Myſae reginae maritum fuiſſe crediderit. Haverc.

Cre-

tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat divitem, neque ſervitu-
rum eſſe, per Nicomedem bello laceſſiverunt, ſceleris eorum haud
ignarum, & ea, quae accidere, teſtatum antea, Cretenſes ſolos om-
nium liberos ea tempeſtate, & regem Ptolemaeum. Atque ego ultus
injurias, Nicomedem Bithynia expuli; Aſiamque, ſpolium regis An-
tiochi, recepi, & Graeciae demſi grave ſervitium. Incoepta mea po-
ſtremus ſervorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique,
quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti eſſent, ar-
mis abſtinuit, acerbiſſumas poenas ſolvunt. Ptolemaeus pretio diem
belli prolatat. Cretenſes inpugnati ſemel jam, neque finem niſi ex-
ſcidio

CRETENSES SOLI OMNIUM LIBERI EA TEMPESTATE ET REX PTOLEMAEUS] Iidem libri: *Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate & Regem Ptolemaeum.* CIACCON. Sed vox, *totam*, non eſt in vett. codd. in quibus ita leguntur ea quae ſequuntur paullo poſt: Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate, & Regem Ptolemaeum. Item in vett. codd. paulo poſt habetur: *Ptolemaeus in diem:* ſive ut in aliis libris eſt, *indies, bellum prolatans, &c.* Sed lectio vulgata, *Ptolemaeus diem belli prolatat &c.* non diſplicet, nam ſupra habetur: *Mithridates diem bello circumſpicit.* URSIN. Emenda ex omnibus libris, *ſceleris eorum haud ignarum, & ea quae accidere, teſtatum antea Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate, & regem Ptolemaeum.* quam emendationem certam eſſe vetuſtiſſimas editiones teſtor. CARRIO. *Soli omnium liberi e. t. & rex Ptolemeus.* in edito libro quo uſus Carrio. Pro qua lectione, hanc ex vetuſtiſſimis ſubſtituit, quam haec editio prae ſe fert. WASSE.

POSTREMUS SERVORUM ARCHELAUS] De Archelao vide Plutarchum in Sylla pag. 458. 466. *poſtremus* pro nequiſſimo. Cicero pro Roſcio Amer. §. 81. *ſin idcirco arma ſumta ſunt, ut homines* poſtremi *pecuniis alienis locupletarentur* &c. Ita etiam Noſter. Non diverſa eſt vocis ἔσχατος apud Graecos ſignificatio. Nam *infima plebs* apud Ariſtotelem audit ἔσχατος δῆμος, &, quod Latinis Scriptoribus *extremae dementiae* eſt, illud Polybio XVII. pag. 1074. Ὁ πάλιν ἐκ τοῦ ἐσχάτου. Gloſſae etiam: *infima ſors*, ἐσχάτη Τύχη. Maroni pro *poſtremo* placuit *ultimus.* AEn. IV. 537.

Iliacas igitur claſſes, atque ultima Teucrum
Juſſa ſequar?

Nempe, *ſuprema imperia* inquit *Ruaeus*, immo *ſervilia*: quaerit an cum Trojanis naviget? Atque haec ſecum:

Quis me autem fac velle, ſinet ratibuſque ſuperbis
Irriſam accipiet?

Servitus denique inhoneſtiſſima, teſtis *Thucydides* VII. Ἀνδρας τε ἄλγιστα ἀφανίσαντι, πόλει δὲ τῇ παρ' ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν ἐπίλυσιν. Servos faciendo. Quale ergo Mithridaticum hoc, *poſtremus ſervorum?* Sane, *hominum*, ut loquitur Tertullianus, *poſtremiſſimus?* Qualis miſellus iſte Archelaus! talis profecto in artibus Imperatoriis (nam a proditione abſolvit ipſe in Commentariis Lucullus) qualis illaudatus hic noſter interpres, qui tamen peſſimorum optimus eſt: qualis Criſpinus quem, in re Critica, ego eſſe infra infimos omneis puto. WASSE in *Add.*

PRECIO DIEM PROLATAT] Libri illi *in diem bellum prolatans:* tamen lib. I. Hiſt. *Mithrid. diem belli circumſpicit*, dixit. CIACCON. Et hic vulnus plane Chironeum. Fabri & Briconeti, *dies bellum prolatans*, ut & vetus editio. Vaticanus, *in dies bellum prolatans*, pulcherrime. ſcribe itaque; *illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas poenas ſolvunt, Ptolemaeus pretio in dies bellum prolatans, Cretenſes impugnati, ſemel jam, neque finem, niſi exſcidio, habituri.* CARRIO.

NEQUE FINEM NISI EXSCIDIO] Hegeſip. I. 11. *Ut ultra Judaeam diſcederent, quibus* fugae finis mors *Alexandri foret.* Cic. Offic. II. *Tributorum* finem *unius Imp. praeda attulit.* Virg. AEn. II. 554.

Haec finis *Priami fatorum.*

Ruaeus aliique: hic fuit terminus. Verum neſcio an non *Haec* melius referri poſſit ad *Mors*, de qua egerat verſu ſuperiore. at Auctor alibi: *Quae finis ſtandi.* Noſter infra: *an finem belli futurum putet nobis oppreſſis.* Legati apud Herodotum VII. 157. Μὴ δὲ ἐλπίζῃς σὺ ἡμέας καταστρέψεσθαι ὁ Πέρσης μάχῃ κρατήσας, ὡς οὐκ ἔστι τεκμὴρ σέο γε, Thucyd. I. 33. Καὶ ἀφανιζόμεθα ὑπὸ ἡμῶν τῶν ἐς τὸν ἱμέρεον ἐκπεσόντων. Supra *ſemel jam.* Noſtrates *once already.* WASSE in *Add.*

EQUI-

ſcidio habituri. Equidem cum mihi ob ipſorum interna mala dilata proelia magis, quam pacem datam intellegerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta ſero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rurſus tamen bellum coepi: Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi: mari exſui claſſe pulcerruma.

VI. Apud Cyzicum magno cum exercitu, in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente: ſimul hiems mari prohibebat. Ita ſine vi hoſtium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Param, & Heracleam, militum optumos cum claſſibus amiſi. Reſtituto deinde apud Cabira exercitu, & variis inter

EQUIDEM, QUOM MIHI, OB IPSORUM INTERNA MALA, DILATA PROELIA MAGIS, QUAM PACEM DATAM INTELLIGEREM, &c.] *Interna mala*, hoc eſt domeſticas ſeditiones, & bella civilia per Cinnam denuo, ac Marium reducem in media Urbe excitata, quae res cum primis vorſoriam Sullae in Italiam capiundi, conditioneſque ab Archelao conceptas ac propoſitas, a Mithridate mox confirmatas accipiundi cauſſa fuit. DOUZA.

DILATA PROELIA MAGIS QUAM PACEM DATAM] L. Aretinus in Fun. Strozae pag. 242. *Cum &c. in formidabilem potentiam exaſſiſſent*, & non pacem *ab hoſte* quaeſitam, ſed bellum *eſſe* dilatum *appareret*. Floruit ille aerae Chr. 1400. WASSE in *Add.*

ABNUENTE TIGRANE] Suadebat bellum ſuſcipiendum Mithridates: negabat Tigranes: eoque diſſuadente, Mithridates arma ſumſit. atque hoc eſt quod dicit: *abnuente Tigrane bellum coepi*. ſic enim legendum eſſe, non, *coepit*, praeter certam horum verborum ſententiam, res ipſa clamat. CARRIO.

MARCUMQUE COTTAM &c.] Non dubito eum eſſe, cujus oratio inſcribitur Caji Cottae. Nam M. Aurelius Cotta, conſul, a Mithridate victus eſt apud Chalcedoniam, ſeu, ut hic dicitur, *Chalcedona*. Sed L. Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem, exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, & in Pontum coëgit e Bithynia confugere. BAD. Rem narrat Plutarchus in Lucullo pag. 496. WASSE in *Add.*

IN OBSIDIONE MORANTI] Vett. libri, *in obſidio*: eo enim verbo uſum eſſe Salluſtium teſtis eſt Feſtus, cjus teſtimonio ex lib. I. Hiſtor. adducto, ut eo loco dicam. Tacitus lib. IV. Annalium: *Primo ſui inceſſu ſolvit obſidium*. CIACCON. Haec quoque ſunt ex eadem epiſtola. Sed, in vett. codd. pro *obſidione*, ſcriptum eſt, *obſidio*; qua voce ſupra lib. I. Hiſtoriarum uſus eſt Salluſtius, citante Feſto Pompejo. Paulo poſt videtur legendum: *Neque quicquam a principio niſi raptum habere, &c.* non *partum*. Nam verbum *conjuges*, non alio, quam ad raptum Sabinarum refertur. Galgalus etiam, apud Tacitum in vita Agricolae, *Raptores orbis* appellat *Romanos*, Illudque Virgilii, *vivere rapto*, huc ſpectat; legendum autem ſine nota diſtinctionis, ut in vett. codd. illa, *convenas olim ſine patria*. URSIN.

NULLO CIRCUMADNITENTE] Hoc eſt, nemine ſociorum juvante me aut frumento, aut commeatibus. DOUZA.

HIEMIS MARI] *Hiems* enim, ut ſcribit Servius, tempeſtatem etiam ſignificat. Unde & differentiae cauſa veteres *hiemem anni* dixere. COLERUS. Fabri & Briconeti, *in obſidio moranti*. & ſane *obſidium* veteres etiam dixiſſe conſtat. C. Laelius ad populum pro ſe: *uti terra marique ſimul, nobis obſidium facerent*. & Salluſtius libro I. Hiſtoriarum, *magnis opibus profectus, obſidium cepit per L. Catilinam legatum*. vide Nonium. CARRIO.

REGREDI COACTUS] Vetus editio, & Fabri; *regredi conatus*. CARRIO.

APUD PARAM] Vetus editio, *apud Parum*. Fabri & Briconeti, *apud Parum*. Vaticanus, *apud Patrum*. CARRIO.

HERACLEAM] Emenda Servium ad III. AEneidos. *Alii Heracleam appellatam volunt, quia Heraclides Lacedaemoniorum reges &c.* PUTSCH.

APUD CABIRA] Vetus editio; *apud Caberam*. pro qua faciunt libri manuſcripti. CARRIO. Ibi fuit Mithridatis ſedes. Strabo: ὧν ἦν πρὸς Καβείρᾳ τῷ βασιλεῖ Μιθριδάτης κατοικίαν. COLER.

Ex

inter me atque Lucullum proeliis, inopia rursus ambos incessit. Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vastatis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secutique Romani non me, sed morem suum omnia regna subvertundi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, inprudentiam Tigranis pro victoria ostentant.

VII. Nunc



Ex hisce Nummis atque Carrionis MSS. confirmatur lectio. Καβίρων enim inscriptionem exhibent, adventumque apud se Persei Γεργοφόνου, imagine ejusdem, praeterea rate, atque Minervae aegide exprimunt, suamque commendant antiquitatem Cabereni. HAVERC.

INTER ME] Haec ex IV. Hist. Carisius lib. I. recitat, in quo, *prope*, pro, *proeliis*, mendose legitur in vulgatis libris. A. MANUT. Carisius lib. I. haec IV. Sallustii Historiae dat; notatque *ambos*, non *ambo*: quod & Helenius Acron sic oportere dici in Adelphis Terentii disputavit. Verriumque dixit errare, qui putat, *hos ambo*, dici oportere. Locum Carisii antea corruptum, in ejus editione emendabimus. CARRIO.

ILLI SUBERAT] Hinc corrige Hegesippum II. 12. *Neque ulla* subjaceret *vel parvulorum misericordia*. MSS. C. C. C. B. Pub. *juberet*. Arnobius I. pag. 17 *Nonne vos* cogitatio subit *disquirere*. Confer Tacitum An. III. VI.

VASTATIS CIRCUM] Fabri & vetus editio: *vastis circum*. vox historicis familiaris, neque minus poëtis. CARRIO.

ARTIS LOCIS] Huc forte spectat Plutarchus in Lucullo pag. 508. Μηδίας δ' ἐπόμβρου Τιγράνης, τοῖχον αὐλῶνα καὶ φυσητὸν στρατὸν μακρᾷ διαβαλλόντι καιρὸν παρεχούσης ἐπιβάσεις καὶ φυγὴν μὲν αὐτὸς Τιγράνης, ἀσύμβολον τὴν ἀπιστίαν ἄπασαν. nisi potius intelligat Mithridates pugnam illam decretoriam, de qua Antiochus Philosophus, Οὗ, φησὶν, ἄλλην ἐφιστάναι τοιαύτην ἢ ἅλιον. WASSE in *Add.*

INPRUDENTIAM TIGRANIS PRO VICTORIA] Quidni illam ostentarent imprudentiam hostis quam suam ipsi occasionem fecerant? Quodque Romanis fere proprium erat. Polybius pag. 1306. Πολὺ δὲ ἦν τοῦτο τὸ γένος ἐπὶ τὴν διάβασιν παρὰ Ῥωμαίοις, ὃν οἷς διὰ τὴν πύλας ἀγοίας αὔξουσι, καὶ καταπαιδεύοντες τὴν ἰδίαν ἀρχήν. Et XI. pag. 882. Συνοδῶν τὴν ἐν Σινυσσίοις ἀκρισίαν καὶ συμπλοκὰς τοῖς τόποις ἀμαρτήμασιν. Hinc Nero apud Livium XXVII. *Extemplo signum dandum, & exeundum in aciem*: abutendumque errore hostium *absentium*. Idem autem

VII. Nunc quaeſo conſidera, nobis oppreſſis, utrum firmiorem te ad reſiſtendum, an finem belli futurum putes? ſcio equidem tibi magnas opes, virorum, armorum, & auri eſſe: &, ea re a nobis ad ſocietatem, ab illis ad praedam peteris. Ceterum conſilium eſt Tigranis, regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per noſtra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertiſſe? neque quidquam a principio niſi raptum habere, domum, conjuges, agros, imperium? convenas, olim ſine patria, ſine parentibus, peſte conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obſtant, quin ſocios, amicos, procul juxta ſitos, inopes potentiſque trahant, exci-

tem IV. 58. de S. P. Q. R. *Tantum abſint* ut ex incommodo alieno ſua occaſio *peteretur*. Wasse in *Add.*

Utrum te firmiorem ad resistendum, &c.] Armeniorum ad Choſroëm Oration. apud Procop. de B. P. II. pag. 93. Τί οὖν ἔτι, ὦ Βασιλεῦ, μέλλεις; τί ἢ τὸν κάκιστα ἐπηλυδῶν εἰρήνῃ αἰσχύνῃ, ὅτως δηλαδὴ σε ὑπάξεσθαι πείσουσι; βαῖον τὸ ἄκαν ἀκάνθαν. De iis Arrianus de Exped. Alex. Μάτι τι, ὑπέρ τινος ἄκμης, ὦ Τυρσηνὲ γίνῃ τῇ ὑπερηφάνῳ καλιχορήσῃ. Wasse in *Add.*

Scio equidem] Et haec Cariſius libro I. recitat, qui locus partim haec corrigit, partim ab his corrigitur. quod enim illic eſt, *peteris*, melius hic, *peteris:* quod vero hic, *meis militibus*, abſolute, hoc illic rectius, *meis militibus belli prudentibus*, ſcriptum eſt: uti in eodem Grammatico correximus. *Aſper: Ceterum*, inquit, *quomodo poſitum eſt? an pro alioquin conſilium eſt? an pro reliquum conſilium eſt?* Carrio.

Ceterum consilium est] Cariſius lib. II. *Ceterum quomodo poſitum eſt, pro alioquin conſilium eſt, an reliquum conſilium eſt? Ceterum*, non erat opus viros doctos concorditer hic, ex neſcio quibus libris, inſerere, repugnante ſententia. Putsch.

Meis militibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere] Cariſius ſic lib. II. *Meis militibus, belli prudentibus, procul ab domo, per noſtra corpora bellum conficere.* A. Manut.

Quando neque] Vetus editio, item Fabri & Briconeti: *quomodo neque.* Carrio.

Neque quidquam a principio nisi partum habere] Lego, *raptum*. Ita Galganus apud Tac. in Vita Agricolae: *Romanos raptores orbis* appellat. Ciaccon. Ineptiſſime. Aptiſſime vero Ciacconius reſtituit: *Neque quidquam a principio niſi raptum habere.* Sic infra eoſdem *Raptores gentium* rex. idem indigitat. Colerus.

Nisi partum habere] Id eſt, armis quaeſitum, aut per injuriam, id quod Lepido Philippus objecerat ſupra. & fortaſſe hic ablativus ille reponendus, ut fiat: *Niſi armis partum habere.* Et certe hoc altero illo multo numeroſius. Douza.

Conjuges] Verbum, *conjuges*, non alio, quam ad raptum Sabinarum refertur. Galgalus etiam apud Tacitum in vita Agricolae, *Raptores orbis* appellat Romanos. Ursin.

Peste conditos orbis terrarum] Citatur hic locus a Servio lib. V. AEneid. Sed corrupte legitur apud eum, *parte conditor orbis terrarum.* Ciaccon. Quid ſi legamus? *Peſti*, hoc eſt, exitio ſive in peſtem atque perniciem orbis terrae procreatos, a Romanis videlicet in ſervitutem redacti. Douza. Hunc locum citaſſe Servium puto cum dicit: *parte conditor orbis terrarum*, ad AEneid VII. 303. Editio Lucii *conditur.* Hinc ergo corrigendus. Wasse in *Add.*

Procul juxtaque] Omnes libri, *procul juxta ſitos:* Salluſtian. Carrio. In pleriſque edd. *procul juxtaque.* Sed *το que* ut minus Salluſtianum auctoribus Carrionis libris omnibus delevi. Wasse.

Trahant, excidantque, omniaque et maxime regna, hostilia ducant] Haec verba ex eadem quoque Epiſtola, ita in vett. codd. leguntur: *Trahant, excidant, omniaque non ſerva, & maxime regna boſtilia ducant.* Quae lectio non displicet; nam paulo ſupra dixit: *Me, quia fama erat divitem, neque ſervisturum eſſe, per Nicomedem bello laceſſiverunt.* Ciacc. & Ursin. *Que* delendum, auctore Fabri libro. Supra: pro *ea re a*, Cariſius *ab.* & voces, *parva labore* omittit. Noſter

excidantque; omniaque non ſerva & maxume regna hoſtilia ducant.

VIII. Namque pauci libertatem pars magna juſtos dominos volunt: nos ſuſpecti ſumus aemuli, & in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Perſidis inclutis divitiis eſt, quid ab illis, niſi dolum in praeſens, & poſtea bellum exſpectas? Romani in omnis arma habent, acerruma in eos, quibus victis ſpolia maxuma ſunt; audendo & fallendo, & bella ex bellis ſerendo, magni facti. Per

ſter Catil. *trabunt*, *vexant*. horum altero contentus Tacitus An. III. 74. *Ne Cirtenſium pagi impune traherentur*. Et ſic II. 61. WASSE in *Add.*

EXCIDANTQUE] Vaticanus: *exſcindantque*. Fabri libro abeſt copula. CARRIO.

OMNIAQUE ET MAXIME] Quid illud, quod in libris omnibus legitur? *omniaque non ſerva & maxime regna hoſtilia ducant*, niſi forte, *non ſerva*, pro iis quae libera ſunt, nulliuſque imperio parent, acceperit. CARRIO.

MAXUME REGNA, HOSTILIA DUCANT] Mithridatis apud Juſtinum XXXVIII. 5. *Quippe non delicta regum illos*, ſed vires & majeſtatem inſequi; *neque in ſe uno, ſed in aliis quoque omnibus, hac arte graſſatos*. WASSE in *Add.*

PARS MAGNA JUSTOS DOMINOS VOLUNT] Vide notam Bernecc. ad Juſtini lib. XXXVIII. cap. 3. §. 8. lit. b. & in Germ. Tac. Q. Miſc. 55. *Grut.* ad Liv. lib. XLV. cap. 29. I. Cic. VII. ad Att. VII. *an agricolas timere putas, ne ſub regno ſint, quid unquam, dum modo otioſi eſſent, recuſarunt.* RUPERT.

IN TEMPORE] Tale eſt illud libro I. Hiſtoriarum, *Maxumeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.* CARRIO.

TU VERO, CUI SELEUCIA, MAXIMA URBIUM] Hujus famoſiſſimae urbis exſtat haud incelebris mentio apud Plutarchum, ſub Craſſi finem; quem videto, mi Lector. DOUZA. Legati apud Herodotum VII. 157. Σὺ γὰρ δυνάμιος τε ἥκεις μεγάλης, καὶ ποιεῦ τι ἐν Ἑλλάδι σὺν ἐλαχίστῃ μοίρῃ ἀρχοῦ γε Σικελίης &c. WASSE in *Add.*

REGNUMQUE PERSIDIS INCLUTIS DIVITIIS EST] Faërnus *incitum divitiis eſt*, legebat. CIACC. Paulo poſt Faërnus legebat: *Regnum Perſidis inclutum divitiis*, non, *inclytis*. Item in vett. codd. eſt: *Quod haud difficile eſt*, pro eo quod vulgo legitur, *quod difficile non eſt*. URSIN. Vereor ne *inclutae* ſcripſerit Criſpus. hoc enim ſemper fere cum auferendi caſu copulatum reperio: niſi quis fortaſſe *inclutum* legi malit, quod nec mihi quidem diſpliceret, niſi hoc a veſtigiis receptae ſcripturae longius aliquanto recedere videretur. DOUZA.

IN OMNES ARMA] Omnes libri: *arma in omnes.* CARRIO.

ACERRUMA IN EOS QUIBUS VICTIS SPOLIA MAXUMA SUNT] Jam ab initio Liv. lib. I. cap. 37. *Rutuli gens in ea regione atque in ea aetate divitiis praepollens, eaque ipſa cauſa belli fuit, quod rex Romanus (Tarquinius Superbus) tum ipſe ditari, exhauſtus magnificentia publicorum operum, tum praeda delinire populorum animos ſtudebat.* Et quae non egenarum gentium Romanis ſimilis? Certe parum ſapienter egit Antigonus, qui, cum Galli pacem ei venalem offerrent per legatos, convivium luxu regio inſtruit, menſas auro extruit, cujus famem Gallis, nullus ciborum apparatus potuit eximere: ipſo contactu efferati, & prorſus avidi, a dubia coena ſurrexere. Admiſſi deinde ad longum, regiae opulentiae, ſpectaculum, avidiores undique oculos & animos referebant. Caſtrorum etiam luſtrandorum copia facta: plus ibi prope auri argentique, quam ferri viderunt, nonbelli, ſed luxuriae apparatu; milites ipſos coelatasdeorum ſtatuas, non homines, diceres. Abducti ad naves, novam illic pompam, priori certantem inveniunt; prorſus illuc terrae, hic maris ſpolia videbantur congeſta. Elephantos etiam produci Rex juſſerat, nova beſtiae forma Gallos territurus; ſed quomodo illi beſtias timerent, poſtquam homines contemſiſſent? Igitur ſuſpenſis rebus animisque, redeunt ad ſuos, & facile ſuadent aurea eloquentia inſtructi pacem huic Regi ne vendendam quidem; hic demum militiam omni nundinatione quaeſtuoſiorem. His accenſi Galli, optabant quam primum ſuum hoſtem videre; nam miles nulli avidius congreditur, quam qui aureo gladio pugnat, & in quo aliquid pulcrius ferro videt, ut e Juſtini lib. XXV. cap. 1. diffundit Brunner. lib. I. Annal. RUPERT.

BELLA EX BELLIS SERENDO] Inepte pleraeque editiones: *ex bellis ferendo.* CARR. Livius II. 18. *reſponſum: ignoſci adoleſcentibus, ſenibus non poſſe: qui* bella ex bellis fererent. XXI. 6. *Belli cauſſa certamina cum finitimis* ferebantur. X. *Vimque unam ad id (regnum) cernentem, ſi ex bellis bella ferendo ſuccinctus armis legionibuſque vivat.* Denique

Per hunc morem exſtinguent omnia, aut occident: quod difficile non eſt, ſi tu Meſopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis: fortuna autem noſtris vitiis adhuc incolumis. Neque illa fama ſequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſſe. Quod uti facias moneo, hortorque, neu malis pernicie noſtra unum imperium prolatare, quam ſocietate victor fieri.

IX. Cu-

XXXI. 6. *incuſaverat*, bella ex bellis ſeri, *ne pace umquam frui plebs poſſet*. Si quis in cauſſas bellorum Romanorum ex Hiſtoricis etiam ſuis inquirat, inveniet aliud fere nihil praeter *bellum*, adeo ut non immerito *bella ſerere* dicantur, & quidem μὴ τῷ χειρὶ μόνον ἀλλὰ ὅλῳ τῷ θυμάτι. Noſter a Graecis habuit. AEſchines de falſa Legat. pag. 271. Τὸ γοῦν τὰ πόλεως ἀεὶ συσταγήσεται, τὸ πόλεμον ἐκ πολέμου πολλαπλάσιον. Plutarchus Lucullo pag. 507. eadem forma, ὡς πόλεμον ἐκ πολέμου ἀνίκῃ. Demoſthenes de Corona: Λόγον ἐκ λόγου λόγων. Hoc ſignificatu καλλιτεύειν apud *Sophoclem* Ajace. Ὅστις ἀνὴρ μου καλλιτεύειν φθόνος. WASSE in *Add.*

PER HUNC MOREM EXSTINGUENT OMNIA, AUT OCCIDENT, &c.] Id eſt, Romani hac via graſſando aut peſſumdabunt omnia, aut ibunt ipſi. Dicam planius: Aut univerſa perditum ibunt, aut peribunt ipſimet, non radicitus modo, verum etiam eradicitus; valentiores ſcilicet adverſarios nacti, ſeu nos, ſive alios vindices in tempore adfuturos; quod difficile non eſt, ſi modo viribus in unum conjunctis mutuas pariter operas tradere velimus, &c. Viſum eſt hoc etiam inter alia levioris notae animadverſione dignum, ne quis videlicet ſcripturae ſimilitudine deceptus, & *occident* illud penultima longa efferendum autumans, alios porro ſecum in erroris naſſam a vero poſſit abducere. DOUZA. Hoc eſt: *audendo, fallendo, regna omnia vel extinguent, vel ipſi peribunt, quod poſtremum) difficile non eſt ſi* &c. WASSE in *Add.*

*QUOD DIFFICILE NON EST] Vett. libri, *Quod haud difficile eſt*. CIACCON. Vaticanus, *difficile haud eſt*. Fabri & Briconeti, *aut difficile eſt*. vitii mater antiquorum conſuetudo, modo *haud*, aliquando *haut*, ſcribentium. CARRIO.

SI TU MESOPOTAMIA, &c.] Totus hic locus ex eadem Epiſtola ſic habetur in vet. cod. qui eſt apud me, *Si tu Meſopotamia, nos Armenia circumgredieмur, exercitum ſine frumento, ſine auxiliis, fortuna, haud noſtris vitiis adhuc incolumem, &c.* Hoc tantum nos mutavimus, ut cum in vet. cod. ſit, *aut noſtris vitiis*, nos ex conjectura fecimus, *haud noſtris vitiis*; quod poſitum videtur pro eo quod eſt, *noſtra culpa vel ſecordia*. Exercitum autem intelligit Romanorum. CIACC. & URSIN.

CIRCUMGREDIMUR: EXERCITUS] Locus, qua à ſcriptura, qua ab interpunctione valde mendoſus: ſcribe: *circumgredimur exercitum ſine frumento, ſine auxiliis, fortuna aut noſtris vitiis adhuc incolumem*. quae emendatio palmaria eſt: eoque certior, quod eam vetuſtiſſima etiam editio (ne quid de Vaticano, aliiſque libris manuſcriptis dicam) plane prae ſe ferat. CARRIO. Niſi MSS. prohiberent, legerem *incolumi*. HAVERC.

AUXILIO PROFECTUM MAGNIS REGIBUS, &c.] Hoc non ſui honoris ipſius modo, verum & Tigranis, generi ſui, gratia dicere videtur. quippe qui ultra mortalium morem, prorſus barbarico faſtu tumens, ac ceterorum omnium prae ſe contemtor, & Magnus & Rex Regum audire volebat: eo magis, quoniam non contentus Mediae, Suriaeque, ac Paleſtinae ditiones Armeniae regno adjectas, lege belli ſuas feciſſe; genteſque omnes finitimas ſub immaniſſimum jugum miſiſſe victas, rebus ei ſupra votum fluentibus; Parthis inſuper ob interna mala afflictis, Aſiae imperio per vim extorto, opes eorum tantum non ad internecionem attriverat. Nam de Mithridate ipſe melius ſilere puto, quam pauca dicere, qui non Magni modo, ſed & Maximi Regis cognomento ornandus ex rebus geſtis videretur, niſi major Mithridate, qui Mithridatem devicit, Magnus,

Ille tremor Ponti, ſaevi quoque terror Hydaſpis.

Major, inquam, illo, imo ipſo etiam ſeſe, quod tanti hoſtis, poſtea debellati, cadaver ad ſe delatum oculis uſurpare non ſuſtinens, dignum inſuper habuit, quem ob virtutem ac rerum geſtarum gloriam funebri laudatione honeſtans, Regum aetatis ſuae praeſtantiſſimum appellitaret. qua de re Appianum, qui volet, conſulat. merito ergo Magni Regis cognomentum & Tigrani, & ſibi tribuit Salluſtianus Mithridates. DOUZA.

LATRONES GENTIUM] Hegeſip. II. 8. *rapinarum improbus praedo*. Apud Juſtinum Mithridates de Romanis XXXVIII. 4. *Quippe adverſus* latronem, *ſi nequeant pro ſalute, pro ultione tamen ſua, omnes ferrum ſtringere*. Vide notas ad verba iſta Catonis in Catilin. *audacia malarum rerum*. WASSE in *Add.*

NEU MALIS PERNICIE NOSTRA UNUM IMPERIUM PROLA-

IX. Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. *Nonius de mutata declinatione. Cariſius* lib. I.

Scalas pares moenium altitudine. *Aruſianus.*

Diſſidere inter ſe coepere, neque in medium conſultare. *Idem.*

Multiſque ſuſpicionibus volentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia, quae plebs vellet.*

Suſpe-

PROLATARE] Praeclare & illi libri hoc loco habent: *Neu malis pernicie noſtra tuam prolatare*, quaſi nil aliud ſit, Mithridatem non juvare, quam tantiſper, dum Mithridates vincitur, Arſacem ſuam perniciem prolatare, quae tamen, Mithridate victo, in illum ſit caſura. CIACCON. Paulo poſt in eodem vet. cod. habetur: *Neu malis pernicie noſtra tuam prolatare*, pro eo quod vulgo legitur, *neu malis pernicie noſtra tuum imperium prolatare.* Veteris autem ſcripturae ſententia eſt, Arſacem perniciem ſuam prolatare tantiſper, dum Mithridates vincitur, quo ſuperato, ipſe quoque caſurus ſit. URSIN. Alii, *noſtra tuum imperium.* Vaticanus: *pernicie noſtra tua prolatare.* Optime vetus editio, uti & Fabri & Briconeti: *non malis pernicie noſtra tuam prolatare, quam ſocietate victor fieri.* CARRIO. Placet ſcriptura, quam alii, partim ex membranaceis libris, partim ex veteri editione eruerunt: *Neu malis pernicie noſtra tuam prolatare, &c.* Eodem ſignificatu, quo paullo ſuperius ſcripſerat: *Ptolomaeus pretio diem belli prolatans.* Hoc enim vult Mithridates, Tigranes ſecum a Romanis oppreſſo, Arſacem finem belli (id quod cum argumentis, tum exemplis aliorum Regum oſtenderat antea) haud quaquam futurum, ſed ulterius gradum, impetumque adeo in regnum ipſius facturos. Quod eos jam pridem totis animis invaſiſſe dicit, cupidine profunda imperii, ac divitiarum. Quod ut animadvertat, monet, neu fallacibus ipſorum dictis fidem habeat: quibus hoc unum ſtudent, ut belli moram ab Arſace redimant modo; fidem haud longius ſervaturi, quam dum utrumque, hoc eſt, & Mithridatem & Tigranem affixerint. Qua re patrata praeſens ipſi exitium a Romanis paratum eſſe: ac duobus Magnis regibus victimarum in morem mactatis, tertium Arſacem quaſi ſuccidaneum datum iri. Suadet itaque Arſaci, ut dolum ipſorum in praeſens, ac bellum in poſterum caveat: neu ſolum firmiorem ſe ad reſiſtendum fore ſperet, quam ſi foedere inito Reges tres potentiſſimi, veluti Geryon aliquis tricorporus, uno animo pergentes, ſociatiſque opibus undique Romanos, hoc eſt, latrones gentium, pariter eant oppreſſum, victores haud dubie diſceſſuri. Cujus rei etiam facilitatem ſumma cum gloria conjunctam oſtentat, eo magis, quod exercitus ipſorum procul ab domo, auxiliorum, commeatuum, omnium denique honeſtarum rerum inopiam patiens, parvo labore conflici, ac diſperdi poſſe videatur. Hoc honeſtius certe, plentius, ſecurius denique, quam ut dum alienis laboribus tutum fore ſe ſperat, armis abſtinendo, ac ſe quaſi medium gerundo, occaſiones rei bene gerundae amittat: atque hoc modo & belli & perniciei ſuae diem prolatans, tandem pro intempeſtivis falſae quietis induciis, mox futuri mali ſortem pariter cum uſura dependat. DOUZA. Vix tamen credo illud *imperium* de nihilo eſſe. Hoc lego: *Neu malis pernicie noſtra tuam interim prolatare.* HAVERC.

CURIO] Nonius de mutata declinatione, & Cariſius lib. I. *Vulcanaliorum*, pro *Vulcanalium.* Cariſii locum ita emenda: & ſupple, *genitivus quoque pluralis cum ratione veſtigalium facit, auctores tamen veſtigaliorum dixerunt: ut Aſinius: veſtigaliorum reipublicae curam eſſe habendam: & Horatius;*

——— *Anciliorum & nominis & togae.*

Ut Bacchanaliorum Salluſtius & Vulcanaliorum: & alii, Saturnaliorum & Sigillariorum. CARRIO.

SCALAS] Aruſianus Meſſius: *par hac re.* CARRIO.

DISSIDERE] Idem Aruſianus, in *medium*, id eſt, in *commune.* CARRIO.

DISSIDERE INTER SE COEPERE, NEQUE IN MEDIUM CONSULTARE] Quod eſt ultimae deſperationis argumentum, ſed & uſquequaque exitioſum. Vide quae Virdungus notat ad illa Taciti in Agr. cap. XII. *Nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non conſulunt. Rarus duabus tribuſque civitatibus, ad propulſandum commune periculum conventus. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.* RUPERT.

MULTISQUE] Nonius *Volentia*, interpretatur, *quae plebs vellet.* Pro *plebi*, in aliis eſt *levi.* Non recte. ita enim & Cornelius Tacitus, quem ſtudioſe Salluſtium obſervare, & in imitationem trahere, ſaepe a me oſtenſum eſt, lib. III. Hiſtoriarum locutus eſt: *Mutiano volentia ſcripſere.* Et alibi *haec atque talia plebi volentia fuere.* Quam-

Suſpectuſque fuit, incertum vero an per neglegentiam, ſocietatem praedarum cum latronibus compoſuiſſe. *Idem Componere, conjungere.*

Conlegam minorem, & ſui cultorem exſpectans. *Aruſian.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit, ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disjungitur. Et quamquam ad id naves codicariae occulto per hiemem fabricatae aderant. *Nonius.*

Qui praetergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni ſpecie.

quam utroque loco, *volenti* legi poſſit, de qua loquendi ratione diximus Antiquarum lectionum Comment. III. cap. 20. ſic Criticus noſter illud in Jugurthino, *volenti animo de ambobus acceperant*, legi voluit: *& Romae plebes literis, quae de Metello ac Mario miſſae erant, volentia de ambobus acceperant.* CARRIO.

SUSPECTUSQUE] *Componere*, eſt eidem Nonio, *Conjungere.* Vulgo eſt; *ac per negligentiam*, pro an *per negligentiam*: item, *praedare*, pro *praedarum*: & *compoſuiſſet*, pro *compoſuiſſe.* CARRIO.

CONLEGAM] Aruſianus Meſſus, *cultor ſui.* CARR.

QUAM MAXIMIS ITINERIBUS PER REGNUM ARIOBARZANIS CONTENDIT] *Ariobarzani* tam hic, quam in Epiſtola Mithridatica, proinde ut vulgo legitur, cenſeo reponendum, quicquid dicant alii, antiquo caſu. Sic & *Regnum Perſi Macedonicum* idem dixerat ſupra, pro *Perſis.* Sed & Cicero, *Filium Verri*, pro *Verris*, & Virgilius *Immitis Achilli*, pro *Achillis.* Qua de re Probum vide in Catholicis. DOUZA. Pro *Ariobarzanis*, male eſt vulgo *Ariobarzani.* ſic ſupra: *illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum.* CARRIO.

NAVES CODICARIAE] Feſtus in Epitoma: *Caudicariae*, inquit, *naves ex tabulis craſſioribus factae.* At in veteri inſcriptione, CODICARI NAVICULARI INFERNATES. Item: CODICARII NAVICULARII ET QUINQ. CORP. NAVIGANTES. Videndus Seneca in Comment. de vitae brevitate, ubi de Claudio Caudice, & Varro De vita pop. Rom. lib. III. apud Non. qui citat locum Salluſtii; nam habet: *Quod antiqui plureis tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus.* URSIN. *Naves Codicariae* Nonio ſunt quae in fluminibus uſui eſſe poſſunt. CARRIO. Adi Scheffernm De re navali & Lucanum IV. 408. WASSE in *Add.*

QUI PRAETERGREDIEBANTUR] Nonius: *cataphracti, praetergrediebantur.* Ita veteres editiones & libri manuſcripti: mirum ut ſit, recentiores habere, *praegrediebantur.* puto autem illud quod Servius lib. XI. AEneid. ex eadem hac adducit Hiſtoria, cum hoc idem eſſe: ibique male legi, *& ſequebantur*, pro *qui praetergrediebantur.* CARRIO. Huic Fragmento annectendum aliud exiſtimo, quod eſt infra: *Equis paria operimenta erant: quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.* Quid ſint autem cataphractae, oſtendit Tacit. Hiſt. I. *Gladii nullo uſui, lapſantibus equis prae cataphractarum pondere. Id principibus & nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut praeduro corio contextum, ut adverſus ictus impenetrabile, ita impetu haſtium provolutis inhabile ad ſurgendum.* Livius lib. XXXV. *Equitum mirabilem vim trajici Helleſpontum in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo utentes.* CRACCON. Huc pertinet alterum Salluſtii Fragmentum, quod eodem loco Servius profert his verbis conceptum: *Equis paria ornamenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant*, &c. Ex quo loco ſatis aperte Servius docet, Cataphractos equites eſſe, qui & ipſi ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Videndus Tacit. lib. XVII. ubi de Cataphractis ait: *nobiliſſimo cuique tegmen ferreis laminis*, &c. & Liv. lib. XXXV. cujus verba ſunt: *Equitum mirabilem vim trajici Helleſpontum in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo utentes.* URSIN. Juſtinus lib. XLI. *Munimentum (Parthis) equiſque loricae plumatae ſunt, quae utrumque toto corpore tegunt.* Utramque ſimilitudinem Maro junxit lib. XI. ſub finem, addens materiem aeneam:

Spumantemque agitabat equum, quem pellis aheneis
In plumam ſquammis, auro conſerta, tegebat.

De equitibus non ita mirum; ſed illud, equos ſimiliter ferro totos quidem & uſque ad ungulas tectos fuiſſe. Egregie Claudianus II. in Rufinum de lamellis confutis:

Fla-

cie. *Idem. Confer Fr. lib.* VI. *cap.* 13. *a.* Equis paria operimenta erant *&c.*

XI. Cum

Flexilis inductis bamatur lamina membris,
Horribilis visu: credas simulachra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo:
Par vestitus equis.

Vid. Veget. III. 21. WASSE.

EQUITES CATAPHRACTI FERREA OMNI SPECIE] Audi eundem VI. 13. *Equis paria operimenta erant: quae* lintea *ferreis laminis in modum* plumae *adnexuerant.* quae verba poene transcribit Ammianus XVII. 12. plumarum specie linteis *indumentis innexae.* Et clarius XVI. 10. *Incedebat hinc inde ordo gemitus armatorum, clypeatus, atque cristatus, coruſco lumine radians, nitidis loricis indutus; ſparſique* cataphracti equites, *quos* clibanarios *dicitant Perſae, thoracum munitos tegminibus, & limbis ferreis cinctos, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulachra, non viros: quos* laminarum circuli tenues *apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti: ut quocunque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret junctura cohaerenter aptata.* Pro, *omni ſpecie* legiſſe videtur Ammianus *facie*, quod praetulerim lib. XXIV. 2. ferrea *nitimur* facie omni: quia laminae *ſingulis membrorum lineamentis cohaerenter aptatae, fido operimento totam hominis ſpeciem contegebant.* Malim *apta*, ut ſupra infraque. Idem XXIV. 4. *boſtem undique* laminis ferreis in modum *tenuis* plumae *conſeptum.* Poſtremo XXV. 1. *Erant autem omnes catervae ferratae, ita per ſingula membra denſis* laminis tectae, *ut junctura vigentes compagibus artuum conuenirent: humanorumque vultuum ſimulachra ita capitibus diligenter apta, ut* imbracteatis *corporibus ſolidis, ibi tantum incidentia tela poſſint haerere, qua per cavernas minutas, & orbibus oculorum affixas parcius viſitur, vel per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur.* Conſer Athenaeum V. 5. Juſtinum XLI. 2. Tertullianum lib. de Pallio pag. 49. Edit. Salmaſii. Plutarchum Lucul. pag. 510. Nazarium Paneg. Pauſaniam: Συνεξάρθρους τὰς ἅρπας, ἁλύσεσι τε καὶ δαιδάλοις ποικίλοις ἀπ' αὐτῶν δερμάτων φολίσιν ἐμφερῶν. Sed elegantiſſime omnium Cataphractos depinxere duo ſummi viri, Heliodorus & Julianus, quorum verba deſcribere non gravabor. Ὁ Παρθένης Orat. I. Ἀτρέμα γὰρ εἶχε ἱππέων πλῆθος, καλάμης ἀνδεδυκὸς ἐπὶ τῶν ἱππων ὀχημάτων, οἷς σωφρονοῦσι τὰ μέλη καλῶς μίμησιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· λύει γὰρ ἄκρον τῶν χειρῶν εἰς τὰς ἀγκῶνας ἑκάτερον καὶ ἐπὶ τὰς ὄμους· καὶ ὁ θώραξ τμημάτων καλῶν τὸ εἴσω καὶ νῶτα συναρμοζόμενος· τὸ κρανος αὐτῷ ἀφυσικῶς σιδηροῦν ἱπποκόμου, ἀνδρείου λαμπρῷ καὶ γίλωτος, παιζοντι τὸν ὄψιν· ἐπεὶ μηδὲ κῆμος ἢ μαρὸς, μηδὲ ἄκρος πόδις τῷ σκοῦς ταύτης ἥρμοι λείπει. Συναμαζομένων ἢ αὐτῶν τῆς θώρηξι· ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ κρίκων λεπτῶν πεπυκασμένοι εἰσὶν ἐφαρμάτων, ὑδὲ ἀν ἐφθάνε ἢ σάρκι γυμνὸν μέρος· ἔστι καὶ τῶν χειρῶν τῆς ὑφάσματα τάπης ἐκπεπλῶν, ἀφῆς τὸ ἢ κρεμαζόμενα ἐπακολουθεῖν τῆς δακτύλοις. Alia, ſed minoris momenti, habet Orat. II. pag. 57. Ea omnia praetermitto, ut etiam quae pag. 73. adnotavit Illuſtriſſimus Spanhemius, immenſus ille literarum Oceanus. Agmen claudat Heliodorus, qui lib. IX. pag. 431. hunc ordinem non minus eleganter quam accurate perſequitur. Τρόπον ἢ αὐτοῖς παντοδαπὰς τοῖς δι. Ἀνὴρ ἕκαστον, καὶ σώματι ἰσχὺν ἐπίλυπον, κρέα μὲν ὑπείχῃ συμφυῆς τε καὶ μονόλιθος καὶ ὅλη ἀνδρὸς εἰς ἀκρίβειαν ἅπασι τὰ ἐσκευασμένα σοφίζεσθαι. Τότε ἢ ἐκ κρυφῆς εἰς αὐχένα πόδα καὶ τὸ ὀφθαλμῶν εἰς τὸ δακτύλων σκεπόμενον, τὸν μὲν δεξιὸν κατὰ μέζονα λίχνα ἐπιζῆ, τὸν λαιὸν ἢ εἰς τὸ χαλινὸν ἀγκάλη. Κοπίδα ἢ ὑπὸ τὸν πλευρὸν παρεσπασμένον, ἐ τὸ σίγα μόνον ἀλλὰ καὶ σῶμα τὸ ἄλλο ἅπαν τιθασεύεσθαι. Ἐοικέναι ἢ ἔφη τοῖδι. ΣΚΥΤΑΛΑΣ χαλκᾶς τε καὶ σιδηρᾶς ὅσαι ἀσπίδας πάσθαι εἰς χῶμα πεφύκασι ἐλάσσονες, καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο τὸ πλάσαι ἐφαρμόζοντες (εἰς τῇ κατοπίσω τῶν ὑπερκειμένων ἀεί, καὶ τῇ πλαγίᾳ τῶν ἐφεξῆς κειμένων κῇ τὸ σωμάτων ἐπιπαίνει) καὶ ῥαφαῖς ὑπὸ τῆς ἐπιπλοκὰς τῶν συμπλοκῶν ἀλληλοσώτοις, χιτῶνα τὸν φολιδωτὸν ἀπεργάζονται, ἀσφαλεστάτῳ μὲν ἀλύσεως τῷ σώματι, καὶ ἁπλῇ εὐεξιφόρητον, εὐεγγράφοντα ἢ μέλη ἔχοντι, καὶ ἀφῆς τὸ ἀκόλουθον τῇ κινήσεως συνεπόμενόν τε καὶ συμπλεκόμενον. Ἐπὶ γὸ χαμαιδυτὴς ἀπ' αὐχένος εἰς γόνυ πεπηγὸς, μόνοις τοῖς μηροῖς καὶ τῇ ἱππείαν ἑαυτῶν ἐπιβαίνει ἀνάγκη ἀφιππεύεσθαι. Ὁ μὲ δὴ θώρηξ τοιοῦτος, ἀντυπόν τε βιλῶν χεῖμα, καὶ ἀφῆς πᾶσαν τρῶσιν ἀπομαχόμενον, ἡ κνημὶς ἢ ἀπ' ἄκρου περιῶν εἰς γόνυ δύκῃ συνάπτουσα πρὸς τὸ θώρηκα. Περιπλησία ἢ σαφῆ καὶ τὸ ἱππον ἀσφαλίζεται, τὰς τε πόδας κνημῖσι ἀσφαλέσι, καὶ ἀσφαλεστάτοις τὸν κέφαλὸν δ' ἔλαν σφενδόνης, ἐκ ἑαυτοῦ τε ἐπὶ χαλινῷ καθ' ἑτέραν πλευρὸν, σαίνεσθαι σιδηροῦλοιν ἀπαορεῖσι, καὶ ἐσπίζειν τὸ ἅμα, καὶ τῇ λαμπρότητι μὲ ἐμπεδίζειν τὰς ὁρῶντας. Οὕτως ἐσκευασμένον, καὶ οἷον ἐμπύλημένον ἀσφαλεῖ τὸ ἱππον, εἶτα αὐτὸς ἐφαλόμενον, ἀλλ' ἑτέραν ἀφῆς τὸ ἀχθος ἀναπεπλέον. Καπεσθὼν ὁ κυρὸς ἄκρ τῷ μάχης, ἐφεὶς τῷ χαλινῷ τὸ ἵππον, καὶ μυωπίσας πρὸς τῷ ῥοθίῳ, καὶ τὸ σαυτίον ἵππου, σιδηροῦς τις ἀνὴρ φωτόμε-

Digitized by Google

XI. Cum interim, lumine etiam tum incerto, duae Galliae mulieres conventum vitantes ad menſtrua ſolvenda montem adſcendunt. *Idem.*

Plu-

ν, ἢ ἢ σφυρίλλῳ ἀνδρὶς κινήμιν. Ὁ γοῦν ἢ νὺ μὲ ατὲς τῇ αἰχμῇ καπνολὸ ἢ εἰς δίδὶ ατοδίελαττι, διεμῷ ατὲς ἢ αὐχίνα ἢ ἱππιν ἀνιχίμιν. Τὸν ἀείαχν ἢ βρίχν πρὸς τῖς ἱππίνις μυρῖς ἰξέπαττι, μὰ ὕκαν ἐν τῖς συμβολαῖς, ἀλλὰ σωιεγδν τῇ χαρὶ ἔ ἱππίνις, δίδωσὶν μόνν πλὺ βολλὸ, αὐτῷ ἢ ἱππόνοῖ ἢ πρὸς τὸ σφοβόνμεν ἢ τρέπτας ἀντιρείδοῖ, τῇ ῥύμῃ γῦν ἀβκείμ, πάλιν ἢ ὑπουίπβαβ, ἢ μᾶ πλαγῇ δὶὸ νν φίμ πολλὶς ἀναρίπας. Apud Auctorem ſub falſo nomine Ciceronis De re militari pag. 502. *qui taura fructa*, lege *cataphracta*. WASSE in *Add.*

FERREA OMNI SPECIE] Malim: *Ferrea omnes ſpecie*, aut *ferrea homines ſpecie*. id eſt, quaſi ferrei homines. Forſan locutus eſt de cataphractis. COLER.

GALLIAE MULIERES] Virgilius Culice:

Tempus & Arcadii *memoranda referre* magiſtri.

Qua forma apud Horatium: *Metaurum fluvien*, &, *acumen Stertinium*, apud Varronem *γιγαντιδάσκλῳ Libya citrus*. Plautum Trinum. *Arabia terra*. Juſtinus XI. 11. (*Alexandriam*) *Coloniam* Macedonum *caput eſſe AEgypti jubet*. Lege ex MSS. Bongarſii *Macedoniam* pro *Macedonicam* vel *Macedonicam*. Noſtrum enim in pleriſque ſequitur. Librarii, qui neſcierunt quo pacto transferre Macedoniam in AEgyptum potuerit Alexander, & *Alexandriam* nomine Macedoniae nullibi venire ſciverant, locum immutarunt. WASSE in *Add.*

MENSTRUA SOLVENDA] Tacit. Hiſtor. V. de Aſphalto: *Fugit cruorem, veſtemque infectam ſanguine quo faeminae per menſes exſolvuntur*. CIACC. & URSIN. *Galliae mulieres*, pro *Gallicae*. Nonius *more* Graeco, *menſtrua* autem *ſolvere* dixit, opinor, Salluſtius, imitatus Lucretium (hoc enim in pluribus obſervavi & monui) qui lib. VI. ita canit:

Tempore eo ſi adorata eſt, quo menſtrua ſolvit.

CARRIO. Turnebus lib. XV. cap. 1. ait, hoc loco menſtrua ſolvere, eſſe ſacra ſolvere, quae menſe quoque dabantur. Sed mihi ſecus videtur. Scilicet menſtrua illa mulierum τὰ καταμήνια vocitaſſe Salluſtium. Quin & phraſin Salluſtianam more ſuo imitatus eſt Tacitus: *Fugit cruorem veſtemque infectam ſanguine quo feminae per menſes exſolvuntur*. COLER. Si in loci hujus enarratione fruſtra me dixero alias fuiſſe, profecto haud mentiar. Nec tamen mirum, cum (ut Petroniani Bollenii expurgationem in rem meam utar) & homo ſim, & adhuc juvenis; adde Lucretii (at quanti Poëtae?) auctoritate inductus, apud quem iſtiuſmodi exemplum legeram: *Tempore eo ſi adorata eſt, quo menſtrua ſolvit*. Ubi de muliere menſtruali, ac ſanguinis profluvio abundante loquitur. Itaque in eadem fortaſſis nunc etiam perſuaſione haererem, niſi me errantem humanitus, comitate (ut ſolet) ſua, facile in viam reduxiſſet Lipſius, pariter aurem vellendo, & admonendo, exiſtimare ſe *menſtrua* hoc loco non pro *menſibus genitalibus*, ſed pro *ſacris* potius accipienda; iis dico quae quot menſibus pro exercitus incolumitate, & maxime ſalute ſuorum, perſolvi neſcio an Romani, Barbari certe moris antiquitus fuiſſe videtur: quam quidem ego hominis ingenioſiſſimi, & omnium ſine controverſia doctiſſimi, interpretationem quom *amplius* primum pronunciare auſus, ipſe mecum & cum animo meo curioſius aliquamdiu agitaſſem, acceſſit tandem ad Lipſianam ſententiam auctoritas Plutarchi, apud quem (ut forte an conſilio in Craſſum ejus incideram) haec verba inveni: οἱ δ' ἐπιρρῶδ ἢ τὰν αὐθπων λαπρύνλεν, τὰ κρωῦ καταμηίχοιλες, ὀφθῆλες δ' ὑπὸ δνοῖν γυναικῶν ατολυφθόνν τοῖς πολεμίοις, ἐκωδνώδεσαν, εἰ μὰ Κράσῳ ἐξίως ἐπιφανὶς, μάχην ἴδιὸ πασῶν καρτερωτάτην. Id eſt: *His imperat* (Craſſus) *ut quam poſſint occultiſſime iter faciant, qui ſtudentes hoſtem fallere galeas frondibus contexere. Conſpecti autem a duabus mulieribus, quae ſacrificabant pro ſalute hoſtium, in periculo fuiſſent, ni celeriter interveniens Craſſus pugnam commiſiſſet multo acerrimam, &c.* Vides, quantam a Plutarcho Salluſtius, a Salluſtio contra Plutarchus accipiat lucem. Nam abſque illo foret, nec per quas mulieres, Italicine, an exotici generis; nec e quo loco; nec quo diei tempore; nec qua occaſione inſidiae iſtae militares detectae fuerint, compertum quicquam haberemus. Nunc ex Hiſtorici noſtri reliquiis diſcimus, *lumine adhuc incerto*, hoc eſt, ſub matutinum crepuſculum, opera mulierum maxime, & quidem nationis Gallicae, iſtud ipſum eveniſſe: hoc amplius; cauſſam deprehenſionis ejus turbae vitationem, fortuitumque ſeceſſum, atque aſcenſum exſtitiſſe, in ſolum ac devium (uti apparet) montem ejus rei gratia factum, quo videlicet majore cum ſilentio ac religione, extra conventum

Digitized by Google

Pluteoſque reſcindit, ac munitiones demolitur; locoque ſummo potitur. *Idem.*

Exercitum dimiſit, ut primum Alpes degreſſus eſt. *Aruſianus. Degredior illum locum.* Ita corrige.

Tetrarchas, regeſque territos animi firmavit. *Idem.*

Simul eos, & cunctos jam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ut in ſecunda re, pariter acre invadunt. *Nonius.*

Hi locorum perignări, & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quiſque in formam parmae equeſtris armabat. *Nonius.*

XII. De pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant. *Cariſius* lib. I. *Servius.*

Avi-

tum ſacra illa peragi poſſent. Unde & liquido eſt animadvertere, quam curioſa ubique Rerum, Temporum, Locorum, Hominum denique tractatione Hiſtoriam ſuam exſecutus Salluſtius. Qua ſane mihi ad miraculum uſque diſertus ac prudens omnem humani ingenii captum ſupergreſſus videtur; Hiſtoricorum quantum eſt, erit, aut fuit unquam, haud dubie princeps: & cui illud de Moeonio poëta volgatum optimo jure tribui poſſit:

Longe erit a primo, quiſque ſecundus erit.

DOUZA.

PLUTEOSQUE] Nonius, *demoliri*, inquit, *eſt diruere.* CARRIO.

EXERCITUM] Meſſus, *degredior illum locum.* ita corrige. CARRIO.

TETRARCHAS] Idem Meſſus, *territus illius rei.* Male in aliis eſt, *ullius rei*, & *formavit.* CARRIO.

SIMUL EOS, ET CUNCTOS JAM INCLINATOS, &c.] Videndum an legi poſſit: *Cunctos jam inclinatos laxitas loci, & plures cohortes, &c. pariter arces invadunt.* CIACCON. & URSIN. Locus mendoſus, & quem jure ſtigmatiam feceris. *laxitas* eſt Nonio *laxitudo.* In veteri quodam codice eſt *indignatos*, in aliis aliud putavi legendum: *Simul eos & cunctos jam inclinatos laxitate loci, plures cohortes, atque omnes, ubi in ſecunda re, pariter acre invadunt.* CARRIO. Mutila haec & incohaerentia apparent. In fine tamen recte legetur: *Pari acritate invadunt.* Attius Neoptolemo: *vir veritatis atque acritas.* COLER. In vet. quodam Codice, *indignatos*, in aliis aliud. Putat legendum, ut in Textu, CARRIO. WASSE.

HI LOCORUM PERIGNARI, &c.] Forte legendum: *Quod inopia ſcutorum facere, ab ea arte*, &c. URSIN. *Parma eſt ſcutum breve*, Nonius. Pro *fuerat*, in aliis eſt *fuere*, in nonnullis *foserat.* Pro *ad eam artem*, vulgo, *ad eam arcem*, in aliis, *ad eas arces*, eſt autem, *ad eam artem*, idem quod *ea arte.* nimirum nec tendi e viminibus vaſa; ut *ad hunc modum*, pro *hoc modo*, Salluſtio non infrequens. Sed haec immane quantum alii depravarunt. CARRIO. Hiat oratio, neque invenio, qui rimas deformes claudam. COLER. Puto corrigendum: *Hi locorum pergnari.* Sic ſupra: *Fiducia gnaritatis locorum.* Item, *foret* pro *fuerat.* ſed & illud: *ad eam artem*, non placet, malimque, *ad eas artes*; idque ex veterum librorum fide, in quibus diſerte expreſſum legitur: *ad eas arces*, mutatione facile T. ſcilicet in C. facta. DOUZA.

NECTERE EX VIMINIBUS] Ita in re trepida ſolebant. Thucydides IV. 9. Τὰς πάντας ἐξ αὐτῶν ἄσπιδων ἀσπίδι τι φαύλῃ, ᾗ αἰσιόμης τῆς πολλῆς. De iis capiendus Hegeſippus III. 3. *aciem dirigeretur*, clypeos intexerent. Ubi C. C. C. & B. Pub. *regiones prohibere latrociniis*, eleganter; ſic Virgil. *Solſtitium pecori defendite.* Hoc genus Perſis pene proprium, ut ex Herodoto & Xenophonte patet; & uſque ad Juliani tempora iiſdem in uſu fuiſſe auctor Ammianus XXIV. 2. *obtecti ſcutis* vimine *firmiſſimo* textis, *& crudorum tergorum denſitate veſtitis.* Eunapius οἱ ἢ τῶν Πάρθων αἰσπίδας ἀσπίδας ἔχοντες, ᾗ κατὰ αἰσπίδα τεῖχος τῶν πάντων ποιησάμενοι. Confer Grammaticos V. γίγνομαι. WASSE in *Add.*

AD EAM ARTEM] Forte *ab ea arte.* CIACCON.

DE PECORE] Quod autem ſequitur fragmentum (*de pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant*) videtur conjungendum cum eo, quod citat Servius. Utrumque ita concinnari ſimul poteſt: *Lucani de vimine facta ſcuta coriis*

Avidior modo properandi factus. *Aruſianus.*

Conſilii aeger. *Idem.*

Reverſi poſtero die, multa, quae properantes deſeruerant in caſtris, nacti, cum ſe ibi cibo, vinoque laeti invitarent. *Nonius.*

Atque hiavit humus multa, vaſta & profunda. *Idem.*

Rurſus jumenta nacti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt. *Aruſianus.*

Tum vero Bithyni propinquantes jam amnem Tartanium. *Idem.*

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Nonius.* Pro machinari, componere.

XIII. In quis notiſſumus quiſque, aut malo dependens verberabatur, aut inmutilato corpore, inprobo patibulo eminens adfigebatur. *Idem.*

Ad

riis tegebant, quae de pecore recens detracta, quaſi glutino adhaereſcebant; nam vox, *coria*, hic abundat. URSIN. Cariſius lib. I. notat, *pecu* & *pecus pecoris*, & haec duo Salluſtii verba adfert. Servius autem lib. III. Georgicon & Martianus lib. III. reliqua commemorant, nullo tamen adjecto libri numero, quae ego primum inter ſe conjunxi, deinde hoc libro, hoc etiam loco poſui, quod cum eo quod praecedit optime congruerent. Dicit enim Salluſtius eos ſcuta e viminibus nexuiſſe, illiſque coria de pecore recens detracta impoſuiſſe: quae quaſi glutino adoleſcebant. quo etiam pertinet, quod idem ſcribit Servius: *Salluſtium dicere, Lucanos de vimine facta ſcuta coriis tegere*, lib. AEneid. VII. Cariſius lib. I. *glutinum*, inquit, *dixit Varro in Scauro, glutinum Daedalum inveniſſe. Quam declinationem Salluſtius ſequitur cum dicit; quaſi glutino adoleſcebant.* Idem eodem: *Varro in Scauro: glutinum ferunt Daedalum inveniſſe: quaſi, gaudium, praemium. itaque Salluſtius iſtius potius declinationis uſum ſecutus, Glutino, inquit, adoleſcebant, ut, gaudio, praemio.* quas duas poſtremas voces cum exempli cauſa adferat Cariſius, eaſque ſuperius etiam cum Varronianis compoſuerit; mirari ſatis nequeo eorum ignaviam, dicam, an imperitiam, qui eas ut Salluſtianas habuerunt. CARRIO.

QUASI GLUTINO] Talia ſcuta coriacea erant olim Afrorum & Maurorum, teſte Iſidoro. COLER.

AVIDIOR] Aruſianus, *avidus illius rei*. CARR.

CONSILII] Idem Meſſius, *aeger illius rei*. CARR.

REVERSI] *Invitare*, inquit Nonius, *eſt repleri*. hic autem locus apud alios varie mendoſus, hic reſtitutus eſt. CARRIO.

ATQUE HIAVIT] *Hiare*, eidem Nonio eſt, *aperire*, fortaſſe *aperiri*. CARRIO.

RURSUS] Nonius, *contentio eſt perſeverantia & elatio*. CARRIO.

UBI SE] Aruſianus, De elocutionum exemplis: *emergit ſe*. CARRIO.

TUM VERO] Idem Aruſianus, *propinque illam rem*. CARRIO.

TARTANIUM] Amnem Bithyniae. WASSE.

EOS QUI] *Comparare*, inquit Nonius, *eſt componere, machinari*. CARRIO. Retulit inter hujus libri reliquias Ludovicus Carrio, ſed cum in Nonii Marcelli codicibus tum recentioribus cuſis, tum etiam MSS. vetuſtioribus, unde haec deſumſit Carrio, fragmento huic Siſennae non Salluſtii nomen praefixum ſit, eo unde ſumtum eſt, mequidem judice relegabitur tantiſper, donec hujus conſtitutionis ratio reddatur. PUTSCH.

IN QUIS NOTISSIMUS QUISQUE, &c.] Videtur legendum: *Aut mulcato corpore, in prora patibulo eminens adfigebatur*, &c. Nam hoc in navibus factum eſſe, vel ex eo conſtat, quod ait, *aut malo dependens verberabatur. Mulcato* vero *corpore* dixit alibi, & item Tacitus lib. I. cum ait: *Magna pars malo, aut mulcato corpore*. URSIN. Nonius, *patibulum eſt crux*. CARRIO.

INMUTILATO CORPORE] Verbum ex τῆ ἀκρωτηριάσει. Recepit autem pro Salluſtiano Hegeſippus I. 29. *Summum enim Sacerdotem* inmutilatum corpore *quenquam eſſe oportet, nec licere per legem licet, ut mutilato corpore, quiquam ſummo fungatur munere.* Voces *corpore quenquam* abſunt mels & Gualtheri codicibus. malim *ſ. e. ſ. immutilato corpore eſſe op.* WASSE in *Add.*

INPROBI PATIBULO EMINENS ADFIGEBATUR] Hoc in navibus factum fuiſſe, ex eo apparet, quod ante dixit, *aut malo dependens verberabatur.*

Igi-

Ad Siciliam vergens faucibus, non amplius patet millibus V. & XXX. *Meſſus.*

Clauſi lateribus pedem. *Idem.*

Naphthas. *Probus Catholicis.*

Igitur legendum videtur, *in prora patib, e. aff.* Ciaccon. Locus non injuria de mendo ſuſpectus: neque tamen quo mendum tollatur reperio. Sunt qui legant, *in prora*, non placet. Itaque amplius. Carrio. Multa multis ad hunc locum dicta, quae recitare quid attinet? Mihi dubium non eſt veram eſſe lectionem *in puppi*, quam illuſtriſſimus Scaliger in MS. Nonii exſtare indicio fuit ſic ſcriptam, *in pouppi*. Putsch. Ciacconius *in prora patibulo eminens*. Lipſius lib. II. Antiq. legit: *in proris*. Neutrum placet. Ego ad Criticum Senatum adferre hanc meam emendationem non dubito: *Aut immutilato corpore improbe, patibulo eminens affigebatur*. Coler. Improbum patibulum hic excelſum denotare videtur. Sic *improbius natus*, pro grandioris ſtaturae homine: item *improbiora labra*. Aliae enim cruces aliis fuerunt. Enimvero fatendum eſt, quod altitudinem crucis ſpectat, alias aliis majores ſtatui ſolitas, etiam in vulgari & ordinario latronum & ſervorum ſupplicio. Nam prout robuſtiores eſſent, & altioris ſtaturae, qui erant cruci affigendi, vel infirmiores, ita crux illis altior, aut humilior compingebatur. Patibulum quidem proprie dicitur de tranſverſo ligno, ſicuti & patibulum pro ſera ſive vecte, qua oſtia occluduntur, dictum a Titinnio notat Nonius. Cum tamen haec vox pro cruce ponitur, tota ea intelligenda eſt. Sicuti hic apud Salluſtium noſtrum. Itaque errat hic Lipſius, quanquam locum ex Carbonaria Plauti apud Nonium adducit: *Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci*. Sed fallitur. Vide Salmaſium de Cruce. Wasse.

Ad Siciliam] Meſſus: *patet tot pedes*. Carr.

Clausi] Meſſus: *altus pedes tot*, quae elocutio cum hoc exemplo minime convenit. Carrio. Laudat Fragmentum iſtud Fronto, confirmare ſe ſtudens auctoritate Salluſtii, probe oppido, ac Latine dici: *altus pedes tot*. Sed cum in hoc exemplo nec vola, nec veſtigium elocutionis ejus uſquam gentium compareat; cui dubium eſſe poteſt, quin vox *altus* mala manu iſtinc ſubleĉta redonari Salluſtio debeat reſtituique fortaſſe hoc modo? *clauſi lateribus pedem altis*. Douza.

Naphthas] Probus Catholicis: *hoc Naphthas hujus Naphthae, genus olei cedrino ſimilis*, Salluſtius lib. IV. Hiſt. dixit. Carrio. Alioqui & flos tenuiſſimus bituminis ita vocatur, circa Babylonem copioſiſſime proveniens, cui tanta eſt cum igne cognatio, ut flamma tranſiliat in eam undecunque viſam. Auctor Plinius lib. II. cap. 105. Vid. Dioſcor. I. cap. 101. Strabonem XV. 743. Wasse.

C. CRISPI SALLUSTII HISTORIARUM FRAGMENTA.

LIBER V.

I. AT Lucullus, audito Q. Marcium Regem proconſule per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. *Priſcian.* lib. XVIII.

Legiones Valerianae comperto, lege Gabinia Bithyniam, & Pontum conſuli datam, miſſos eſſe. *Idem ibidem.*

Regem

Liber V.] Hoc Libro expoſuit res geſtas IV. Annorum ab U. C. 683. ad 686. in quos incidit B. Piraticum & deſertio exercitus Luculli. A. Popma.

At Lucullus] Priſcianus lib. XVIII. notat; *audito*. Vulgo male eſt, *Lucilius*, pro *Lucullus*; deinde pro *Q. Marcium*, in quibuſdam *Macium*, in aliis *Marium*; poſtremo pro, *Regem*, inepte *regem*. eſt enim *Rex* familiae, non dignitatis. ſcribe itaque, *Q. Marcium Regem de quo crebro biſtorici*, & *Salluſtius Catilinario, legatos ad Q. Marcium Regem mittit*. & ibidem ſaepe. Carr. Hic conſul fuit A.V.DCLXXXV. una cum L. Metello, fratre Q. Metelli Cretici, qui (ut auctor eſt Pedianus) Conſule Pompejo Siciliae Praetor fuit. Sed & ipſo ſub initium Conſulatus ſui, & ſucceſſore ſuo, antequam Magiſtratum eum iniret, defunctis; nemineque in locum porro ejus ſubrogato, ſolus eo anno Conſulatum geſſit; cujus hic mentionem injicit Criſpus, haud alio referundam, quam quod Lucullus, comperto Regem iſtum cum tribus legionibus in Ciliciam (quae eidem provincia cum exercitu decreta erat) per Lycaoniam tendere, ſuis militiam detrectantibus, ac jam abnuentibus omnia, auxilium ejus adverſus Mithridatem imploravit: ſed fruſtra; id quod ad proximum Fragmentum docebimus. Douza.

Legiones] Idem Priſcianus ibidem; *comperto*. vereor ne omnia ſatis ſint integra. in Gemblacenſi eſt; *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe*. ſed hoc Salluſtiana brevitas averſatur. Carrio.

Legiones Valerianae comperto, &c.] Ita locutus eſt Tacitus lib. XI. cum dixit: *Comperto quoque Graecam litteraturam non ſimul coeptam, abſolutamque*. & lib. I. *Caecina comperto vanam eſſe formidinem*. Item Livius lib. XXXI. *Satis comperto Ordiacam petituros Romanos*. & Salluſtius ipſe ſuperiore fragmento dixit: *At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Procos*. Ciaccon. & Ursin. Hoc eſt: *cum comperiſſent*. Tacitus II. 9. *in ripa Arminius adſtitit*, quaeſitoque *an Caeſar veniſſet*. Conſer. I. 75. An II. 60. Hiſt. IV. 17. Ammianum XX. 4. Idem alibi: *vocantur Patres*, addito, *conſultandum ſuper re magna & atroci*. An. XVI. 33. *Montanus patri conceſſus eſt*, praedicto *ne in Republica haberetur*. Papinianus: comperto *matrem ſuam inteſtato deceſſiſſe*. Paulus: *non* diſſimulato *ſe libertum eſſe*. Apulejus VII. Cognitoque *quoſdam, immo vero fortiſſimum quemque, variis quidem, ſed impigris caſibus adoppetiſſe*. Wasse in *Add.*

Consuli datam. missos esse] M. Acilium Glabrionem intelligit, qui A. V. DCLXXXVI. cum C. Piſone Conſul fuit, eique provinciae iſtae una cum Mithridatico bello decretae. Sed hariolor reſcribendum: *Conſuli datam, ſeſe miſſos eſſe*. quae conjectura eo mihi firmior videtur, quo propior cum ad priores omnium editiones, tum vero etiam ad ſcriptorum codicum fidem accedit, in quibus probe & plane exaratum legitur, *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe*. quod quam proclive fuerit imperito cuipiam exſcriptori, ex noſtro hoc τὸ ſeſe architectari, quis non videt? Ceterum, *ſeſe miſſos eſſe*, ab armis dimiſſos, & quaſi militaris ſacramenti nexu exſolutos interpretor. Hic enim color erat, quem Legionarii illi Valeriani, animis a Lucullo pariter abalienatis, rebellioni

Regem averſabatur. *Aruſianus.*

Ceteri negotia ſequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum; &, pars ſua commeatubus mercatis. *Nonius.*

Et

bellioni ſuae praetexebant. Deſiderantur autem verba, quibus periodi iſtius clauſula explebatur, puta, *cauſſantes*, ſeu *praetendentes*, *militiam detrectavere*. quae Priſcianus, cui nos & hujus & prioris Fragmenti conſervationem debere par eſt, per incuriam, ut ſolet, citare porro neglexerit. quod ego hic a me dictum cupio, non quidem contextus augendi, ſed interpretandae ſententiae tantum: quae clarius ut liqueat, haut abs re fuerit, hiſtoriae argumentum altius aliquanto repetere. Ea vero ſic habet: Poſt Triarii cladem cum Lucullus adveniſſet, iſque Mithridatem facile opprimere poſſe, ſi in eum perrexiſſet, videretur, ab exercitu ſuo deſertus nihil profecit. Fuerunt autem Legiones, quae primum ſub Valerio Flacco, poſt ſub Flavio Fimbria meruerant, quae a P. Clodio ſolicitatae, quum ſtipendia ſua ſe confeciſſe dicerent, dicto audientes eſſe, ac Imperatorem in Mithridatem ſequi recuſarunt; praeſertim vero, ubi Acilium Glabrionem Conſulem Lucullo ſucceſſorem Roma miſſum adeſſe cupientiſſimis animis accepere. quae Lucullo cauſſa fuit, ut, cum militum ſuorum ſeditione, tum quod ne a Marcio quidem, qui (uti dictum jam antea eſt) Ciliciae cum imperio praerat, auxilium impetraret, omnibus modis proditus deſertuſque a ſuis, Mithridate veteri hoſte relicto, retro in Tigranem convertit. DOUZA.

MISSOS] In Gemblacenſi, *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe.* Carrio. MSS. *Conſuli datam eſſe, miſſos eſſe.* unde pro priori *eſſe*, *ſeſe* reſcribendum putat. Deinde ut ſenſus abſolvatur, addit *praetendentes*, aut *cauſſantes*, & de Legionibus accipit quas Clodius per iram & invidiam ſollicitavit, ut ne amplius Lucullum adverſus Mithridatem ſequerentur. Anon. apud CRISP.

REGEM AVERSABATUR] Tacit. Hiſt. IV. *Vulgus averſari Regem, invidere AEgypto, ſibi metuere.* CIACC. & URSIN. Aruſianus; *averſor illum*, quamquam alibi apud eundem legatur, *adverſor illum.* videntur enim veteres utramque vocem in eadem re poſuiſſe. Sic Tacitus Hiſtoriarum lib. I. *ambitionem ſcriptoris facile adverſeris.* CARRIO.

NEGOTIA SEQUEBANTUR] Legerim *exſequebantur.* CIACC. Videtur legendum: *Ceteri negotia exſequebantur.* Quomodo notavimus ſupra ad fragmentum lib. III. ſcribendum eſſe, ubi eſt: *Cunctique omnium ordinum munia exſequi.* & in bell. Catilinae ſic dixit: *Cetera multitudo conjurationis ſuum quiſque negotium exſequebatur.* URSIN.

COMMEATIBUS MERCATIS] Unde Cicero, *dies commeatus.* Nos, *furlow.* Livius XXXIII. *magna pars* ſine commeatibus *dilabebantur.* Pro licentia abeundi. Tacitus An. XV. 10. *reliquas* (*legiones*) promiſcuis militum commeatibus *infirmaverat.* At hunc morem, de quo queritur Noſter, planius oſtendit Hiſt. I. 46. *quarta pars manipuli ſparſa per* commeatus, *aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exſolveret, neque modum meris quiſquam, neque genus quaeſtus penſi habebat. Per latrocinia & raptus, aut ſervilibus miniſteriis, militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſaevitia fatigari, donec vacationem emeret.* Bene ergo & more militiae fecit Adrianus, qui, auctore Spartiano, ne quidem *pateretur quicquam tribunum a milite accipere.* Vetera tamen marmora ſuadent hoc non ſemper obtinuiſſe, nam milites illi commeatales, a quibus tribuni aliquid per ſtellaturam auferebant, audiunt *tribunorum beneficiarii.* Quo titulo vix alius frequentior occurrit in vetuſtis monumentis, adi Gruterum DLVIII. 5. DXXVIII. Juſtinianum Cod. de offic. Praef. Pract. Africae Leg. II. & Cl. Salmaſium ad Peſcennium cap. III. Ex hac voce κομεάτω & κομειάτω apud Heſychium, & Leonem Tact. VII. 4. ſcribitur & *comiatus* in Capitular. Car. Magni, unde Itali ſuum *comiato.* Quae voces, apud Concil. Vernenſe An. 755. Canon. IX. & Palladium in Lauſiac. cap. LXXXVI. vitae prorogationem ſignant. Habes denique *cuneatim ſtipato commeatu*, pro, agmine undique compreſſo. Confer Tacitum in Agric. Suetonium Tiberio LXXII. qui ad uſus civiles tranſtulit, Donatum in Hecyr. I. 11. 100. Lege LIV. de militibus vagantibus, ita cautum legimus apud Ruffum, interprete Leunclavio: *SI. QUIS. VAGARI. FUERIT. AUSUS. ULTRA. DIEM. COMMEATUS. ET. MILITIA. REJICIETUR. ET. UT. PAGANUS. CIVILIBUS. MAGISTRATIBUS. TRADETUR.* At, *bello imminente*, capitis ſupplicio affici ſolebant. Commeatui opponitur *remeatus.* Martianus *Leg. relegat. ff. de poena:* Nemo poteſt commeatum, *remeatumve* dare, niſi Imp. WASSE in *Add.*

MERCATIS] *Mercatus*, inquit Nonius, *pro mercatibus.* quam interpretationem quidam libri veteres pro verbis Salluſtianis acceperunt. CARR.

Et uxori ejus frater erat. *Aruſianus.*

II. Saepe celebritatem nominis intellego timentem. *Priſcianus* lib. XVIII.

Video ingentia dona quaeſitum ire properantem. *Idem ibidem.*

Nam ſi Pompejo quid humani eveniſſet. *Aruſianus.*

Qui-

ET UXORI EJUS FRATER ERAT] Sic ſupra in bell. Jugurthae dixit: *Liberis ejus avunculus erat.* & Tacitus libro IV. *Aſinius Gallus, cujus liberis Agrippina matertera erat.* Sic enim apud Tacitum legendum videtur, non ut in vulgatis editionibus, *liberorum.* CIACC. & URSIN. Aruſianus: *frater illi.* CARRIO. Huic elocutioni pariſſima illa quam ſupra libro primo habuimus, *Liberis ejus avunculus erat.* Innuitque haud dubie P. Clodium, qui, quod frater uxoris Luculli foret, primo ſe apud Imperatorem loco eſſe volebat, quod, quum ob flagitioſae vitae impuritias, ſummamque improbitatem atque inſolentiam, minus ei ex ſententia procederet, excogitavit homo malitioſe & arroganter confidens, quanam potiſſimum ratione, & quibus artibus Lucullum de Imperii faſtigio dejectum praecipitem daret. Itaque invidia, atque ira, peſſimis conſultoribus, graſſatus, comperto, Fimbrianos milites (quos ſupra Legiones Valerianas, a Valerii Flacci Imperatoris quondam ſui nomine, appellavit) ad ſingula ſeditionum momenta jam pridem arrectos, intentoſque diem novandis rebus circumſpectare; eoſque, ac ceteros de factione, quorum cognoverat promtam audaciam, comparatis delinimentis ſubire inſtitit, perſuaſitque facile animis lubricis, & jam inde ab antiquo turbare ac tumultuari aſſuetis, ſe non amplius ſacramenti religione teneri. cujus rei ſpecies erat, rogatio legis Maniliae, qua provinciae atque exercitus omnes, quibus ad id uſque tempus cum imperio Lucullus praefuerat, Pompejo recens a Piratico bello reduci mandabantur, adjecta etiam Cilicia, quam Glabrio obtinebat. Proinde ſic, quaſi ex Senati decreto una cum ipſo Imperatore ſuo exauctorati, traducebant illi otioſe in Gordyene tempus, Pompejum, aut quem alium Imperatorem ad ſuccedendum Lucullo miſſum exſpectantes. Ex quibus omnibus perſpicue patet, in Fragmento illo ordinem perperam ac praepoſtere ſervatum eſſe; &, quod nunc quintum legitur ante ſuperiora illa quatuor principe loco collocari debere. Quo etiam haud abſurde meo quidem animo pertinere judico exemplum proximum, illud, quod iſtud anteceſſit, volui dicere: *Ceteri negotia ſequebantur familiaria Legatorum, aut Tribunorum, & pars ſua* (ſubaudi, negotia ſequebatur) *commeatibus mercatis.* id eſt, militiae vacatione, ſeu miſſione, non data, ſed emta, pretioque conciliata a ducibus ſuis: arte noſtris etiam Strategis non ignara. Unde magis etiam videre eſt, quanta lubido Romanos iſtos manipulares tenuerit, veterem Imperatorem novo commutandi, ac relicto Lucullo ſe cum Pompeji victoris, ac bis Triumphalis copiis ambitioſe conjungendi. DOUZA.

SAEPE CELEBRITATEM NOMINIS INTELLEGO TIMENTEM] Videndum an legi debeat: *Sed te celebritatem, &c.* CIACCON. & URSIN. *Participiorum accuſativi*, inquit lib. XVIII. Priſcianus, *frequenter pro verbis infinitis ponuntur.* in Gemblacenſi eſt; *ſpe celebritatem noſtris intelligo timentem.* pro *timere.* in aliis; *ſaepe celebritatem nominis te lego timentem.* CARRIO.

VIDEO] Idem Priſcianus ibidem. Gemblacenſis: *video ingentia dona quaeſitura τὸν ἀπέρχεσθαι, properantem, pro properare*, quam ſcripturam nondum probo: tum autem probabo, cum quid ea ſignificetur intelligam. alius vet. cod. *video ingentia dona quaeſita Graeciae properantem.* Fortaſſis vox illa *Graeciae*, a librario aliquo adjecta eſt, volente ſignificare verba Graeca, quibuſcum Latina Priſcianus compoſuerit, hic eſſe inſerenda. CARR.

NAM SI IN.] Aruſianus; *evenit in illo.* emenda hic operarum vitium, & ſcribe; *Nam ſi in Pompejo.* CARRIO. Fragmentum iſtud, Catuli Orationis partem fuiſſe, ſummatim a Salluſtio recenſae, pro certo mihi perſuadet Plutarchus, ita ſuper hac ipſa re in Pompejo ſuo differens: Κάτλα δὲ καὶ τὸ τῶν πολιτῶν σεμνὸν, πολλὰ μὲ αἰδούμενος ὁ δῆμος ἡσυχίαν ἦγεν. ἐπεὶ δὲ πολὺς μὲν ἄνευ φθόνου ἔπαινος ἦν Πομπηΐου διελθὼν, σωφρόνως φιλάνδρου, καὶ μὴ σοφίσασθαι τὸν πάντων ἄνδρα κακοῖς ἐπαινέσαι, καὶ πολίτου. ἢ τίνα, εἶπεν, ἕξεις ἄνδρα τὸν λοιπὸν τοῦτον; Id eſt: *Procedente ad dicendum* (advorſus legem Gabiniam) *Catulo, magnum ſilentium tenuit reverentia ejus populus. Poſtquam hic multis Pompeji laudibus candide commemoratis, ſuaſit, ut parcerent ei nec periculis & bellis aliis ex aliis talem virum objicerent. Aut quemnam (inquit) habituri eſtis alium, hunc ſi amiſeritis?* &c. DOUZA. Quo hoc fragmentum ſpectet, coner demonſtrare illo Paterculi loco lib. II. *Digna eſt memoria Q. Catuli cum auctoritas, tum verecundia, qui, cum diſſuadens legem in concio-*

ne

Quibus de cauſſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcendere, ſibi uni adſurgere de ſella, caput aperire ſolitum. *Nonius, Aruſianus, Servius.*

ne dixiſſet, eſſe quidem praeclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam liberae Reipubl. neque omnia in uno reponenda; adjeciſſetque, ſi quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis? Succlamavit univerſa concio, Te, Q. Catule. Meminit & Cicero pro L. Manilia, & Valerius Maximus lib. VIII. cap. 15. Plutarchus in Pomp. COLER. Fragmentum iſtud, Catuli Orationis partem fuiſſe, exiſtimat Douza, perſuaſus a loco Plutarchi. Sed magis confirmat Vell. lib. II. cap. 31. ubi Q. Catulus, *Si quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis?* Sunt autem verba ſolennia vitandi ominis in mortis mentione, ut ibid. docet Schegk. & adducit in hunc ſenſum alium e Suet. Aug. extremo: *Julias, filiam neptemque, ſi quid his acciditſſet, vetuit ſepulcro ſuo inferri.* Adde Scal. in Tibull. lib. III. pag. 198. Voſſ. IV. Inſt. Orat. pag. 189. RUPERT.

QUID HUMANI] Εὐφημισμῷ genus. Sic, apud Feſtum, *altera avis* pro *improſpera*, apud Lucretium & Plinium Ep. II. 1. *abiit*, pro, *mortuus eſt.* WASSE in *Add.*

QUIBUS DE CAUSSIS] Haec Nonius in voce, *apertum*, apud quem legitur: *equo deſcendere, ſurgere de ſella, caput aperire ſolitum.* Apud eundem in voce, *ſurgere*, eſt: *ſella ſurgere, caput aperire ſolitum.* apud Aruſianum autem De elocutione, *aſſurgo illi*, eſt ea, quam expreſſi, ſcriptura. Servius lib. I. & III. AEneid. interpretatur, *aperire, nudare & oſtendere*, & has tres poſtremas voces affert. Verba autem ipſa de Pompejo accipienda judico, cui uni ad ſe accedenti Sullam aſſurgere ſolitum Appianus lib. I. tradidit. CARRIO. Honoris ſcilicet; Servius ad X. AEneidos: *Quatuor erant apud Romanos, quae ad honorificentiam pertinebant; equo deſilire, caput aperire, via decedere, aſſurgere. hoc etiam praecones praeeuntes magiſtratus clamare dicebantur.* Arnobius lib. VII. *Si quiſpiam viſo potentiſſimi numinis vire, via decedat, aſſurgat, caput revelet, vehiculoque deſiliat, tum deinde ſalutet.* PUTSCH. Loquitur de ſe Pompejus, cui etiamnum juveni Sulla tantum honoris habuit, nec ſine cauſa. Is enim adoleſcens totum ſe Syllae partibus addixerat, nulloque etiamnum geſto magiſtratu, neque dum in Senatum allectus, multos per Italiam conſcripſerat milites, & vocanti ad ſe Sullae reſponderat, non ſe ſine ſpoliis, & nullo hoſtium fuſo ſanguine imperatori ſuum commonſtraturum exercitum, neque ad eum antea acceſſerat, quam hoſtium ductores multis viciſſet proeliis, ut alibi Plut. refert. Haec vero res, ſi qua alia, generoſorum militum armat & ardentem inflammat indolem, ſi virtuti haberi honorem, a duce ſuo, vident, & bonos fortesque provehi, contra vero ignavos maloſque ſperni & abjici. Eo nomine Plin. cap. 70. Trajanum dilaudat, quod bonorum praemiis bonos faciat. *Accenſa eſt*, inquit, *juventus, erexitque animos ad aemulandum, quod laudari videbat.* Et paulo poſt: *Adhuc autem*, inquit, *quamlibet ſincera rectaque ingenia, &, ſi non detorquebat, hebetabat tamen miſera, ſed vera reputatio. Vides enim ſi quid bene fecero, neſciet Caeſar, aut ſi ſcierit, teſtimonium non reddet.* RUPERT.

ADSURGERE DE SELLA, CAPUT APERIRE] Servius p. 399. aſſurgere *ſolitus.* Vide Stewichium ad Arnobium pag. 145. 10. Plutarchum in Pompejo pag. 621. & in Cauſſis. Appianum pag. 668. ante omnia *Lipſium* in Electis I. 23. Ad hunc morem ornate reſpicit Statius Thebaid. II. 61:

——— *Sopor obvius illi*
Noctis agebat equos, trepidiſque aſſurgit *honori*
Numinis, & recto decedit limite *Coeli.*

Hoc de viro forti praedixerat Tyrtaeus:

Πάντες δ' ὸ θώκοισιν ἰδὼς νέος, αἰ τι κατ' αὐτὸν
ΕΙΚΟΥΣ ΕΚ ΧΩΡΗΣ, αἰ τι παλαιότερος.

WASSE in *Add.*

CAPUT APERIRE SOLITUM] Obiter hic notandus mos Hiſpaniae Grandium, quos vocant, quibus ſolis coram rege ſuo capitibus tectis eſſe licet: quem honorem, quum miſere concupiſceret Antonius Laeva, eique aliquando ſibi adſtanti Carolus V. diceret, ut aſſideret, quod podagra eum laborare ſciret, *Non pedibus ſuis, ſed capiti male eſſe reſpondit*, ut *Thuanus* & alii referunt. RUPERT.

C. CRIS-

Digitized by Google

C. CRISPI SALLUSTII FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

VEL

LIBER VI.

I. Ne inrumiendi po . . . . .
fublicibus cavata . . . . . .
ſent. *Feſtus.*

Cujus duas inſulas propinquas inter ſe, & decem ſtadium procul a Gadi-

Ne] Ex quarto an ex quincto Hiſtoriarum libro haec in voce, *ſublicium*, Feſtus adducat, nemo facile dixerit, ſic enim in Antonii Auguſtini exemplo ſcriptum eſt: *Salluſtius lib. qu.* qua nota quartus non minus quam quinctus deſignari poteſt. Praeterea de verbis ipſis Salluſtianis, cum iugens in Feſto ſit lacuna, non minor dubitatio eſt. Et ea re Feſtum ipſum exprimere, quam, neſcio quid novum comminiſcendo in temeritatem incurrere, malui. Carrio. Citatur a Feſto. Schedae autem Fulvii Urſini lib. IV. adſerunt, quibus facile adſentior. Verum ſequentis fragmenti citationem omnino falſam eſſe puto. Neque enim arbitratus unquam ſum Salluſtium ultra quinque Hiſtoriarum libros ſcripſiſſe, cui ſuorum librorum numerum exaequare voluit Cornel. Tacitus, Salluſtii imitator. Mos ille veterum, ut tot libros facerent, quot ille, quem imitabantur. Idem fecit Sidonius Apollinaris, qui novem epiſtolarum libros, ad imitationem Plinii, conſcripſit, decimum autem μονόβιβλον & ſingularem eſſe voluit, ut Plinius iſtum ſuum ad Trajanum, id quod alibi ex Sidonio docui. Potius igitur eſt, haec duo fragmenta inter Salluſtii incerta referre, quam vel quinto vel ſexto libro adſignare. Coler.

Cujus] Sunt qui fragmentum hoc VII. ſunt qui X. Salluſtii Hiſtoriae, ſunt qui XI. adſcribant. Sed cum praeter V. ſuperiores Hiſtoriarum libros, nullos a Grammaticis recenſeri videam, & veteres codices ſexto poſtrema haec tribuant; omnino hunc numerum retinere malui. Neque enim mihi ſit veriſimile, reliquos eos, ſi modo praeter ſex, ut jam dixi, alii etiam a Salluſtio ſcripti ſunt, ita prorſus intercidiſſe, ut ne verbum quidem ex iis a Grammaticis afferatur: maxime cum novator verborum Salluſtius ſui ubique ſit ſimillimus: & aliis ſuis libris, ſi quos forte ſcripſiſſet, non minorem Grammaticis novas, imo veteres, loquendi rationes in iis obſervandi occaſionem dediſſet, quam iis quos mutilos, laceros, conſciſos, perturbatos, & nulla ex parte ſibi reſpondentes nunc in lucem edimus, ſuppeditaverit. Adde quod illa ipſa fragmenta, quae ex quibus Hiſtoriarum libris ſint deſumta incertum eſt, cum ad hos quidem ſuperiores libros pertinere certum ſit, cui tamen unumquodque eorum debeat aſſignari, non temere dixeris. Sed ad fragmentum. Loquitur, quantum divinare valeo, *de Inſulis Fortunatis*, ad quas victum voluiſſe ire Sertorium a Salluſtio in Hiſtoriis eſſe traditum, ſcribit in librum Epodon Horatianus interpres, ſive is Acron eſt, ſive Porphyrio. Sed ſilentio praetereundum non eſt, me pro, *ſatis conſtabat*, ſcripſiſſe, *ſitas conſtabat*. Quod ne cui paullo humaniori non probem, non timendum mihi eſſe exiſtimo. Carrio. Multae ſuper hoc loco doctorum opiniones. Aldus Manutius nono, Ludovicus Carrio ſexto Hiſtoriarum libro adſcripſit. Colerus inter incerta referendum cenſuit. Nos vero cum videremus in quibuſdam Nonii codicibus IX. in aliis XI. in aliis VI. Hiſtoriarum libro tribui, ad quartum relegandum putavimus. In MS. fuit IV. quod non intelligentes inepti illi librarii in VI. in IX. in XI. mutaverunt, quae omnia ex hac priori ſcriptura manaſſe nemo paullo humanior negabit. neque vero mihi cum doctiſſ. Colero ut veriſimile,

Cris-

Digitized by Google

dibus ſitas, conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius.*

Serum bellum in anguſtiis futurum. *Junius Philarg. ad Georg. Virgilii.*

Illi tertio menſe pervenere in Pontum multo celerius ſpe Mithridatis. *Aruſianus.*

Ergo ſenati decreto ſerviundum ne ſit. *Donatus* Act. II. ſcen. 11. *Andr.*

Pompejus oris inprobi, animoque inverecundo. *Suetonius de claris Gram.* cap. XIV.

Si-

Criſpum ultra V. Hiſtoriarum libros conſcripſiſſe, perſuaſis auctoritate Grammaticorum, qui ſane non inſuper habuiſſent, verborum a communi uſu remotorum delectum, & elegantiam, uti ex ſuperioribus ita & ex his libris, ſi unquam fuiſſent, ſcriptis ſuis inſerere. PUTSCH.

SUOPTE INGENIO ALIMENTA GIGNERE] *Ingenium* ad arva poſt Virgilium tranſtulere Columella lib. X. Mela I. 13. Statius V. 15. & Sylv. II. 2. 45. Claudianus Rapt. 140. verba Columellae ſunt:

Quod ſi nec cœli, nec campi competit humor;
Ingeniumque loci, *vel Juppiter abnegat imbrem.*

Supra:

Tum mihi ferrato verſetur robore Palae
Dulcis humus, ſi jam pluviis defoſſa *madebit.*

Ut Claudianus II. in Eutrop. Defoſſi *verbere terga.* At numquam hoc ſenſu extat apud Virgilium, quem unice ſequitur. Codex Arondel. *defeſſa*, hoc eſt *victa*, *fubacta*, *domita*. Ovid. Met. XI.

Vaſtius inſurgens decimae ruit impetus undae,
Nec prius abſiſtit feſſam *oppugnare* carinam,
Quam &c.

Lucret.

—— —— ſimulachraque feſſa *fatiſci.*

Laſſam denique *terram* dixerunt, alio ſenſu, Ovidius I. de Pont. Plin. XVII. I. &, *feſſum novale* ipſe Columella:

Pabula nec pigeat feſſo *praebere* novali.

Caeterum pro *gignere* Stewichius ad Apuleium p. 416. ingenioſe ſubſtituit *genere*, quia ita alibi (Jugurth. cap. 5.) Noſter. Habes apud Severum in AEtna, *ingenium ignis*. Apud Sulp. Severum *ingenium mali*. WASSE in *Add.*

SERUM BELLUM] Servius in libro V. AEneid. *Serum* inquit, eſt, *grave: ut*

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

Sic Salluſtius ſerum bellum in anguſtiis futurum. Idem lib. *VI. Serum, eſt triſte.*

Diſtulit in ſeram commiſſa piacula poenam.

Salluſtius: *ſerum bellum in anguſtiis committitur.* Ita quidem vulgo: ſed in vetuſtis, tam in excuſis quam manuſcriptis libris eſt ut editi. CARRIO. *Serum* hic explicant Grammatici crudele atque ſaevum. Virg. V.

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

Valerius Flaccus Argonauticon lib. VI.

Cum Juno AEſonidae non haec ad vulnera cernens
Eſſe viam, nec ſic reditus regina parandos,
Extremam molitur opem, funeſta priuſquam
Conſilia, ac feras aperit rex perfidus iras.

Lege: *nec ſic reditus in regna parandos.* PUTSCH.

ILLI TERTIO] Aruſianus Meſſus: *citius ſive celerius hac re.* Sic enim ibi ſcribendum eſt. Hoc autem fragmentum, etſi non dubito quin ad librum quartum pertineat, quo bellum Mithridaticum deſcribitur, tamen, ut certum, eo referre religio mihi fuit. CARRIO. Puto referendum ad lib. IV. in quo de bello Mithridatico & Ponto. COLER.

ERGO SENATI] Ex Donat. act. II. ſc. 11. And. Terent. ita idem Salluſtius bello Catilinario pag. 34. *Igitur ſenati decreto Q. Marcius Rex Faeſulas, Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca miſſi.* Vide Criticum noſtrum. CARRIO.

POMPEJUS ORIS INPROBI] At de Pompejo dixit Plinius lib. VII. cap. 12. *Illud os probum reddentes.* Eodemque modo Salluſtius ſupra: *Illius probi oris & venerandi.* CIACCON. & URSIN. Suetonius de claris Gramm. cap. 14. *Lenaeus*, inquit, *tanto amore erga patroni memoriam exſtitit, ut Salluſtium Hiſtoricum, quod Pompejum oris inprobi animoque inverecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra lacerarit, laſſaurum, lurconem & nebulonem, popinonemque appellans, vita ſcriptiſque monſtroſum: praeterea triſcorum Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.* CARRIO. Dii Criticis iſtis male velint, vel faciant potius, oris quidem inprobiſſimi, animo

Simulans ſibi alvum purgari. *Iſidorus* lib. XI. *in voce Alvus. Servius ad* lib. III. *AEneid.*

II. Fe-

vero multo invercundiore: qui Salluſtiano ſtigmate non contenti; quo Hiſtoricus ille animi inverecundi notam Cenſoria tetricitate Pompejo in perpetuum inuſſit; nobilem illam, omnibuſque Priſcorum monumentis decantatam oris ejus probitatem, in dubium inſuper vocare ſunt auſi: & quidem, quod indigniſſimum eſt, contra omnium librorum auctoritatem. Atqui, ſi non aliud, at certe Salluſtiana eos ſcribendi ratio a criminatione iſta reprehendere, ac retinere debebat; qui bis eandem rem dicturus non fuit; niſi forte eum ab antiquo ſolemni illo ſuo, quo principem in ipſo virtutis locum obtinere videmus, in hac Hiſtoriae parte receſſiſſe dicamus. Sed hoc veriſimile non eſt: potius crediderim hoc Cenſorum genus, ceteros omnes ex ſuo ingenio probare conſuetos, quoniam ipſis qua ore, qua animo, nihil improbius, nihil confidentius, eo probiſſimum illud caput, Pompejum dico, ſui ſimilem ratos, in hoc Album, atque in has Tabulas retuliſſe, in quas ipſi jam pridem, non ſine multorum & famae, & rei diſpendio, nomina dediſſe convincuntur. Hoc profecto verius, quam ut Criſpum ullius aut tautologiae, aut manifeſti mendacii inſimulare audeamus. Quod hercule ipſi evenire neceſſe fuerit, ſi de eorum, quos dixi, Phormionum ſententia, improbitas oris hoc loco cum animi inverecundia copuletur. Quae duo germana, ac tantum non gemina eſſe res ipſa vociferatur, ſiquidem ita natura comparatum videmus, ut qui os ferreum, frontemque perfrictam gerunt, abeſſe non poſſit, quin iidem animo pariter inverecundo, hoc eſt, in receſſu impudentes reperiantur, & quidem ſemper: non item e tranſverſo, id quod ex hoc Salluſtiano de Pompejo teſtimonio comparebit, ſi tamen ita (ut in reliquis fere editionibus eſt) ad priſtinam formam reconcinnetur: *Pompejus oris probi animoque inverecundo.* Argute ſane, ut in hoc ſcriptore omnia, maxime ob antitheta illa: *animi*, dico, *inverecundiam*: cujus rei teſtes cum primis invidia, atque ambitio Pompeji, quibus idem Lucullo (at cui viro!) victoriam cum imperio modo non e manibus impudentiſſime extorſit: (Nam de Carbonis ter Conſulis, patroni, ſive (ut verius cum Plauto dicam) Genii ſui parricidio, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat differere) ingenuam deinde probitatem, quam in ejus viri ore, ac vultu toto, ſumma cum modeſtia habitaſſe, ſeque non ſine rubore gratioſo, quoties ad dicendum accederet, prodidiſſe extrinſecus, in tantis teſtimoniorum undique affluentium copiis probare neceſſe non habens, unico Plinii modo indicio contentus lectorem abſolvam. Id vero libro XXXVII. cap. 11. legitur ſtiuſmodi: *Imago Cn. Pompeji e margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris, verecundique per cunctas gentes, illa inquam ex margaritis, ſeveritate victa, & veriore luxuriae triumpho.* Douza. Vide quae ſuper hoc loco differit Nobiliſſ. Douza, in Notis ſuis. Putsch. Quibus os rubebat, pro modeſtis & ingenuis habebantur apud vett. & *oris probi* dicebantur. Sic Pompejus ab oris probitate hic commendatur. Vide Salmaſ. ad Spart. Nigr. p. 148. & Domitianus, teſte Suetonio, commendari ſe verecundia oris adeo ſentiebat, ut apud Senatum ſic quondam jactaverit: *Uſque adeo certiſſime animum meum probaſtis & vultum!* Illiſque *verecundum os* eſſe dicitur, quibus rubet. Et qui multum ſanguinis in ore habent, illi modeſti, illi probi audiant. Plinius lib. I. Ep. 14. *Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa.* Item lib. V. Ep. 17. *Commendabat haec vox ſuaviſſima; vocem verecundia: multum ſanguinis, multum ſollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis.* Ita Horatius verecundum colorem, pro *rubido*, illo ſenſu poſuit:

Fugit juventus & verecundus color.

Vicißim pallidos & mali coloris homines impudentes fere, & inverecundos ducebant, dicebantque; niſi ille pallor ex ſtudiorum contentione contractus videretur. Martialis:

Eſſet, Maxime, cum mali coloris
Verſus ſcribere coepit Oppianus.

Malus color & *nequam*, hic dicitur de pallido luteoque. Ceterum ex colore infirmum admodum argumentum peti virtutis aut vitiorum, vel ſolo hoc exemplo Pompeji, Salluſtius demonſtrat, vel Domitiani Tac. in Agr. cap. 46. ubi Principem illum *rubore* ſcribit, *contra pudorem ſe muniſſe.* Vid. Vird. Rupert. Schottl membranae, *animo verecundo*, at receptam lectionem cur Douza immutet non video. Lenaeus enim jure meritoque in Salluſtium invehitur, quod bis mentiretur, tam nempe de ore quam de animo patroni. Si enim, ut revera erat, probioris & inverecundi animi Pompejus habebatur, quid erat cur vero tantopere offenderetur Lenaeus? Wasse.

Animoque inverecundo] AEmulatus in Macrino Capitolinus cap. 11. *animi atque oris inverecundi.* Unde praeſens lectio optime contra Douzam aditruitur. Wasse.

Simulans] Iſidorus lib. XX. in voce, *alvus*, &

II. Fecit ut nunciis confeſtim lugubribus. *Cariſius* lib. II.

Communem habitum tranſgreſſus. *Priſcianus* lib. XIV.

Inter arma civilia aequi boni famam petit. *Seneca* lib. XX. Epiſt. 115.

Haud inpigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad And. Terentii* Act. I. ſc. 11.

Feſtinantibus in ſumma inopia Patribus. *Idem ad Eunuch.* Act. IV. ſcen. 3.

Hoſtes oppreſſi, aut delapſi forent. *Iſidorus* lib. XVIII. De Triumphis facinus fecit.

Exercitum argento fecit. *Seneca* lib. XX. epiſt. CXV.

Togam paludamento mutavit. *Iſidor.* lib. XIX. In voce, paludamentum. *Servius.*

Hie-

& Servius lib. III. AEneid. Virgil. apud quem in vulgatis aliquot libris eſt: *ſimulans alvum purgare.* CARRIO. In Servio eſt, *Simulans alvum purgare.* Sane bene, atque (ut multa paucis proloquar) Salluſtianum in morem. hoc eſt, adſtricte, ut ejus hiſtorici omnia. cui ſimile Tibullianum illud: *Mox ſimulat tranſire domum.* Item apud Tullium: *Ulyxes furere aſſimulabat.* putoque eum de Mario loqui, qui (ut Plutarchus in vita ejus tradit) cum ſub noctem eum principes civitatis adiſſent, atque in Saturninum concitarent, his inſciis admiſit illum altera janua. Mox alvi profluvium apud utroſque cauſſans, modo ad hos, modo ad illum in aedibus tranſcurrit, eoſque ita inter ſe commiſit atque inflammavit. Scio, ſtatim hic mihi objectum iri, facinus iſtud Marianum (quod a Plutarcho commemoratur) multis annis ante Lepidi & Catuli conſulatus (unde Hiſtoriae hujus initium Salluſtium feciſſe, cum ex principe primoris libri Fragmento, tum ex Auſoniano Protreptico compertum habemus) eveniſſe. quae mihi plane conteri lubet. Sed quid vetat paulo altius Hiſtoriam ſuam repetiviſſe Salluſtium, quo videlicet ad mox futura porro inſtructior veniret lector? cui opinioni ſtabiliendae, & Jugurthini & Catilinarii belli, ultima ex origine deducti, exordia eſſe poſſunt. niſi quis haec ad dedecorem Carbonis exitum referri maluerit, quem idem Plutarchus narrat, poſt quaeſtiones a Pompejo aſpere in eum ac violenter pro tribunali exercitas, abduci inde, ac trucidari juſſum, ut gladium ſtringi vidit, locum & ſpatium breve ad alvum exonerandam ſibi concedi poſtulaſſe. DOUZA.

FECIT UT] Idem Cariſius lib. II. in quo hiſtoriae numerus a vetuſtate deletus eſt. *Confeſtim* autem interpretatur Statilius Maximus, *ordine & ſine intermiſſione.* CARRIO.

COMMUNEM] Priſcianus libro XIV. *tranſgredi idem eſt quod ὑπερβαίνειν.* ſic Salluſtius dixit, *transgreſſus*, pro *ſupergreſſus.* CARR. Haec in magnum Pompejum convenire, credi quid vetat? DOUZA. Hegeſippus alludit I. 27. *Julius Caeſar quia* privati habitum ſupergreſſus *fuerat*, *in Senatu graves poenas dedit.* Ibi C. C. C. *viribus* pro *urbibus.* &, *mandata* pro *commiſſa* C. C. C. & Pub. aeque bene. Infra: *acta jam* pro ſenecta Edit. Baſil. 1532. Supra, *ſimulans alvum:* Servius omittit *ſibi*, optime. WASSE in *Add.*

INTER ARMA] Annaeus Seneca lib. XX. Epiſtol. 115. *Arruntius*, inquit, *non temperavit quin hoc primo ſtatim libro poneret.* CARR.

NEQUE ME DIVERSA PARS, CIVILIBUS] Ad librum primum (vid. ſupr. p. 2. quare hic in Textu omiſſa ſunt) Hiſtoriarum haec retuli, ubi ſe vere ſcripſiſſe omnia teſtabatur, quemadmodum ſupra in Catilina: *Statui res geſtas Populi Romani, ſtrictim ut quaeque memoriae digna videbantur perſcribere, eo magis quod mihi a ſpe, metu, partibus Reipublica animus liber erat.* PUTSCH.

HAUD INPIGRE] Ex Donato And. Terent. act. I. ſc. 11. CARRIO.

FESTINANTIBUS] Idem Donatus Eunuch. Act. IV. ſc. III. CARRIO.

HOSTES] Iſidorus lib. XVIII. de triumphis. CARRIO. Lego *dilapſi*, i. e. diſſipati & diſturbati. COLERUS.

EXERCITUM ARGENTO FECIT] Simili modo dixit Tacitus lib. V. *Ac mutis qui auxilia mercede faceret.* CIACC. & URSIN. Seneca lib. XX. Epiſt. 115. *Hoc*, inquit, *Arruntius amare coepit, & poſuit omnibus paginis.* CARRIO.

TOGAM] Iſidorus lib. XIX. in voce, *paludamentum.* CARRIO.

TOGAM PALUDAMENTO MUTAVIT] Hoc eſt a

Hiero rex Syracuſanorum bellum fecit. *Seneca.* Lib. XX. Epiſt. CXV. Ibi triennio fruſtra trito. *Servius ad* IV. *AEneidos.* Ad, *Qua ſpe Libycis teris otia terris.*

Oratio C. Cottae Conſulis ad Populum.

III. Quirites, multa mihi pericula domi, militiae multa adverſa fuere; quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis, & virtute mea: in quis omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labos. Malae, ſecundaeque res, opes non ingenium mihi mutabant. At con-

pace ad bellum migravit. Togis enim in pace utebantur Romani; ubi bellum advenerat, paludamentis. & Paludati in libris Auguralibus, armati. Feſtus: *Paludati in libris Auguralibus ſignificat, ut ait Veranius, armati, ornati, omnia enim militaria ornamenta paludamenta dici.* Ita quoque accipio notiſſimum Lucilii verſum:

Pons paludatus ſtabat rorariu' velox.

Emendandus quoque Servius ad illa Maronis:

——— *Veſtro ſi munere tellus*
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.

Glandem vero mutavit ariſta, ita ait, ut: totam paludamento mutavit. lege *ut Togam palud.* reſpicit locum hunc Salluſtii. PUTSCH.

HIERO] Idem Seneca loco proxime nominato. CARRIO.

IBI] Servius lib. IV. AEneid ad illud, *aut qua ſpe Libycis teris otia terris: teris*, inquit, *eſt, per negligentiam conſumis. Salluſtius: ibi triennio fruſtra trito.* CARRIO.

QUIRITES] Haec oratio dicitur C. Cottae conſulis: quod ex eo patet, quod ipſe in ea dicat, *C. Cotta Conſul.* Offendi tamen in Epitomatis L. Flori, quod M. Aurelius Cotta Conſul, ad Chalcedoniam praelio a rege victus eſt, rexque, a Pompejo & Metello victus. Itemque judicia per M. Aurelium Cottam, ad equites Romanos tranſlata ſunt: quo tempore Mithridates deſperatione rerum ſuarum ad Tigranem, regem Armeniae, confugit. Unde ſive idem Cotta ſit, ſive alius, certum eſt, quod poſtquam male ab eo pugnatum erat, & rurſus in patriam ac civitatem receptus erat, hanc orationem habuit: in qua commiſerationem populi ex Infortunio ſuo & voluntaria (ſi exigatur) devotione implorat. BAD. Oratio C. Cottae conſulis ad populum ut tolerent adverſa. quam inſcriptionem ea verba orationi hac extrema poſita ſatis videntur confirmare: *Adſum en C. Cotta Conſul.* ex quo autem Hiſtoriarum libro, nondum cogitando aſſequi potui: dubitavi aliquando, neque dum poſſum ſtatuere, e tertione an potius e quarto Hiſtor. lib. haec olim fuerint exemta. nam & tertio libro frequens Cottae mentio eſt: & quarto Mithridates etiam Cottam nominat. quamquam ibi Marcus; hic vero, niſi nos libri fallunt, Cajus appellatur. & ſane, ſi in re incerta omnino aliquid ſtatuendum eſt, malim haec tertio quam quarto Hiſtoriarum libro dare. duobus enim annis continuis e Cottarum familia & gente Aurelia conſules fuerunt, anno nempe U. C. DCLXXVIII. quem tertio libro noſter deſcripſiſſe videtur, *L. Octavius Cn. F. Cn. Nepos* collegam habuit *C. Aurelium M. F. C. ni fallor, nepotem Cottam*, ſequenti deinde anno Coſſ. fuerunt *L. Licinius L. F. L. N. Lucullus*, & *M. Aurelius M. F. C.* ni fallor, nepos *Cotta*. de quibus quarto libro egit Salluſtius. CARRIO. Oratio haec ſine dubio ad lib. III. referenda eſt. COLERUS.

MILITIAE MULTA ADVERSA] Vaticanus, *militiaeque multa adverſa*. ſed libenter, uti ſupra dixi, hujuſmodi copulas Salluſtius omittit. CARRIO.

IN QUIS OMNIBUS] Ita correxi: correctionem Vaticanus probat, etſi in allis libris eſt, *inquibus*, vitio e literarum inter ſe colliſione orto. CARRIO.

NEQUE ANIMUS] Fabri & Briconeti; *nunquam animus*. CARRIO.

NEQUE DECRETIS LABOS] Sic recte, contra quam Schurrerius impreſſit. nam teſtatur in primum AEncidos Servius, ubique paene Salluſtium *labos* dixiſſe, pro *labor*. RIV.

OPES NON INGENIUM MUTABANT] Vide Lipſ. ad Sen. de Tranq. animi cap. 2. pag. 301. ubi docet, ad incerta & externa mutari, characterem eſſe imperiti. Adde Lipſ. de Conſt. Sap. c. 5. p. 345. Morell. in Stat. pag. 159. & 160. e Plauto. Pertinet huc hiſtoria Blaſii Melanenſis, qui Montis Petroſi, arcis fortiſſimae, Caſtellanus, cum Agnolus Bergolenſis, Flaminiam, quantum Florentinis patebat, hoſtiliter admodum vaſtaret, arcem-

Digitized by Google

contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Praeterea senectus, per se gravis, curam duplicat: cui misero, senecta jam aetate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam si parricida vestri sum, & bis genitus hic Deos Penates meos, patriamque, & summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo?

arcemque dictam oppugnaret, ignibus in eam conjectis, & arcis pleraque jam haurientibus, undique ab hoste circumseptus, claususque, neque arcem ultra defendi posse animadvertens, ex ea castri parte, quam ignis nondum depascebat, paleas, lodices, aliaque id genus dejecit, quae filiolos duos, itidem dejectos, exciperent: tum, *Accipite*, inquit ad hostes, *ea quae a fortuna mihi ablatigere bona, quaeque mihi auferri a vobis queunt: Ea vero quae in animo meo reposita sunt, inque quibus gloria atque decus consistit, ea ego nec Vobis dare, nec Vos eripere mihi potestis:* Haec Piccart. d. 1. c. 1. Obs. Hist. V. etiam Cic. lib. V. epist. 15. pag. 524. & Orat. post red. ad Quir. cap. VIII. lib. III. ad Att. ep. 5. f. RUPERT.

PRAETEREA SENECTUS, PER SE GRAVIS] Imo AEtna gravior. Intellexit Comicus apud quem Dor. in Mercatore A. IV. sc. 1. 5. 6.

——— *quin is ocius?*

SR. *Neque mecastor: tantum hoc oneris est, qui fero.*
DOR. *Quid oneris?* SR. *annos octoginta & quatuor.* RUPERT.

SENECTA JAM AETATE] ita emendavi; cum antea legeretur *acta jam aetate.* id enim, praeterquam quod antiquiores editiones agnoscunt, Servius etiam probat; qui ad lib. XI. AEneid. ita scribit: *senecta aetas recte dicitur. Sallustius: senecta jam aetate.* qui locus quin huc referendus sit, quis est qui dubitet? sic etiam libro quinto Lucretius: *aetate senecta.* CARRIO. Ita postrema Crispi editio, perperam; praestertim cum idem verbum; *Senectus*, inquam, praecesserit modo: imo adeo contra omnium exemplarium fidem: in quibus plane & probe usque adhuc, *acta jam aetate*, editum. quod ita temere de sede sua solicitandum non fuit. Itaque restituatur quam primum illuc unde pedem attulit, me auctore. nec enim de quavis mala aetate, sed de praecipitata, devexaque, hoc est, effeta ac decrepita senecta intelligendum autumo. Confirmat opinionem meam locus huic prorsus consimilis oratione ad Caesarem: *Non orbi liberi, non parentes exacta aetate.* Item bello Jugurthin. de Micipsa quod scribit: *Exacta aetate sua, & parvis liberis.* DOUZA. Antiquiores edd. agnoscunt, *Senecta*, & Servius ad AEn. XI. ex Sallustio citat. Utitur & Lucretius. WASSE. Cortius reposuit *acta*, sed malim *exacta*, quod numerosius, & facilius in *senecta* degenerare potuit. HAVERC.

ET VOBIS GENITUS HIC DEOS PENATES MEOS] Verba sunt ex oratione C. Cottae. Sed in vet. cod. qui est apud me, pro, *vobis genitus*, est *bis genitus*; quod non dupliceet; nam infra dixit: *Vos Quirites rursus mihi patriam, Deos penates, cum ingenti dignitate dedistis.* & Cicero lib. III. ad Atticum, diem, quo ab exsilio revocatus est, *natalem suum* appellat, cum ait: *Natalem diem reditus mei, cura ut in aedibus tuis amoenissimis agam tecum.* CIACCON. & URSIN. Glareani editio, & libri Fabri & Briconeti, *bis genitus.* nonnulli, *vobis genitus.* alii, *bis genitus.* a Vaticano vox *bis*, abest. quod certe aut probo, aut eam quae expressa est, ut veram & rectam scripturam, tueor. neque enim raro fit, ut aut syllabae aut voculae a librariis incuriis & festinantibus omittantur. sed placet lectio Vaticani. CARRIO. Ciacconius recte emendavit: *bis genitus.* Sed ita ante eum Turnebus quoque legerat lib. XXII. cap. 4. COLER. Civilis mors exilium est, quo coelum hoc & spiritus domiciliumque civitatis amittitur. Et quibus coelum illud spiritusque & domicilium urbis, quo carere eos leges aut jussus principum voluerant, reddebatur, *renasci* dicti sunt, non quod restituti melius quoddam fatum sortirentur. Cic. post reditum in senatu: *Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi fratrique meo liberisque nostris natalem constituit.* Idem ad Atticum, lib. IV. Ep. 1. *Alterius vitae quoddam initium ordimur.* Sic qui postliminio ab hostibus revertebantur apud Athenienses, *δὶς πλοῦς*, quasi qui secunda fata ordirentur (una enim imaginaria mortis Parcarum colus jam abruperant) vocati. Alias omnia, quae interitu mortis similitudinem capiunt, analogia quadam etiam *renasci* dicuntur. Ita templa *renata & vere natus orbis* apud autorem Pervigilii. Val. Max. lib. VI. *Justitiaeque promtissimo tenore effecit, ut exitio suo laetari possent, qui sic renati erant.* De Camerinis, qui sub hasta venditi restituti erant, assignatis in Aventino habitandi sedibus. Haec nos docet Gronov. diatr. ad Statium, cap. 12. RUPERT. Quia postliminio renatus videbatur, cum iterum esset patriae datus. BAD. Recte Badius, quod frustra fastidiunt Carrio & alii, qui aut *vobis genitus*, aut sive *bis* sive *vobis* deleri ma-

tuo? cum omnia memorata apud inferos ſupplicia ſcelere meo vici. A prima adoleſcentia in ore veſtro, privatus, & in magiſtratibus egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia voluere, uſi ſunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui: avidiſſimus privatae gratiae maxumas inimicitias pro Republica ſuſcepi; qui victus cum illa ſimul, cum egens alienae opis, plura mala exſpectarem; vos, Quirites, rurſus mihi patriam, Deos Penates, cum ingenti dignitate dediſtis.

IV. Pro quibus beneficiis, vix ſatis gratus, ſi ſingulis animam, quam nequeo, conceſſerim. Nam vita & mors jura naturae ſunt: uti ſine dedecore cum civibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Conſules nos feciſtis, Quirites, domi bellique inpediti ſſuma Republica. Namque Imperatores Hiſpaniae ſtipendium, milites, arma, frumentum

ſunt. Iterum genitum ſe ſignificat, quum factione Mariana, quam cum aliis nobilibus fugerat, per Sullam oppreſſa, in Urbem redit: ut Cicero quoque ſuum ab exilio reditum παλιγγενεσίαν vocat. In eandem ſententiam eunt Turnebus, Ciacconius, Colerus. Qui quoniam omnes eadem dicunt, unum iis addam proprie noſtrum, locum videlicet Ciceronis in Bruto poene extremo: *Sed me cupidiſſimum audiendi primus dolor percuſſit, Cotta cum eſt expulſus.* Et paulo poſt: *Tumultus interim pro recuperanda republica & crudelis interitus oratorum trium Scaevolae, Carbonis, Antiſtii: reditus Cottae, Curionis, Lentulorum, Pompeji.* Gronov.

Cum omnia memorata apud Inferos supplicia] Ex eadem oratione haec quoque ſunt. Sed vet. cod. meus habet: *Quin omnia, &c.* Ciacc. & Ursin. Vaticanus; *quin omnia*, ſimile eſt in Catilinario in oratione Caeſaris. Carrio. MSS. *quin omnia.* Ciacc. Et Carrio ex Vaticano. Vid. Orationem Caeſaris in Catilinario. Wasse.

In ore vestro] Editio antiqua; *more veſtro.* inepte. ſimile vitium apud Tacitum emendavit Lipſius noſter lib. Hiſtoriarum III. *non parare arma, non alloquio exercitioque militem firmare, non in ore vulgi agere.* ſic poſtea Salluſtius: *in ore gentibus agens, populo, civitati.* Carrio.

Callidam facundiam] Videtur legendum: *Caninam facundiam*, non *callidam facundiam.* Nam Nonius in *Rabula* ſic citat id fragmentum, quod modo indicavimus: *Salluſtius*, inquit, *Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.* Columella in operis praefatione: *Sed ne caninum quidem, ſicut dixere veteres, ſtudium praeſtantius, locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus, neglectum a majoribus, a nobis etiam conceſſum intra moenia, & in ipſo Foro latrocinium?* Iſidorus de ſummo bono lib. III. cap. 60. quid ſit canina facundia, docet, cum ait: *Antiqui Forenſem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quod cauſidici in certaminibus cauſſarum, omiſſis quae agunt, veluti canes, alter alterum ſeſe lacerant, jurgiaque cauſſarum ad injurias ſuas commutant.* Prudentius in Hamartigenia:

Inde canina Foro latrat facundia toto.

Videnda quae infra notavimus ad fragmentum: *Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur.* Ursin. Sunt qui, *caninam facundiam*, Salluſtium ſcripſiſſe exiſtiment. quod diſſentientibus libris nondum probare poſſum. Scio quidem a Salluſtio Ciceronis facundiam, ſeu potius ab Appio, ita appellatam fuiſſe: ſed quid ad rem? Carrio. Non legendum hic, ſed intelligendum *caninam facundiam* exiſtimo, licet & illo modo locutum Salluſtium conſtet. Lactantius lib. VI. cap. 18. *Cicero caninam illam facundiam, ſicut Salluſtius ab Appio dictum refert.* Porro illud imitatus eſt etiam Hieronymus lib. I. epiſt. IV. & epiſt. XCIV. ad Auguſtinum. Coler. H. e. *forenſem.* Tacit. de Agr. cap. 12. *Calliditatem fori non exercuit.* Rupert.

Maximas pro Rep. inimicitias suscepi] Dixi pl. ad Catilin. cap. 52. Rupert.

Qui victus cum illa simul] Verba ſunt ex eadem oratione, pro quibus vet. cod. habet: *queis victus.* Ciacc. & Ursin. Vaticanus; *queis victus.* Carrio.

Deos Penates] Vaticanus *deoſque Penates.* ſane rotundius. Carrio.

Jura naturae] Ita Vaticanus. alii; *jure naturae.* Carrio. Hoc eſt: vita & mors ſunt communia naturae dona; e contra: ut integer fama & fortunis agas, & in pace inter tuos moriaris, ea civibus

tum poſcunt: & id res cogit; quoniam poſt defectionem ſociorum, & Sertorii per montis fugam, neque manu certare poſſunt, neque utilia parare. Exercitus in Aſia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hoſtium eſt: nec minus Italiae marituma, & provinciarum: cum interim vectigalia parva, & bellis incerta, vix partem ſumtuum ſuſtinent: ita claſſe, qua commeatus vehebatur, minore quam antea navigamus.

V. Haec ſi dolo aut ſocordia noſtra contracta ſunt, agite, &, uti lubet, ita ſupplicium ſumite: ſin communis fortuna aſperior eſt, quare indigna vobis, nobiſque, & Republica incipitis? Atque ego, cujus aetati mors propior eſt, non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur. neque mox

bus ſupremam poteſtatem habentibus accepta referuntur. WASSE in *Add.*

QUONIAM POST DEFECTIONEM] Scribo ex libris omnibus, *quoniam defectione ſociorum, & Sertorii per montes fuga.* quorum poſtrema in omnibus, maxime tamen Glareani libris, ſunt corrupta: in quibus eſt; *& Sertorii per montes, neque fuga, neque manu certare poſſis, neque utilia parare.* quod alii corrigentes legunt; *& Sertorii per montis juga neque manu certare.* Utrumque abſurde ἢ ἀπεφάσιστως. CARRIO. Ita noviſſimae editiones; priores vero ſic: *Quoniam defectione ſociorum.* cui ſcripturae brevitatis cauſſa ſubens mehercules aſſentior. Sed ibi, *Neque fuga, neque manu,* legitur corrupte, uti ego arbitror: prius enim *neque* inducendum, reſcribendumque: *Et Sertorii per montes fuga; neque manu, &c.* DOUZA.

NEQUE UTILIA PARARE] Quid ſi *patrare*, legas? CIACC.

MACEDONIA PLENA HOSTIBUS EST] Venetum, *hoſtium eſt.* quomodo & Argentoratenſe: tametſi quod ad ſenſum attinet, parum refert, utrum legas. RIV.

PARVA] Quia dum bella geruntur, non poſſunt vectigalia tam abunde colligi: & ſi colligantur, in periculo ſunt, ne interciplantur. BADIUS.

BELLIS INCERTA] Supple *ex bellis*, i. e. propter bella. WASSE.

ITA CLASSE QUA COMMEATUS VEHEBANTUR] Illi libri, *ita claſſe, quae convehebat:* & *ita*, pro, *praeterea*, poſitum videtur. CIACCON. & URSIN.

QUA COMMEATUS VIDEBATUR] Pulcherrime Fabri & Briconeti; *quae commeatus tuebatur.* neque quicquam pote verius. CARRIO. Non hercle percipio quid velit, (ita ſeptuoſe dicto a Cotta datur) & vereor ſincere ſatis haec devotionis formula concepta ut ſit, nec ipſis (ſat ſcio) Quiritibus intellecta: ſi tamen ita legendum, ac non potius, quod mihi ſub acumen ſtyli natum, in mentem venit modo, verbis aliquantum tranſpoſitis ad hoc exemplum: *Ita claſſe, quam antea commeatus vehebatur, minore navigamus:* ut ſignificet Conſul eo anguſtiarum redactos Romanos, ut navium armatarum, ſeu bellicarum numerus jam minor ſit, quam antea claſſis fuerat, qua commeatus tranſvehebantur. DOUZA. Ita navigamus claſſe minore quam ea qua commeatus antea vehebatur. CRISP. Male diſtracta credo *ſuſtinent*, & *ita*. lego: *vectigalia parva* &c. *vix partem ſumtuum ſuſtinentia; claſſe, quae commeatus tuebatur, minore quam antea, navigamus.* HAVERC.

AGITE, UTI LIBET, ET ITA SUPPLICIUM SUMITE] Vett. libri, *agite ut monet ira, & ſupplicium ſumite.* CIACC. & URSIN. Vulgo, *agite ut lubet. & ita ſupplicium ſumite.* vera ſcriptura etiamnum in Vaticano eſt; *agite, uti monet ira, ſupplicium ſumite.* cujus lectionis veſtigia in vetuſtiſſima editione exſtant haec; *agite uti non & ira ſupplicium ſumite*; proxime a vero: maxime cum omnes omnino libri *ira* habeant. niſi forte illud *lubet*, in *jubet* mutari placet. CARRIO.

SIN COMMUNIS FORTUNA ASPERIOR EST] Vide hic notam ad Flori, lib. II. cap. 6. § 53. RUPERT.

QUARE INDIGNA VOBIS, NOBISQUE ET REIPUBL. INCIPITIS?] Venetum & Schurrerianum, *rep.* caſu ablativo. RIV. Fabri & Briconeti; *vobis reque publica.* prorſus Salluſtiane. CARRIO.

NEQUE MOX INGENUO CORPORI H. Q. P. U. S. F. VITAE FECERIT] Illi libri *fecerim*, recte. CIACC. & URSIN. Et hic vitium latet: unde me vix expedio. plerique enim omnes, *neque mox ingenuo corpori honeſtius quam pro veſtra ſalute finem vitae fecerint.* quidam; *finem vitae fecerim.* alii; *neque mox ingenuo corpori honeſtius quam pro veſtra ſalute finem vitae fecerit.* at omnes libri manuſcripti, & quod mirere, vetus editio, *ingenio corporis* hone-

mox ingenuo corpori honeſtius, quam pro veſtra ſalute finem vitae fecerim. Adſum en C. Cotta conſul, facio quod ſaepe majores aſperis bellis fecere; voveo, dedoque me pro Republica, quam deinde, cui man-

honeſtius quam pro veſtra ſalute finem vitae fecerim. nova & ante hunc diem paucis audita loquendi ratio; quae tamen loco quodam Agelliano juvatur, quem in Antiquis poſui: quique ita libro primo, capite primo, Noctium Atticarum, in libro Buſlidiano alioque Pariſienſi pervetere legi, cur: *Plutarchus, in libro quem de Hercule, quali inter homines fuerit animi corporiſque ingenio atque virtutibus ejus conſcripſit.* quod addo, ut homines ineptiſſimi, invento tam praeclaro Salluſtianae orationis exemplo, veterem illam Agellii ſcripturam a nobis primum auctori ſuo aſſertam irridere deſinant. CARRIO. Sic legendum primo docuit Ludovicus Carrio, ex mſ. & veteri editione. locutio rara quae exſtat apud Agellium lib. X. cap. 1. ut docet idem Carrio. ceterum ingenium corporis naturam, ita alibi ingenium loci naturam ejus deſignat. Florus lib. II. *Callidiſſimus imperator patentibus in campis, obſervato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & Eurus ab oriente ſemper quaſi ad conſtitutum flaret.* Tertullianus De habitu mul. *Herbarum ingenia adduxerant.* Gloſſae: *Ingenium, δίφυὰ, φύσις.* PUTSCH. Diſtinguit inter *virum ingenuum* & *Corpus* Criſpinus. Sed ejus ſubtilitas noſtrae rationis aciem fugit. WASSE. Ita libri, at legendum puto *mors*, ut ſit ſenſus: *Atque ego, cujus aetas fato propior, mortem non deprecor, ſi quid ea vobis incommodi demitur; neque mors ingenuo homini liberoque honeſtius quam pro veſtra ſalute finem vitae fecerit.* Corpus pro *homine* uſus Maro AEn. V. 317.

Primus abit, longeque ante omnia corpora *Niſus*
Emicat.

II. 18.

Huc delecta virum *fortiti* corpora *furtim*
Includunt caeco lateri.

Ovidius Met. XIII. 663.

Vitta metu pietas conſortia corpora *poenae*
Dedit.

Heinſius ex auctoritate meliorum Codd. ſcripturam veterem reſinxit in *pectora*, quod quidem in eo loco elegantius. Idem Ep. V.

Turpiter ingenuum *munera* corpus *emunt.*

Horat. I. 35.

Praeſens vel imo tollere de gradu
Mortale corpus.

Juvenalis XIV. 265.

An magis oblectant animum jactata petauro
Corpora, *quique ſolent rectum deſcendere funem.*

Hoc eſt, *petauriſtae.* Ingenuum corpus idem valet atque apud Tacitum *libera corpora*, XII. 17. *Poſtero die miſere legatos, veniam* liberis corporibus *orantes.* Atque ita Graeci ſuum σῶμα. Demoſthenes Philip. III. Τριήρεις γε, ἢ σωμάτων πλῆθος, ἢ χρημάτων εὐπορίαν. Fallitur ergo *Epiphanius* in Anchorato, qui putat hoc vocabulum ſervitio proprie dumtaxat attribui. Sed σώματα, aeque ac ψυχαί, tam ingenuis quam ſervis competit. Epictetus: Ἅλατον ἦν ὀλίγας σιτίσαι πολλὰς ὀλιτούσας ψυχάς. Neque audiendus Pollux, qui σώματα, ſine adjecta voce δοῦλα, pro perſona ſervili neutiquam inveniri aſſerit. Pindarus Ol. IX. 58.

Οὐδ' Ἀΐδας ἀεὶ,
Νέκταρ ἴσχε βάσδαν,
Βρότεια σώματ' ἐ καθέγει
Κοίλαν ἐσω κάγκαν
Θνασκόντων.

Ibi Schol. ταῦτα γάρ, φησι, τὰς ψυχὰς αὐτὰ καθέγει. *Euripides* Heracl. 90.

Τὸν Ἡρακλέους ἴχι τι παρασπάσω
Ἰόλαον; ἢ σῶμ' ἀκίνδυνόν τόδε,

Sophocles Oedip. Tyr. pag. 179.

——— δρᾶσόν γ' ὅ τι, δ' γύναι, κακῶς
Εἴληφε τύμνον σῶμα σὺν τύχῃ κακῇ.

Xenophon Sympoſiac. Ἐάν τις ἐρίζῃ σώματι. Diodorus XX. pag. 743. Ἐξ ὧν αἰχμάλωτα σώματα καὶ λείας πλῆθος ἔλαβον. Praeivere Scriptores Sacri. Nehem. IX. 37. D. Paulus ad Rom. VIII. 23. WASSE in *Add.*

ADSUM EN CAJUS COTTA CONSUL] Similiter L. AEmilius ad Lentulum apud Livium: *Privatim Q. Fabio nuntio, L. AEmilium praeceptorum ejus memorem extitiſſe, & vixiſſe, & adhuc mori, & tu me in hac ſtrage militum meorum patere exſpirare, ne ut reus inteream.* RUPERT. Valerius apud Livium III. 17. Primus en ego Conſul, *quantum mortalis Deum poſſum, te ac tua veſtigia ſequar.* Tacitus An. XII. 18. *Mithridates, terra marique Romanis per tot annos quaeſitus,* ſponte adſum. Q. Septimius II. 21. Conſer Briſſonium de Form. infra: *Feſſa bellis.* Vid. Gudium ad Phaedr. II. 21. Hegeſippum I. 35. Sulpicium Hiſt. Sacr. p. 243. WASSE in *Add.*

CUI MANDETIS] Tacite innuit ſe adhuc utilem fore reipubl. cum non ſit facilis repertu melior. BAD.

Cum

mandetis, circumſpicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunae, & pacis, & belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum ſit. Tantummodo in animis habetote, non me ob ſcelus, aut avaritiam caeſum, ſed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dediſſe. Per vos igitur, Quirites, & gloriam majorum, tolerate advorſa, & conſulite Reipublicae. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores: quos nequicquam abnuitis, & pacis opulentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna, maria, terraeque aſpera, aut feſſa bellis ſint.

VI. Germani intectum renonibus corpus tegunt. *Iſidorus.*

Unde pons in oppidum pertinens explicetur. *Aruſianus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur. *Donatus.*

Et

CUM FORTUNAE ET PACIS, ET BELLI AB ALIIS ACTI RATIO REDDENDA] Illi libri *cum fortunae & maris & belli.* CIACC. & URSIN. Omnes libri, etiam veteres editiones; *Fortunae & maris.* ad rem praeſentem ſatis accommodate. CARRIO.

PER VOS IGITUR QUIRITES ET GLORIAM MAJORUM PRECOR, TOLERATE ADVORSA] τὸ *precor*, non eſt in Veneto, neque in Argentoratenſi. ac rectius abeſſe poterit, nam & alias eodem modo Criſpus. RIV. Vox, *igitur*, non eſt in illis libris. CIACC. Induc de conſilio antiquorum librorum vocem *igitur*, a librariis aut potius ſciolis adjectam. CARRIO.

MULTA CURA SUMMO IMPERIO INEST] Et hic vide notam ad Juſtini lib. XXXIX. cap. 4. §. 3. Tacit. lib. III. Annal. *Principem ſua ſcientia non poſſe cuncta complecti.* Idem. lib. I. *Unius mentem tantae molis capacem eſſe* recte negat. Fr. in Curt. lib. IX. 6. 25. Suet. de Tib. cap. 24. *Principatum recuſavit, nunc adhortantes amicos increpans*, ut ignaros quanta bellua ſit imperium. Ubi Caſaubonus. Vopiſcus de Saturnino: *Et cum etiam animarent vel ad vitam, &c.* Adde Bern. ad Agr. Tac. q. 175. Dreſem. in Iſcan. pag. 88. Bern. in Spec. Bon. Princ. cap. 1. lit. f. RUPERT.

GERMANI] Ex Iſidoro lib. XIX. in voce, *renones:* quem eundem locum intellexit Servius, dum lib. III. Georg. *Saliuſtium veſtes de pellibus renones vocare* ſcripſit. quo de, commentario II. Antiq. lect. diximus. CARRIO.

INTECTUM CORPUS] Saepius *tectum*, quandoque etiam contrarium denotat. Gloſſae: *intectus ἀσκέπαστος*, quo ſenſu Noſter in hoc loco & ubique Tacitus. Seneca de Provid. IV. de Germanis: *Horrenda iniquitas coeli*, intecta corpora. Caeſar de iisdem: *pellibus tegi, quarum propter exiguitatem magna pars eſt corporis* aperta. De Erembis Avienus 279.

Intectique artus *erepunt ardua ſemper*
Culmina ſaxorum.

Qui propterea apud Dionyſium vſ. 965.

Γυμνοί, τ' ἀλύουσιν ἐπηβόλες.

Apulejus III. 46. *omnibus abjectis amiculis, haſtamus denique* intecti *bacchamur in Venerem.* At ſenſu contrario VIII. pag. 141. Edit. Colvianae, *bombicinis linteis* intecti. ſic enim lego pro *injecti.* Arnobius pag. 105. intectis corporibus *atque nudis*; & pag. 108. *ſeminudos aut* intectos. Conſer Hegeſip. V. 44. WASSE in *Add.* Iſidorus lib. XIX. cap. 23. *Renones ſunt velamina humerorum & pectoris uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo biſpida, ut imbres reſpuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum, quaſi reptat, de quibus Saluſtius: Germani intectum renonibus corpus tegunt.* Legerim tamen: *Germani intecti renonibus corpus tegunt.* Intecti enim plerumque corpus erant. Tacitus: *Tegumen omnibus ſagum fibula conſertum. cetera intecti totos dies juxta focum atque ignes agunt.* Et paullo poſt: *Gerunt & ferarum pelles.* Caeſar lib. VI. bell. Gall. *Pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Hoc autem nomen Gallos pellibus ferinis indidiſſe putat Scalig. eruditiſſimus, quod Graeci βλώνας τὰ μάλλα nominent. Nam & ipſos Gallos aliquando Graece locutos eſſe. Germani noſtri etiamnum juvencum ſeu vitulum **Rind** vel **Rund** vocant. COLER.

UNDE] Aruſianus Meſſus: *pertinens in illum.* CARRIO. Huc pertinere arbitror fragmentum ad Feſtum de Ponte ſublicio, lib. IV. Hiſt. COLER.

ET EI] Donatus in And. Terent. Act. V. ſc. 4. CARRIO.

Et Marius victus duplicaverat bellum. *Servius.*

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum disseruit. *Priscianus.*

Inde ortus sermo percunctantibus utrimque: Satin salvae, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis augerentur? *Donatus.*

Fugam nostris fecere. *Seneca.*

Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere. *Idem.*

VII. Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum, & strenuum ostentantes. *Isidorus. Servius* X.

Ven-

Et Marius victus duplicaverat bellum] Sic Tacitus lib. XV. *Audita*, inquit, *interim per Gallias Germaniasque mors Vitellii duplicaverat bellum.* Ciaccon. & Ursin. Servius in Alexi Virgiliano; *duplicat, est auget.* Carrio.

Atque eos] Affert Rufinianus De schemate lexeos. Carrio.

In hunc modum] Priscianus lib. XIV. notat *in hunc modum* Graece a Sallustio, ut pleraque alia esse dictum. Carrio.

Inde ortus] Donatus in Terent. Eunuch. Act. V. sc. 6. ubi male est; *satin salva*: intelligitur enim, *res*. sic enim vetustiores loqui in primo congressu consuerunt. Carrio. Ita apud Livium Lucretiam alloquitur maritus Collatinus. Coler.

Quantis familiaribus copiis augerentur] Unde alii, *agerentur*; ego *agerent* effeci, more loquendi Crispo nostro perquam familiari: & *copias*, commeatum seu annonam militarem interpretor. Douza. Suspicor emendandum esse, *famulatibus copiis*, pro auxiliaribus; quamvis ministros potius dici belli duces, quam milites constat. Alio fragmento *Sallustius: maximis ducibus, fortibus, strenuisque ministris.* Coler.

Fugam nostris fecere] Videndum an legi debeat, *nostri*. nisi illud sit quod alibi citatur, *nostri faeda fuga*; & legendum ex Jugurtha: *Post Auli foedus, & exercitus nostri foedam fugam.* Ciacc. Placeret magis, *Fugam nostri fecere.* Simili paene modo prolatum est illud in Bello Jugurthae: *Post Auli foedus, & exercitus nostri foedam fugam.* Ursin. Annaeus Seneca lib. XX. Epist. 115. *facere fugam.* Carrio.

Quae audita] Idem Seneca ibidem: *facere dedere.* Carrio.

Quo cupidius in ore] Tacit. Hist. III. *Julianus ad Vitellium perductus, & verberibus foedatus, in ore ejus jugulatur.* Sed in Bello etiam Jugurthae Sallustius ita locutus est. Ciacc. & Ursin. Isidorus lib. IX. in voce, *dux*. dicit autem vox aliqua, ab ipso etiam Isidoro fortasse an omissa. Carrio.

Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum et strenuum ostentantes] Caesar lib. III. B. G. cap. 14. *Nostri milites eo facilius superabant, quod in conspectu Caesaris res gerebatur, ut nullum paulo fortius factum latere posset.* Sed ideone semper interesse imperator pugnae debet? Minime gentium. Primum ex Taciti IV. Hist. 85. observandum est, quod prudenter monet Mucianus: *Si status imperii, aut salus provinciarum, in discrimen verteretur, debere Caesarem in acie stare; minora vero bella, minoribus ducibus esse deleganda. Cito gloria obsolescit in sordidis bostibus: nec quicquam indignius est, quam consumi eum, ubi non possit ostendi*, ajunt milites ad Alexandrum apud Curt. lib. III. cap. 6. Adde Fr. ad Curt. lib. V. cap. 6. §. 14. Bernecc. in Germ. Tac. quaest. Misc. LXX. & in Agr. Q. CXCIII. Atque ita Tacit. iter. lib. III. Annal. cap. 47. Tiberium facit excusantem se, cur non ipse, vel Drusus, in Gallos rebellantes, sit profectus, scilicet quia non decorum principibus, si una alterave civitas turbet, omittere urbem, unde in omnia regimen. Quod monitum fuit observatum ab Imp. Carolo M. de quo Bonfin. decad. I. lib. IX. *Pannonicam expeditionem, utpote quae maximi foret momenti, per se suscepit: ceteras per Pipinum filium varioque legatos in Hungaria gessit.* Altera distinctio praesentiae est, *Non ita summum ducem praeliis adesse expedire, ut vitae suae prodigus, ad quaevis periculosa militum sese munia demittat, ec praelio temere immiscat: sed ut saluti suae, hoc est publicae, diligentissime parcat.* Hinc est, quod P. Scipio Africanus cuidam, qui illum parum pugnacem esse dixerat, respondit: *Bene quidem dicis, mater mea me Imperatorem, non bellatorem peperit*, teste Front. lib. IV. cap. 7. *Militares enim & Imperatoriae artes non sunt eaedem*, Liv. lib. XXV. cap. 19. *Divisa sunt inter exercitum ducesque munia: mili-*

Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes, tumulique ſedere. *Iſidorus* initio lib. XIV. *Servius* Lib. II. Georg.

Ubi multa nefande caſu ſuper auſi atque paſſi. *Priſcian.*

Saguntium. *Cariſius* Lib. I. Inſtit.

To-

militibus cupido pugnandi convenit: duces providendo & conſultando profunt. Tacit. lib. III. Hiſt. cap. 20. cui ſimilia collegit Fr. ad Curt. lib. VIII. cap. 13. §. 21. Notandum vero cumprimis eſt hic Stratagema Joannis Corvini apud eund. Bonfin. dec. III. lib. V. *Cum Turca Tranſſylvaniam invadens mandaſſet ſuis, ut initio ſtatim pugnae, Corvinum potiſſimum circumvenirent, ac trucidarent; Ille de hoſtis conſilio edoctus, cum Simone quodam (nobile Ungaro) equum armaque commutat, nec Simon pro amico mori recuſat, ut fato ſuo liberatorem Reipublicae conſervaret. Turcae igitur Simonem, Corvini arma ferentem, circumveniunt, & trucidant una cum filio. Corvinus inſigni potitur victoria.* RUPERT.

VENTIS PER CAVA TERRAE] Tacitus de terrae motu, *Neque ſolum in tali re effugium ſubveniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur, ſediſſe immenſos montes, viſa in arduo quae plana fuerint, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant.* Vide Iſidorum lib. XIV. cap. 1. Seneca in Nat. Quaeſtion. *Ventis in abdito tumultuantibus.* Apulejus: *Spiritus per terrae concavas partes errantes, concuterent ſolida terrarum.* Ceterum huic fragmento addendum illud lib. IV. videtur, quod eſt pag. 175. *Atque biavit humus multa, vaſta & profunda.* CUACC. Huc fortaſſe pertinet fragmentum, quod ſupra lib. IV. habetur ex Nonio: *Atque biavit humus multa vaſta & profunda.* Nam Salluſtius agebat hic, ut apparet, de ingenti quodam terrae motu, & fortaſſe de eo, de quo Athenaeus facit mentionem lib. III. ex hiſtoriis Nicolai Damaſceni, in quibus ſcriptum erat: Ἀνεφάνησαν ἐπὶ τὸν χῶρον αὐτῶν λίμνη τε οὐ σφόδρα οὖσα, καὶ πόλεμοι καὶ ἄλλη συμφορὰ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀπωχθέσθη. Ad Salluſtii certe locum reſpexit Tacitus, cum dixit de terrae motu quodam lib. II. *Neque ſolitum in tali re effugium ſubveniebat in aperta prorumpendi, quia deductis terris hauriebantur, ſediſſe immenſos montes, viſa in arduo, quae plana fuerant, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant.* URSIN. Idem Iſidorus initio libri XIV. & Servius lib. II. Georg. eſt autem vulgo; *per concava terrae praecipitati, rupti aliquot montes, tumulique ſedere.* vetus codex qui eſt a doctiſſimo viro Martino Antonio Delrio; *ventis per cava terrae concitatis, ruptique aliquot montes, tumulique ſederunt.* alter optimi & amiciſſimi Theodori Pulmanni; *venti per concava terrae citati.* tertius Parcenſium habet ut expreſſimus. recte, opinor; ſic enim ſcribit Servius, *de terrae motu variae ſunt opiniones. nam alii dicunt ventum eſſe in concavis terrae, qui motus eam movet.* & a Servio, ut ab aliis alia, mutuatus Iſidorus; *terrae motum quidam dicunt ventum eſſe, qui movet eam movet.* CARRIO. Hegeſippus III. 26. *unde non latenti jam, neque abdito* per cavos terrae meatus. Tentabam ex ingenio: *cava* & *meatu*, quomodo jam invenio in membranis C.C.C.B. Pub. infra: pro *ita*, habet *aër* C.C.C. optime quidem. WASSE in *Add.*

UBI MULTA] *Cenſorinus*, inquit Priſcianus libro decimoquarto, *de accentibus ſic ſcribit: ſuper, praepoſitio eſt apud Virgilium primo AEneid.*

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Salluſtius vero in Hiſtoriis adverbium hoc protulit: Ubi multa nefande caſu ſuper auſi atque paſſi. ſed mihi videtur Salluſtius quoque loco praepoſitionis hoc praepoſtere protuliſſe. haec Priſcianus. quorum poſtrema ita in eo ſcribuntur quaſi Cenſorini ſint, non Priſciani: cum tamen Priſcianus ab illo in alia omnia diſcedat, & hic praepoſitionem, poſtpoſitionem, Graeca figura, factam eſſe velit. hinc etiam, *caſu*, non *caſus*, quod vulgo eſt, ſcribi, & poſtremas duas voces, quae ab editionibus abſunt, ex veteribus libris adjici oportere judico. An autem hic Cenſorinus, cujus de Grammatica, de accentibus, aliiſque eodem pertinentibus Caſſiodorus non ſemel libros nominat, idem ſit cum illo, cujus de Die Natali volumen multis defectibus ſuppletis locupletius, lociſque infinitis correctius brevi in lucem dabimus, dubitare me non nego. CARRIO.

MULTA NEFANDE, CASU SUPER AUSI] Huc ſpectant illa *Sulpicii* Hiſt. Sacr. II. 30. *Quin omnia* nefanda inſuper auſi, *ne humanis quidem corporibus pepercerunt.* D. Hieronymus Ep. XVI. 5. ad nefandos cibos *erupit eſurientium rabies.* MSS. Priſciani unus, *ſuper bauſi.* Alter, *nefanda multa* &c. *ſparſi.* WASSE in *Add.*

SAGUNTIUM] Huc poſſunt referri, quae refert Hieronymus in Commentario Abacuc, cum ait: *Criſpus loquitur in Hiſtoria: Saguntini fide atque aerumnis inclyti, per mortalium ſtudium majores, quam opibus, quippe qui etiam tum ſemiruta moenia, domus intectae, parieteſque temporum ambuſti, manus Punicas oſtentabant* URSIN. Pro *Saguntinorum* dictum eſſe notat Chariſius lib. I. Sed vix eſt ut

Tota autem insula modica, & cultoribus inanis est. *Martianus.*
Inmodicus animi. *Arusianus Messius.*
Pugnam illam pro omine belli futuram. *Servius* in lib. X. AEn.
Tantum antiquitatis, curaeque majoribus pro Italica gente fuit. *Idem.*
Opprobrii gratia. *Agraetius* De Orthographia.
VIII. Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris. *Diomedes* lib. II. cap. 6.
Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus* in Act. I. sc. 3. *Phorm.*

In

credam bellum Saguntinum in Historiis descripsisse Sallustium, cum a Lepido & Catulo, usque ad bellum Catilinarium scripserit. Videtur aliquis pro concione apud Sallustium, aut alia quacumque oratione aut epistola Saguntinorum meminisse. Extat aliud de Saguntinis pulcherrimum fragmentum apud Hieronymum in Habacuc Prophetam, quod inter Sallustiana fragmenta primus, nisi fallor, recenseo; id vero tale est: *Crispus loquitur in Historia: Saguntini, fide atque aerumnis inclyti, per mortalium studium majores, quam opibus; quippe qui etiam tum semiruta maenia domus intectae parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant.* Cujus tamen loci structura semiruta non minus, quam ista maenia, qui restituerit, palmam secundam habeto. Coler. Sallustii fragmentum ita constitue, distingue & lege, sartum tectum habebis, facilius certe, quam semiruta Saguntinorum maenia: *Crispus loquitur in Historia: Saguntini, fide atque aerumnis inclyti; per mortalium studium* (id est, fama nominis & Scriptorum celebratione) *majores quam opibus: quippe quis* (pro *quibus*) *etiam tum semiruta maenia, domus intectae, parietesque templorum ambusti, manus Punicas ostentabant.* Quo plane modo postea deprehendi emendasse Putschium cap. XVIII. in fine. Haverc. Carisius libro I. instit. Gramm. *Saguntinorum Caelius, Saguntium dixit Sallustius: ut Paulus in Caelii Historiarum libro* I. *notat.* Carrio.

Tota autem] Martianus libro quinto, *si brevis*, inquit, *fuerit monosyllaba; iambus aut anapaestus antecedat: ut ait Sallustius, Tota autem, &c.* eadem sunt apud Consultum Chirium (sive Curium) Fortunatianum libro tertio Rhetoricorum. ut quidem vulgo, & in ipsa etiam Nannii castigatione editus est: duplici profecto vitio. nam & ea quae de officio oratoris agunt, usque ad elocutionem, D. Augustini, non Fortunatiani, sunt; & quae dehinc consequuntur, a nebulone nescio quo, ad verbum ex Martiano translata & illis fuerunt adjecta. ita homines male industrii ex diversissimis liquoribus egregium istum cinnum temperarunt. Carrio.

Cultoribus inanis] Martianus Capella V. pag. 196. *cultibus variis.* Et sic Codd. scripti quos viderim, pro *injecta corpora.* Diomedes Edit. Putschianae rectius habet *intecta.*

Inmodicus animi] Tacitus Hist. I. huc respexit, cum dixit: *Corpore ingens; animi modicus.* Ciacc. & Unsin. Arusianus Messus: *immodicus hujus rei.* Carrio. Ita Hegesip. I. 15. pro *omine* Servius Lucii, *omnibus.* Sensum τῦ *sedere* optime & eleganter exprimit Achmetes Oneirocr. cap. 144. Ὅτι ἐν᾽ ἑστῶτι ΚΑΤΕΠΟΝΤΙΣΘΗ τὴ τόπῳ. Wasse in *Add.*

Pugnam] Ex Servio lib. X. AEneid. apud quem est *bello*, pro *belli.* Carrio. Lectio ab hoc loco aliena, nihilque ad Genium Sallustianae antiquitatis faciens, quam hoc modo me conjectore restituas licebit: *Tantum anxietatis, curaeque, &c.* Douza. Legunt viri docti, *tantum anxietatis*, refragrante Servio ad II. Georg. Antiquasque Domos, *aut revera antiquas aut claras, ut Sallustius, Tantum antiquitatis, &c.* Putsch. Cum Servio tamen *antiquitatis* retinendum existimat Gronovius ad Liv. lib. I. cap. 32. Wasse.

Tantum] Idem Servius lib. II. Georg. notat, *antiquitatis.* Carrio.

Opprobrii] Agraetius de Orthographia. Carr.

Maxumus] Diomedes lib. II. cap. 6. *Homeoptoton est*, inquit, *apud Sallustium maxumis, &c.* Carrio.

Non repugnantibus] Donat. Act. I. sc. II. Phorm. Terent. Postrema autem verba apud eum notis designata sunt: quas nondum explicare possum. Di male faciant istis notariis qui hujusmodi scripta notis suis depravant. totum etiam hoc fragmentum sunt qui ita legant: *Non deditis modo, sed ne repugnantibus quidem A. B. C. M.* Carrio.

In

In ſilva Sila fuerunt. *Servius* in XII. *AEn.*

Quaeſere. *Phocas.*

In nuda injecta corpora. *Diomedes* lib. II. cap. 6.

Apollinis filia & Cyrenes. *Probus.*

Ne ſimplici quidem morte moriebantur. *Servius* in II. Georg.

Cum praedixero poſitum inſulae. *Donatus.* Act. I. ſc. 11.

IX. Cujus adverſa voluntate, colloquio militibus permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Sullae datus eſt. *Idem.* Act. III. ſc. 11. *Eunuch.*

A Graccho ſeditiones graves ortae. *Auguſtinus* De Civ. Dei lib. II.

M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis, quam facun-

IN SILVA] Ex Servio lib. XII. AEneid. CARR.

QUAESERE] *Quaeſo*, inquit Phocas, *primam perſonam habet indicativi modi duntaxat, licet quaſere lectum ſit apud Salluſtium & Tullium.* Hanc autem vocem cum in iis Salluſtianis, quae exſtant, non reperirem, hic, ut fragmentum, apponere volui. CARRIO.

IN NUDA] Diomed. lib. II. cap. 6. *Homoeoteleuton*, inquit, *eſt illud Salluſtii, in nuda injecta corpora.* CARR.

APOLLINIS] Ex Probo Catholicis. credo autem haec ad Sardiniae deſcriptionem pertinere, uti poſt dicetur. CARR.

NE SIMPLICI] Servius libro II. Georg. Salluſtium hanc orationem illi Virgilianae: *Nec via mortis erat ſimplex*, ſimilem poſuiſſe notat. CARR.

CUM PRAEDIXERO] Donat. Act. I. ſc. 2. CARR.

CUJUS AD VERBA] Donatus Act. III. ſcena 2. Eunuch. Terent. Sunt qui pro, *ad verba*, legant *adverſa.* quibus nec refragor, nec ſuffragor. CARRIO. Recte eſt, *Adverſa voluntate*, hoc eſt, animadverſa a Sullanis Scipionis Coſ. voluntate. Nam de Scipionis exercitu accipiendum clamat res ipſa; docetque nos Plutarchus in Sulla his verbis: ὁ δὲ Σύλλας ἔτι πολλοῖς τραύμασίδους, καὶ μεγάλας δυνάμεσι περικεχυμένος αὐτὸς τοὺς πολεμίους ὁμοῦ πανσάχοντι, ἅπασι δυνάμοι, καὶ δι' ἀπάτης σφαλέντος εἰς λῆλύσεις τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Σκιπίωνα. διεκρίθη δ' ἐκεῖνα, σύλλογοι μὲν ἐγίνοντο, καὶ κοινολογίαι πλείονες. ἀεὶ δὲ τινὰ καθεγγυᾶν, καὶ σφαγὰς ἐμβάλλων ὁ Σύλλας, διέφθειρε τοὺς περὶ Σκιπίωνα τοῖς ἑαυτῶ στρατιώταις ἀσκηθέσι σφοῖς ἀπάντα καὶ γεγυμνασμένοις ἅπασιν, ἅπασι πάντες ὁ ἐγγυᾶν. ἐσιόντες γὰρ εἰς τὸν χάρακα τῶν πολεμίων καὶ ἀναμιγνύμενοι, τοὺς μὲν ἐδίδυς ἀγγυρίῳ, τοὺς δὲ ὑποχείριοι, τοὺς δὲ κολακεύοντες, καὶ ἀναπείθοντες, σφαγιάζοντο. Id eſt: *At Sulla multis adhuc exercitibus, & ingentibus copiis hoſtium circumfuſum ſe videns; omnibus impar viribus, dolo invitavit alterum Conſulem Scipionem ad foedera. Non aſpernante illo, congreſſus & colloquia crebra fiebant. Sed ſemper moram aliquam Sulla & cauſſam injiciendo, militibus ſuis ad omnem fraudem & praeſtigias, ſicut ipſe dux erat, compoſitis, exercitum Scipionis corrupit. Nam ingreſſi in hoſtium caſtra, iiſque admiſti; alios pecunia, pollicitis alios, nonnullos delinimentis inductos ad ſe illexere.* Ab his initium factum Appianus ſcribit, clam Scipione, ſecreto cum Sulla, ſi propius accederet modo, de tranſitione agendi pariterque hoſti proditum, quaſi ſub cultro (ut apud Flaccum eſt) linquendi Imperatorem. Et fortaſſe huc etiam pertinuerit locus, quem paullo ante indicavimus, hoc exemplo: *Inde ortus ſermo percunctantibus utrimque, Satin' ſalvae? quam grati ducibus ſuis? quantis familiaribus copiis agerent?* DOUZA. *Ad verba* in libro Carrionis. WASSE.

A GRACCHO] Citat Auguſtinus libro viceſimoprimo, De Civitate Dei. Puto haec ad primum librum Hiſtoriarum ejuſque ſtatim exordium referenda. CARR.

M. ATILIUS PALICANUS HUMILI LOCO] Videndum an ad hunc pertineat denarius argenteus, in quo Roſtra expreſſa ſunt cum titulo, PALIKANUS, quod is Trib. pl. cum eſſet, Tribuniciam poteſtatem auctore Pompejo reſtituerit, ut ſcribit Aſconius Paedianus & alii. A nobis tamen cognomen *Palikanus* Lolliae Familiae tributum eſt in libro de familiis, & fortaſſe non ita recte. URSIN. Ex Quinctiliano lib. IV. cap. 11. & Hieronymo adverſus Helvidium, Agellius quoque lib. I. cap. 15. noct. Att. quatuor ultimas adduxit voces, eaſque ex hoc Eupolidis ſumtas eſſe aſſerit: λαλεῖν ἄμεινον, ἀδυνάτῳ λέγειν. CARRIO. Sumſit ex hoc loco ſine dubio Valer. Max. lib. III. cap. 8. WASSE.

LOQUAX MAGIS QUAM FACUNDUS] In hoc homine plus loquentiae quam eloquentiae fuiſſe do-

cundus. *Quintilianus* lib. IV. cap. 11. *Hieronymus* adverſus *Helvid.* & Agell. I. 15.

Inſolens vera accipiundi. *Donatus* in Andr. Act. V. ſc. 1.

Quae pecunia ad Hiſpanienſe bellum Metello facta erat. *Idem* Phorm. Act. I. ſc. 1.

Curubis. *Probus.*

Tharros. *Idem.*

Camiſos. *Idem.*

Luces. *Sergius* in artem *Donati*, & *Pompejus* in eandem.

Primam modo Iapydiam ingreſſus. *Servius* in II. Georg.

Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deſeruit. *Idem* in III. *Georg.*

X. Quae

cet & M. Tullius Cicero in Bruto: *Cn. Carbonem & Marcum Marium, & ex eodem genere complures, minime dignos elegantis conventus auribus, aptiſſimos cognovi turbulentis concionibus. quo in genere (ut & in iis perturbem aetatum ordinem) nuper L. Quintus fuit, aptior autem etiam imperitorum auribus Palicanus.* PUTSCH.

INSOLENS VERA ACCIPIENDI] Hoc quoque ex Salluſtio accepit Tacitus, cum dixit Annal. lib. XV. *Audiendi quae faceret inſolens erat.* CIACCON. & URSIN. Donatus in And. Terent. Act. V. ſc. 1. CARRIO. More tyrannis conſueto, quorum, quamquam alieno ex ore ſapientium, auriculas teneras mordaci radere vero fas nato nemini, qui quidem vitalem ſe eſſe poſtulet: nihil niſi quod animo complacitum, fictumque ad voluptatem ſiet audire ſuſtinentes. Unde veritas & fides ſeſe ab Aula ſecernunt procul. Neque vero dubium mihi eſt, quin haec de Tigrane Mithridatis genero ſint accipiunda: quem dulci fortuna ebrium ita inſolentem dominationem agitaſſe perhibet Appianus, ut ex tam infinita populorum multitudine ejus imperio parentium, nemo cum tantis cervicibus repertus, qui de adventu Luculli jam Euphratem cum Romano exercitu transgreſſi quidquam Regi ſuo praeſignificare auſus fuerit; pariter omnibus metuentibus ſibi, uniuſque tenebrionis periculo perdoctis, linguae repagula frenare; quem Rex ille, ob nuncium adeo liberum patibulo ſtatim ſuſſigi, numerumque porro ſuſpendioſorum augere jufſerat. DOUZA.

QUAE PECUNIA] Idem Donat. in Phorm. ſc. 1. Act. I. *fieri enim*, inquit, *dicitur proprie pecunia.* CARRIO.

CURUBIS] *Curubis*, inquit Probus Catholicis, *nomen civitatis lectum in Salluſtio.* CARRIO. Opidum Africae, de quo Plinius lib. V. cap. 4. Ptolemaeus Κυρβὶς vocat, corrupte opinor, pro Κορβίς. COLER.

THARROS] *Nomen civitatis* a Probo in Salluſtio notatum. CARRIO.

CAMISOS] *Unum Graecum*, idem inquit Probus, *legitur in Salluſtio, ſi, faciens genitivo, Camiſo, Camiſi.* CARRIO.

LUCES] Apud Salluſtium, inquit Sergius in artem ſecundam Donati, *invenitur paces & luces.* Et Pompejus in eandem: *Sunt quaedam generis feminini tantum ſingularia, ut, pax, lux: licet legerim, has paces, luces. Paces* quidem in bello Jugurthino a me adnotatum eſt: *luces*, nec reperiri nec adnotari potuit. CARRIO.

PRIMAM] Ex Servio in lib. II. Virg. Georg. CARRIO.

IAPYDIAM INGRESSUS] Iapidia pars Venetiae, Iapygia Apuliae, quos *Iapides* Latini vocarunt, Graeci Ἰάπυδες. Quidam imperite confundunt Iapygas cum Iapidibus: unde & apud Virgil. a nonnullis ſcriptum,

——— ——— *Iapygis ora Timavi*,

quem emendat Salmaſ. ad Solin. cap. 2. p. 59. & apud Tibullum:

Fortis Iapygiae miles,

quem Scaliger. Ἰάπυξ Daedali filius, a quo Iapyges. RUPERT.

CARBO TURPI FORMIDINE ITALIAM, ATQUE EXERCITUM DESERUIT] Ex eodem Servio lib. III. Georg. Virg. CARRIO. De pudenda hac, & Conſularia adeo Imperatore indigniſſima formidine, fugaque Carbonis, ita Appianus: Γναῖος τε, ὅστις ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐπὶ τὰ Ἄλπεια παρῆκεν, ἀθρόως ἐς Μίτυλλον μετεπίπτωκε, καὶ Λεύκιος ἑτέρᾳ τῶν Καρβωνείων ἰσῶν αὖθις τὴν Πλακεντίαν, ἣν ὁ Κάρβων πυθόμε-

νος

X. Quae pacta in conventione non praeſtitiſſent. *Donatus* Act. III. ſc. 2. Andr.

Crebritate fluctuum ut Aquilo ſolet. *Servius* lib. I. *AEn.*

Mithridates corpore ingenti perinde armatus. *Quintilianus* lib. VIII. cap. 3.

Ty-

πάμπαν τετραμμένης ὅμως τὴν ἴσχυν εἶναι τὴν Κελτικήν, καὶ δύο τέλη τὰ Δεκασίωνος, καὶ ἕτερα εἶναι Καππίωνος καὶ Μάρκιου, Σαμνιτῶν τε αὖθις χεῖρα πολλὴν εὐθύμως ἔτι εἶναι τὰς στενὰς παρεκπεσεῖσθαι, λόγχας ἀπαίρειν, ἀσθενῶς ἴσως σὺν τοῖς φίλοις ἐς Λιγύην ἐξ Ἰταλίας, ὑπερθέμενον ἂν, ὡς Λιγύην παραστησόμενος αὖθις τὴν Ἰταλίας. Hoc eſt: *Praeterea tota Ciſalpina Gallia defecit ad Metellum, & Luculius contra Carbonianum exercitum alium proſpere pugnavit ad Placentiam. Quibus auditis Carbo, quamvis haberet adhuc armatorum XXX. M. circa Cluſium, & duas Damaſippi legiones, & totidem alteras ſub Carinate, Marcioque; adhaec Samnitium magnam manum gnaviter angustias perrumpere molientium; omnibus tamen rebus deſperatis, ſegniter profugit cum amicis in Africam, Conſul Italiam deſerens, quaſi hac amiſſa illam occupaturus.* DOUZA.

QUAE PACTA] Donatus Act. III. ſcen. 11. And. CARRIO.

CREBRITATE] Servius libro primo AEneid. *Crebros*, inquit, *fluctus facit Aquilo, hinc Salluſtius dixit: crebritate fluctuum ut Aquilo ſolet.* CARRIO.

MITHRIDATES] Quinctilianus lib. VIII. cap. 3. CARRIO.

CORPORE INGENTI, PERINDE ARMATUS] Hoc exemplum brevitatis nomine commendatur a Fabio lib. VIII. cap. 3. Neque hercule mirum, quippe a Salluſtio, uno & unico illo brevitatis amatore. Si tamen ita inibi legendum; ac non potius *animatus*, id eſt, ſpiritu animoſos, vereque regios gerens. In qua ſententia doctiſſimum Belgarum Lipſium eſſe video, cujus ego ſingulas conjecturas, ſingula oracula puto. Luſit in hujus vocis ambiguitate lepide Varro, ubi ſcribit: *Majores noſtri, quum allia & cepe verba illorum olerent, tamen optime animati erant.* Quod ſi quis receptam tamen lectionem tueri maluerit, haud magnopere pugnabo; praeſertim qui de Appiano didicerim, Mithridatis arma, Delphos Nemeamque ab ipſo tranſmiſſa, miraculo fuiſſe viſentibus; indeque conjecturam poſteris factam, de ejuſdem immani ſtaturae modo, corporiſque totius vaſtitudine. DOUZA. Legendum: *Mitbridates corpore ingenti, perinde animatus.* Ait Mithridatem corpore & animo ingentem fuiſſe, ut & Plutarchus teſtatur. COLER. Alii legunt, *animatus.* Ego veterem lectionem retineo, ducente Floro, qui ſimili modo loquitur de Senonibus: *Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, adhoc ipſa corporum mole perinde ab armis ingentibus, adeo omni generi terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium ſtragem videretur.* PUTSCH. Quamvis eam lectionem ſollicitent, & *animatus* ſubſtituant, vulgata tamen mihi nihil vitii habere videtur. FREINSHEM. Curt. lib. VI. cap. 5. *Omnibus barbaris*, inquiens, *in corporum majeſtate veneratio eſt, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia ſpecie natura dignata eſt.* Vide ibi Freinsh. & Bernecc. lib. in Spec. Boni Principis cap. III. §. 1. lit. e. Vell. lib. II. cap. 18. de eod. Mithridate: *Aliquando fortuna, ſemper animo maximus.* Ubi Lipſius: „De magnitudine animi hujus Regis, emendetur „Salluſtianum fragmentum (apud Fabium, ſi memini:) *Mitbridates corpore ingenti, perinde & animatus.* Facito: *perinde & animatus.*„ Haec Lipſius. Gruterus vulgatam retinet. cum non liqueat quae verba huic fruſto adnexa fuerint, putarim ſuam eſſe energiam lectioni vulgatae. Sic Curtius fere lib. VIII. *Ipſe Porus humanae magnitudinis prope exceſſerat formam, magnitudini Pori adjicere videbatur bellua, qua vehebatur*, &c. Grutero ſubſcribit Fr. in Curt. lib. VIII. cap. 14. §. 13. Alioquin non ſemper corpori ſimilis animus: de qua re praeclare diſſerit Joann. Picus Mirandula lib. IIb cap. 22. adverſus Aſtrologos hunc in modum. *Conſequitur qualitatum in corpore praepotentium modus nonnihil affectionum; ut proniores ad iram bilis efferveſcens; ſegnes pituita; ſanguis bilariores; triſtes atra bilis efficiat. Sed hoc epido quam generale, nec evidentiae ſemper reſpondet, nec ſatisfacit, occultioribus quibuſdam, & maxime propriis ingeniorum conditionibus. Dixi non ſemper evidentiae reſpondere, quoniam eſt interdum invenire homines, temperamento quam ſimillimos, ſtudiis tamen, non quae fecit electio, ſed naturae propenſio, diſſimilimos. Vidi ego ſub virginea facie ferinam immanitatem; ſub truci vultu, mitem & amabilem manſuetudinem: alios frontis gratia eriſque venuſtate laetitiam perpetuam praeferentes, intus aeſtuare moeroribus, & ſibi eſſe faſtidio; alios quos judices eſſe Saturni manciſpia, bilaritatibus atque facetiis omnia ſe-*

Digitized by Google

Tyrannumque, & Cinnam adpellantes. *Victorinus* in lib. Cic. *de Invent.* & *Servius.*

Nomenque Danubium habet. *Acron.*

Cui niſi pariter obviam iretur. *Donatus* in *Eunuch.* Act. I. ſc. 2.

Septimium, neque animo, neque lingua ſatis compotem. *Idem.* Act. III. ſc. 2. *Adelph.*

Vulgus amat fieri. *Quintilianus*, Lib. IX. cap. 3.

Non poeniturum. *Idem.* Lib. IX. cap. 3.

Pompejus cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuiſſet par eſſe Sertorio, niſi ſe, & mi-

renare, &c. RUPERT. Douza & Lipſius *animatus*, ſed contra codices; &, quod pejus, Plutarchum & Appianum. Hic in Pompejo pag. 641. de Mithridatis armis haec habet. Τῶν δ' ἀσπίδων ἡ μὲν ἐφίει, ἡ δ' ἄκλαυ ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ, καὶ τὴν λαμπρότητα ἐπαύριζε. Ille vero de bellis Mithr. pag. 250. Τὸ σῶμα δ' ἦν μέγας ἄν, ὡς ἐπιδεικνύουσιν ἐσθῆτας αὐτοῦ ἐπιμήκεις ἐς Νίμφαιόν τι καὶ Δελφούς. WASSE in *Add.*

TYRANNUMQUE] Marius Fabius Victorinus in librum primum Ciceronis De inventione: *interdum*, inquit, *ex lubidine & quadam obtrectatione nomen alicui imponitur: ut illud in Salluſtio; Tyrannumque.* CARRIO. Citantur haec ter apud Servium; bis in codice Fuldano; ſemel ad quartum AEneidos, quo loco ſic ſcriptum eſt: *Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu. Paris Paridi ſimilis & injuria a perſona, probroſis enim non lenibus veteres convitiis dicebant, ut Salluſtius: Tyrannumque & Cinnam maxima voce appellans.* Lege *Probroſis enim nominibus.* Paridis enim nomen probroſum ſicut & Cinnae, ut patet ex Salluſtio ſupra: *Si tanta torpedo animos oppreſſit, ut obliti ſcelerum Cinnae, cujus in urbem reditu decus atque ordines omnes interierunt.* Salluſtiana quoque verba emenda apud Servium ad primum & quartum AEneidos. PUTSCH.

NOMENQUE] Acro, ſive quis Acronis nomine in librum Horatii de Poëtica arte: *Notandum eſt*, inquit, *apud Horatium flumen Rhenum genere neutro: ut in Salluſtio in Hiſtoriis, nomen Danubium.* CARRIO.

CUI NISI] Ex Donat. Act. I. ſc. 11. Eunuch. CARRIO.

SEPTIMIUM NEQUE ANIMO] Huc pertinent illa, quae habentur ſupra: *Neque auribus, aut lingua competere.* Ad quae reſpexit Tacitus, cum dixit lib. III. *Oppidani neque auribus*, neque oculis ſatis competebant. Et lib. XIX. *Trepidus miles, duce ſegnis, & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.* URSIN. Donatus Act. III. ſcena 11. Adelph. hoc autem fragmentum idem eſſe cum illo quod a me libro primo poſitum eſt: *ſic vero quaſi formidine attonitus neque animo, neque auribus aut lingua competere*, olim ſuſpicabar: nunc mihi ipſi cum hac omni mea conjectura omnino non placeo. Donatus enim *competem*, Marcellus vero *competere*, plane agnoſcunt. Praeterea animadverti, Corn. Tacitum facundiae Salluſtianae, uti ſaepe dixi, aemulum, eandem plane rem verbo illi *competere*, multis in locis ſubjicere: quare nihil mutandum ſtatuo. CARRIO.

VULGUS AMAT FIERI] Simile illud eſt, quod ſupra habetur: *Quae ita fieri amat.* Seneca lib. de conſolatione ad Marciam cap. XVI. *Nullum*, inquit, *amat fruſtra cadere telum, quod in confertum agmen immiſſum eſt.* Sic enim legitur hic locus in vet. cod. URSIN. Quinctilianus lib. IX. cap. 3. ſic idem Salluſtius bello Jugurthino, pag. 88. *Multitudo, quae in concione aderat, vehementer accenſa, terrebat cum clamore, vultu, ſaepe impetu, atque aliis omnibus, quae ira fieri amat.* CARRIO.

NON] Et hoc quoque in Salluſtio nuſquam quidem, quod ſciam, apparet, quod ab eodem Fabio lib. IX. cap. 3. hunc in modum recitatur: *Uſque adeo eſt proceſſum, ut poenituriam pro non acturo poenitentiam, & viſuros ad videndum miſſos Salluſtius dixerit.* Ubi ex vet. cod. legendum eſt, *nam acturum.* CARRIO.

POMPEJUS] Flavius Vegetius lib. I. cap. 9. Epitom. rei milit. *de exercitio*, inquit, *Pompeji magni Salluſtius hoc memorat: Cum alacribus ſaltu*, &c. *neque enim aliter*, &c. quae poſtrema verba Salluſtii, an ipſius potius ſint Vegetii, certum non habeo: quamquam Salluſtio libentius dederim. CARRIO. Vide not. ad Juſtini lib. XXXVII. cap. 4. §. 3. & Fr. ad Curt. lib. III. cap. 6. §. 19. Lipſ. V. de Mil. Dial. XIV. ubi inter alia: *Hoc ipſi duces fa-*

milites frequentibus exercitiis praeparaviſſet ad proelia. *Vegetius* lib. I. cap. 9. *Johan. Saresb.*

XI. Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit. *Lactantius* Lib. VI. cap. 18.

Primus Graecorum Achilles. *Servius* in I. *AEneid.*

Cupientiſſumus legis. *Diomedes* Lib. I. cap. 1.

Magna gloria tribunus militum in Hiſpania T. Didio imperante, magno

faciebant, ut ſcientiam oſtentarent & in exemplum. Talis Scipio, qui poſt Africanus, deſcribitur a Silio lib. VIII. laudat & P. Valerium Coſ. Liv. lib. VII. Pompejum iſtum Plutarchus, Trajanum Plinius in Panegyrico. RUPERT. Non debuit dubitare Carrio totum hunc locum Salluſtii eſſe. Citat eundem Sarisberienſis lib. VI. cap. 4. Referendum etiam hoc fragmentum ad lib. III. ubi de Pompejo. Porro *alacris* expeditum ſignificat, ad ſaliendum aptum. Aſconius: *Sunt qui alacrem feſtinantem & properum dici putant, quaſi aliſacrem.* Lego: *ſaliacrem.* Ita de Scipione Silius lib. VIII.

Lectos rectores formabat Scipio bello.
Ille viris pila & ferro circumdare pellus
Addiderat, leviora domo de more parentum
Geſtabant tela, ambuſtas fine cuſpide cornas.
Ipſe inter medios venturae inſignia laudis
Signa dabat; vibrare fudem, tranſmittere ſaltu
Murales foſſas, undoſum frangere nando
Indutus thoraca vadum. Spectacula tanta
Antè acies virtutis erant.

COLER.

CICERO CANINAM FACUNDIAM, UT APPIUS INQUIT, EXERCUIT] Videnda quae ſupra notavimus ad orationem M. Lepidi, in qua ex hoc loco mutavimus *callidam facundiam*, in, *caninam facundiam.* Lactantius lib. VI. cap. 18. ad hoc fragmentum reſpexit, cum ſcripſit, *ſed quia ipſe caninam illam facundiam, ſicut Salluſtius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere, ut remorderet lacceſſitus.* Hieronymus Epiſt. ad Auguſtinum: *Sed incidit*, inquit, *tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui ita, ut noſtra ſtudia ceſſarent, & juxta Appium, canina exerceretur facundia*, &c. Et adverſus Luciferianos: *Proxime accidit, ut quidam Luciferi ſectator cum alio Eccleſiae alumno, odioſa loquacitate contenderet, caninam facundiam exercuerit.* URSIN. Lactantius lib. VI. cap. 18. *Cicero*, inquit, *caninam illam facundiam, ſicut Salluſtius ab Appio dictum refert, exercuit.* CARRIO.

CANINAM FACUNDIAM] Vide ad Flori lib. IV. cap. 12. §. 37. RUPERT.

PRIMUS] Servius lib. I. AEneid. CARRIO.

CUPIENTISSIMUS] Diomedes lib. I. cap. 1. CARR.

MAGNA GLORIA TRIBUNUS MILITUM IN HISPANIA. T. DIDIO IMPERANTE, &c.] Suſpicor ſcribendum eſſe *T. Didio Imp.* ut habetur in argenteo Didii hujus denario, in quo T. DIDI. IMP. deſcriptus eſt, licet Plutarchus habeat ὑπὸ Διδίῳ στρατηγῷ, quod eſſet, *Didio Praetore.* Videtur autem librarius illud IMP. quod erat IMPERATOR, vertiſſe in verbum, *Imperante.* URSIN. Agellius libro ſecundo, cap. 28. Salluſtii de Sertorio duce orationem, cum iis quae Demoſthenes habet de Philippo rege, contendens, nobis hoc fragmentum, quamquam nec ab ordine, nec a ſcriptura ſatis, uti mox oſtendam, integrum, conſervavit. Demoſthenis autem verba ſtatim ſubjiciam, ſi prius tamen quid mihi hoc de loco ſit judicii expoſuero. Quod itaque vulgo legitur, *tribus millibus*, id nec rectum eſſe, nec a Salluſtio poſitum, hiſtoriae ſeries arguit. Sertorium enim tribunum militum fuiſſe praeter ceteros rerum Romanarum auctores Plutarchus memoriae prodidit, neque vero melius, imo aliquanto etiam deterius eſt hoc, quod quidam ſuis in libris excudi voluerunt, *T. Didius Imperator:* quam illud, quod antea in Agellio legebatur, *T. Didio imperante:* cum & Salluſtium de Sertorio loqui, praeter Agellium res etiam ab eo geſtae declarent; & in Hiſpania non fuerit T. Didius tribunus militum, ſed Sertorius. Deinde quod vulgo eſt, *quae rapta*, ſententiam nullam habet. Fuerunt qui ſcriberent; *correpta.* Ego veteris editionis ſcripturam ſum ſecutus, quamquam, verum ut fatear, ne eo ipſo quidem mihi ſatisfacio. Quid enim illud? *primo per ignobilitatem, deinde per invidiam ſcriptorum celebrata ſunt.* Et quae alii afferunt, nihilo ſimiliora veri ſunt. *Jam, eminus faciem ſuam oſtentabat*, non, *quae eminus oſtentabantur*, in eadem antiqua editione diſertim legitur. Poſtrema Salluſtianae extrema orationis verba paullo aliter apud Donatum in Terent. Eunuch. Act. III. ſc. 2. neque ſatis probe hunc in modum leguntur: *haec, id eſt, cicatrices, ſunt vir-*

magno usu bello Marsico, paratu militum, & armorum fuit. Multaque tum ductu ejus curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celebrata sunt. Cominus faciem suam ostentabat, aliquot adversis cicatricibus, & effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxume laetabatur: neque illis anxius, quia reliqua glorioſus retinebat. *Agellius.*

XII. Cu-

virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori maxume laetabatur. Locum, ut opinor, utcumque constituimus, nunc hujus a nobis constitutionis factae, & omne id quod dixi verum esse, Plutarchi auctoritate probandum est. Σερτώριος (inquit) μὴ τὴν Κίμβρων καὶ Τευτόνων πόλιμον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ Διδίου στρατηγοῦ χιλιάρχου ἐπὶ Ἴβηρας, εἰς τὴν πολὺ Κάτλου παρισούμενος τῇ Κιλλυρίων. Quo loco interpretes *imperatorem* vertere debuerunt, hoc enim στρατηγὸς sonare nemo, vel mediocriter in Graecis scriptoribus versatus, potest ignorare: praesertim cum & Sallustius Didium Imperatorem dixerit. Idem paullo infra: Ὁ γὰρ Μαρτιακὸς πολίμου στρατιώτης τὸ μὲν πρῶτον αὐτὴν ἠμελήκει καὶ ὄκνος τις ἐπῆγε, φοβούμενος τὸν ἄνδρα τὸν ἀνθρώπου καὶ μαχητὴν, ἀνδρὸς ἰμπεράτορος βιωτὴν δόξαν ἔχοντος. ὑμῶν δὲ φύσις ἡ στρατιωτικὴς τόλμης, εἰς ἄξιωμα στρατηλατικὸν ἡγεμόνος, ἀπὸ καὶ χωρὶς ἐπιδεικνύμενον ἔργα θαυμαστὰ, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀγῶσιν ἀφειδῶς ἐπιδίδυς. ἡ ὄψις ἀπόπηρος τὸν ἐτέρου ἐκκοπέντος. ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πολλαπλασίονος ἀεὶ δοτίλη. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἐν ἀεὶ τὸ μαρτύριον ἡ ἀρετὴν σεμνύρμον, ἀπὸ καὶ λαυρέας στεφάνους. καὶ δόρατα, καὶ στρώματα. αὐτὴ δὲ ἡ ἀνδρεία δόξα ἐνδεικνύμενον τὰ γυμνάσματα, τὰς αὐτὰς ἔχοντα ἡ ἀρετὰς ἀεὶ, καὶ τὰς συμφορὰς θαυβάς. Quae ita Sallustii sententiam exprimunt, ut eum a Plutarcho tum hîc, tum vero etiam alibi, fere ad verbum imitatum crediderim. Quod autem me paene fugit scribere, verba Demosthenis de rege Philippo haec sunt: ἰώμεν δὴ κἀτὰ Φίλιππον, ὃς ἐξ ἡμῶν ὁ ἀγὼν, ὑπὸ ἀρχῆς καὶ δυνατίας τὴ ὀρθαλμὸν ἐκκεκομμένον τὸν κλεινὸν κατανοοῦν, τὸν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον πᾶν ὅτι ἂν βουλῇ μέρος ὑπὸ τύχης καὶ πόνου παρειλέσθαι, τῶν σοφιστῶν, ὅστις τὸ λειπὸν μὴ τιμᾷ καὶ δέχεται ζῆν. Carrio. Extat apud Agell. lib. II. in verbis, *multaque ductu ejus* ponenda nota, abest enim vox *gesta*, aut similis. Nec illud sincere, *per invidiam scriptorum celebrata sunt.* Forte, *per invidiam proscriptorum.* Hoc sensu. *Sertorii praeclara facta, primum propter ignobilitatem ejus minus animis hominum infiderunt: deinde, cum in magna invidia proscriptio esset, atque inter alios ille talis vir proscriptus, celebrari ejus laudes coeptae.* Sed & in seqq. lego, *Cominus faciem suam ostentabat:* non, *quae eminus*; nec, *ostentabant.* Lipſ. IV. Ep. Q. 14. Rupert.

T. Didio imperante, &c.] Legerem *T. D. imperatore*, &. *ductu e. curata quae primo per nobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sint.* Quod vero ait, *paratu*, Tacit. Hist. I. *Igitur navium, militum, armorum paratu strepere provinciae.* Et in vita Agric. *Paratu magno, majore fama, uti mos est de ignotis.* Ciaccon.

Paratu] *Paratu* vero *militum & armorum* usurpavit item Tac. lib. XVII. cum dixit: *Igitur navium, militum, armorum paratu strepere provinciae.* Et in vita Agric. *Paratu magno, majore fama, uti mos est de ignotis, oppugnare ultro castella adorti.* Ursin.

Multaque tum] Quae vero sequuntur, ita legenda putamus: *Multaque tum ductu ejus curata, primo per nobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sunt*, &c. Ursin.

Ignobilitatem] Sertorio γὰρ ἦν οὐκ ἀσημότατον, Plutarchus 568. *ignobilitas* pro *ignorantia* sive *ignerabilitas*, ut *nobilis* apud Nostrum pro *notus*. Plautus Pseud. *Peregrina facies videtur hominis, atque* ignobilis. Ignobilis ἄγνωτος Glossae. Verum Sertorius, ut ut antea strenuus miles, imperatoria fama esse tum demum incepit, postquam Lauronem inspectante Pompejo coeperat. Plutarch. 577. Μίχρι μὲν οὖν τῶν περὶ Μάριον ἐκολάφθη, τὰ πλείστα κατόλυχον ἰδιώτης γὰρ ἦν φυσικῶς βραδύτατος ὁ Μάριος ὀργὴν τελμώδης, καὶ λογισμὸς μόλιον ἐστασιάζεις ἐγκάρδιον δυνάμενος, οὐκ ἀναφλεγόμενος. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν Πομπήιον τὸν Πυρρίδου ἐπιφανῆ παρεσκευάσατο, καὶ πᾶσαν ἄσκησιν ἐδίδου, ἅμα δὲ λαμπόμενον στρατηγικῶν παλαισμάτων ἀντιτεχνώμενός τε καὶ φυλαττόμενος πλέον εἶχε, κομιδῇ λεληθότως μάχεσθαι Ῥώμης, ἐς δεινότατος πόλεμον μεταχειρίσασθαι ἐστὶ στρατηγῶν. Wasse in *Add.*

Per invidiam scriptorum] Non displicet Ciacconii correctio: *Per invidiam ſ celata sunt*, licet Lipsius in Epistolicis acute defendat talem scripturam: *Per invidiam proscriptorum celebrata sunt.* Coler. Forte, *per invidiam scriptorum minus celebrata sunt.* & infra, *gloriosius retinebat.* Haverc.

Quo dehonestamento corporis maxime laetabatur] Dixi nonnihil ad Jug. cap. 85. §. 18. quibus addendum est istud Q. Curtii lib. IV.

XII. Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetuſtatem uti cetera in majus componentem, altores Jovis celebraviſſe. *Lactantius & Iſidorus.*

Italiam conjunctam Siciliae conſtat fuiſſe: ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum, inde Rhegium nominatum *Idem.*

Pom-

IV. de rebus Alex. Mag. Nec duces quidem copiarum ſua fraude fraudandi ſunt: quippe vulnera, quae quiſque excipit, indicia virtutis ſunt. Neque indignum eſt referri, quod G. Sabinus de Alberto, Marchione Brandeburgenſi, qui *Germanicus Achilles* appellatus fuit, cecinit lib. II. Caeſar. Germanicorum.

Nec fugiens unquam tergo, ſed pectore ſemper
Fortis in adverſo cognitus hoſte fuit.
Ora manuſque gerens, conſciſſaque brachia ferro,
Mille cicatrices, vulnera mille tulit.

Adde Voſſ. lib. I. Inſt. Orat. pag. 76. Hunc vero Sall. locum in animo habuit Tacit. IV. Hiſt. XIII. ibi: *Civilis Sertorium ſe aut Hannibalem ferens, ſimili oris deboneſtamento.* Adde Brunn. lib. XIII. pag. 557. RUPERT. Hac voce frequens Tacitus. Vide Senecam de Conſtant. cap. ult. Juſtinum, Gellium. Apulejus Apol. I. pag. 305. *Ut ne quid maculae aut* inhoneſtamenti *in me admittam.* mallem, *deboneſtamenti.* illud alterum non memini legiſſe. Sertoriano ingenio proxime accedunt Getarum mores, de quibus Claudianus B. G. 481.

Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numeroſa cicatrix.

Et 586.

Vulneribus pars nulla vacat, reſciſſaque contis
Gloria foedati ſplendet jactantior oris.

D. Auguſtinus Epiſt. XLVIII. *quaſi vero ſi quiſquam vir fortis, pro patria dimicans, multa adverſa vulnera exciperet, & peritiſſimo medico, qui haec ita curare valeret, ut cicatrices nullae apparerent, ipſe potius diceret, ſic ſe velle ſanari, ut magis eſſent in corpore ſuo* veſtigia vulnerum, *tanquam* tituli gloriarum. WASSE in *Add.*

CURETES QUIA] Lactantius lib. I. cap. 21. *Totam*, inquit, *hanc opinionem quaſi a poëtis fictam Salluſtius reſpuit; voluitque ingenioſe interpretari cur Jovis cultores dicantur Curetes fuiſſe: & ſic ait, Quia*, &c. *quantum vero erraverit homo eruditus, res ipſa declarat*, &c. Servius quoque in III. lib. AEneid. *Jupiter*, inquit, *in Creta dicitur eſſe enutritus: quod ideo fingitur, ut ait Salluſtius, quia primo Cretenſes conſtat invenisse religionem.* Idem Servius lib. VIII. AEneid. *Salluſtius dicit primo Cretenſes invenisse religionem.* Fortaſſe quiſpiam audacior legendum ſuſpicabitur: *Salluſtius dicit libro primo.* Quod autem quibuſdam in libris, iiſque etiam caſtigationem, neſcio quam, prae ſe ferentibus eſt, *in manus componentes*; hoc rectius a nobis poſitum eſt, *in majus componentem*, de qua loquendi ratione Comment. II. Antiq. lect. diximus. Poſſet & legi, *in majus componentes*: ut Curetes ipſi factum illud inventae a ſe religionis in majus extulerint. ſed prius illud placet impenſius. CARRIO.

ITALIAM] Virgilius III. AEneid.

Haec loca vi quondam & vaſta convulſa ruina
(Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret: venit medio vi pontus & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit: armaque & urbes
Litore diductas anguſto interluit aeſtu.

Quo loco Servius haec verba Salluſtiana recitat. De quibus etiam Iſidorum partim lib. III. in voce, *fretum*; partim lib. XIV. in voce, *Sicilia*, ſenſiſſe conſtat; dum ita ſcriberet: *fretum Siciliae, quod Rhegium dicitur, Salluſtius tali ex cauſſa vocatum ſcribit: Italiae Siciliam quondam conjunctam fuiſſe, & dum una eſſet tellus, medium ſpatium aut per humilitatem aquis obrutum, aut per anguſtiam eſſe ſciſſum, & inde Rhegium nominatum.* Item: *Salluſtius dicit Italiae conjunctam fuiſſe Siciliam, ſed medium ſpatium impetu maris diviſum & per anguſtiam ſciſſum.* Poſtrema autem illa verba, *inde Rhegium nominatum*, male in quibuſdam hujus editionis exemplaribus ſuperiori fragmento, operarum vitio, cohaerent. CARRIO. Oblitus ſum monere typographos, poſteriora verba hujus fragmenti, *inde Regium appellatum*, ſequenti adjungenda hoc modo: *Italiam conjunctam Siciliae conſtat fuiſſe, ſed medium ſpatium aut per humilitatem obrutum eſt aquis, aut propter anguſtiam ſciſſum, inde Rhegium appellatum.* PUTSCH.

ITALIAM CONJUNCTAM SICILIAE CONSTAT FUISSE: SED MEDIUM SPATIUM &c.] Hujus deſcriptionis cauſſam Salluſtio calida Spartaci conſilia irritique conatus praebuiſſe videntur. Quem Plutarchus tradit navigia Cilicum praedatoria aliquot in freto nactum: (quo fortaſſe referundum Frag-

Pompejus devictis Hiſpanis tropaea in Pyrenaeis jugis conſtituit. *Servius* in lib. XI. *AEneid.*

Atque edita undique tribus tamen cum muris, & magnis turribus. *Donatus Andr.* Act. I. ſc. 1.

Et in proeliis actu promptus. *Idem* Act. IV ſc. 7. *Eunuch.*

Pactione amiſſo Publio legato. *Idem.*

XIII. Ipſum Mare Ponticum dulcius quam cetera. *Servius* ad *AEneid.* XII. *Priſcianus* XV. *Macrobius* Lib. VII. Saturnal. *Sergius* in Artem Don. & *Pompejus* in eandem.

Equis

mentum illud ſuperius lib. II. *ni hoc pauca piratta, actuaria navigia.*) duobus armatorum millibus in eam inſulam expoſitis, de bello Servili, illic paullo ante ſopito, rurſus integrando conſilia agitaviſſe: ſed deſertum a Cilicibus, proditumque, coactum ſe recipere a mari, atque in Rheginorum paeninſula conſidere, ubi poſt a Craſſo foſſa, ac vallo circumdatus, obſeſſuſque. Quis ſcit? an & his conjungendum exemplum libri quarti, tertium a fine dico; coaptandumque hoc modo, praemiſſo pronomine, ut cohaereat narratio: *Quod* (ſcilicet Rhegium) *ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus V. & XXX.* Ceterum conſulendus de hoc ſpatio Plinius. Douza.

Pompejus] Servius lib. XI. AEneid. Carr.

Pompejus devictis Hispanis tropaea in Pyrenaeis jugis constituit] Non hoſtica tropaea modo, verum & corporis ſui ipſius ſimulachrum atque effigiem, factis monumentum ſuis; multum hercle diſſimilem illi quam poſtea Mithridatico bello patrato ex margaritis dedicavit, conſecravitque: ſi quidem Plinio credimus, ita porro cum Pompeii perſona delitiganti, libro XXXVII. cap. 11. *E margaritis, Magne, tam prodiga re, & foeminis reperta, quam gerere te fas non ſit, hinc fieri tuos vultus? ſic te pretioſum videri? Nonne illa ſimilior tui eſt imago, quam Pyrenaei jugis impoſuiſti?* Sed commonefaciendus eſt lector, binas hic voces perperam in ſingularem coaluiſſe, hujuſmodi me menſore ſpatio diſterminandas: *Pompejus de victis Hiſpanis.* Douza.

Tropaea in Pyrenaeis jugis constituit] Quae plus afferunt victo doloris, quam ipſa victoria. Apud Amm. Marcell. lib. VI. *cadentes praelio Sarmatae non tam mortem doluere, quam Romani militis laetitiam horrendo ſtridore monſtrabant.* Sed notandus eſt mos erigendi tropaea, ex materia, quae non perpetuo duraret; ut qui bello viciſſent, hi tropaeum quidem ſtatuerint, victoriae teſtimonium praeſens: ceterum via non praecluderetur redeundi in gratiam, dum alterius partis gloria, alterius infamia, conſecrata longaevo aliquo monumento foret. Et propterea qui lapidea, & aenea ſtruxerunt tropaea, reprehenſi ſint; ut qui & ultra mortem inimici odia extenderunt. Rupert.

Atque edita] Donatus in Terent. And. Act. I. ſc. 1. in aliis male eſt; *turribus.* Carrio.

Et in] Idem Donat. Eunuch. Act. IV. ſc. 7. fortaſſis pro *actu*, legendum *aſtu.* Carrio. Cui quidem aſſentior propterea quod Donatus hoc in loco Pyrrhum ſtratagematum peritiſſimum laudat. Wasse.

Pactione] Idem Act. I. ſc. 11. Phorm. *quod nor,* inquit, *dimitte, hoc antiqui etiam amitte dicebant.* Interpres Heautont. Terent. quem cur quidam tanti faciant equidem non video, cum eum patrum noſtrorum memoria vixiſſe ſatis conſtet; ſed tamen ille interpres act. III. ſc. 11. *Salluſtius,* inquit, *dixit, pactione amiſſo publico conſilio,* id eſt, *demiſſo;* quem locum cum hoc eundem eſſe, & hinc caſtigandum videlicet. Carrio.

Mare Ponticum dulcius quam cetera] Sic locutus eſt Tacitus, cum dixit: *Quanto violentior cetero mari Oceanus.* Ad hunc autem locum videtur reſpexiſſe Iſidorus, cum ait libro XIII. cap. 16. de ſinu Pontico: *Quod mare ex multitudine fluminum, dulcius quam cetera, nebuloſumque, & brevius eſt, &c.* & fortaſſe totum fere caput ex Salluſtio deſcriptum eſt. Unsin. Servius XII. AEneid. & Priſcianus Grammat. Inſt. lib. XV. in quorum priore quod ſubjungitur *cum multum mare dulce ſit*, hoc non recte quidam ut Salluſtianum acceperunt, cum Servianum ſit: in poſteriore vero, perperam etiam hodie legitur; *dulcius eſt quam cetera maria*; cum duas illas voces, *eſt*, & *maria*, libri manuſcripti non agnoſcant: neque in Servio aut Macrobio, qui haec ipſa lib. VII. Saturn. recitat, uſquam compareant. adde quod Sergius in artem poſteriorem Donati ita ſcribat: *Cum Salluſtius dicit*

mare

Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant. *Servius* ad *AEneid.* XI.

Rebus ſupra votum fluentibus. *Idem* in *AEneid.* II.

AEnum, & Maroneam, & viam militarem. *Idem.*

In-

mare Ponticum dulcius quam cetera; comparativus non ſolum comparativus non eſt, ſed nec poſitivus. nam mare non modo dulcius non eſt, ſed nec dulce quidem invenitur. & Pompejus in eandem: *Saepe ita eſt comparativus, ut minus ſignificet a poſitivo: ut ſi velimus dicere, dulcius eſt mare Ponticum quam cetera: nullum enim mare non modo non dulcius eſt, ſed nec dulce quidem invenitur.* Eſt autem (ut id per viam moneam) Pompejus Grammaticus, cujus liber ſub nomine Sergii antiquiſſimis litteris ſcriptus e Bibliotheca Colonienſi nobis ab optimo & integerrimo viro Melchiore Hittorpio ſuppeditatus eſt, quemque Pompejo aſſeruimus, quod in eo quaedam eſſent, quae a Beda libello de metris Pompejo tribui videbam; opinionem meam poſterius alio vetere doctiſſ. Puteani libro approbante. CARRIO. Cauſſa eſt multitudo amnium dulces aquas inferentium. Id quod & Iſidorus videtur ex Salluſtio obſervaſſe lib. XIII. Pertinet hoc fragmentum, ut & alia, ad lib. IV. in quo de Ponto & Maeotide ſcripſerat luculenter, quem & in deſcriptione orae maritimae ſe ſecutum ait Feſtus Avienus:

Interrogaſti, ſi tenes, Maeotici
Situs quis eſſet aequoris. Salluſtium
Norant id dediſſe, dicto & ejus omnibus
Praejudicatae auctoritatis ducier.
Non abnuebam. Ad ejus igitur inclutum
Deſcriptionem, qua locorum formulam
Imaginemque expreſſor efficax ſtyli,
Et veritatis pene in obtutus dedit
Lepor linguae; multa rerum junximus,
Ex plurimorum ſumpta commentariis.

COLER.

MARE PONTICUM DULCIUS] Fallitur Urſinus, nam ex Solino & Ammiano ſua fere hauſerit Iſidorus, ut Ammian. qui & ipſe Solinum exſcribit. Lib. XXII. 10. *Omnis autem circumfluo ambitu pontus*, & nebuloſus eſt, & dulcior aequorum caeteris & vadoſus: *quod & concreſcit aer ex humorum ſtiramine ſaepe denſatus, & irruentium undarum magnitudine temperatur, & conſurgit in brevia tortuoſa, limum globoſque aggerente multitudine circumvenientium fluentorum.* deinde: *ſecuri voracium beluarum: nihil enim in Ponto hujuſmodi aliquando eſt viſum, praeter innoxios Delphinas & parvos.* Iſidorus: *praeter phocas & thynnos atque Delphinos, alias beluas majores non patitur.* Mela I. 19. de Ponto, *incurvus, brevis, atrox*, nebuloſus. Plin. IX. 15. Ariſtot. Ἐξω μὲν φαλαίνης οὐ δελφὶς in *Pontum nulla intrat beſtia piſcibus maleſica praeter vitulos & parvos Delphinos.* Solinus: *in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur.* Infra: *inde diffuſus aequore patentiſſimo rurſus ſtringitur in Propontidem. Mox in quingentos paſſus coarctatur, ſitque Boſporus Thracius qua Darius copias tranſportavit*, &, *ibi praeter plenas rara bellua eſt.* Quae omnia tranſcripſit Iſidorus. Cauſſam dulcedinis hanc ante Macrobium attulit Valerius Flaccus IV.

Quas Tanais, fluviuſque Lyces, Hypaniſque, Melaniſque
Addat opes; quantoſque ſinus Maeotia laxent
AEquora, flumineo ſic agmine fregit amari
Vim ſalis, hinc Boreae cedens glacialibus auris
Pontus, & exorta faciles concreſcere bruma.

Arrianus pag 119. Πόντος πολύ τι γλυκύτερος ἢ ἁλμυρὸς ἐστι, ὅτῳ ἡ ἐξω θάλασσα. Huc pertinet fragmentum VI. 15. *ex Ponto vis piſcium* &c. cui gemina habet Solinus XIII. WASSE in *Add.*

EQUIS PARIA OPERIMENTA] Idem Servius lib. XI. AEneid. *Cataphracti*, inquit, *ſunt equites, qui & ipſi muniti ferro ſunt, & equos ſimiliter munitos habent, de quibus Salluſtius; Equis*, &c. CARR. Referendum ad illud ſupra de cataphractis. COLER. Credo Tigranis equitatum deſcribi Criſpo; ſuper quo Plutarchum conſule in vita Luculli. *Rebus ſupra votum fluentibus.* Pompeji res proſperas, uti opinor, deſignat. DOUZA.

REBUS SUPRA VOTUM FLUENTIBUS] Tacit. Hiſt. III. Salluſtium imitatus, dixit: *Cunctis ſupra vota fluentibus.* CIACCON. & URSIN. *Fluere*, inquit, Servius lib. II. AEneid. *ut plures eſt. Virgilius dixit, retro fluere: & Salluſtius: rebus ſupra votum fluentibus.* CARRIO.

AENUM] Servius lib. III. AEn. *Virgilius*, inquit, *eum ſcribit,*

AEneadaſque meo nomen de nomine fingo,

AEnum intelligit, de quo etiam Salluſtius. CARR. Lege: *AEnum.* AEnos urbs Thraciae ab AEnea condita. Ita vocant Plinius, Mela, Servius ad illud Virgilii:

——— *Feror huc & littore curvo*
Moenia prima loco, fatis ingreſſus iniquis,
AEneadaſque meo nomen de nomine fingo.

Dionyſius tamen AEneam vocat. De Maronea

Inpediebant jussa nautarum. *Idem* in *AEn.* III.
Nihil socordia claudebat. *Donatus* in *Eunuch.* Act. V. sc. 11.
Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur. *Idem.*

In

Plinius lib. IV. COLER. Citat hunc locum Servius ad illud Virgilii:

AEneadasque meo nomen de nomine fingo.

Ubi idem Servius: *Modo AEnum intelligit.* Mela etiam AEnon ab AEnea conditam asserit. Sed falluntur. Αἶνος non condita ab AEnea, sed Αἶνον. Ex AEno auxilia ad Trojam venisse Homerus dicit. Praeterea ab AEno AEneades Αἰνιὰς formari non potest, sed Αἰνιεύς. Vid. Salmas. in Solin. pag. 161. ubi & adjicit: *Αἶνος & Αἶνον duae diversae urbes.* Αἶνος contra Chersonesson Thracicam, in Melane sinu, ad ostia Hebri fluminis, longe ante AEneam condita, utpote quae auxilia ad Trojam miserit. Αἶνον vero urbs ab AEnea nominata & ab eodem extructa in Chersoneso quae Pallene vocabatur, ad Thermaeum sinum haud longe a Thessalonica. RUPERT. Vide Salmasium ad Solinum p. 164. lin. 3. WASSE in *Add.* Non debuit Rupertus sollicitare Antiquitatis apud Melam testimonium. Nam sicuti apud illum lib. II. cap. 2. legitur; *eximia est AEnos ab AEnea profugo condita*, ita nihil (magis) certum, quam plures urbes fabulosas origines suas ex Trojanis aliisque celebrioribus populis & heroibus repetivisse. Trojanis autem majus commercium cum AEno Thracia urbe fuit, quam cum AEnea ad Thermaeum sinum in media Graecia, terra tum hostili. In AEno quoque Thraciae Polydori Trojani, Priami & Hecubae filii, ostendebatur tumulus. Plinius lib. IV. cap. 11. *Oppidum AEnos liberum, cum Polydori tumulo.* Verum quidem est gentile urbis Αἶνα esse Αἰνιεύς, prouti in Nummis quoque scribitur, verum id non impedit quo minus ad AEneam originem referre potuerint. Imo ipsius AEneae (pro more antiquo) ut conditoris sui, vultum exprimi cum Nicol. Francisco Haymio, Thes. Brit. Tomo II. pag. 72. existimo in singulari Thraciae ejus urbis nummulo argenteo, quem subjicere lubet.



In eo a parte anteriore caput Herois AEneae adversum, antiquissimae figurae galea tectum, exhibetur; a posteriore autem parte vini & frugum commendatur praestantia atque abundantia. Cernitur enim ibi frumenti spica ante torcular, cujus medius stipes barbato Bacchi capite exornatur. Adscribitur AINION. *AEniorum* Maroneae, & ipsi vini praestantia nobili, jungitur a Sallustio AEnus, prouti cives utriusque urbis, ut & Thasios, conjunxit, veluti vicinos, Livius lib. XXXI. cap. 31. *Eadem AEneas* (inquit) *Maronitas, Thasios, existimate queri.* HAVERC.

IMPEDIEBANT JUSSA NAUTARUM] Tacit. Annal. II. *Miles pavidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestive juvat, officia prudentium corrumpebat.* CIACC. & URSIN. Idem eodem lib. III. *Celeuma est quasi praeceptum: unde Sallustius; impediebant jussa nautarum.* CARRIO.

NIHIL SE] Donatus in Eunuch act. V. sc. 11. CARRIO.

UT TANTA REPENTE MUTATIO NON SINE DEO VIDERETUR] Non procul hinc locum habuisse suspicor id Fragmenti, quod habes supra: *Et ei voce magna vehementer gratulabantur.* Putoque de Pompejo agi a bello Piratico reduce, de quo hunc in modum Plutarchus: αὐθόρμητοι ὁ πᾶσι ἐξεχύθησαν εἰς τὰς ὁδὸς, ὥστε ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐπικλυσθῆναι αὐτὸν. ἐκπεσὼν δὲ τῶν χειμῶν, τὸ παρ' ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς τάχος, ὑπερέπληξεν ἀθρόαν τὴν ἀγορὰν ἐκ τῶν ἔργων. Id est: *Quo re nuncia ta, obviam effusi sunt omnes, quasi non paullo ante eum emisissent. Facibat inexspectata conversionis celeritas gratulationem, foro omnium rerum venalium copia superfluente.* Nisi si quis gratulationem istam a reversione ejus ex Africa factam intelligi malit; unde domito Domitio, capto Iarba, Regnis, Regumque

In ore gentibus agens, populo, civitati. *Idem* in *Adelph.* Act. I. ſc. 11.

Preſſi undique multitudine. *Idem, ibidem.* Act. III. ſc. 11.

Hunc igitur redarguit Tarquinius, *Idem. ibidem.*

Dein campi Themyſcirii, quod habuere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digreſſae. *Servius.*

XIV. Ubi eum tota concione ab exercitu cogit diſcedere, dicit ſe ejus opera non uſurum; eumque ab armis dimittit. *Idem* AEneid. XII.

Et Metello procul agente longa ſpes auxiliorum. *Idem* AEneid. X.

More

gumque negotiis compoſitis victor in Italiam revocatus a Sulla: qua de re ſic idem ſcriptor: *πυθόμενος δ' ταῦτα, καὶ πάντας ἀνθρώπους αὐθαιρέτους δεχόμενος καὶ παρατάττοντας τὸν Πομπήϊον ἐξαναλίσκειν μὲν δίκαιον, ἐπιδοῦναι δὲ ἐπιεικέστερον, καὶ σφαγὰς ἀνάλωτον ποιεῖ*, &c. Hoc eſt: *Poſt quam omnes adverteret (Sulla) ad excipiendum benigne Pompejum, & procedendum obviam effuſos, tetendit eos vincere, progreſſuſque prodiit illi obviam*, &c. Sed omnium veriſimillimum iſtud, quod, quum legitimo ſtipendiorum tempore expleto (qui mos R. Equitibus erat) equo & ipſe ad Cenſores adducto, redditaque militiae ratione, ejus peteret vacationem. Quo tempore ab altero Cenſorum, natu major qui erat, interrogatus his verbis: *Quero ex te, Magne Pompeje, ecquid omnia ſtipendia impleveris?* Pompejus alta voce reſpondit: *Omnia ſe implevisſe, & quidem ipſo ſemet Imperatore.* ad quam vocem populum frequentem acclamaſſe teſtatur Plutarchus; nec ſedari prae laetitia clamores potuiſſe, conſurgentibus pariter Cenſoribus, a quibus honorifice demum, aſſectante univerſa plebe, eique cum maximo plauſu gratulante, etiam deductus eſt domum. DOUZA. Huc alludit Q. Septimius II. 43. Tanta repente mutatio animorum *noſtros atque boſtes inceſſerat*, & III. 4. *Neque tam* ſubita mutatio *ſine dolo credebatur.* WASSE in *Adl.*

IN ORE] Idem act. I. ſc. 11. Adelph. CARRIO

IN ORE GENTIBUS AGENS, POPULO, CIVITATI] Et hoc diſſentaneum non eſt, ut de laudatiſſimo illo, ac vere Magno Pompejo ſcriptum habeatur. DOUZA. Deſumta eſt haec Salluſtianae Hiſtoriae tabula, ex Donato interpretante haec Terentii, *In ore eſt omni populo.* ubi ut ait, *In ore eſt omni populo, Salluſtius: In ore gentibus agens, populo, civitati.* Sed qui haec poſteriora pro Salluſtianis habuerunt, Salluſtium a Donati verbis non diſtinxerunt. qui illo *civitati* interpretatur Terentii *populo.* ſint igitur haec Salluſtii: *In ore gentibus agens.* cetera Grammatici: quem ſic diſtingue: *In ore eſt omni populo. Salluſtius, in ore gentibus agens, populo, civitati.* PUTSCH.

MARCO LEPIDO] Habes & hujus tabulae partem a nobis, mi lector, qui haec Salluſtii eſſe apud Marium Victorinum primi odorati ſumus. Nam cum apud eum ſine auctoris nomine adducatur in exemplum ex editis verbis mediis (*ſegnior neque minus gravis, ſed multiplex cura*) quae etiam apud Servium habentur, de auctore certiores facti, maluimus ea hic pro Salluſtianis, quam illic ſine nomine legere. PUTSCH. Haec in Textu non leguntur, a Grutero aliiſque ejecta. HAVERC.

PRESSI] Ibidem Act. III. ſc. 11. CARRIO.

HUNC] Ibidem. Donatus Salluſtium, cum de deſcriptione Celtiberiae loqueretur, ita ſcripſiſſe tradidit; fortaſſis legendum eſt, *Tarquitius*, de quo in bello Sertoriano, pro *Tarquinius.* CARRIO.

DEIN] Varia loci hujus apud Servium lib. XI. AEneid. exſtat ſcriptura. in quibuſdam enim legitur, *Dein campi Theſmiſcirei:* caeteris cum hac noſtra lectione conſentientibus; in aliis vero, *Dein campi Threiſſi quos baluerunt Amazones, ob flumine incertum, quam ob cauſam digreſſae.* primum autem illud quod expreſſimus, & antiquius eſt & cum Salluſtiana oratione magis convenit. niſi quod, pro *Threiſſi*, aut *Theſmiſcirei*, voce paullulum immutata ſcribendum eſt, *Themyſcirii*: Amazones enim campos Themyſcirios inſediſſe nemo neſcit. CARR. Strabo lib. II. *τὴν Ἀμαζόνων πεδίον, τὴν Θεμισκύρειον.* Plutarchus in Lucullo. COLERUS.

UBI EUM TOTA] Idem Servius lib. XII. AEneid. Salluſtium haec de Appio dixiſſe memorat. Quamquam explicatio potius verborum Salluſtii, quam ipſa Salluſtianae orationis verba eſſe videantur. CARRIO.

LONGA SPES] *Longa ſpes*, eodem Servio lib. X. AEneid. interpretante, eſt ſpes longe poſita. CARRIO.

More

More equeſtris proelii ſumtis tergis atque redditis, & egreſſi ad facilio-res ictus loco cedebant. *Idem.*

Caſtra ſine vulnere introitum. *Idem* in lib. X. AEneid.

Multos tamen ab adoleſcentia bonos inſultavit. *Idem*, & *Donatus Eunuch.* Act. II. ſc. 2. *&c.*

Coſa. *Servius* in AEneid. X.

Equis, atque armis inſignibus. *Id. ibid.* & *Aſper.*

Feſſus in Pamphiliam ſe receperat. *Idem.*

XV. Profectus quidam Ligus ad requiſita naturae. *Quinctilianus* Lib. VIII.

Apud

MORE EQUESTRIS PROELII SUMTIS TERGIS, ATQUE REDDITIS, REGRESSI AD FACILIORES ICTUS LOCO CEDEBANT] Ita enim bina illaec Fragmenta, mala (uti apparet) manu divulſa, rurſus in unum conglutinari poſſe, de argumenti ſimilitudine conjectare lubet; traductis alio verbis illis: *Caſtra ſine vulnere introitum:* quae nunc media (ſi diis placet) interiecta leguntur. Ceterum reciprocam iſtam, acceſſim, & receſſim equeſtri proelio, quaſi ſerra, velitandi rationem, explicat idem multo clarius nobis in Jugurtha, de Numidarum equitatu loquens: *Quibus illi freti, non (uti equeſtri proelio ſolet) ſequi, dein cedere, ſed adverſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem.* DOUZA.

REGRESSI] Idem ad illud:

—— *Alte conſurgit in enſem.*

Libro IX. *genus eſt*, inquit, *feriendi, ut Salluſtius dicit.* CARRIO.

CASTRA] *Eſt*, inquit Servius lib. X. AEneid. *ſimile illi:*

Poenas in morte timendum;

Cum caſtra accuſativus pluralis ſit. CARRIO.

MULTOS] Tribus in locis verba haec Salluſtiana adducuntur. Primo a Donato, in Eunuch. Act. II. ſc. 2. eo quo a me edita ſunt modo. Dein a Servio libro decimo AEneid. nonnihil diverſe: *multos a puericia bonos inſultaverat.* Poſtremo ab eodem Servio lib. X. *multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat, id eſt*, inquit, *impetum fecerat.* CARRIO.

COSA] *Coſae civitas Tuſciae, quae numero ſingulari etiam ſecundum Salluſtium dicitur.* Servius lib. X. AEneid. CARRIO. Ex qua Catulus ejecit Lepidanos. Rutil. I.

Inter Caſtrorum veſtigia Serno retexit,
Sardoam Lepido praecipitante fugam.

Litere namque Coſae cognatos depulit boſtes,
Virtutem Catuli, Roma ſecuta, ducis.

WASSE.

EQUIS, ATQUE ARMIS INSIGNIBUS] Ibidem:

—— *Inſignibus armis.*

Ita Aſper legit & Salluſtii utitur auctoritate dicentis, Equo atque armis inſignibus. CARRIO. Sic & ſupra: *Equis & armis decoribus cultus.* De Pompejo loqui videtur, Sullae Dictatori a victoria obviam procedente quam rem ita commemorat Plutarchus: γνὰς ὁ Πομπήιος ἤγγιε δόξα, σπουδὴν τοῦ ἀγωνίου ἐποιεῖτο, καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν, ὡς κατάλληλα τοῖς καιροῖς, καὶ λαμπρόταται φανεῖν. id eſt: *cum (Sullam) appropinquare Pompejus certior factus, Legatis imperat, ut exercitum ornent, & inſtruant, quo quam pulcerrimam ſpeciem praebeant Imperatori.* DOUZA.

FESSUS] Idem VIII. *Feſſus*, inquit, *hic eſt egens conſilii: nam corpore fatigatum dicimus, animo feſſum.* CARRIO.

PROFECTUS] Quinctilianus extremo lib. VIII. *Periphraſin*, inquit, *vocant circuitum loquendi, quae nonnumquam habet neceſſitatem quotiens dictu deformia operit: ut Salluſtius, ad requiſita naturae.* Flodegarius, de quo alibi nihil legere memini, in Commentario ad Barbariſmos Donati, qui in bibliotheca Elnouenſi calamo exaratus exſtat, *ſit*, inquit, *cacophaton in ſenſu, cum aliquid turpitudinis, quod non convenit niſi biſtrionibus vel Satyricis, ab biſtoriographo vel prudenti narratur. Unde Salluſtius:*

Profectus quidam Ligus ad requiſita naturae.

Item Horatius:

Et tuus rubros obſtetrix pannus lavit.

In quibus quod ad verba attinet, honeſta eſt elocutio, de re tamen turpiſſima. Haec ille. Phraſin imitatur Ammian. lib. XXIII. *Super his, nec ſtando mingens, nec*

Digitized by Google

Apud latera certos collocaverat. *Servius* in I. AEneid.
Apertae portae, repleta arva cultoribus. *Id. ibid.*
Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe. *Idem.*
Lyciae, Piſidiaeque agros deſpectantem. *Idem.*
Sorte ductos fuſti necat. *Idem* in II. AEneid.

Omnis

nec ad requiſita naturae ſecedens facile viſitur Perſa. COLER. Quinctilianus VIII. 6. *Pluribus autem verbis cum id quod uno, aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur, περίφρασιν vocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam neceſſitatem habet quoties dictu deformia operit:* Salluſtius [Ald. Vaſc. Steph. *ut Sall.*] *Ad requiſita naturae.* Caetera addit *Flodegarius*, neſcio an memoria lapſus. Et quid illi pronius faciliuſque quam huc trahere quae Jugurth. XLVIII. habentur: *Quidam Ligus &c. aquatum egreſſus.* Et fieri potuit ut Quinctilianus ea reſpiceret quae hujus figurae exemplum continerent, nec tamen obſcoenitatem aliquam operirent. E contra, *requiſita naturae*, ſemper dejectionem alvi denotat. Ammianus XXIII. ult. *Super his, nec ſtando* mingens, *nec* ad requiſita naturae *ſecedens facile viſitur Perſa: ita obſervantius, haec aliaque pudenda declinant.* Idem fere Herodotus I. 133. Καὶ σφι οὐκ ἐμίσεε ἔξεστι, ἢ ἢ ἀρῆσθαι ἄντίον ἄλλου. Xenophon Cyrop. VIII. Μήτε ἰδίων μήτε κοινῶν, μήτε τῶν ἀλλοτρίων τοιοῦτος φανερὸς εἶναι. Spartianus Caracall. VI. *Quum* ad requiſita naturae *diſceſſiſſet.* Malim *ſeceſſiſſet*, ut apud Ammianum, vel *dejcendiſſet.* Aurelius Victor de eodem, *apud Edeſſam* ſecedens *ad officia naturalia.* ea nempe quae *ventris ſecreta* vocat cap. 62. pergit auctor: *Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam, quum* levandae veſicae gratia ex equo deſcendiſſet. Verum, ut ingenue fatear, illa, *occiſus &c. caedis ageret*, inſititia videntur & huic operi a neſcio quo librario intruſa, quippe quae nihil omnino continent, ſi falſum & ineptum illud τῶ *requiſita naturae* interpretamentum excipias, quod non ſupra dictum fuerat. Audi, ſuper tota re, Herodianum IV. Καὶ ὁ τὴν μέσην ὁδὸν ἐπειχθεὶς ὑπὸ τῶ γαστρὸς, διαζῶναί τε πάντας κελεύσας, ἀνεχώρει σὺν ἐπὶ ὑπηρέτῃ, διατεθυμασμένος τὴν εὐοχλίαν. Πάντες πάνυ ἀπεστράφησαν, ὡς πεφύκασιν ἄπασαι, τίμιον τὸ αἰδοῖ τὸ γιγνόμενον γυναιξί. deinde: Ἐπειδὴ αὐτοὶ τὰς ἰδίους τῶ μητρῶν καθελκύσῃ. Planius adhuc Zonaras pag. 615. διαζώσῃ τῶ ἵππου δι' ἀναπαῦλαν. hoc eſt, ὡς κενῶσαι τῶ γαστρός. Nam διάπαυλαι ἀφοδεύσεις *ſeceſſiones.* Ariſtophanes Acharn. 81.

Ἀλλ' εἰς ἀπόπαυλον ἀχθὲν σταθὲν λαθὼν
Κἄχιζον εἰδὼς μοῦσας ἐπὶ χρυσῶν ἔρνη.

Vix alibi occurrunt haec verba *requiſita naturae*, unum excipias Hieronymum adv. Jovinian. I. unde potius a Salluſtio, cujus ſcrinia compilare ſolent, quam a Quinctiliano deſumſiſſe Auctores modo laudatos nullus dubito. WASSE in *Add.*

APUD LATERA] *Certus aut velocem ſignificat, aut fidelem, aliquando etiam firmum, ut ait Salluſtius: apud latera certos collocaverat.* Servius lib. I. AEn. CARRIO.

APERTAE] *Aperiri portas ſignum pacis eſt.* ibidem. CARRIO. Pacis more. Hinc fortaſſe *Panda* θύρα εἰρήνης. Lucanus lib. VII. de Lariſſaeis:

Pandunt templa, domos, ſocias ſe cladibus optant.

Aliter tamen Arnobius lib. IV. *Praeſtana eſt, ut perhibetis, dicta, quod Quirinus in jaculi miſſione cunctorum praeſtiterit viribus: & quod Tito Tatio, Capitolinum ut capiat collem, viam pandere atque aperire permiſſum eſt, dea Panda eſt appellata vel Pandica.* Hujus tamen rei quem auctorem habeat Arnobius neſcio. Nihil apud Dionyſium, Livium, Feſtum, alios. COLER.

HISPANIAM] Ibidem, *patria*, inquit, *id eſt, civitas in provincia eſſe poteſt, non tamen ut ipſa provincia patria ſit, licet in Salluſtio lectum ſit, Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe: ſed illic ad laudem, non ad veritatem.* Idem lib. III. *Hiſpaniam ſibi patriam eſſe, provinciam pro patria poſuit.* CARRIO.

LYCIAE] *Rei inſenſibili*, inquit Servius, *dat Salluſtius ſenſum.* CARRIO.

SORTE DUCTOS FUSTI NECAT] Idem Servius II. AEneid. locum antea corruptum, cum legeretur, *ſorte ductos furti negati*, feliciter doctiſſimus Petrus Pithoeus emendavit. CARRIO. Puto legendum, *eductos*, accipiendumque de ſevera ac militari Craſſi diſciplina, qua idem in fugitoribus coërcendis uſus, ex duabus Memmianis Legionibus contra edictum Imperatoris in hoſtem (Spartacum) pugnare auſis, profligatiſque; quingentos primos, unde initium fugae factum fuerat, ſorte eductos decimari praecepit. Quod vetus ſupplicii genus, intermortuum, ac deſitum jampridem, poſtliminio in caſtra Romana reductum a Craſſo. Auctor Plutarchus in ejus vita. DOUZA.

Omnis Italia coacta in anguſtias ſcinditur in duo promontoria, Bruttium, & Salentinum. *Idem* AEn. III.

Italia plana ac mollis. *Idem.*

XVI. Qua tempeſtate ex Ponto vis piſcium erupit. *Idem* in IV. AEn. & *Scholiaſtes Juvenalis.*

Introrſus prima Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus adpellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia. *Servius* V. AEn. *bis.*

Sed

OMNIS] Sintne haec certa Salluſtianae orationis verba, vehementer dubito. Servius lib. III. AEneid. ſcribens, Salentinum promontorium eſſe Italiae, haec pro Salluſtianis affert. CARRIO.

ITALIA PLANA AC MOLLIS] *Naturam*, inquit Servius, *provinciae Virgilius oſtendit, cum ait,*

——— ——— *Humilemque videmus*
Italiam:

Ut Salluſtius, Italia plana ac mollis. CARRIO. Plinius comparat folio querneo lib. III. cap. 5. COLER. Dubito num legi debeat: *Italia plana ac humilis.* Virg.

——— *Humilemque videmus*
Italiam.

PUTSCH.

PLANA AC MOLLIS] Guntherus Poëta:

——— *Campos ac plana jacentis*
Proſpicit Italiae.

Idem lib. II. Zonae formam habere ait Italiam:

Haec Apennini rigidis hinc rupibus, inde
Alpibus aëriis preſſa atque coërcita tellus
Longa, ſed anguſtam zonae ſortita figuram.

COLER.

QUA TEMPESTATE EX PONTO VIS PISCIUM ERUPIT] Huc reſpexit Tacitus lib. Ann. XII. cum ſcripſit: *Quippe Byzantium fertili ſelo, fecundoque mari, quia vis piſcium in Pontum erumpens, & obliquis ſubter undas ſaxis exterrita, omiſſo alterius itineris flexu, hos ad portus defertur.* CIACCON. & URSIN. *Plus eſt*, inquit Servius lib. IV. AEneid. *earum vis, quam ſi diceret multitudo: unde Salluſtius: qua tempeſtate, &c.* CARRIO. Haud procul haec abſuerunt ab eo fragmento, de Ponto, de quo paulo ante. Hoc etiam citatur a veteri Scholiaſte Juvenalis, qui ſic ſcribit: *Qui in Ponto & Maeotide capiuntur piſces immanes & pingues ex ipſa tarditate: quoniam quando gelat, in glacie haerent.* Salluſtius: *Itaque tempeſtate piſcium vis ponto erumpit.* Puto conjungendum cum altero fragmento: *Mare Ponticum dulcius quam caetera; itaque tempeſtate piſcium vis Ponto erumpit.* Plinius lib. IX. cap. 19. *Piſcium genus omne maxima celeritate adoleſcit, maxime in Ponto.* Feſtus Avienus:

Qua piſcoſa jacet ſpacio porrecta Propontis.

COLER.

INTRORSUS &c.] Haec & plura alia tacito nomine refert Iſidorus. CIACCON. *Interior*, id eſt, *miſterior.* Cicero: *quem omnia intus cenere dicebant. Salluſtius: igitur introrſus prima Aſiae Bithynia eſt multis antea nominibus appellata.* Servius lib. V. AEneid. bis eodem fere in loco. CARR. An vero cuiquam dubium eſſe poteſt, quin hinc mutuatus Bithyniae ſuae deſcriptionem Iſidorus? unde & huc Criſpi Fragmentum (id quod ſupra in Corſicae, ac Sardiniae topographia praeſtitimus) haud mediocri ſupplemento ſuccenturiari poſſe videtur, facie verborum nonnihil immutata; quae ita apud eum farcinatorem conſuta leguntur: *Prima Aſiae minoris Bithynia in Ponti exordio ad ſolis orientis partem adverſa Thraciae jacet, multis antea nominibus appellata. Nam prius Beritia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno Rege Bithynia appellata. Ipſa eſt & major Phrygia. Nicomedia urbs in ea eſt, ubi Hannibal fugiens veneni hauſtu animam exhalavit.* Quorum poſtremam particulam de Juvenalis floſculis decerptam, eſt veriſimile, ita de Mario ſcribentis:

Si circumducto captivorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalaſſes opimam,
Cum de Teutonico vellet deſcendere curru.

Videtur autem Salluſtius a Bithyniae deſcriptione exorſus, cauſſas porro ſummatim ſolens expoſuiſſe belli a Romanis ſumti advorſus Mithridatem, per Nicomedem Bithyniae Regem (id quod ex Epiſtola illa Pontici Regis didicimus) ipſorum maxime inſtinctu, armis laceſſitum. DOUZA. Recte doctiſſimus ac Nobiliſſimus Douza fragmentum hoc Salluſtii apud Iſidorum auctius exſtare odoratus erat, nam ita ut edidimus legitur apud Servium quem habemus liberalitate Cl. Petri Danielis. Sed Iſidori locum non pigebit aſcribere, ut mendum quod ei jam dudum inhaeſit, eluatur. *Prima Aſiae minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad ſolis orientis partem adverſa Thraciae jacet, multis antea nominibus appellata: nam prius*

Digitized by Google

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre veneno interfecta. *Idem* in AEneid. V.

Exercitum vertere. *Idem ibidem.*

Creta altior eſt, qua parte ſpectat orientem. *Idem.*

Se regibus devovent, & poſt eos vitam refutant: adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis. *Idem;* & *Philargyrius.*

XVII. Dum

prius Beritia (lege *Bebritia*) *dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithynio rege, Bithynia appellata, ipſa eſt & major Phrygia.* Val. Flaccus lib. IV.

Proxima Bebricii raduntur limina regni,
Pingue ſolum, & duris regio non invida tauris.

Ceterum cum Servius citet haec Criſpi, ut doceat Bithyniam, & Bebriciam dictam, nullaque ejus rei in fragmento hoc exſtet mentio; non dubito Salluſtium augere hoc pacto: *Igitur introrſus prima Aſiae Bithynia eſt, multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & major Phrygia, prius Bebricia dicta, mox a Bithynio rege Bithynia.* PUTSCH.

MULTIS ANTEA NOMINIBUS] Iſidorus lib. XIV. *Bithynia in Ponti exordio, ad ſolis orientis partem, adverſa Thraciae jacet, multis ante nominibus appellata.* Quae illa nomina ſint, ſubjicit, opinor, ipſiſſimis Salluſtii verbis: *Nam prius*, inquit, *Beritia dicta, dein Migdonia, mox a Bithynio rege Bithynia appellata, ipſa & major Phrygia.* COLER.

SED MITHRIDATES] Idem Servius lib. V. AEneid. CARRIO.

EXERCITUM] Ibidem Servius interpretatur, *vertere*, dictum eſſe pro *conſiderare.* CARRIO. In Jugurtha legitur, *exercitum more majorum gereret.* WASSE. *Vertere* eſt regere, ductare, tralatione a navium gubernaculis facta. Virgil. AEneid. VII. 100.

——— *quorumque a ſtirpe nepotes*
Omnia ſub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Aſpicit Oceanum, vertique regique *videbunt.*

Illud, cui ineſt ſubigendi poteſtas, *vertere* & *verſare*, quod impar eſt & obnoxium, id *verti*, *regique* dicitur. Lucretium ſequitur Maro, ita enim ille III. 165.

——— *propellere membra,*
Conripere ex ſomno corpus, mutareque voltum,
Atque hominem totum regere *ac* verſare *videtur.*

Statius Theb. II. 574.

——— *nec* vertere *cuiquam*
Frena *ſecundus Halys:*

Silius VIII. 261.

——— *Sic debilis arte*
Belligera, mattemque *rudis* verſare.

Ubi amor impotens aut edax illa poëtarum cura dominatur, ibi recte uſurpari poſſunt, verſat & coquit *ſub pectore.* Item:

Et poſſeſſa ferus pectora verſat *amor.*

Unde admodum crude Servius ad AEneid. V. 408. *verſat* i. e. *conſiderat.* Nam hoc ſtricte non ſignificat, neque hoc vult auctor quod mente animoque verſaret Heſtos Immenſa volumina, ſed quod huc illuc, quaſi illorum pondus exploraturus, libraret: ideoque Schol. Salluſtii locum minus caute adduxit. Quod ex Virg. patet, qui *verſemus oves ſub fidere cancri*, i. e. tractemus. caeterum hoc ſignificatu ponuntur a Scriptoribus Graecis ἐλίσσω, κυλινδέω, ἰλίσσω. Ariſtoteles de Mund. Πάλιν δ' ὑφ' ἓν τὰ σκιδνάμενα συνάγει. Ariſtoph. Ran.

Μιζοκυλινδῶν αὐτὸν ἀεὶ πρὸς τὸ Διοχάρους τεῖχος.

Hinc apud Homerum, ſummi Jovis imperium ex eo praecipue oſtenditur, quod unus ipſe levi nutus momento *Coelorum immenſa volumina torquet.*

Σείσαι δ' αἰὲν ἐγὼν, ΕΛΕΛΙΞΕ δ μακρὸν Ὄλυμπον.

WASSE in *Add.*

CRETA] Idem lib. VI. AEneid. CARRIO. Strabo lib. X. Καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Πελοποννήσιος ὃ εἰ τις τὸν ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Κρήτῃ. Pertinet hoc ad illud ſuperius de Curetibus. COLER.

POST EOS VITAM REFUTANT] Hoc eſt: *poſt mortem illorum & aſpernantur.* Cicero pro Rabir. Poſth. §. 27. *non modo non* aſpernari *ac* refutare, *ſed complecti etiam & augere debetis.* Gloſſae *refutari* ἀνάκλησις, ἀνατίμησις. Capitolinus Antonino Pio cap. V. *Circenſes, natali ſuo dicatos non reſpuit, aliis* honoribus refutatis. Solinus pag. 42. *nundinas & nummum* refutare. Confer Ammianum & Hegeſippum II. 9. D. Hieronymum Epiſt. XXVI. 5. &, vita Malchi. *refutare vitam* haud alibi legitur. WASSE in *Add.*

SE REGIBUS] Duo haec fragmenta ſeorſum apud Servium lib. IV. Georg. exſtantia, orationis ſerie ſuadente conjunxi; vere an falſe, nihil laboro; certe veriſimiliter, quamquam prius de Celtiberis, poſterius vero de Parthis & Medis Salluſtium protuliſſe, Servius aſſerere videatur. CARR. Reduco ad librum II. nam non procul abfuit ab illis: *Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, ſed ipſae belli promtiſſimos delegebant*, & forte

XVII. Dum inferior omni via graſſaretur. *Johannes Grammat.* Narbo-

cohaeſit. quo pertinet & illud: *Salluſtius ait Hiſpanorum morem fuiſſe ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur a matribus.* omnia de eadem gente. Vide Philarg. ad Georg. Virgil. PUTSCH. De Parthis loquitur, ſi bene ſupicor. Philargyrius, antiquiſſimus Virgilii interpres, de Parthis: *His autem gentibus, ait Salluſtius, adeo ingenita eſt ſanctitas religionis.* Ubi emendandum ex eopſe Salluſtii loco: *Sanctitas regii nominis.* COLER.

ADEO EST ILLIS INGENITA SANCTITAS REGII NOMINIS] Loquitur de Celtiberis, ut & Val. Max. lib. II. cap. 1. quibus nulli cedunt Perſae. Nam cum Xerxes navi in qua erat, ob multitudinem vectorum laborante, de vita periclitaretur, magnum Perſarum qui inter ea erant numerum ſponte ſe in mare praecipitaſſe, ut ſua morte vitam Regis emerent, ut eſt apud Herodot. lib. VIII. cap. 118. Inprimis memorabile eſt, quod narrat Elmacinus lib. III. cap. 8. de Batiina: *Cum legatus regis Gielaiuddaulae ad eum veniſſet, obedientiam exigens, quoſdam ex aſſeclis ſuis accerſiri juſſit, & adoleſcenti cuidam ex ipſis, annuens dixit, interfice te ipſum; atque ita fecit; tum alteri innuit, ut ex arce ſe praecipitem daret, quod item fecit, & comminutus fuit: tum vero Rex legato dixit: ejusmodi ποιοῦσι ſubditi hac in me obſervantia feruntur, atque hoc tibi pro reſponſo eſto.* Conr. Leo in Hiſtor. Mahometica Coloniae Anno 1596. edita ſcribit, *in ſolennitate, qua Amuratbis III. filius circumcidebatur ritu Turcico, quamplurimos Turcas in honorem Imperatoris ſui, mortem variis modis ſibi conſciviſſe, ut tandem expreſſa inhibitione, graviſſimaeque poenae denunciatione, veſaniae hominum obviam eundum fuerit.* Haec nos Freinshem. debemus ad Curt. lib. III. cap. 6. §. 17. qui & de Perſis ſeorſim adeundus ad Curt. lib. V. cap. 9. §. 2. Hujusmodi etiam mos eſt in Canariis obſervatus, devovendi ſeſe, ac ſtatim mortem obeundi, pro ſalute novi principis, ut narrat Aloyſius Cadamuſtus cap. 8. Extat inſcriptio vetus, quae continet titulum, quo propoſito, duae legiones capita devoverunt pro ſalute Trajani, bello Dacico periclitantis. Bellonarii quoque *pro ſalute Imperatoris ſanguinem ſe fundere dicebant*, ut eſt apud Tertull. in Apologetici cap. 25. De P. Afranio ac Potito, qui pro ſalute Caji capita ſua devoverunt, Dio lib. 28. Nimirum opinio veterum fuit, *mortem morte poſſe redimi, & ex hac perſuaſione, multa talia ſunt introducta*, ut obſervat Caſaub. ad Suet. Calig. cap. 14. ubi etiam adire jubet Suet. in Nerone cap. 36. Adde eund. ad Spart. pag. 28. ROBERT.

ILLIS INGENITA EST] Locutio vulgg. Lexicis ignota. *ingenitum* proprie eſt: vel quod a natura datum, vel a parentibus quaſi ex traduce hauſtum eſt, & reſpondet Graeco verbo ἔμφυτον, συμφυές. Illud enim Plinio *ingenitum* quod AElliano συμφυές. V. Manilium I. 815. IV. 154. Suetonium Ner. I. Columellam III. 7. Hoc fere ſenſu voces *innatum* & *ingeneratum* uſurpat elegantiſſime in B. G. I. 41. Caeſar. *Hac oratione habita, mirum in modum converſae ſunt omnium mentes, ſummaque alacritas & cupiditas belli gerendi* innata eſt. Pro *inſerta, propagata, orta eſt.* Quod per *injectum* & *illatum* effert B. G. II. 25. VI. 42. B. Civ. III. 38. 65. Idem B. G. I. 46. *Poſteaquam &c. eaque res colloquium diremiſſet; multo major alacritas, ſtudiumque pugnandi majus exercitui* injectum eſt. Senſu primaevo bis praeterea uſus eſt, B. G. VII. 42. B. Civ. III. 92. ſed in poſteriore loco adjunxit vocem *naturaliter*. alacritas *naturaliter* innata. ubi quod a natura innatum eſt, ei quod ab aliis poſtea illatum eſt, opponi videtur, vel ſaltem ſubinnuit aliam vi *innata* reſtare notionem. Metaphraſtes B. G. I. 41. Πολὺ εὐθυμία, αὐτῆς δ' μάχεσθαι ἐπιγίνεσθαι, & II. 25. Ἐπιδὸς τοῖς τῶν στρατιώτας ἐγκειμένης. ubi *illata*. & *injectum* I. 46. ibi πολὺ μεῖζον εὐθυμία τε ἐς πᾶσαν δ' μάχεσθαι, ἢ εἶχον, τοῖς στρατιώτας εἰσφ. Unde patet ejus exemplaria habuiſſe *innata*, quod quidem loco *illata* II. 25. reponere haud gravarer. Hoc modo Plautus Mil. IV. 2. 71.

Non mihi avaritia umquam innata *eſt.*
Poen. I. 2. 87.

Invidia in me nunquam innata *eſt, neque malitia.* Apertiſſime Perſ. II. 5. 11.

T. *Quid hoc hic in collo tibi ſumet?* S. vomica' ſt.
preſſare parce.

T. Quando iſtaec innata eſt tibi? S. Hodie.

Innaſcor pro *naſcor*, ſimplex pro compoſito, apud antiquos frequenter uſu venit. Horat. Sat. I. 3. 37.

Negletis urenda filix innaſcitur.

Denique plus eſt quam *inſita* Cic. Fin. IV. 4. N. D. I. 44. Nec diſpar uſus τῦ *ingenerare* apud Cic. in Agrar. & Valerium II. 2. VII. 2. V. 3. 1. VIII. 9. 4. *pectoribus inſerta, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem* ingeneraret. MS. B. Pub. *Voluntariam.* WASSE in *Add.*

DUM INFERIOR] Aurelius Macrobius librum ſcripſit de differentia Graecae & Latinae linguae. ex eo libro Joannes, neſcio quis, quaedam in ſuum, ut ipſe ait, uſum de diſcrimine verborum utriuſque linguae excerpſit, quae excerpta apud elegantiſſimum Juriſconſultum Petrum Pithoeum ſunt;

Narbone cóncilia Gallorum. *Pompejus in Artem Donati.*
Cum Brutus &c. *Pompejus ibidem.*
Poſt defectionem ſociorum & Latii. *Donatus Adelph.* III. 4
Ad Jovis mandem noſtra. *Idem.* IV. 2.
Morbi graves ob inediam inſolita veſcentibus. *Idem Hecyr.* III. 2.

At-

ſunt; in iis, *graſſatio*, inquit, *iteratio eſt, a graditur; Salluſtius*, &c. CARRIO. Senſus efflagitare videtur, ut pro *via*, *vi* reſcribamus. DOUZA.

NARBONE] Pompejus in priorem Artem Donati, *Quotiens*, inquit, *nominativus aliter fuerit terminatus, ſecundum dativum dicimus:* ut, *Karthago: Karthagini ſum. ſed etiam hoc confundit auctoritas. ut Salluſtius: Narbone pro Narboni. & Virgilius:*

——— *Tyria Karthagine qui nunc*
Exſpectat.

pro *Karthagini*. CARRIO. Narbo ob id Martius muncupatus, quod in eum Caeſar Dictator colonos ex Martia legione milites deduxiſſet. Cicero ſpeculam & propugnaculum Italiae appellavit. Plinius ait Coloniam fuiſſe decumanorum: & Mela inſuper Atacinorum. Sita eſt ad oſtia Atacis fluminis XII. m. p. a mari diſtans, hodieque & munitiſſima & pulcherrima civitas, tum & Archiepiſcopali ſede aliiſque ornamentis clara. Olim quoque pulcherrimo epitheto eam affecerat Martialis, qui & *Paternam* dixerat, modo codicis manu exarati lectionem ſequamur nobis a Scriverio indicatam;

Docti Narbo Paterna Vetieni.

Vulgo enim dicitur:

Docti Patria Narbo Vetieni.

Sed firmat lectionem ſcriptam iſta praeſertim Epigraphe. COL. JUL. PATERNA. NARBO. Julia Paterna videlicet, ut intelligeretur Julii Patris Dictatoris, non Julii Filii, id eſt, Octaviani, auſpiciis deductam. Martialis verſus hi ſunt:

Quem pulcherrima jam redire Narbo,
Docti patria Narbo Vetieni,
Ad leges jubet annuoſque faſces.

WASSE.

CUM BRUTUS] Idem Pompejus ibidem, *Verum eſt*, inquit, *quod Donatus dixit, nominibus civitatum non addimus praepoſitiones; ut puta, Roma venio*, &c. *ſed non ſunt neceſſaria: nam confundit auctoritas. hinc Salluſtius dixit: cum Brutus*, &c. CARR. Credo exemplum idem eſſe cum illo quod hodie exſtat in Catilina, *Nam Brutus ab Roma aberat.* Itaque hic inducendum; ne fiat pervolgatum illud: Crambe bis poſita. PUTSCH.

POST DEFECTIONEM] Donatus Act. III. ſc. 2. Adelph. CARRIO.

SOCIORUM ET LATII] Forte pro, *& Latii*, legendum: *& Sertorii.* Noſter VI. 4. *quoniam* poſt defectionem Sociorum, & Sertorii *per montis fugam.* Laudat *Donatus* ob vocem *Sociorum*, de caeteris non adeo ſollicitus. WASSE in *Add.*

AD JOVIS] Idem ibidem Act. IV. ſc. 9. CARR. Ita & in Donato, & exemplaribus noſtris, inſcita prorſus, ac perplexabili ſententia, imo nulla potius. ita ut dubium mihi non ſit, quin, *Id Jovi mandem noſtro*, debeat emendari. quaſi ſi dicas: Juppiter iſta viderit, vel: Haec Deo ſint curae, qui ſupra nos negotium curabit. Sic & Martialis ſuppalpans Domitiano:

Hoc ſatis eſt, ipſi cetera mando Deo.

DOUZA.

MORBI GRAVES OB INEDIAM INSOLITA VESCENTIBUS] Sic legendum; nam Tacitus habet: *Ob obſidione cunctantibus, ſolita inſolitaque alimenta deerant.* Videndum autem an ad haec fragmenta addi poſſit illud, quod ab Ambroſio citatur epiſt. ad Marcellin. V. *Brevi*, inquit, *multitudo diverſa atque vaga, concordia civitas facta erat*, &c. Nam paulo ante nominatur Salluſt. ut ad eum haec quoque referri poſſint. URSIN. Donatus III. ſc. 11. Hecyr. CARRIO. Credo utique de exercitu Mithridatis agi Cyzicum obſidente, eo uſque inediae redacto, ut ne humanis quidem carnibus abſtinerent; alii, pecorum in morem, herbis radicibuſque evulſis uterentur pro cibo, unde & gravium morborum & peſtilentiae cauſſae; eo magis, quod itinera terreſtria, qua commeatus ſubvehi poſſent, omnia a Lucullo obſeſſa circumquaque; & aquae, per anni tempus hiemantes, maritimas importationes praepedirent. Quam incommoditatem obſeſſor ipſe Cyzicenus queſtus erat ſupra, in Epiſtola ſua ad Arſacem; ubi in hunc modum res, ita ut geſta erat, quam breviſſime enarratur: *Apud Cyzicum, magno cum exercitu, in obſidione moranti, frumentum defuit, nullo circumadnitente, ſimul hiems mari prohibebat.* Quid enim? potuitne brevius? DOUZA. Juſtin. lib. II. cap. 13. §. 12. *Multorum deinde dierum inopia contraxerat & peſtem.* RUPERT.

Atque ea cogentes non coactos ſceleſtos magis quam miſeros diſtringi. *Idem* IV. 1. *ibidem.*

Graviori bello, quo prohibituri venerant ſocii, frigere. *Idem* Act. V. ſc. 1. *ibidem.*

Nam quidem Pyrrho Hannibali, aequor & terra. *Idem* Act. I. ſc. 1. *Phorm.*

Nam Sullae dominationem audebat. *Idem* Act. II. ſc. 3. *Phorm.*

Neque eſt defenſus dominationem Sullae. *Idem ibidem.*

At illi. *Serv. Eclog.* I.

Cui nomen. *Serv.* I. AEneid.

Neu quis miles, neve pro milite. *Servius.*

XVIII. Ex inſolentia avidus malefaciendi. *Idem.*

Tergis vinciebant. *Idem* AEneid. IX.

Charybdis, quae forte inlata naufragia ſorbens gurgitibus occultis millia ſexaginta Tauromenitana ad litora trahit. *Idem.*

Sagun-

ATQUE EA] Ibidem Act. IV. ſc. 1. CARRIO.

GRAVIORI] Ibidem Act. V. ſc. 1. CARRIO. Videndum an legi poſſit *affixere*, vel potius, *fugere*. URSIN.

SOCII, FRIGERE] Forte *affixere*, vel *fregere*. CIACCON.

NAM QUIDEM PYRRHO, ANNIBALI, &c.] Exiſtimo eſſe ex actione Lepidi; in qua legitur, *Nam quid a Pyrrho, &c.* CIACCON. Idem Act. I. ſc. 1. Phorm. etſi vix dubito quin hoc idem fragmentum ſit cum illo quod eſt lib. I. pag. 159. *nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque & Antiocho.* obſervat enim Donatus primas duas voces ſine copula, poſteriores vero cum eadem poſitas. CARRIO.

HANNIBALI] Vide ſupra Jug. cap. 5. WASSE.

NAM SULLAE] Ibidem Act. II. ſc. 3. CARRIO.

NEQUE] Donatus eodem quo proxime ſuperius loco: etſi vulgo, *dominationem*, legitur: cum hic ſit incuria operarum, *dominationum*. CARRIO.

NEQUE EST DEFENSUS] Meras nugas, ambages, hic jacit Carrio. Lego: *Nec eſt defenſus dominationum Sulla.* Videtur ſumptum ex aliqua Oratione. COLERUS. Legitur hodie apud Donatum: *Neque eſt offenſus dominationem.* In edit. Terent. quae prodiit apud Hack. 1686. WASSE.

AT ILLI] Servius Ecloga prima Virgiliana. CARRIO.

CUI NOMEN OBLIVIONIS CONDIDERANT] Legam, *indiderant*. & de Lethe Hiſpaniae flumine intelligam, quod Limiam appellant, Strabo lib. III. & latius Mela: *Et cui oblivionis cognomen eſt, Limia,* CIACCON. & URSIN. Idem Servius primo AEneid. male autem apud illum eſt, *nomen Oſtium*; pro *nomen oblivionis.* de qua alibi diximus. CARRIO. Mutat Ciacconius: *cui nomen oblivionis indiderant.* Fruſtra; quaſi non ſit Latinum, *condere nomen.* Vulgatam lectionem confirmant etiam Priſcianus, quem toties laudavi, & Servius Fuldenſis. COLER.

NEU QUIS] Idem ibidem. CARRIO.

NEVE PRO MILITE] Pro *milite*, id eſt, *Evocatus.* Vide Lipſ. in libb. de Mil. Rom. RUPERT.

ET INSOLENTIA] idem ſeptimo AEneid. CARR.

TERGIS] Idem Servius IX. AEneid. CARRIO.

CHARYBDIS] Servius lib. AEneid. *Charybdis*, inquit, *ſecundum Salluſtium circa Tauromenitanum egerit litus.* Verba autem Salluſtii quae a Servio abſunt, primus e ſchedis viri omnis antiquitatis ſtudioſiſſimi juxta ac peritiſſimi Petri Danielis, in lucem dedit amicus noſter Joſephus Scaliger. de quo illud habeo affirmare, plus eum in Graeca, Latina lingua, externa, domeſtica antiquitate, omni denique omnium artium encyclopaedia memoria tenere, quam quiſquam eorum qui ſe doctos & eſſe & dici volunt, hac quidem aetate, ignoret. Haec autem Salluſtiana Silius in librum ſuum XIV. ita tranſtulit:

Et qui correptas ſorbentem vorticis hauſtu,
Atque iterum e fundo jaculantem ad ſidera puppes
Tauromenitana cernunt de ſede Charybdin.

Sic enim liber Colonienſis: non *Tauromenitana.* Strabonis locum, qui de Salluſtiano ad verbum expreſſus eſt, paene me fugit apponere. eſt igitur hic: Δείκνυται δ' ἡ Χαρύβδις μικρὸν ὑπὲρ τὸ πε-

λωρ

Saguntini fide atque aerumnis incluti, per mortalium ſtudium majores quam opibus, quippe quis etiam tum ſemiruta moenia, domus intectae, parieteſque templorum ambuſti manus Punicas oſtentabant. *Hieronym. in Habacuc.* cap. 11.

Apud Corduennos amomum & alii leves odores gignuntur. *Philargyrius in* IV. *Georg. Virgil.*

XIX. Quem trans ſtagnum omnis uſque ad flumen. *Idem.*

Repente incautos agros invaſit. *Idem.*

Belli ſane ſciens. *Acron.*

Namque omnium ferociſſumi ad hoc tempus Achaei atque Tauri ſunt, quod, quantum conjicio, locorum egeſtate rapto vivere coacti. *Gloſſae Juvenalis.*

Atque ipſe cultus rei. *Acron.*

Tri-

λως ὁ τῶ ναυαγῶ, βάθος ἰξάγιον, εἰς ὃ οἱ παλιῤῥοῖσι ἢ ναυαγῶ καθέγουσι δίκυας τὰ σκάφη πεπαλιζόμενα μὴ συναρῶσι, ἢ ἄγκυραι μιγάλαι. ταλασιόφυλλον δ', ἢ ἀλγαλέοντα, τὰ ναυάγια παραλέγεται ἐσὶς ἰώνια ὁ Ταυροκόμας, τὸν καλέουσι ἐπὶ συμπλόκαδες τύτα κανέαν. CARRIO. Quo loco notandum raram ſignificationem in voce *Naufragia*; quae pro quaſſarum, & quaſi affulatim dedolatarum navium fragminibus, laceriſque armamentorum reliquiis poſita; recte. Ceterum reſcribendum, *per millia ſexaginta*: eodemque etiam referendum videri alterum illud libri IV. quod habes ſupra: *Ubi ſe laniata navigia fundo emergunt.* DOUZA.

ILLATA NAUFRAGIA] Viderat Q. Septimius VI. 4. *Inter* Scyllam & Charibdim *mare ſaeviſſimum*, & illata forbere *ſolitum*. Infra: *leves odores*: id eſt: ſuaves; de amomo Dioſcorides I. 14. Εὐώδης ἰκμὰς. &, *gravis odor* paſſim pro *ingrato*. Lucret. VI. 803. Virg. G. IV. 49. *Aut ubi* odor *coeni* gravis; quo ſenſu apud Dioſcor. Idem: Τὸ βαρύοσμον. ingratus, teter, & qui nares contriſtat. Huc reſpexit Corippus:

Priſca Palaeſtini miſcentur dona Lyaei
Alba, colore nivis, blandoque leviſſima guſtu.

Aliud autem *vinum leviſſimum* apud Plinium. An hoc ſenſu ejuſdem illa capiam, neſcio, XII. 7. *Hoc* (piper) *ex omni generi aſperrimum eſt*, leviſſimumque & *pallidum*. de Cervae odore apud Varium:

AEthera per nitidum tenues *ſectatur* odores.

AEque audacter Maro AEneid. III.

Volvitur ater odor.

Palladius Rutil.

Et frondes pulchro *ditat* odore *feras.*

Ariſtoteles de Anim. II. 9. Καὶ ὀμμάτια, καὶ αὐτὰ, καὶ ἐξῶα, καὶ λιτὰ ἐσὶ ἐσμί. Lucret.

Abrotonique graves & triſtia centaurea.

WASSE in *Add.*

SAGUNTINI] AEſtuat in hujus loci emendatione Colerus. (ſupra Num. VII. p. 124.) lege nulla licentia: *quippe quis etiam tum*, pro *qui*, optimo ſenſu & conveniente. *quis* pro *quibus* pueri norunt. PUTSCH.

APUD CORDUENNOS] Mihi incogniti populi. Plinius ſcribit, amomum naſci in illa parte Armeniae, quae vocatur Otenac. COLER. Levis odor eſt ſuavis & fragrans, ut contra gravis. Valerius Flaccus lib. XIV.

Illic peſtiferas ſubter juga concava torquet
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat biatu,
Tumens & ſaeva ſequitur caligine campus,
Linque gravem fluvium, & miſeris ſua fata colonis.

PUTSCH.

USQUE AD] Noſter alibi ſemper ordine perverſo, *ad uſque*. WASSE in *Add.*

NAMQUE OMNIUM FEROCISSUMI] Juvenalis lib. V. Sat. 15.

Tale quid excuſat Maeotidi ſaevior ira.

Scholiaſtes ibi: *Juxta Maeotim paludem Taurici ſunt, quorum Rex Thoas advenas immolare conſueverat usque in adventum Oreſtis & Pyladis: quibus agnitis Iphigenia, quae erat templi ſacerdos, ablato inde Dianae ſigno aufugit, idque Aritiae conſecravit.* Poſtea Salluſtius: *Omnium hoc tempus &c.* apud quem etiam ſcribendum ajo: *Achaei atque Tauri.* Ita enim vocantur illi populi, qui Cherſoneſum Tauricam Scythicam inhabitant. Regio etiam Taurica Scythica appellatur. Apud Strabonem lib. VII. puto legendum, Ταυρικὴν Σκυθικὴν λεγομένην

Triplici fluctu. *Servius Fuldanus.*
Charybdi mare vorticoſum. *Idem.*
Sed ubi tempore anni mare claſſibus patefactum eſt. *Idem.*
Sane bonus ea tempeſtate contra pericula & ambitionem. *Idem.*
XX. Simul inmanis hominum vis ex locis invaſere patentes, cum & pacis modo effuſas. *Idem.*
Genua patrum advolvuntur. *Idem.*
Perrexere in Hiſpaniam an Sardiniam. *Idem.*
Quae mapalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana aedificia. *Idem.*
Et onere turrium incertis navibus. *Idem.*
Traditur fugam in longinqua Oceani agitaviſſe. *Idem.*

Ad

μάτων χειρόηστον. COLER. De Taurorum crudelitate Lactantius lib. I. *Erat lex apud Tauros, inhumanam & feram gentem, uti Dianae hoſpites immolarentur, & id ſacrificium multis temporibus celebratum eſt.* PUTSCH.

TRIPLICI FLUCTU] Ita vocabant maximum fluctum, ut Latini Decumanum. Servius annotat Graeci dici τρικυμίαν. Heſychius: τρικυμία, ἐζάλη, ὅταν τρία κύματα εἰς ἓν συνάγῃ καὶ συνάρθρῳ. Syneſius de vehementi tempeſtate loquens: Καὶ γὰρ ἦν καὶ ἐκεῖνον αἱ τρικυμίαι δι' πελάγους καὶ ἀσὶς ἑαυτὸ συνεισάσιν. Γένοιτο δ' τὸ τοιοῦτον ὅταν μὴ τῷ λέγοντι πίσματι καὶ τὰ παρ' ἑαυτῷ συναναπαύσῃται κύματα, ἀλλ' ἐχέτω ἔχον τὸ εὐδόσιμον τῷ κινήσεως, ὑπαλλάξῃ τῇ δι' πνεύματος ἐπικράτειᾳ καὶ ἀντιμοιάλῳ τοῖς ἐμοῦλοις. COLER. Graecis τρικυμία. Latinis *Decumanus fluctus.* atque hoc de Charybdi accipio, quam eandem intelligit Virgil. lib. III. divini operis:

Dextrum Scylla tenet, laevum implacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus.

Et Homerus:

Τῇ ὁ μὲν ἀμφὶ χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
Τοῖς δ' ὅτε δὴ τ' ἀνέσειε πάλιν, περὶ δ' ἄπλετο δοῦπος
Δῖνος.

PUTSCH.

VORTICOSUM] Hinc forte mutuatus eſt hoc verbum *Seneca* cap. 23. cujus verba ex Fr. Libb. delenda exiſtimo. *Anonymus* Paneg. VIII. c. 7. *Atheſis ille ſaxis aſper, & gurgitibus* vorticoſus. WASSE in *Add.*

CHARYBDI MARE VORTICOSUM] Scribo: *Charydis, mare vorticoſum.* Plinius lib. III. cap. 8. ex Salluſtio: *In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Item Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſaevitia.* Seneca lib. IV. cap. 1. De beneficiis: *Turbinum motus vagus eſt & diſjectus, & ut Salluſtii verbis utar, vorticoſus.* COLER. *Thucyd.* lib. IV. non unum locum, ſed totum fretum Charybdin appellavit. WASSE.

TEMPORE ANNI MARE, &c.] Hieme enim non navigabatur, ſed appetente vere maria iterum aperiebantur. WASSE.

SANE BONUS] *Bonum* pro forti exponit Servius. Sic alibi: *Quo cupidius in ore ducis ſeſe quiſque bonum ferebat.* COLER.

PACIS MODO EFFUSAS] Frequentius *more* Noſter: *more militiae, virorum, regum, humanae cupidinis, proelii, pecorum, boſtium, vulgi, Graeciae, Imperatoris, mortalium.* At nihil mutandum. Tacitus Hiſt. IV. 15. *vagos & pacis modo effuſas lixas.* WASSE.

GENUA PATRUM ADVOLVUNTUR] Recte. Tacitus VI. 49. *Quamquam* genua patrum advolveretur. Q. Septimius Salluſtium cujus in primis aemulus eſt, ſui vel librariorum incuria, nunc deſerens, ubique exhibet: *genibus obvolvebantur, obvolutae.* Atque ex eadem cauſſa Hegeſippus V. 49. *genibus advolv.* verum Codd. C. C. C. & Bib. Pub. propius veritatem offerunt *ad genua*, ubi praepoſitionem omnino inducendam pronuncio. Noſter alibi: *nuros ſucceſſerunt* &, *radicem montis exceſſit.* Apulejus de Deo Socr. eandem arborem *ſucceſſit.* WASSE in *Add.*

QUAE MAPALIA SUNT] Defumtum eſt hoc ex codice Fuldano Servii, ubi ſic legitur: *Quae magalia ſunt circumjecta civitati, ſuburbana aedificia magalia.* ſeparo haec & duo fragmenta facio. *Quae magalia ſunt circumjecta civitati.* Et, *ſuburbana aedificia magalia.* Vel ſi lubet poſtrema, *ſuburbana ae. m.* pro gloſſemate ſunto & Servii commento. PUTSCH. Servius Fuldanus habet, *margalia.* De quibus vocibus vide nos ad Jugurth. cap. 18. & 22. WASSE in *Add.*

TRADITUR FUGAM] Exiſtimaverim haec de Sertorio accipienda eſſe, & fortaſſe per *longinqua Ocea-*

Ad mutandum modo in melius ſervitium. *Servius ad primum AEneidos.*

Magna vis hominum convenerat agris pulſa aut civitate ejecta. *Idem ibidem.*

Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, poenas dederat. *Idem ad Eclogam quintam.*

XXI. Quippe vaſta Italia rapinis, fuga, caedibus. *Idem.*

Hi ſunt qui ſecundum pocula, & alias res aureas, diis ſacrata inſtrumenta convivio mereantur. *Idem ad* VIII. *AEneidos.*

In ſecunda feſtinas cohortes compoſuerat. *Idem ad* IX.

Jam repente viſus ſaevire Taguns. *Idem ad* X.

Exſuant armis equiſque. *Idem.*

Solas feſtinare. *Idem.*

Luſitaniae gravem civitatem. *Idem.*

Ex parte cohortium praecipere inſtructa, & ſtationes locatae pro caſtris. *Idem.*

Bellum quibus poſſet conditionibus deſineret. *Idem.*

In quis longiſſimo aevo plura de bonis falſa in deterius compoſuit. *Idem.*

Cultu corporis ornata egregio. *Idem.*

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro in Horatium.*

Sin vis obſiſtat, ferro quam fame aequius perituros. *Servius.*

Conſedit in valle virgulta nemoroſaque. *Idem.*

Paullulum requietis militibus. *Idem.*

XXII. Qui nullo certo exſilio vagabantur. *Idem.*

Nubes foedavere lumen. *Idem.*

Sanctus alia. *Idem.*

Ge-

Oceani intelligendas inſulas fortunatas. Acron mihi idoneus auctor eſſe poſſit: *Salluſtius*, inquit, *in Hiſtoriis tradit Sertorium victum voluiſſe fugere ad inſulas fortunatas.* COLER.

CUM MURUM HOSTIUM] Refero ad librum primum, ad iſta nempe *Sertorius portis, &c.* PUTSCH.

VASTA ITALIA] Confer Fr. I. 8. & Servium pag. 1233.

HI SUNT QUI] Locus corruptus. PUTSCH.

SAEVIRE TAGUNS] Popma pag. 115. legit, *lenire.* Paullo poſt: mallem *egregie*, pro *egregio.* WASSE in *Add.*

SOLAS FESTINARE] Lege *Soleas feſtinare.* PUTSCH.

EX PARTE PRAECIPERE] Emenda, *ex parte cohortium praecipue inſtructa ſtationes locatae pro caſtris.* PUTSCH.

SIN VIS OBSISTAT] Reduco ad III. Hiſtor. librum, de exercitu apud Cyzicum fame confecto. PUTSCH.

QUI NULLO CERTO EXSILIO] Supra in Catilina, *Qui AEneae duce profugi ſedibus incertis vagabantur.* Nam quod Palmerius ibi, *ſedibus cunctis* legat, more ſuo facit, id eſt, abutitur ingenio. PUTSCH.

SANCTUS ALIA] Supra lib. I. Hiſtor. verba habes ab his non multum diſcrepantia, *Sanctus aliter & ingenio validus.* Quae cum his eadem putabam, ſed refutavit me Chariſius, qui hic *aliter*

Geronis. *Idem.*

Quae cauſa fuerat novandis rebus. *Idem.*

Radicem montis exceſſit. *Statii Interpres.*

Ut res magis quam verba gerentur, liberos parenteſque in muris locaverant. *Idem.*

Incerta eſt fortitudo dum pendet. *Idem.*

In quibus plauſtra ſedes ſunt. *Acro ad Horatium.*

Luxo pede. *Probus.*

Maurique vanum genus, ut alia Africae, contendebant Antipodes ultra AEthiopiam cultu Perſarum juſtos & egregios agere. *Priſcianus.*

Et Perpernam forte cognoſcit mulio redemtoris. *Acro in Horatium.*

Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium Romanum eſt, fluunt, quam Graeci τὸν ἔσω θάλασσαν adpellant, maxumum eſſe Nilum conſentitur, proxuma magnitudine eſſe Hiſtrum ſcripſit Salluſtius. *Agellius lib.* X. cap. 7.

Ex omnibus quae tractavimus, AEbuti Liberalis, poteſt videri nihil tam

ter pro *alias* notat, & Servius ibi *alias* accuſativo ponit, ut *at cetera Grajus.* Quae diverſitas fecit, ut & hic diverſe a me ponerentur. PUTSCH. Trebell. Pollio in Cenſorino, *Felix omnia, infeliciſſimus Imperator.* Eſt Graeca locutio, τὰ πάντα εὐόμενον, τὰ πάντα ἄρης. Poëta: *cetera Grajus.* Tertullianus: *Ad hoc enim venerat, ut a delicto purus, & omnia ſanctius pro peccatoribus obediret.* Vide Salmaſ. ad Trebellium, & Schegkium ad illud Vell. lib. II. cap. 46. *Cetera ſanctiſſimus.* Ubi e Graecia vectum ſermonis genus, uſitatum ab optimo quoque. Tacitus: *cetera equeſtri familia;* &, *Juvenis alia clarus.* Agellius, *pleraque doctus.* Apulejus, *pleraque mundus.* Et Florid. I. *Marſias Phryx cetera, & barbarus.* Haec Schegkius. RUPERT. Sequitur A. Victor de Veſpaſiano: *ſanctus omnia.* atque ita Tertullianus. Inſcriptio vetus apud Trebellium pag. 347. *Felix omnia.* Ammianus pag. 170: 20. *Prudens alia.* WASSE in *Add.*

LUXO PEDE] Id eſt, *vacillanti*, inquit Probus. WASSE.

MAURIQUE] Citat haec Priſcianus ex Criſpi noſtri Jugurtha; quae cum ibi non legantur, huc inter incerta referenda duxi. Quod boni mihi vitio non vertent, cum ſaepe in adducendis veterum teſtimoniis a Grammaticis peccatum ſit, ut apud Nonium in *luſtrare. Luſtrare patefacere. Salluſtius Catil. lib. I. Si luſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta jam iſtam mentem,* cum omnino legendum ſit, *Cicero Catil. I.* in cujus orationibus haec exſtant, non in Sall. Catil. Falſo quoque aſcribit Sall. Fragmentum ex libris Ciceronis de Republ. Antonius Auguſtinus ſub finem notarum P. Ciaconii Antverpiae editarum. PUTSCH.

VANUM] Tertull. De anima hanc Lectionem agnoſcit. V. fr. 522. WASSE.

ANTIPODES] Uti notum, illi dicuntur, qui adverſa nobis urgent veſtigia. Cic. in Academ. *Antipodes e regione nobis, e contraria parte terrae adverſis veſtigiis ſtant contra veſtigia.* Idem dicit in Som. Scip. *eorum partim obliquos, partim verſos, partim etiam adverſos ſtare nobis.* WASSE.

OMNIUM] Agellius lib. X. cap. 7. CARRIO.

MAXIMUM ESSE NILUM] Hoc praeter Agellium teſtatur etiam Feſtus Avienus, elegantibus verſibus:

Non olli compar quiſquam fluit, incluta quanquam
Undique ſe totis eructent flumina terris.
Nilus & immenſos ulvam diſpergit in agros,
Et fovet invecto ſata gurgite; Nilus honorem
Telluri reparat; Nilus freta maxima pellit.

Servius dictum putat Nilum, quaſi νέον ὑλὸν, i. e. novum trahentem lutum. Unde fortaſſis veteres Latini Melonem propter aquam nigricantem & turbidam vocarunt. Ita autem vocatum olim fuiſſe Feſtus obſervavit, qua voce non puduit uti Symmachum quoque in quadam epiſtola, ut indicat ex fide optimorum Codicum Jacobus Lectius JC. vir elegantiſſimi ingenii. COLER.

EX OMNIBUS] Seneca De beneficiis lib. IV. cap. 1. Pro eo quod vulgo eſt, *cura dictum*, ſcripſi, *cu-*

ra

tam neceſſarium, aut magis, ut ait Salluſtius, cum cura dicendum, quam quod in manibus eſt. *Seneca* De benef. IV. 1.

Turbinum motus vagus eſt, & disjectus, &, uti Salluſtii verbis utar, vorticoſus: cometarum autem, compoſitus, & certum iter carpens. *Idem* Nat. Q. 7. 8.

XXIV. Salluſtius, auctor certiſſumus, adſerit Tigrim, & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur, ſpatio medio relicto multorum millium: quae tamen terra, quae ab ipſis ambitur, Meſopotamia dicitur. *Idem*, & *Iſidor.* XIII. 5. Euphrates. & *Hieron.* De locis Heb. & *Vib. Sequeſt.*

Pelorum promontorium Siciliae reſpiciens aquilonem, juxta Salluſtium, dictum a gubernatore Hannibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per ignorantiam regis, cum ſe ejus dolo crederet eſſe deceptum. *Servius* in III. *AEneid.* & *Iſidorus* XIV.

XXV. Ariſtaeus, uti Salluſtius docet, poſt laniatum a canibus Actaeonem

ra dicendum: ex libris manuſcriptis, quibus infinitis prope in caſtigando Seneca uſus eſt Franciſcus Martinius, juvenis, omnis antiquitatis, & earum artium quae humanitati ſubjiciuntur peritiſſimus, mihique artiſſima familiaritate jam inde uſque a prima pueritia conjunctus: & immatura morte, pro dolor, ne ullum peregrinationis longinquae aut laboris immenſi fructum caperet, nuper exſtinctus. CARRIO.

DICENDUM] Olim, *cura dictum*. Sed ex MSS. fere infinitis quibus uſus eſt Fr. Martinius in caſtigando Seneca, hanc lectionem deprompſit Carrio. WASSE.

TURBINUM] Idem Seneca Natural. Quaeſt. lib. VII. cap. 8. CARRIO.

SALLUSTIUS] Iſidorus lib. XIII. in voce, *Euphrates*. Sic enim ſcribendum eſſe, neque in capita, quod a recentioribus factum eſt, libros ejus ſecandos, ex tribus libris calamo exaratis, quorum primum ipſius Iſidori aetate ſcriptum fuiſſe, praeſtare auſim, alibi, opinor, a me monſtratum eſt, ex quibus iiſdem, *relicto*, pro *dereliclo*, repraeſentavi. D. Hieronymus De locis Hebraicis, quem hac in parte ab Iſidoro expreſſum credo, eadem recitat. Quid? quod Vibius Sequeſter in libro De fluminibus ita ſcribit? *Salluſtius, auctor certiſſimus, aſſerit tam Tigris quam Euphratis fontem in Armenia monſtrari.* CARRIO.

TIGRIM ET EUPHRATEM] Hieronymus, De locis Hebraicis: *Porro Salluſtius, auctor certiſſimus, aſſerit tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes demonſtrari.* COLER. Adde huc ſis alterum illud apud Hieronymum De locis Hebr. cap. XXVIII. Infra: *delatus eſt Cumas*. Conſer Pauſaniam X. 17. WASSE in *Add.*

PELORUM] Servius lib. III. AEneid. & ex eo Iſidorus lib. XIV. *de promontoriis*, iiſdem plane verbis: niſi quod Servio illud, *reſpicions Aquilonem*, deeſt, aut certe abeſt. Eadem Silius Italicus, ut & Siciliae deſcriptionem, habet primo lib. XIV. CARRIO.

ARISTAEUS] Ex Servio lib. I. Georg. Idem lib. VI. AEneid. *Daedalus*, inquit, *ut ſcribit Salluſtius, primo Sardiniam, poſt delatus eſt Cumas.* Idem illud in lib. XII. tranſtulit Silius: ſic enim canit:

Fama eſt, cum laceris Actaeon flebile membris
Supplicium lueret ſpectatae in fonte Dianae,
Attonitum novitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtaeum, & Sardois iſſe receſſus:
Cyrenen monſtraſſe ferunt nova litora matrem.

Eodem ſpectaſſe credo fragmentum illud quod eſt pag. 198. *Apollinis filia & Cyrenes.* CARRIO.

POST LANIATUM A CANIBUS ACTAEONEM] Addit Servius, huic opinioni refragari Pindarum, qui canit, eum Ariſtaeum de Cea inſula in Arcadiam migraſſe, ibique vitam coluiſſe, & apud Arcades pro Jove cultum. Apollonius Rhodius e contra Ariſtaeum Arcadia relicta Ceon tenuiſſe, & ibi Jovis Icmaei Templum ſtatuiſſe, ſcribit II. Argonauticor. Solinus ait, Ariſtaeum poſt Noracem & Sardum, in Sardinia regnaſſe, & ſejuges antea populos, in unum congregaſſe, ac conciliaſſe. Ariſtoteles, qui primum omnium in Sardinia imperaſſe tradit Ariſtaeum,

nem filium, matris inſtinctu Thebas reliquit, & Ceam inſulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: poſtea, ea relicta, cum Daedalo in Sardiniam tranſlivit, poſt delatus eſt Cumas. *Servius* I. *Georg.* & VI. *AEneid.*

Salluſtius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. *Idem* in XI. *AEneid.* & *Iſidor.* XVIII.

Cares inſulani populi fuerunt., piraticam exercentes, famoſi, victi a Minoë, uti Salluſtius, & Thucydides pag. 3. δ. tradunt. *Idem* VIII. *AEneid.*

A Troja Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium, tenuerunt. *Idem* I. *AEneid.*

Dardania a Dardano, Jovis & Electrae filio, aut, ſecundum Salluſtium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem* II. *AEneid.*

XXVI. Salluſtius Scyllam ſaxum eſſe dicit ſimile formae celebratae procul viſentibus. *Idem* lib. III.

In Sicilia eſt Enceladus, Othus in Creta, ſecundum Salluſtium. *Idem ibidem.*

Sal-

cum ea inſula tota multis & grandibus avibus teneretur. Τὸν Λεπρέον, ὃν φασι γυμνικώτατον εἶναι, διὰ τὸ ἰσχναίον τέτον τὸν ἄξονα μυθολογεῖσθαι, ἐπὶ μεγάλων ἀρτίων ἐμπεσόντα καὶ καλῶν κατιχόμενον. Salmaſ. ad Solin. pag. 99. RUPERT.

SALLUSTIUS &c.] Idem Servius lib. XI. AEn. in quibuſdam exemplaribus, quemadmodum apud Iſidorum lib. XVIII. ſcribitur, *incruento exercitu deportarunt.* Sed in libris manuſcriptis etiam Iſidori eſt, *incruento exercitu deportaſſe.* CARRIO. Ut de L. Scipione Sulla, Pompejus de Bruto, caſtris collatis apud Mutinam, obſeſſo. Sed, *reportarunt*, malim. Et fortaſſe huc pertinuerit quod habes ſupra: *Caſtra ſine vulnere introitum.* Quod ipſum tamen ad Pompeji Epiſtolam Senatui inſcriptam, poſt victoriam de Bruto, quam dixi, referri oportere, potius eſt, ut credam, hoc Plutarchi teſtimonio adductus: ἔλυσε δὲ τὸν φόβον ἐπιστολὴ τοῦ Πομπηίου κομισθεῖσα, καταγγέλλουσα ἄνευ μάχης τὸν πόλεμον· ὁ γὰρ Βροῦτος, ἅτε τοῦ στρατοῦ τῷ δυνάμει αὐτὸς, ἅτε τοῦ στρατοῦ μεταβαλομένου εἰκότως, ἐνεχείρισε τῷ Πομπηίῳ τὸ σῶμα, &c. Id eſt, *Hanc formidinem allatae a Pompejo litterae diſcuſſere; bellum ſine certamine eſſe perpetratum: Brutus enim, quia vel exercitum ipſe tradidit, vel, tranſitionem ille quum faceret, proditus fuit, ſeque & vitam ſuam in Pompeji permiſit fidem.* Addam corollarii vicem, hujuſmodi victoriae genus, in re tamen diverſa, & quae ad Venerem potius ſpectet, quam Martem, etiam *praecipuo Triumpho dignam* cenſeri a Poëta Sulmonenſi: *In qua* (ut idem feſtiviſſime argutatur) *quaecunque eſt, ſanguine praeda caret.* DOUZA.

INCRUENTO EXERCITU] Laetam eſſe ejuſmodi victoriam ſubinnuit noſter Catilin. 71. WASSE in *Add.*

CARES] Servius lib. VIII. AEneid. CARRIO.

A TROJA] Servius lib. I. AEneid. quamquam apud eundem, eodem etiam libro haec ipſa recitantem, aliter paullo quaedam hunc in modum leguntur: *A Troja Capys Campaniam, Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium, occuparunt.* Eodem pertinet illud Silii lib. XI.

Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Aſſaracus, nulloque minor famave manuve
Tum Capys, ut primis dederit ſua nomina muris.

Eadem habet Livius lib. IV. a vet. cod. CARRIO. Integrius hoc fragmentum eſt apud Servium Fuldenſem. COLER. Idem hoc Fragm. aliquanto integrius legitur infra p. 150. HAVERC.

ALII SARDINIAM] Confer Pauſaniam pag. 837. WASSE in *Add.*

DARDANIA] Servius lib. II. AEneid. CARRIO.

SALLUSTIUS] Idem lib. III. CARRIO.

PROCUL VISENTIBUS] Atque ita lego apud Juſtinum IV. 1. cum Codd. Bongarſii, non, ut vulgatus, *videntibus.* WASSE in *Add.*

IN SICILIA] Idem ibidem. CARRIO.

SAL-

Salluſtius ait, Hiſpanorum morem fuiſſe, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorentur a matribus. *Idem* lib. X. *AEneid.*

Orion, juxta Salluſtium, oritur juxta ſolis aeſtivi pulſum. *Idem AEneid.* V.

In Flaminia eſt civitas, quae Cale dicitur, & in Gallia hoc nomine, quam Salluſtius a Perperna captam commemorat. *Idem AEneid.* VII.

Getae ſunt Myſii, quos Salluſtius a Lucullo dicit eſſe ſuperatos. *Idem ibidem.*

Trojanorum tempore invadendarum terrarum cauſſa fuerat navigatio, uti Salluſtius meminit. *Idem AEneid.* I.

Curribus falcatis uſos eſſe antiquos, Livius & Salluſtius docent. *Idem ibidem.*

Vices ſignificant pugnam, quia per viciſſitudinem pugnabatur, ut inquit Salluſtius. *Idem* II. *AEneid.*

Creta medio jacet inſula ponto, id eſt, ſecundum Salluſtium, procul a continenti. *Idem* III. *AEneid.*

Primo menſe veris dicitur novum ver, ſecundo ver adultum, tertio praeceps; ſicut etiam Salluſtius dicit ubique, nova aeſtas, adulta, praeceps. *Idem* in I. Georg.

Salluſtius in Hiſtoriis tradit, Sertorium victum voluiſſe fugere ad Inſulas Fortunatas. *Acron* in *Epod. Horat.*

Inſulas Fortunatas Salluſtius inclutas eſſe ait Homeri carminibus. *Servius* in *AEneid.* V.

Pro-

Sallustius] Idem lib. X. Carrio.

Or'on] Idem lib. V. Carrio.

In Flaminia] Idem lib. VII. Carrio.

Cale] Ex Salluſtio Calem in Gallia, & Calenſem villam, ab urbe Pariſiorum quaſi centum ſtadiis diſtantem, habet Greg. Turonenſis. Haud procul a Matrona flumine, ut Gaguinus ait. Ortel.

In Gallarcia] Voſſ. ad Melam emendat. pag. 186. confert Vitruv. XI. 3. cum membranis Chriſtinae & emend. Plin. XXXV. 14. Wasse.

Getae] Servius lib. VII. AEneid. Carrio.

Trojanorum] Idem lib. I. AEneid. Carrio. Habetur & hoc auctius in eodem Servio. Coler. Et huc haud abſurde transferri poſſe arbitror, connectique Fragmentum illud, quod ſupra lib. III. eſt: *Namque primum Jaſonem nova itinere maris Aeëtae hoſpitis domum violaſſe.* Douza.

Curribus] Servius lib. VII. AEneid. Carrio.

Vices] Idem lib. II. AEneid. in aliis libris eſt, *per viciſſitudines.* Carrio.

Creta] Idem III. AEneid. Carrio.

Primo] Ex Servio lib. I. Georg. Carrio.

Nova aestas, adulta] Ita Tacitus An. II. *Sed* aeſtate *jam* adulta, *legionum aliae itinere terreſtri in hybernacula remiſſae.* AEn. XIII. 36. *donec* ver adoleſceret, & XI. 31. adulto autumno. Ante utrumque Thucydides, ἀκμάζον θέρος dixit, &, πεπεμμένος. Plutarchus, πεπεμμένας φθινοπώρου. & Sertorio pag. 576. θέρους ἀκμάζοντος. ad noctem tranſtulit Herodianus, ἀκμαζούσης νυκτός, *nocte intempeſta, provecta.* Pro ſole Meridionali Petronius, niſi fallor: *non* ſolis adulti *Manſueſcit radiis.* Poſtremo: Avienus adultam *maturamque noctem*, pro nocte jam in diem vergente, poſuit: quod magno Salmaſio in Pliniano opere obſervatum pag. 719. Wasse in *Add.*

Sallustius] Acron ſive Porphyrio in librum Epodon Horatii. Carrio.

Insulas fortunatas] Servius lib. V. AEneid. Carrio. De iis conſule Diodorum pag. 96. 207. 127. Agatharch. pag. 65. Plinium, Heſiodum, &

Proxumum dicebant veteres, non ſolum adhaerens, & adjunctum, verum etiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. *Virg. AEneid.* lib. V.

Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,
Inſequitur Salius.

Ita & Salluſtius in Situ Ponti, de promontoriis Paphlagonum, & quod Κρίου μέτωπον appellavit, poſuit. *Nonius.*

Interrogaſti, ſi tenes, Maeotici
Situs quis eſſet aequoris. Salluſtium
Noram id dediſſe, dicta & ejus omnibus
Praejudicatae auctoritatis ducier,
Non abnuebam.

Feſtus Avienus.

XXVIII. *Portus ab Eoo fluctu curvatus in arcum.* In arcus ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius, unde hic tulit colorem, nam ſpeciem efficit Scythici arcus. *Servius ad* II. *AEneid.* vſ. 533.

Lata autem ideo dixit, quia ſe anguſtiae Pontici oris illic dilatant, uti dicit Salluſtius. *Servius ad AEneid.* II. vſ. 312.

Teïa autem dicta eſt a Teïo Anacreontis Poëtae Lyrici oppido, quod in Paphlagonia eſſe Salluſtius indicat, cum de ſitu Pontico loquitur. *Comment. in Horatium.*

Porro Salluſtius, auctor certiſſimus, adſerit tam Tigris, quam Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. *Hieronymus de locis Heb.*

Cum multi evaſerint Trojanum periculum, uti Capys, qui Campaniam te-

Tzetzem in eundem, Melam III. alios. Locus Homeri, ubi de Inſulis Fortunatis agit, indicante Strabone, extat Odyſſ. δ′ 563.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθανάτοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
Τῇ περ ῥηϊδίη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
Οὐ νιφετός, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὐδέ ποθ' ὄμβρος·
Ἀλλ' αἰεὶ Ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀῆτας
Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Quae fere tranſcripſit Joſephus B. Judaic. II. 7. Inſcriptio vetus Regillae ab Herode poſita:

Ζεὺς ἐς Ὠκεανὸν θαλερὸν ἔτειλε γαμήσας
Λύρκου Ζεφύροιο κομίζουσα ἀλκυόνους.

Anonymus apud Heſychium: Ὠκεανοῦ πέρας, τὰ ἄκρα, εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ τῶν τελευτησάντων ἀναχωροῦσι. Hodie *Canariae* dictae. Florus III. 22. ait Sertorium *Fortunatorum inſulas penetraſſe*: Noſter tantum *voluiſſe fugere*. Et, Freinsh. VI. 20. (quod huc omnino pertinet) *traditur* fugam *in longinqua Oceani* agitaviſſe, Oceani Occidentalis nimirum. Apud Florum pro *miſſus* ingenioſe legit *niſus*, ſic opinor, Freinshemius, nam liber abeſt. Contra Florum facit Plutarchus in Sertorio pag. 572. Wasse in *Add.*

Proximum] Nonius, in *proximum*. Carrio.

Κριου μετωπον] Ptolemaeus, Strabo, Plinius, & Priſcianus in Exegeſi:

Arietis, hanc ripam, ſimulantem vertice frontem,
Pro merito Graji Κριὸν *dixere* μέτωπον.

Coler.

Cum multi &c.] Si contuleris ea quae leguntur ſupra p. 148. atque ibidem Servium in Notis Carrionis, patebit, Fragmenta haec duo, quae ſimul unum efficiunt, ſic debere conſtitui: *Cum multi evaſerint Trojanum periculum, uti Capys, qui Campaniam tenuit, Helenus, qui Epirum, Antenor, qui Venetiam, alii, qui Sardiniam, ſecundum Salluſtium tenuerunt.* Haverc.

Va-

tenuit; ut Helenus, qui, ut alii Sardiniam, ſecundum Salluſtium. *Servius.*

Salluſtianus Calpurnius. *Hieronym. adverſ. Ruf.*

Calpurniani diſcipuli. *Idem ibidem.*

Tamen vulgata jam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos inludunt. Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat. *Tertull. De anima.*

XXIX. Sarcaſmus Chleuaſmo proxima eſt, & ſimilis figura, qua adverſariorum facta, cum exacerbatione admiſſi eorum laceſſimus; ut apud Salluſtium de Sullae crudelitate; ut in M. Mario, cum fracta prius crura per artus expiraret. *Jul. Ruſinianus De ſchematis lexeos.*

Meſopotameni homines effrenatae libidinis ſunt, ut Salluſtius meminit, in utroque ſexu. *Gloſſae in Juvenalem.*

Antonius ille, trium Antoniorum corruptor, ille Salluſtius, qui orae maritimae, qua Romanum eſſet imperium, contrarius piratis. Si omnes ſocios & maxime Graecos Aſiaticos ac Siculos fortunis omnibus ſpoliaverunt. *Eaedem Gloſſae.*

XXX. Σαλλυστίου δὲ θαυμάζω, τότε πρῶτον ὄφθαι Ῥωμαίοις καμήλους, λέγοντος, εἰ μήτε πρότερον τοὺς μετὰ Σκιπίωνος νικήσαντας Ἀντίοχον φήσει, μήτε τοὺς ἐναντίους πρὸς Ὀρχομενῷ, καὶ πρὸς Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ μεμαχημένους, ἐγνωκέναι κάμηλον. Id eſt: *Salluſtium demiror, qui autumat tum primum viſos Romanis Camelos, quod neque olim illos, qui duce Scipione Antiochum devicerunt, neque hos, qui ad Orchomenum & Chaeroneam certaverunt cum Archelao, noſſe putaverit Camelum.* Plutarchus in Lucul. 498. ed. *Francof.* 1620.

Σαλλούστιος μὲν ἔν φησι, χαλεπῶς διαθεβλῶσθαι τοὺς στρατιώτας πρὸς αὐτὸν, ἀφ' οὗ ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου, πρὸς Κυζίκῳ, καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῷ δύο χειμῶνας ἐξῆς ἐν σκάφαις διαγαγεῖν ἀναλαθόντας. Id eſt: *Ac Salluſtius quidem fuiſſe milites jam inde a principio male ait in eum* (Lucullum) *animatos, quod ad Cyzicum, & iterum ad Amiſum duas hiemes eos in caſtris continuiſſet.* Idem.

Falcato, falces habente. *Hoc genus armorum etiam Salluſtius deſcribit.* Lactantius ad Statii Thebaidos X. 544.

LECTORI.

Hactenus Fragmenta florentiſſimi Rerum Romanarum ſcriptoris, quae exſtare putamus. Cetera quae ſequuntur, in MS. Servio legi auctor eſt

VANOS MAUROS] Adde Frag. ex Priſciano cap. 22. Et de Teïo oppido conſule Doctiſſ. Barneſium in vita Anacreontis §. 1. WASSE in *Add.*

MESOPOTAMENI HOMINES EFFRENATAE LIBIDINIS SUNT] Vide Freinsh. ad Curt. lib. V. cap. 1. §. 37. RUPERT.

ET ITERUM AD AMISUM] Vide ſupra IV. 1. WASSE.

FALCATO] Poſt fragmenta quae ex Plutarcho adduximus, & hoc inferendum reſtat. WASSE in *Add.*

Con-

eſt V. Cl. Andreas Schottus: in optima tamen illa Honorati Editione a Petro Daniele JC. procurata non comparent.

* m or Trequii praeter s r ciem neceſſariam haud multo ſecus quam ro noceri poterat. At Varinius, dum haec aguntur a fugitivis, aegra parte militum autumni gravitate, neque ex poſtrema fuga, cum ſevero edicto juberentur, ullis ad ſigna redeuntibus, & qui reliqui erant per ſumma flagitia detrectantibus militiam, Quaeſtorem ſuum C. Thoranium, ex quo praeſente vera facilime noſcerent. *** commiſerant, & tamen interim quum volentibus numero quatuor.

XXXI. * ingre, tante ſetui debacrittur, nefandum in modum perverſo vulnere & interdum lacerum corpus ſemianimum omittentes, alii in tecta jaciebant ignes, multique ex loco ſervi, quos ingenium ſocios dabat, abdita a dominis aut ipſos trahebant ex occulto, neque ſanctum aut nefandum quicquam fuit irae barbarorum, & ſervili ingenio: quae Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate **** nuntios.

Aliquot dies contra morem fiducia augeri noſtris coepit, & promi lingua. Qua Varinius contra ſpectatam rem incaute motus novos incogniteſque & aliorum caſibus perculſos milites, ducit tamen ad caſtra fugitivorum. Preſſo gradu ſilentes jam, neque tam magnifice ſumentes praelium, quam poſtulaverant. Atque illi certamini conſcii inter ſe juxta ſeditionem erant. Crixo & gentis ejuſdem Gallis atque Germanis obviam ire & ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum.

CORPUS SEMIANIMUM] Antique. ita Ennius apud Cic. I. de Divin. Lucretius VI. 1266. Juſtinus VI. 8. *Nam ut relatus in caſtris* ſemianimis. Sed recte MS. Bongarſii *ſemianimus*. WASSE in *Add.*

SERVILI INGENIO] Livius XXXV. 49. *Syros omnes eſſe, haud paulo mancipiorum melius, propter* ſervilia ingenia, *quam militum genus.* Ita Tacitus Hiſt. V. 9. Juſtinus XVIII. 3. Noſter in Catil. *ſervilia officia.* Quae verba reſpicit Symmachus V. 68. *Interea recuſo ſententiam quae rem venaticam* ſervile *ducit* officium. Menander:

—— Τὸ γὰρ γινεσθαι ἔργον ἐστὶν οἰκέτου.

Infra: *preſſo gradu.* Ovi lius:

Subſequitur, preſſoque *legit veſtigia* greſſu.

Quae ita vertit Max. Planudes: Καὶ τὸ βῆμα ευρείλας τὰ δοκοῦντος ἀκολούθῳ ἴχνη. Livius VIII. B. Pun. Q. Septimius II. 45. Idem valet Βάδην ποιεῖν ἢ τὴν ἰκνογνωμὴν apud Polybium lib. XI. pag. 893. WASSE in *Add.*

FRAGMENTA tria, ex vetuſtis, & Servianis doctiſſimi Petri Danielis Schedis, nec dum publicatis, Lutetiae deſcripta, atque inde porro ad C. V. Juſtum Lipſium ab adoleſcente lectiſſimo, Andrea Schotto, gratificandi cauſſa Lugdunum noſtram tranſmiſſa, alius neminis, quam Salluſtii eſſe, quovis pignore contendere auſim. Cui rei argumenta, primo ſtylum, dico: quem ego adeo omni ex parte Salluſtiano dicendi generi reſpondere, probare poſſe videor, ut lac lacti ſimillius eſſe non queat: deinde Servilis belli tractationem, quam Salluſtium in his Hiſtoriarum ſuarum libris exſecutum eſſe, cum ex aliquot ſuperioribus Fragmentis, tum vero ex Auſoniana illa duodecim annorum computatione, ita examuſſim compertum jampridem, atque exploratum habemus; ut ſatis-acceptione nobis ejus rei cauſſa opus non ſit; abeſſent tantum caecae lituraе illae, tot barbariae mendis, ac maculis coopertae. Quibus ipſe hercule eluendis ſat eſſe non poſſum, neque enim Fullonicam didici. Uti capſe exarata accepi, ita repraeſentavi. Ceterum fides ſit penes Exſcriptores. DOUZA.

ORA-

ORATIONES DUAE
AD
C. CAESAREM,
SALLUSTIO ADSCRIPTAE.

ORATIONES DUAE] Orationes has, quae ad Caesarem de Republica ordinanda scribuntur, decreveram omittere, neque hoc loco fragmentis Sallustianis attexere, primum, quia doctos viros ita judicare intelligebam, Sallustianas ut esse aut negarent, aut certe non asseverarent. dein, quod & ego, multo jam tempore in Sallustiano dicendi genere versatus, nondum tamen mihi imperare possem, eas ut darem Sallustio: quae tametsi a minime vulgaribus plerisque locutionibus, & huic nostro familiaribus, omnino non abhorrerent, cum perpetua tamen ejus dictione non usque quaque convenirent, ita ut sub Cor. Taciti, si id ferret temporis ratio, aut cujusvis etiam alterius, illius aetatis rerum auctoris, nomine, quam Sallustii legi mallem; postremo, cum ex his ipsis orationibus nihil a Grammaticis veteribus, qui Sallustiana exempla amant afferre, viderem adduci. Cumque hae ipsae orationes, ut sint Sallustii, ad libros tamen Historiarum nequeant referri: & quid erat cur non alicui alteri nescio cui tribuerem? cur non ex aliis potius exemplaribus lectori petendas relinquerem, nostram autem editionem illis non onerarem? quae etiam causa fuit cur adversarias Sallustii & Ciceronis orationes, item ineptissimam illam, sophistae nescio cujus in Lucium Catilinam declamationem, quae Latroni falso adscribitur, prorsus omitti debere, si in rem typographi fuisset, plane judicaverim. Contra vero cum alios etiam, non minimi in re litteraria nominis viros, accuratius cum suo agitantes animo ita censere meminissem, ut eam Sallustio, cui a veteribus libris tribui dicerent, adimi nollent: sententiam meam mutavi, judiciumque tantisper sustineri volui, dum certius quid adferre, suoque auctori vindicare potero. CARRIO. De Scriptore duarum (ut quidem nunc inscriptio est) Orationum ad C. Caesarem, cur ambigerent literati homines, causa non erat: praesertim cum & codicum membranaceorum consensus; & (quae ratio maxima est) geminissimus dicendi character; postremo tot tantaeque in iis Censoriae notiones exercitae, sese ab alio nemine, quam a severo & serio illo Historico esse, haud indicium modo, sed & fidem facere poterant multo certissimam. Quid enim? E summo puteo (uti apud Comicum nostrum est) similior nunquam potest aqua aquae sumi, quam haec ipsa sunt, & altera illa, quae de Sallustianis naufragiis reliqua Deorum nobis benignitas fecit. Nam quod de Tacito, aut quovis alio etiam rerum illius aetatis auctore hallucinati sunt quidam, quid simile? Primum, numquam ea linguae Latinae puritas in Tacito: deinde, temporum ratio putetur, magnum sane inter Flaviani ac Juliani seculi scriptores intervallum. Neque ipsi id infitentur. At brevitas illa, quae in Historico nostro familiam ducit, non aeque credo in his Orationibus, ac in ceteris ejusdem scriptis, comparet. Ridicula res vero; mirorque, ubinam & oculos, & animi mentem habuerint, qui hujusmodi ante nos sententias dixere: nisi tamen forte haec ipsa, sicuti peregrinantes, perlegerint, quod hercle pernegari non potest. Quae etiam causa fuisse videtur, ut quo in lingua Latina astrictius nihil, aut concisum magis, dici, scribi vel fingi ne ab ipso quidem Sallustio possit, id isti immodice longum ac Sallustiana breviloquentia indignum arbitrari sint ausi: haud quaquam cogitantes, ejusce modi delicias longas dici non posse; *quibus* (ut Martialis Tribuni intercessione pro Crispo Praetore nostro utar) *nihil est quod demere possis*: ut omittam cetera, quae in Coscionium noto ibidem Epigrammate leguntur, in hujusmodi novos Laconas potius, quam veterem illum Celtiberi Poëtae criminatorem convenientia. Verum aliquando in rem praesentem, in qua ego omnibus verbis vindicare, manumque cum hoste, (si usus veniat) apud Praetorem, quem dico, conferere sum paratus. non quidem vitilitigandi studio (a qua scabie, meditate semper cavi, ut ungues tenerem) sed veritatis, & Sallustiani honoris defendundi; cui hoc loco, assertorem me venisse haud poenitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive haec, sive alia studiosis probabuntur, a me quidem pro virili dictum & adjutum fuerit. Reliquum est, ut

quid de pervolgata hac inſcriptione ſentiam, quam breviſſime potero, exponam. Nam Orationum nomine cenſendas perſuadere mihi non poſſum. Proinde (more majorum quod liceat) Epiſtolas, non Orationes judico inſcribi oportere: conjecturam ex eo ducens, quod auctorem ipſum, non orantem, ſed ſcribentem poſtea inducit Salluſtius, his verbis: *Forſitan, Imperator, perlectis litteris decernes, quem numerum Senatorum fieri placeat, quoque modo in multa, & varia officia, &c.* Et aliquanto poſt: *Ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit, ſed prius laborandum viſum eſt de ſumma conſilii, &c.* Denique etiam ſub finem: *Quae mihi utilia factu viſa ſunt, quaeque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſimis potui, perſcripſi.* Ubi manifeſto vides, & litterarum & ſcriptionis per litteras interpretes factae, non autem Orationis ad Caeſarem habitae fieri mentionem. Quod quoniam ſatis ſuperque argumentis oſtenſum ac declaratum arbitror; decere videtur, aliquot ex omni numero exempla decerpta proponere: unde, tamquam ex ungue leonem, cuivis promtum ſit oculo praeſente arbitrari, Epiſtolas quas dico, utraſque ſine probro lectas, hoc eſt puras putas Salluſtianas eſſe: neque quicquam in iis adulterinum deprehendi, quod parentem ſuum infitiari poſſit. Exemplo fuerint vel haec paucula: *Ita defeſſos, & exſangues Regi, aut nationi praedae futuros.* Sic in Catilina: *Quin defeſſis, & exſanguibus, qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret.* Item: *Quare capeſſe, per Deos, Rempublicam & omnia aſpera, uti ſoles, pervade.* Cui confine illud in Jugurtha de Mario: *Omnes aſperitates ſupervadere.* Niſi cui forte hinc eum locum emendari, atque utrobique, *Pervadere*, legi placeat. Neque iſtinc adeo abhorret, quod ſcripſerat ſupra: *Inter has difficultates evadendum eſt tibi.* Addam & tertium ex eadem: *Juventus probitati & induſtriae, non ſumtibus neque divitiis ſtudeat.* Cui pariſſimum illud Belli Jugurthini: *At contra quis omnium eſt bis moribus, quin divitiis, & ſumtibus; non probitate, neque induſtria cum majoribus ſuis certet?* illud vero Epiſtolae ſequentis, *Poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt*; quis cum hoc Catilinario exemplo facere non videt? *Qui magno imperio praediti in excelſo aetatem agunt.* Cui contrarium alterum ibidem lectum: *In obſcuro vitam agunt.* Jam iſtud indictum nobis abire non debet: *Sed per ceteros mortales illa res clarior eſt, quod & prius defeſſi ſint homines laudando munificentiam tuam, &c.* adſine illi quod in Oratione Lepidana habuimus antea: *Quibus per ceteras gentes maximi, & clari eſtis.* Quae duo (magnitudinem, dico, & claritatem; quarum altera ad potentiam populi Romani; altera ad gloriam referunda videtur) etiam infra conjungit. *Quis te clarior, quis major in terris fuerit?* Neque illa phraſis ſilentio tranſeunda: *Cum indignabuntur omnia funditus miſceri.* Sic in Catilina: *Neque mutari, ac miſceri omnia cerneres.* Scripſerat idem paulo ſupra: *Quorum omnis vis, virtuſque in lingua ſita eſt.* ad exemplum credo illius e Catilina: *Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt.* ſuccurrit illud: *M. Livio Druſo ſemper conſilium fuit, in Tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate.* Sic in Jugurthina Memmii Oratione; *Vos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, non ſumma ope nitemini?* Item: *Alieno pro ſcelere, ſua quaſi pro gloria nitebantur.* Ab hoc diverſum, quod mox idem ſubjungit: *Contra eam nixi.* Nam *Conſilium fuit mihi*, notius quam ut exemplis ſit opus. Neque omittendum illud: *Nam ubi cupido divitiarum invaſit.* Idem enim in Epiſtola Mithridatis: *Cupido profundae imperii, & divitiarum.* Sequitur ibidem: *Neque ingenium ullum ſatis pollet, quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tamen ſuccumbit.* Cui clauſulae ſuffragatur illud quod habes ſupra libro III. *Multato foede corpore poſtremo tamen periere.* Habes in eadem: *Libertas juxta bonis, & malis; ſtrenuis, & ignavis optabilis eſt:* Sic in Jugurtha: *Juxta boni, malique ſtrenui, & imbelles multi obtruncati:* Sed ibi, *inulti*, reſcribendum videtur. At haec pauca e multis Elocutionum generibus annotaſſe ſufficiat: Cetera, (uti ſpero) juventuti curae erunt, ut ea pro ſe quiſque ſuapte induſtria inveſtiget. Nam plura ne attexam, Salluſtianae brevitatis lex vetat & ipſe Lectori argutias longiores exhibere metuo. nam de labore meo facile eſt. Sed quis modus quaeſo obſervationum futurus, ſi nobis lubido fuerit omnia examuſſim perſequendi? Proinde ad digniora properantes, quae reſtant, Grammaticorum curioſitati linquemus, omiſſuri etiam compendii faciundi cauſſa; ſimul ne communium miſeriarum, quas per tot annos aegre, ac duriter exanclavimus, nos ipſi in memoriam inducamus; tot tantaſque in illuſtri poſitas pro republica indignationes; quibus ſolens cum ſeculi ſui vitiis rixari amat Salluſtius; graviſſimus alienae & publicae luxuriae caſtigator. Quas ſi cum Catilinarii, & Jugurthini Belli querimoniis inter ſe contendere voluerit, facile videbit, ejusdem imaginis formam poſſidere utrasque: neque aliud in his majus diſcrimen comparere, quam quo Menaechmum ſurreptum a Soſicle diſcrevit Plautus. Quare his, ut dixi, praeteritis, aliquot prius a me emendatiunculas daturus, rem ad exodium aliquando deducam. Douza.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO I.
AD
C. CAESAREM,
DE
REPUBLICA ORDINANDA.

XXXII. Pro vero antea otinebat, regna atque imperia, Fortunam dono dare, item alia, quae per mortalis avide cupiuntur:

Oratio I.] Altera Salluſtii oratio ad Caeſarem, quam male praeponunt, quum ea ſcripta ſit poſt Pompejum victum, altera ante eam victoriam. Mercerus. Caſpar Barthius in notis ad *Claudianum* citat librum a ſe ſcriptum, cui titulus, *de Scriptoribus dubiis*, in quo haſce Epiſtolas Salluſtio aſſerit. Eum neque ego vidi, neque an lucem viderit ille, ſatis compertum habeo. Wasse in *Add.*

Populus Romanus antea obtinebat regna] Duo Longobardicis literis ſcripti libri habent, *Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortuna dono dare.* Sed Latinus Latinius legit, *fortunae dono dari.* Forte *Pro vero antea obtinebam regna atque imperia fortunam dono dare.* Ciaccon. Placet lectio veterum librorum, in quibus eſt: *Populus Romanus pro vero antea obtinebat, regna atque imperia Fortunam dono dare, &c.* Sed cum in aliquibus vett. codd. *Fortuna* ſcriptum ſit mendoſe, pro eo alii fecerunt, *Fortuna dono dari.* Ursin. Liber Fabri & Briconeti, *populus Romanus vero.* ſed omnis haec periodus & a diſtinctione & a ſcriptura mirum in modum mendoſa eſt Carr. Ita haec diſtinguo: nec puto quicquam deſiderari; multo minus locum corruptum, aut deploratum eſſe; id quod cenſent Critici. Proinde, *Obtinebat*, novo ſignificatu, a novatore verborum Salluſtio poſitum accipio, pro *Opinabatur*, ſeu potius, *perſuaſum habebat ſibi, &c.* pleno ac perſpicuo intellectu. Douza. Imperiti homines qui non intelligebant, *obtinebat*, poſitum eſſe pro, *opinio obtinebat*, ſive vulgo credebatur, cum aliquid deeſſe perſuaſum haberent, ex ingenio, quod maxime probabile vitium ſuppleverunt, duobus his verbis, *Populus Romanus*, initio praepoſitis: quae duo verba clariſſimam alioquin & illuſtriſſimam ſententiam tenebris plus quam Cimmeriis involverunt. Legendum autem: *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia quae per mortales avide cupiuntur, &c.* Mericus Casaubonus in notis ad Antoninum pag. 41. Teſtatur Carrio in his libris Fabri & Briconeti lectum *Populus Romanus vero.* Fortaſſis igitur, *Pro vero antea obtinebat.* Apulejus in Apol. *Certus equidem eram, proque vero obtinebam*, Gronov. Ut, *vero obtinere*, ſit credere verum. Jugurth. *nulla pro ſocia obtinet; dolo an vero cunctatus.* A. Porma. *Obtinere* quandoque pro *perſeverare in tenendo*, de quo ſignificatu Cl. Gronovius apud Livium III. 36. aliquando etiam pro *invaleſcere*, ut hoc in loco. Livius: *Malim equidem de filio verum eſſe, quod & plures tradidere auctores, ſervum* fama obtinuit. hoc eſt, tenuit locum ſuum in hominum mentibus. *Obtinere* enim militare verbum. Plautus Amph. *Quiſque uti ſteterat jacet*, obtinetque ordinem. Nutrates: *Kept his ground.* Cic. Tuſc. I. 12. *auctoribus quidem ad iſtam ſententiam, quam* vis obtineri, *uti optimis poſſumus.* Ibi, cum Cl. Daviſio & MSS. Norvic. omnino legendum *obtinere.* pro compoſito etiam ſimplex uſurpat Livius: Tenet fama, *quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet*, &c. Cicero Catilin. IV. §. 11. *ſive Silani ſententiam ſequi malueritis: facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendetis*, obtinebo *eam multo leviorem fuiſſe.* Noſter Jug. 20. *quamquam ab ea fama, quae* pleroſque obtinet, *diverſum eſt.* Arnobius V. pag. 133. Poſſumus obtinere *falſum*

piuntur: quia & apud indignos saepe erant, quasi per lubidinem data; neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, *Fabrum esse suae quemque fortunae*: at-

esse quod dicitur, vel quod suspicionibus plenissimum res est tota. pag. 155. *Falsa ut credantur haec esse, etiamsi sint vera, quam* obtinere *velle* pro veris. pro, *bonus atque clemens*, Bas. 1564. *novus*. Carrio ex Vaticano *bonus*. Hoc antea observavimus, sed Typographi notam hanc ad voces, *bonus atque strenuus sis*, pertinere, falso existimarunt. Wasse. Non sunt in cap. vel §§. sectae *Orationes* istae, sive tu *Epistolas* mavis dicere. Ideo ne longius distraherentur, notas Philologicas, & Politicas, hic miscemus. Sallustii utramque esse cum Lipsio IV. Epist. Quaest. 14. nullus dubito, adeoque in Douzae tententiam pedibus eo, e summo puteo similiorem nunquam posse aquam aquae sumi, quam haec ipsa sint, & altera illa, quae de *Sallustianis* naufragiis reliqua nobis temporum benignitas fecit. Initium vero istud non sanum, quod Carrio vidit, licet medicinam non afferat. Douza, Mercerus, & Colerus tuentes sententiam hac distinctione credunt sustentari posse: *Populus Romanus antea obtinebat, Regna atque imperia Fortunam dono dare*, hoc sensu: Populus Romanus credebat Fortunam eam esse, quae regna atque imperia dono daret, & credebat potissimum hisce de causis: quod, ut quisque indignior, ita plerunque ditior, honoratior, potentior esset: dein quod vix quisque mortalium iis bonis proprie, aut perpetuo frui visus sit. Ego vero etiamnum video sermonis ineptias, imo sordes. An enim hoc judicium solius Populi Romani? Ciacconius ex Longobardico codice reponit, *Pro vero antea obtinebat*. Amplectitur, & duobus MSS. confirmat Scipio Gentil. me facile annuente, qui Apulejum, ut alia, sic hoc exordium exscripsisse reor Sallustio, quum sic incipit ἀπολογούμενος: *Certus equidem eram, pro vero obtinebam.* Majusculis scriptum PRO, ut in principiis solet, errori causam dedit. Sed in eo non accedo Scipioni, quod legendum existimat, *obtinebant*, tanquam hominum opinioni mox opponere voluerit experientiam certiorem. Imo opposuit suae, & evincit illud antea, quod minus commode positum, si de judicio plebejo loqui velit Sallustius. Lego: *Obtinebam*. Sic in Catilinario cap. 3. & 4. juvenilibus suis cogitationibus opponit maturioris aetatis sensum. Rupert. Exemplo Cortii reposui, *Pro vero antea obtinebat*, ea enim lectione nihil certius; falsae namque opinioni de Fortuna mox a Sallustio opponuntur ista: *Fabrum esse suae quemque fortunae*, & id *verum esse* dicit Sallustius. Haverc.

Item alia] Editio Veneta anni XIII. *ita illa*. alii vero, *item illa*; locus, ni fallor, corruptus, neque a me emendari potis. Carrio.

Quia et apud indignos saepe erant] Nam, ut canit Juvenalis Satyr. III.

——— *ex humili magna ad fastigia rerum*
Extollit, quoties voluit Fortuna jocari.

Et hoc nomine graviter Fortunam accusant, Apul. lib. VII. Boëth. lib. II. de Consol. met. 5. quibus adjiciendum est festivum illud *Catullianum*:

Quid est, Catulle, quod moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet:
Per consulatum perjerat Vatinius;
Quid est, Catulle, quod moraris emori?

Ejusdemque est intemperiei illud Dionysii Hal. lib. I. Fortunam hominibus maxime indignis, maxima bona temere largiri. Sed hujusmodi querelas sapienter compescunt Augustinus lib. I. de Civ. Dei. cap. 8. Seneca de Providentia cap. 5. Rupert.

Neque cuiquam incorrupta permanserant] Altae sapientiae gnomas huc conferre possem quamplurimas, de fortunae caducis bonis iisque Regibus, quos propensiore favore primo delinitos, majore postea malorum cumulo oppressit. Sed omitto, ne, si ponam, diffidere aliorum memoriae videar, simul & jactare ea, quae nemo nescit: ac praeterea, mihi molestus sim, exhauriendo tam immensum mare. Rupert.

Carminibus] Appii Cacci carmen a Pythagoraeorum institutis non abhorrens laudat Panaetius in epistola ad Q. Tuberonem. Et ex ejus *sententiis* citant quaedam Festus & Priscianus. Wasse.

Fabrum esse suae quemque fortunae] Illi libri: *Fabrum suae esse quemque fortunae.* Ad haec alludit Livius lib. XXXIX. cum de Catone loquens, ait: *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.* Plautus Trinummo: *Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.* Ciacc. & Ursin. *Suae*, abest a Fabri & Briconeti. Carr. Ita est: Animus humanus felicitatis vel infelicitatis sibi in multis auctor ipse potest esse, cui Deus boni Regis, ac revera patris instar, ut Arrianus Epictetus de Providentia pulcre differit, multa subjecit, & liberum voluntatis arbitrium, magnasque facultates dedit: ut harum beneficio fortunam sibi formaret ipse, & quilibet eventum inevitabilem, non confracte, non dejecte sustineret. Hujus praestantissimam purissimamque partem, qua ra-

atque in te maxume, qui tantum alios praetergreſſus es, uti prius deſeſſi ſint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo. Caeterum uti fabricata, ſic virtute parta, quam magna induſtria haberi decet: ne incuria deformentur, aut conruant infirmata. Ne-

ratiocinamur & intelligimus, diſciplinarum atque artium inventricem mentem, providentiae ac rationis capacem, qua nos ad imaginem ſui Deus fecit, antiquiſſimae Philoſophiae principes, apud Chaldaeos, Perſas, & AEgyptios, numen habere quoddam perſuaſum habebant. Quas & Graecorum celeberrimi, quique tam poëtae, quam philoſophi, ſecuti ſunt, qui mentem hominis δαίμονα quaſi δαήμονα, hoc eſt, ſcientem atque prudentem vocarunt. Ex horum igitur monumentis animadvertere eſt, mentis ex virtute providentiaque εὐδαιμονίαν, id eſt fortunam bonam: ex vitio & temeritate, malam & averſam, vel κακοδαιμονίαν naſci. Ideoque mentem & fortunam eodem nomine δαίμονα recte nuncupari, quia rectricis ac operatricis haec tantum eventus, haec effectus eſt, mens autem cauſſa. Quae vero nonnunquam extrinſecus ingruunt homini, praeter operam expectationemque ſuam fortuita, quorum cauſam ignorat, divinae voluntatis vel Providentiae ſunt: tamen in iis rurſus *faber eſt*, hoc eſt vel dura atque aſpera, virtute ac coelitus immiſſa ferendi ſcientia, mollit, vel mala omnia in malum vertit, etiam quae ſpecie optimi venerant. Heſiodus aurei ſaeculi homines δαίμονας appellavit, quaſi ſapientes, & virtute ſumma praeditos. Hinc ex eodem Socrates in Timaeo Platonis declarat, humanum animum non ſolum vita functum, ſed & in corporis carcere detentum, ſi ex aureo, inquit, eſt illo genere, hoc eſt, bonus & prudens, lingua Graeca veteri recte daemona vocari: cum majores, quam ſecundum hominem, actiones edit inſtinctu quodam divino. Quapropter mente providus, & rerum gnarus homo, qui caſus & eventus quoſcunque regere & moderari poteſt, tam ſibi, quam aliis Daemon, & fortuna poteſt eſſe: vel bene vel male merendo, bonus aut malus. Cui ſententiae Graecum vetus adagium adſtipulatur: *Homo homini daemon.* Ex his itaque manifeſta eſt Salluſtianae ſententiae veritas, *Fabrum eſſe ſuae quemque fortunae*, vel, ut alius dixit: *Suos cuique mores fingere fortunam.* Nimirum illius, qui mentis imperio, cui & Fortuna cedit, conſilia & actiones ſuas ducit. Hucuſque mentem Salluſtii explicavimus. Salluſtii autem, imo plerorumque veterum ſcriptorum atque ita una fidelia non duos, ſicut in proverbio dicitur, ſed multo plures parietes dealbavimus. Hinc enim aperta vis eſt verborum ejuſdem Salluſtii, quum in Catilinario de ſua Rep. ſcripſit: *Fortuna cum moribus immutatur.* Item, quum in Orat. L. Philippi: *Fortunam meliores ſequi.* Et cum in Jugurthino: *Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanta ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumque & periculoſa petunt, neque regerentur magis quam regerent caſus.* Intelligis quid ſibi velit Livius de Catone lib. XXXIX. cap. 40. *In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Plana eſt ſententia Fabii apud Livium lib. XXII. cap. 25. *Bono Imperatori haud magni momenti Fortunam eſſe: mentem rationemque dominari.* Perſpicuum illud Ciceronis, in Epiſtolis: *Fortunam, ab animo firmo & gravi, tanquam fluctum a ſaxo franci oportere.* Vide Pigh. Praefat. in lib. I. Annal. Piccart. Decade XVI. cap. 10. Schegk. ad Vell. lib. II. cap. 35. Taubm. ad Plauti Trinum. II. 2. 84. Juvenal. Sat. X.

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed nos
Te facimus, Fortuna, deam, coeloque locamus.

RUPERT.

ATQUE IN TE MAXIME] Sueton. de Auguſto cap. 28. *Fecit ipſe ſe compotem voti.* Ubi Caſaubonus: *Audax dictum!* Stat. IX. Thebaid. de Capaneo vſ. 551.

Sic ait, & voti ſeſe facit ipſe potentem.

RUPERT.

PRAETERGRESSUS] Omnes libri, *praegreſſus.* Simile vitium ſupra in fragmentis ex Servio annotavimus. CARRIO.

UTI PRIUS DEFESSI SINT HOMINES LAUDANDO FACTA TUA] Sic in ſequenti Epiſtola: *Quod prius defeſſi ſunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quae gloria digna eſſent.* CIACC.

CETERUM UT FABRICATA, SIC VIRTUTE PARTA QUAM MAGNA INDUSTRIA HABERI DECET] *Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus injiciantur; niſi foro & curiae officium ac verecundia ſua conſliterit, partarum rerum coelo cumulus aequatus ſedem ſtabilem non habebit*, plane ad mentem Salluſtii ſcribit Val. Max. lib. II. cap. 4. RUPERT. Videtur Salluſtius paullatim id agere, ut Caeſarem adducat ad ordinandam novis legibus Rempublicam, & quidem neceſſario. Hae enim anima ſunt civitatis. Ut corpora noſtra ſi-

Nemo enim alteri imperium volens concedit: & quamvis bonus atque clemens ſit, qui plus poteſt; tamen quia malo eſſe licet, formidatur. Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt: & eo ſe munitiores putant, quo illi, quibus inperitant, nequiores fuere.

XXXIII. At contra id eniti decet, cum ipſe bonus atque ſtrenuus ſis, uti quam optumis imperites. Nam peſſumus quiſque aſperrime rectorem pa-

ne mente, ſic civitas ſine lege ſuis partibus ac nervis, ac ſanguine uti non poteſt: ait M. Tullius in ea pro Cluentio. Quod ſane dixit ad imitationem ſui Demoſthenis, qui ſcripſerat πόλεως ψυχὴν εἶναι τὸν νόμον. Plane ad hanc Salluſtii mentem illud Valerii Max dictum: *Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vivitur? Expugnentur licet urbes*, &c. WASSE.

NEMO ALTERI IMPERIUM VOLENS CONCEDIT] *Vetus* enim *ac jam pridem inſita mortalibus dominandi cupido*, ut ait Tacit. II. Hiſt. 28. nec quiſquam libentius ſerviet, quam imperabit. Admodum vero Salluſtiano ſimile eſt, illud Dionis Chryſoſtomi: *Nemo hominum ſubeſt Principi: ſed metu adigitur, ut potentiorem colat: audacia vero munitus, infirmiorem ulciſcitur.* RUPERT. Supra lib. III. Fragm. §. XI. p. 77. *Itaque ſimul comparant delinimenta, & differunt vos in adventum Cn. Pompeji; quem ipſum ubi pertimuere, ſublatum in cervices ſuas, mox demto metu lacerant.* Statim ibidem: *Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum, tantae gloriae adoleſcentem, malle principem volentibus vobis eſſe, quam illis dominationis ſocium.* HAVERC.

ET QUAMVIS BONUS ATQUE CLEMENS] Ita legendum conjeci, cum in editionibus eſſet, *novus atque clemens*. Saepe enim voces illae mutuum locum occupant: & mox *malum* illi opponit. Conjecturam probat Vaticanus. CARRIO. Id eſt: Quia illi copia eſt male faciundi: vel, quia in manu ejus eſt, cujus poteſtas plus poteſt, clemenſne, an Tyrannus eſſe velit, ideo metuitur, non amatur. DOUZA.

TAMEN QUIA MALO ESSE LICET] Loquitur ergo Salluſtius, non de regno in genere, ſed eo tantum, quod per vim occupatum eſt. Alioquin homines regnum legitimum, ac certis quibuſdam limitibus circumſcriptum, ut rem divinam, ac ſummum bonum, facile amplectuntur. Mithridates ſupra lib. IV. Hiſt. cap. 2. *Pauci libertatem, pars magna juſtos dominos volunt.* RUPERT.

ID EVENIT] Fabri & Briconeti, *id convenit*. CARRIO.

EO SE MUNITIORES PUTANT, QUO ILLI, QUIBUS IMPERITANT, NEQUIORES FUERE] Plin. in Paneg. cap. XLV. *Vitiis potius civium, quam virtutibus laetabantur. Primum, quod in alia ſua quemque natura delectat; deinde quod patientiores ſervitutis arbitrabantur, quas non deceret eſſe, niſi ſervos. Horum in ſinum omnia congerebant: bonos autem otio aut ſitu abſtruſos & quaſi ſepultos, non niſi delationibus & periculis in lucem ac diem proferebant.* Adde Bern. in Agr. Tac. q. 171. & 182. Sed profecto infirmum in ſceleratis ſubſidium, & nemo rectoris tam impatiens eſt, quam iſti. Plautus: *Facile imperium in bonos.* Eraſm. de Franciſco rege Galliarum in lib. I. Epiſt. p. 43. *Intelligit, videt, perſpicit, animus iſte meus vere regius, ita maxime fore te principem felicem & eminentem: non ſi quamplurimis, ſed ſi quam optimis, ac feliciſſimis imperaris.* Vide Virdung. ad Agr. Taciti c. XIX. pag. 133. ad iſta: *Optimum quemque fideliſſimum putare.* Sulla, ſi peſſimis quibuſque circumdatus eſſet, munitiorem ſe credebat. Dio in Exc. Peir. pag. 655. Ingenium quale Tiberii fuerit, docet Tacit. I. Ann. 80. §. 4. Adde Mamertin. Paneg. XI. cap. 25. RUPERT. In Catilinar. *Regibus boni quam male ſuſpectiores.* L. Aretinus in funere Nannis Strozae, *ſuſpiciores*; alterum ſervant Livius, Cicero Offic. II. Claudian. Hegeſip. I. 24. Tacit. Agric. XXXIX. *Id ſibi maxime formidoloſum, privati hominis nomen ſupra principis attolli, fruſtra ſtudia fori, & civilium artium decus in ſilentium acta, ſi militarem gloriam alius occuparet: & caetera utcumque facilius diſſimulari, ducis boni imperatoriam virtutem eſſe.* WASSE in *Add.*

NEQUIORES] Vid. Indicem. WASSE.

ASPERRIME RECTOREM PATITUR] Huc manifeſte reſpexit Seneca, de Ira III. 37. *Admoneri bonus gaudet:* peſſimus quiſque aſperrime *correptorem* patitur. Confer Apollodorum apud Stobaeum Serm. XLIV. pag. 307. *Quod bellum* Vaticanus, pro *quia*, bene. *molliur*, hoc eſt *lenius, clementius.* Ita Livius V. 5. *Cum bis* molliter *& per dilationes* bellum *geri oportet.* Hegeſippus I. 16. verbiſque *in* mollibus *ſupplici ter inflexis mitigaverat indignationem Conſulis.* Codex B. Pub. *in mollius*, ſic legendum. Idem I. 12. *Ut ab executione praecepti ſeverioris* ad meliora *reflecteret.* Quae lectio ſe tueri poteſt auctoritate Maronis: *in* melius *tua, qui patres, orſa* reflec-

patitur. Sed tibi hoc gravius eſt, quam ante te omnibus, armis parta componere. Bellum aliorum pace mollius geſſiſti: ad hoc victores praedam

flectas, at C. C. C. clare exhibet *molliora*. Apulejus: *Neque ſui* molliorem *provocaverat*. Wasse in *Add.*

Sed tibi hoc gravius est] Ait, gravius eſſe Caeſari ordinare Remplicam, quam cuiquam unquam Romanorum fuerit, has ob cauſſas: Primum, quod bellum nimis placidum & aliorum pace mollius geſſerit; dein, quod victi cives ſint, & ab iis praedam petant victores. Rariſſimum hoc exemplum in Caeſare, quod etiam Hiſtorica auctoritate ſtabilio. Scribit enim de hac victoria Florus: *Pax incruenta, penſatumque clementia bellum. Nemo caeſus imperio praeter Afranium (ſatis ignoverat ſemel) & Fauſtum Sullam: didicerat generes timere, filiamque Pompeji cum patruelibus ex Sulla; hic poſteris cavebatur.* Haec Florus. Hinc de Praeda militibus dividunda, magna in hac re difficultas Caeſari objecta erat. Nam & milites praedatores & victi cives. Invidioſum omnium factum fuerat Caeſaris, bona civium praedae dare. Jam valebat Romae fama de crudelitate Caeſaris, ex mera invidia ficta. Tangit eum Cicero ad Atticum ſcribens: *Qui quidem incertum eſt, Phalarimne an Piſiſtratum ſit imitaturus.* Unde & illud veriſſimum eſſe liquet, quod idem Cicero ſcribit: *Omnia ſunt in bellis civilibus miſera, ſed nihil miſerius quam ipſa victoria, quae etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit, ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* Illud vero nonne miſerrimum poſt bellum civile, *quod non ſolum non fiunt, quae velit victor, verum quod iis mos gerendus, quibus adjutoribus parta eſt victoria?* ut ſcribit idem Cicero lib. XII. Epiſt. XVIII. Et id bene etiam ſcivit AEſchines: *τάχιστ' ἐμφύλιον εἰς ἐκάτερος κακόν.* Atqui tamen Caeſari ultionem poſt victoriam adhibendam fuiſſe dicat aliquis, quia ultio plerumque juſta poſt bellum, quam & Seneca lib. I. de Clement. ait duas res praeſtare, *injuriae ſolatium, & in reliquum ſecuritatem.* Verum tamen ego non ſuaſiſſem Caeſari, ob belli ſpeciem, ut ante dictum. Non externum aliquem hoſtem, non ſocios perfidos vicerat Caeſar; ſed cognatos, amicos, cives. Reliquum igitur belli jus ſilebat. Neque vero, ſecundum Senecam, etiam ultio Caeſari ullam ſecuritatem praeſtitiſſet. Quippe nec in armis ſecurus ſis, ubi tuos nimis laeſeris. Quaerenda igitur in tali negotio vera & ſolida pacis ſtabilimenta, ſolius opinor Clementiae & Miſericordiae tibicine fulcienda. Id ſuadet Auguſtinus: *praeterita vindicando iram paſcimus; miſericordes ſi ſimus, in futurum conſulimus. Hoc igitur Caeſaris munus erat, Modeſtia & Clementia civium odia vincere, omniaque ad eorum commoda & ſalutem referre.* Praeclare Cicero in nobiliſſima Epiſt. ad Q. Fratrem: *Eſt non modo, ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam ejus, qui ſervis, qui multis pecudibus praeſit, eorum, quibus praeſit, commodis, utilitatique ſervire.* Etiam Afris, Hiſpanis, Gallis, immanibus ac barbaris nationibus; eorumque commodis & utilitati ſalutique conſulere humanitatis eſt. Colerus. Locum hic fere habet illud Livii lib. II. cap. 43. *Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent.* Vid. Grut. Diſc. in Taciti XVI. Annal. cap. 28. ad verba: *Contumacia inferiorum, lenitatem imperitantis deminui.* Rupert.

Ante omnibus te] Emendavi, *ante te omnibus*, conſentiunt libri. Carr.

Componere bellum] *Componere: quod bellum.* Vaticanus; quem in his Hiſtoriarum libris reliquis bonitate praeſtare moneo. Carrio.

Bellum aliorum pace mollius gessisti] Perſtringit Sullam prae ceteris, de quo videndus Sen. lib. I. de Clem. cap. 12. Vell. lib. II. cap. 56. Ipſe Caeſar de clementia ſua gloriatur Epiſt. ad Cicer. *Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudelitate; atque ego, cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo.* Rupert.

Ad hoc victores] Fabri & Briconeti, *ad hoc victoriae.* ſed Vaticani, quae noſtra eſt, longe melior. victores enim cum victis componit. Carr. Hic magna difficultas objecta Caeſari, dum omnino invidioſum eſſet, bona civium praedae dare. Veriſſime Cicero: *Omnia ſunt in bellis civilibus miſera, ſed nihil miſerius quam ipſa victoria, quae etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit, ut etſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* In hoc vero ſtatu praeclarum eſt illud M. Antonini Imp. qui quum (ut extat apud Dion. lib. LXXI.) confecto maximo praelio, partaque inſigni victoria, rogatus eſſet a militibus, pecuniam tamen non dedit, quod diceret: *Si quid plus quam eſſet uſitatum acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorumque exactum iri.* Sed magis huc pertinet illud Ciceronis XII. Famil. 18. *Bellorum civilium hi ſemper exitus, ut non ſolum ea fiant quae velit victor, verum*

dam petunt, victi cives sunt. Inter has difficultates evadendum est tibi; atque in posterum firmanda Respublica non armis modo, neque adversum hostes, sed, quod multo majus, multoque asperius est, bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocrique sapientia res huc vocat: quae quisque optima potest, ut dicat. Ac mihi sic videtur; qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura. Sed jam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quae me animus monet, accipe.

XXXIV. Bellum tibi fuit, imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potentiae; majore fortuna, quam sapientia; quem

rum etiam ut iis mos gerendus sit, quibus adjutoribus parta est victoria. Vide not. in Vell. lib. II. cap. 66. RUPERT.

EVADENDUM] Id est, invento honesto medio, quo neutri laedantur, e discrimine eundum. WASSE.

SED QUOD MULTO MAJUS, BONIS PACIS ARTIBUS] Vide Bern. in Germ. Tac. q. Misc. LXXII. & in Suet. Tit. cap. 3. num. 1. lit. f. Cam. Cent. III. cap. 68. Piccart. dec. II. cap. 11. Utrumque simul praestare, vere asperum ac difficile. Nam, ut supra loquitur noster in Catilina cap. 2. sub f. *in magna copia rerum, aliud alii natura iter ostendit*; &, ut canit princeps poëtarum, *non omnia possumus omnes.* In quam sententiam AEneas ad Hectorem apud Eurip. in Trag. quae inscribitur *Rhesus.* Ἀνὴρ γὰρ οὔτος πᾶσ' ἐπίσταται βροτῶν Πάφυκεν, id est: *Non unus idemque omnia ut sciat hominum natus est: alii aliud additum est donum: te quidem pugnare, alios bene consultare.* Quin imo in tantum naturae hominum non corporibus tantum, sed & multo quidem magis animis inter se dissident, ut plerunque & idem homo partim aptus, partim ineptus inveniatur; non dicam ad diversas actiones, verum & ad nonnullas, quae generis sunt ejusdem: estque idem saepe ingeniosissimus, saepe tardissimus, ac similiter audentissimus, idem ac timidissimus. v. g. Est invenire nonnullos, qui in venationibus, ad congressus cum feris, sint animosi: cum adversus arma atque hostes, iidem sint ignavi: Quidam ad belli usus, quoties viritim inter privatos res geritur, expediti sunt atque solertes; in communi bello, & cum aliis in acie stantes, sunt inutiles, ut experientia attestante scribit Polyb. lib. IV. Hist. ubi & exemplo Arati ducis Achaeorum id verum esse comprobat. RUPERT.

OMNES MAGNA MEDIOCRIQUE SAPIENTIA] Agit de consiliariis, quos Caesari adhibendos censet, non tantum acutos & sapientes, sed etiam mediocri sapientia. Neque enim acuti solum, sed etiam hebetiores aliquando optimi consultores. Certe hos magni facit Thucydides, Politicus & ipse insignis: Οἱ φαυλότεροι ἐνίοτε ἀνδρῶν σωφρόνων τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄμεινον εἰκῆναι τοῖς πόλεσι. Haec Sallustiano decore illis, quae Just. Lipsius in Notis ad Polit. disputat, apponi possunt. COLER. Fabri & Briconeti, *ergo omnes magna mediocris sapientia res huc vocat.* non satis intelligo. CARRIO.

MAGNA MEDIOCRIQUE SAPIENTIA] Nam non semper contemnendos esse minus subtiles docet Lips. N. ad III. Polit. c. 4. RUPERT.

ITA ALIA OMNIA FUTURA] H. e. si bene composueris, fundamentum jecisti futurae proiperitatis; si male, in perpetuis turbis vivendum erit. RUPERT.

CUM HOMINE CLARO] De claritudine Pompeji supervacuum est ex Cicerone, Plutarcho, Dione aliquid addere. Hoc tantum addo, Pompejum fama & claritate etiam supra Crassum & Caesarem fuisse. Florus lib. IV. *Forte tunc Crassus genere, divitiis, dignitate florebat, vellet tamen ampliores opes. C. Caesar eloquentia & spiritu, & jam consulatu allevabatur. Pompejus tamen supra utrumque eminebat.* COLERUS. Non assequitur Colerus vim hujus vocabuli, quum hoc loco clarum interpretatur hominem de Republica domi seu foris egregie meritum. Tu vide notam ad Jug. cap. 8. §. 1. RUPERT.

AVIDO POTENTIAE] Vellejus: *Potentiae, quae honoris caussa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus.* Non ita, puto, Sallustius intellexit. Sed cum Vellejo sentit etiam Plutarchus, Cicero, alii. COLER. Vell. lib. II. cap. 29. *Potentiae, quae honoris causa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidissimus.* Talis vulpecula Tiberius, *qui famae dabat, ut vocatus electusque potius a Republica videretur, quam per uxorium ambitum, & senili adoptione irrepsisse.* Auctor Tacit. I. Annal. 7. Talis Appius Claudius Decemvir, de quo viro Dionys. Hal. lib. X. pag. 937. RUPERT.

MAJORE FORTUNA] Hoc negat Cicero & Lucan.

Et

quem ſecuti ſunt pauci, per ſuam injuriam tibi inimici, item quos adfinitas, aut alia neceſſitudo, traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam; neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. Cetera

Et Vellejus ei diſerte Prudentiam militarem tribuit. Sed Salluſtius Pompejum cum Caeſare confert. Ideoque dicam, prudentiam in Pompejo, reſpectu Caeſaris, non admodum magnam fuiſſe. Hac certe vicit Caeſar. Cicero de Pompejo ad Atticum: *Nihil actum eſt a Pompejo noſtro ſapienter, nihil fortiter.* Et alibi de Caeſare: *Sed hoc ripae horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.* COLER. Adeo ut de Pompejo ſcribat idem Velleius, *fuiſſe omnium votorum expertum*, id eſt, ei ſumma omnia ultro obveniſſe, benignitate coeleſti, ſive omne votum ejus praeventum fuiſſe, quo ſenſu P. Syrus:

Deos ridere credo, quum dives vovet.

Ut ex MS. Palatino emendat Gruterus. Vide Freinsh. ad Curt. lib. VIII. cap. 10. §. 18. Grut. ad Liv. lib. XXII. cap. 3. Sed quod ſcribit noſter, *majore fuiſſe fortuna, quam ſapientia*; (ob quae verba, Pompejum heroum numero eximit Boeclerus Char. Polit. Vellej. cap. 3. num. 4.) in eo conjungit non conjungenda. Magna fortuna uſus eſt Pompejus, quamdiu ſapientia. Quum eſſet dux bello peritiſſimus, civis in toga modeſtiſſimus, potentia nunquam utebatur ad impotentiam; quum bonum, & capax recta diſcendi ingenium, ſingularium prudentia excoleret; tum omnium votorum fuit expers. Vide Vell. d. cap. 29. At in bello civili defecit ratio, defecit & fortuna, juxta illud, *fabrum eſſe quemque fortunae ſuae.* Cicero de Pompejo ad Atticum: *Nihil actum eſt a Pompejo noſtro ſapienter, nihil fortiter.* Val. Max. lib. I. cap. 6. ex. XII. de eodem: *Invictae leges neceſſitatis, pectus alioqui ab amentia remotum, prodigia iſta juſta aeſtimatione perpendere paſſae non ſunt.* Contra de ejus adverſario, qui viſus habere fortunam in mancipio & poteſtate, (adeo ſemper illi riſerat) Cicero alibi: *Sed hoc ripae horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt.* RUPERT.

QUIBUS SECUTI SUNT PAUCI] Intelligo nobiliores illos, Lentulum, Marcellum, Scipionem, Catonem. Ipſe Caeſar lib. I. de Bello Civ. *Paucorum factionem* appellat. Haec omnia copioſe ipſe Caeſar & Plutarchus. Paucos autem iſto aevo & iſta Reipublicae forma, vocabant, quos Cicero optimates. Aut certe ita invidioſe dixit Salluſtius. Nam voce paucorum ὀλιγαρχία ſignificatur. COLERUS. Invidioſum hoc vocabulum ſemper *Salluſtio.* In bello Catilin. cap. 20. *paucorum dominatio,*

& ſimilia. Ubi notas noſtras vide. Et in Jugurth. *Superbia paucorum.* RUPERT.

INIMICI] Inimicitias refero ad Catonem, affinitatem ad Scipionem. COLER. Ut Cato. Tamen & Pompejum oderat. Seneca Epiſt. CIV. *Cum alii ad Caeſarem inclinarent, alii ad Pompejum, ſolus Cato fecit aliquas & Reipublicae partes. Si animo amplecti volueris illius imaginem temporis, videbis illinc plebem, & omnem erectum, ad res novas, vulgum, hinc optimates & equeſtrem ordinem, quicquid erat in civitate ſancti & lecti: duos in medio relictos, Rempublicam & Catonem. Miraberis, inquam, cum animadverteris*

Atridem, Priamumque, & ſaevum ambobus Achillem.

Utrumque enim improbat, utrumque exarmat. Hanc fert de utroque ſententiam. Ait ſe, ſi Caeſar vicerit, morituram; ſi Pompejus, exulaturum. Fuerat vero & Lentulus inter hos, quorum iniquitatem ſuggillat Sall. Plutarchus in Caeſare: *Lentulus Cos. Antonium & Curionem tribunos pro Caeſare intercedentes, probris laceratos, curia deformiter exegit. Ea res ſpecioſiſſimum Caeſari colorem dedit, quo potiſſimum inflammavit milites, oſtendens claros viros, & tribunitia poteſtate praeditos, meritoria rheda, & veſtitu ſervili profugiſſe. Ita enim inſtructi, clam metu exierant Roma.* Ipſe Caeſar quum ad Rubiconem veniſſet, eosdem per injuriam ſibi inimicos, perſtrinxit iſto verbo: *Eatur quo deorum oſtenta & inimicorum iniquitas vocat*, ut eſt apud Suet. in Caeſare cap. 32. RUPERT.

QUOS ADFINITAS] V. g. P. Cornelium Scipionem Naſicam, ſive ex adoptione dicere mavis, Q. Caecilium Metellum Pium Scipionem. Is enim ſocer fuit Cn. Pompeji Magni, teſte Dione. RUPERT.

CETERA MULTITUDO] Pompejus, belli cauſſa diſcedens ab urbe, in ſenatu dixerat, *Eodem ſe habiturum loco, qui Romae remanſiſſent, & qui in caſtris Caeſaris fuiſſent.* Hoc ipſe Caeſar lib. I. Bel. Civ. Quo effecit Pompejus, ut diſcedentem tam plebis quam nobilitatis agmina ſequerentur. COLER. Alterutrum ſuperfluit, nec ſimul memini legere. at, *multitudinem hominum* dixit Cicero Orat. pro Caecin. *turbam* alii, *vulgi ſtante corona* Ovid. M. XIII. Potes ita diſtinguere: *Caetera multitudo, vulgi more, magis quam judicio.* Teſte enim Cicerone pro Plancio. *Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.* Noſter. *more virorum pugnantes*, more regum, proelii. Et, *rem antea* vulgi rumoribus

tera multitudo vulgi, more magis quam judicio, poſt alius alium, quaſi prudentiorem, ſecuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae Reipublicae in ſpem adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in caſtra tua: & aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, quae corruptus animus jubebat, minitari.

XXXV. Ex quis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus, ſicuti hoſtibus, uti vident, defluxere: pauci reſtitere, quibus majus otium in caſtris, quam Romae, futurum erat: tanta vis creditorum inpendebat. Sed ob eaſdem cauſſas, inmane dictu eſt, quanti, & quam multi mortales poſtea ad Pompejum diſceſſerint: eoque, per omne tempus belli, quaſi ſacro atque inſpoliato fano, debitores uſi. Igitur, quoniam tibi victori de bello, atque pace, agitandum eſt; hoc uti civiliter deponas, illa ut quam juſtiſſima, & diuturna ſit: de te ipſo primum, qui

exagitatam. Aretinus Epiſt. IV. 3. *viri mulieresque* & caetera multitudo. Wasse in *Add.*

Vulgi] Vulgus enim, more pecoris, ſui generis gregem ſequi ſolet, nec ire quo ratio, ſed quo levitas & impetus vocant. Catonis ſenioris haec vox fuit (ut eſt apud Plutarchum:) *Similem eſſe P. R. gregi pecorum, quae ſingula non parent, ſed universa ductorem aliquem unum ſequuntur.* Adde Sen. lib. de Vita B. cap. 1. & ibi Lipſ. Bern. in Germ. Tac. c. 55. Rupert.

Post alius alium] Supra bello Jugurth. *Deinde ab eo magiſtratus alium poſt alium ſibi peperit.* & rurſus, *aliis poſt aliis minitari.* Videndum ergo, an hic legi debeat, *alius poſt alium*, an, *poſt alium alius.* Ciacc. & Ursin.

Quibus omnia probro] Conjicio non fuiſſe infimi ordinis homines, ſed equeſtri cenſu. De Curione quidem res eſt pervulgata. Is quaſi conciliator & pararius Caeſarianorum fuit, obque id maximo aere alieno liberatus a Caeſare, ut ſcribit Dio. Sed eadem via alios etiam nonnullos ſibi obnoxios fecerat Caeſar. Ea res cum apud Pompejanos magnam invidiam faceret, invidiam auxerunt, & perditiſſimum quemque in Caeſaris caſtra ire juſſerunt, quippe ubi & civium ſpolia darentur & creditum condonaretur affatim. At illi, ubi viderunt contra eſſe, neque Caeſarem creditum condonare, nulloque modo, ut Ciceronis verbo utar, *Sullaturire*, defluxerunt. Reliqui in caſtris eſſe maluerunt, quibus Romae non licebat, ob creditorum multitudinem. Coler. & Rupert.

Quae corruptus animus jubebat] Vetus editio, *quae corrupto animo jubebat.* hinc ſcilicet vulgarem ſcripturam naſci. omnes manuſcripti, *quae corrupto animo lubebat.* Carr. Editio vetus, teſte Carrione, *quae corrupto animo jubebat.* MSS. ejusdem, *corrupto animo ludebat*, unde ipſe veram lectionem eruere mihi videor: *quae corrupto animo lubebat*, quod rarum & inſolens. *Plautus* Aſinar. I. 187. *Ubi eris?* L. *Ubicunque* libitum *erit* animo *meo.* Noſter ſemel Jug. CXVIII. *arma, pecuniam, poſtremo quicquid* animo lubet, *ſume, utere.* Infra omnino legendum: *qui ea compoſiturus.* Balliol. omittit praepoſitionem *a* in *a multis.* Infra: *exiſtima*, hoc eſt *conſidera*, ut apud Terent. & Hegeſip. I. 16. Wasse in *Add.*

Ubi neque] Ubi vident te neque pecuniam creditam condonare, aut novas tabulas proponere. Crisp.

Civiliter deponas] Victori duo facere neceſſe eſt, ut pacem non tantum bene conſtituat, ſed etiam bellum civiliter deponat. Puto autem, civiliter deponit bellum, qui magis victis ignoſcit, quam indulget ultioni; quod jure belli fieri poſſe & ſolere ſupra dixi. Wasse.

Illa ut quam justissima] Glareanus, *illa quidem ut juſtiſſima.* Fabri & Briconeti, *illa quam juſtiſſima.* pro nobis eſt Vaticanus. Carrio.

De te ipso primum quia compositurus es, quod optimum factum est existima] Alii libri vulgati, *qui ea*, & forte, *quid.* Ciaccon. Vett. Codd. habent, *qui ea compoſiturus es, quid optimum, &c.* Videndum item an, *optimum factum* ſcribi debeat, pro, *optimum factu.* Sic enim locuti ſunt veteres ſcriptores. Seneca de Vita Beata, cap. II. in vet. cod. *Quamvis, quid optimum factum ſit, non quid uſitatiſſimum.* Et Salluſtius ipſe in Bell. Jugurthae: *Quare optimum factum quidem tibi, &c.* Sic enim eſt in vett. codd. Item Cicero in Catil. I. ut eſt in vet. cod. *Ego ſi hoc optimum factum judicarem.* Et Plautus Aulularia

qui ea compoſiturus es, quod optimum factu eſt, exiſtima. Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror; neque quemquam a multis metuendum eſſe, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum aeternum & anceps gerere; quoniam neque adverſus, neque ab tergo aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites.

XXXVI.

lularia in vet. cod. *Hoc mihi factum optimum eſt*, &c. URSIN. Vaticanus, *qui ea*. Fabri & Briconeti, *qui compoſiturus*. CARRIO. Exinde apparet hanc Epiſtolam ſcriptam eſſe paulo ante Bellum Hiſpanienſe contra Petrejum & Afranium. A. POPMA.

EQUIDEM EGO CUNCTA, &c.] Praefert manifeſte Salluſtius clementiam ultioni; huic crudelitatis nomen imponit, retrahens ſcilicet Caeſarem ab exemplis Sullae, Marii & talium. Et revera ita eſt: nullum unquam imperium crudele aut tyrannicum fuit diuturnum. Aurea verba Euſebii huc ſcribo, quae exſtant apud Stobaeum περὶ Ἀρχῆς: Ἀρχὴ ἴσχυε μὴ λιμοκτονικαῖς πρὸς τοὺς τὸ δίκαιον σκιᾷ τοῦ φόβου γεγενημένης. ὁ γὰρ ὕπως ἀμείνως ἰσχύσῃ ἐπὶ τῷ δίκαιῳ παραμένων, ἀπ' ὀπίσω ἢ τὰ παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς ἀσφαλίσας ἢ ἀντιβουλεύσας φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σε τεταγμένους, ἢ ὅπως ἂν ἐφ' ἑαυτῷ φύλαξ εἶης ἢ θεῷ μεγάλης διαφορωτάτης ὑπηρέτης τε ἢ ἐξηγητής. Haec in aures, imo in mentem demittant illi, qui hodie non Principes, non Reges amplius, ſed Monarchas audire ſe poſtulant, quos tamen ob ſaevitiam fatius eſſet appellari Tyrannos. Sed revera talis crudelitas perpetuam quaſi umbram pone ſe habuit Dei ultricem manum. Notavit pie & ſerio Cominaeus in Richardo Angliae rege, & Ferrando Neapolitano. A. POPMA.

MAGIS ACERBA, QUAM DIUTURNA] Excerpta Polybii X. pag. 845. Ἐπειδὴ ἡ τῶν ἐπιτυμπανίων, τυχούσης καιρὸς ποιῶσι καὶ διαπλάσεως ἄξιοι τῶν ὑπολειπομένων, αἰσίους ἅμα καὶ τοῖς τῶν συμμάχων μεταβολῆς, συμπείθωσι καὶ τῶν ὑποταττομένων αἱ ἀποστάσεις. Livius VIII. 3. *Certe id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudeant.* Lyſias ait, τὰς ἀμφισχετιζούσας ὑπὸ τῶν βιαζομένων μισεῖσθαι. Huc etiam ſpectat Hegeſippus I. 39. *Quod ſuperbiae vel rapinae eſt, cito labitur, quod gratiae, diu tenetur.* Terentius Adelph. I. 1.

Et errat longe mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod ſit, quam illud quod amicitia adjungitur.

Seneca Oedipo:

Qui ſceptra duro ſaevus imperio gerit
Timet timentes, telis in auctorem metus.

Thyeſte:

Mihi crede, falſis magna nominibus placent,
Fruſtra timentur dura: dum excelſus ſteti,
Numquam pavere deſſiti, atque ipſum mei
Ferrum timere lateris: o *quantum bonum eſt*
Obſtare nulli, capere ſecuras dapes.

Confer Senecam de Clementia I. 19. Boëtium Conſol. III. 5. Silium II. 499. D. Cyprianum Epiſt. ad Donatum pag. 8. Ferrandum Diaconum Reg. VII. Claudianus IV. Conſ. Honor.

Muniti vivant gladiis, ſeptique venenis,
Ancipites habeant arces trepidique minentur.

WASSE in *Add.*

A MULTIS] Fabri & Briconeti, *in multis*, a Vaticano abeſt omnis praepoſitio. CARRIO. Eſſet hic latus exſpatiandi campus: ſed quamvis avido, ſufficient Gruterus ad Livii lib. VIII. cap. 21. Barthius ad Claudian. in IV. Honorii Conſul. vſ. 289. P. Faber lib. II. Semeſt. cap. 2. In juſto autem principe num facilitas imperii, ſeu clementia, locum habeat, diſcutit Bern. in Agr. Tac. q. 170. Quantum bonum ſit tranquilla poteſtas, docet Morell. ad Stat. Sylv. p. 24. RUPERT.

EAM VITAM BELLUM AETERNUM ATQUE ANCEPS GERERE] Forte, *eum bellum aeternum gerere.* CIACCON. Vox, *vitam*, abundat, ut videtur, legendumque puto: *Eum, bellum aeternum gerere*, &c. vel, retenta etiam voce, *anceps*, ſi placet. URSIN. *Vitam* abundare ait Urſinus, quod ego de ejus animadverſione dictum velim. *Vita* quamdoque denotat *videndi modum* &, *rationem*. Ut apud Graecos βίος· ὁ καθ' ἡμέραν βίος; vide Tzetzem in Schol. ad Heſiodum. Hoc ſenſu Terentius Adelph.

Inſpicere tamquam in ſpeculum, vitas *omnium*
Jubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Noſter iterat Fr. VI. 55. *Atque ego* in ea vita *multa legendo.* & 51. *In arces* vitaſque varias *diſpalato.* Eum excipit Tacitus An. I. 9. *apud prudentes* vita ejus *varie extollebatur arguebaturve.* Denique vox *anceps* etiam retinenda; ſequitur enim. *neque adverſus neque ab tergo aut lateribus tutus*, quae vim verbi ſatis exprimunt. WASSE in *Add.*

ANCEPS] Ab operis eſt haec mendа, ſcribe & *anceps*. CARRIO.

XXXVI. Contra qui benignitate, & clementia, imperium temperavere, his laeta & candida omnia visa, etiam hostes aequiores, quam aliis cives. An qui me his dictis corruptorem victoriae tuae, nimisque in victos bona voluntate praedicent? scilicet quod ea, quae externis nationibus, natura hostibus, nosque majoresque nostri saepe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbaro ritu caede caedem, & sanguine sanguinem expiandum. An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos neque in proelio belli jure, sed postea supplices per summum scelus interfectos, alii judicent. Carrio. Historia nota. Ceterum illud nobis haud satis probatum, *vè interfecit*: eo minus, quod statim intra eandem periodum repetitum legatur, *interfectos*: quod ipsum sententiae explendae satis cum sit, miror, undenam alterum illud in contextum irrepserit. Douza. Ego verbum, *abstuit* quod in nullis libris & editionibus antiquis exstat, induxi, & pro *interfecit*, scripsi, *intercepit*. ut lib. III. Hist. *Commeatibus interceptis*, ubi vulgo, *interfectis*. A. Porma. In MSS. *obtinio interfecit Domitium*. Carrio conjecit *oblivio abstulit*, & *vè interfecit*, quod nullum locum habere possit propter sequens *interfectos*, delet: deinde & tentat: *obticeo? Domitium*. Idem *interfecit* confodiunt Douza Pater & Freinshemius. Fortassis: *An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, &c.* Gronovius. De Bruto, Carbone, Domitio interfectis, ita res habet. Post bellum civile Marianum, victor exstitit L. Corn. Sulla. Post hanc victoriam, tanta proscriptionum vis, tanta civium mactatio insecuta est, quanta ante Romae nunquam audita fuerat. Sed aliud novum insuper ex hoc bello enatum, quod Sertorianum appellant, quodque eleganter Florus scribit nihil aliud fuisse quam Sullanae proscriptionis hereditatem. Contra hunc Sertorium, ut jam hostem P. R. missi sunt, Metellus, & Cn. Pompejus paulo post victores. Sertorio exstincto, novum continuo bellum exarsit, revocante Lepido maximam partem proscriptorum. Huic se opposuerunt Lutatius Catulus, Cn. Pompejus, Sullanae dominationis successores & jam antesignani. Sed quae

Contra, qui benignitate] Ad hanc plane faciem Jamblichus in Epistol. Ἀλλ' ὅταν χρηστὸν ᾖ φιλανθρωπίᾳ τὸ σεμνὸν κεραθῇ καὶ αὐστηρὸν ἐπιεικείᾳ, ἡμερότητι καὶ σχέσει, εὐσταλεῖς, καὶ εὐκατάβατον καλίτα). καὶ τῷ μάλιστα τὸ εἶδος ἡγεμονίας φιλεῖ) τὸν ὑφ' ἡγεμόνα. Id est, *Si vero grave austerumque imperium benignitate & humanitate temperetur, concinnum, mite, mansuetum & adeuntibus facile redditur, quale genus imperii imprimis amant subditi.* Colerus.

Quam aliis cives] Vaticanus, & vetus editio, *quam alii cives*. Carrio.

An qui me] Vaticanus, *haud scio an qui me*. Carrio.

Natura hostibus] Fabri, *natura nobis hostibusque nos*. Briconeti, *natura nobis hostibusque nosque majoresque*. Vaticanus, *natura nobis hostibus, nosque majoresque*. Subscripsit vetus editio: & nos nostrum punctum adjicimus. Carrio.

Ea civibus danda arbitror] *Agesilaus* apud Xenophontem: *Hostis loco civem nullum habebat*. Vid. Freinsh. Curt. lib. X. cap. 18. §. 17. Rupert.

Sanguine sanguinem] Briconeti & Fabri, *sanguinem sanguine*. Carrio.

Expiando] Iidem libri, *expianda*. Carrio.

Paullo ante] Mirum est, quam accurate operam det Sallustius, ut Caesari omnia arma manibus excutiat, atque eum ad mansuetudinem magis magisque transducat; quasi montri aliquid alere Caesarem, licet alioquin mitissimum, suspicetur. Nemo enim unquam victor post bellum ejusmodi non aliquam crudelitatem exercuit. Id Florus quoque tangit, in fine lib. IV. *Victores, quod non temere alias in civilibus bellis, pace contenti fuerunt*. Coler.

Pompejum] Vide nos ad Catil. XLVII. Wasse in *Add.*

Oblivio abstulit] Fabri & Briconeti, *obtivio*: ut & vetusta editio. Quibus etiam omnibus abest illud, *abstulit*. Itaque legitur, *obtinio interfecit Domitium Carbonem*. Ego vero legendum conjicio, *oblivio abstulit*, iludque *interfecit*, quod hic locum habere nullum potest, cum sequatur *interfectos*, ut glossema ejicio, nisi forte utrumque verbum exturbari placet, & *obticeo*, pro *obtineo* scribi hunc in modum: *An illa quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpabantur obticeo? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos neque in proelio belli jure, sed postea supplices per summum scelus interfectos*, alii judicent. Carrio. Historia nota. Ceterum illud nobis haud satis probatum, *vè interfecit*: eo minus, quod statim intra eandem periodum repetitum legatur, *interfectos*: quod ipsum sententiae explendae satis cum sit, miror, undenam alterum illud in contextum irrepserit. Douza. Ego verbum, *abstuit* quod in nullis libris & editionibus antiquis exstat, induxi, & pro *interfecit*, scripsi, *intercepit*. ut lib. III. Hist. *Commeatibus interceptis*, ubi vulgo, *interfectis*. A. Porma. In MSS. *obtinio interfecit Domitium*. Carrio conjecit *oblivio abstulit*, & *vè interfecit*, quod nullum locum habere possit propter sequens *interfectos*, delet: deinde & tentat: *obticeo? Domitium*. Idem *interfecit* confodiunt Douza Pater & Freinshemius. Fortassis: *An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, &c.* Gronovius. De Bruto, Carbone, Domitio interfectis, ita res habet. Post bellum civile Marianum, victor exstitit L. Corn. Sulla. Post hanc victoriam, tanta proscriptionum vis, tanta civium mactatio insecuta est, quanta ante Romae nunquam audita fuerat. Sed aliud novum insuper ex hoc bello enatum, quod Sertorianum appellant, quodque eleganter Florus scribit nihil aliud fuisse quam Sullanae proscriptionis hereditatem. Contra hunc Sertorium, ut jam hostem P. R. missi sunt, Metellus, & Cn. Pompejus paulo post victores. Sertorio exstincto, novum continuo bellum exarsit, revocante Lepido maximam partem proscriptorum. Huic se opposuerunt Lutatius Catulus, Cn. Pompejus, Sullanae dominationis successores & jam antesignani. Sed quae

Digitized by Google

neque in proelio belli jure, ſed poſt ea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanam in villa publica pecoris modo conſciſſam.

XXXVII. Heu quam illa occulta civium funera, & repentinae caedes in parentum, aut liberorum ſinum, fuga mulierum, & puerorum, vaſtatio domorum! ante partam a te victoriam omnia ſaeva, atque crudelia erant. Ad quae te illi iidem hortantur: & ſcilicet id certatum eſſe

quae de Bruti, Carbonis, Domitii nece ſcribit Salluſtius, ea pleraque facta ſunt bello Mariano & Sullano. Nam L. Domitius, & Q. Mutius Scaevola, Pontifex Maximus, in aedem Veſtae fugiens, juſſu Marii in ipſo aedis veſtibulo occiſus eſt, ut plerique exiſtimant a Damaſippo; ut Appianus vult, a Bruto Praetore urbano. Carbonem autem Pompejus occidit in Sicilia, muliebriter etiam flentem. Idem & Brutum interfecerat bello Lepidi. Hi igitur omnes, non jure belli, ſed per ſummum ſcelus trucidati fuerant, quae facinora Salluſtius, Juris publici peritiſſimus, his verbis infamat: *Alios item non armatos, neque in proelio belli jure, ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos.* Coler.

Plebem Romanam in villa publica pecoris modo conscissam] Alias in bellis civilibus vix ſaevitur in mediocres; ſed in capita ſemper cuditur haec faba. Vell. lib. II. cap. 22. *Neque licentia in mediocres ſaevitum; ſed excelſiſſimi quique eminentiſſimae civitatis viri, variis ſuppliciorum generibus affecti*, ut cum locum recte emendat Rhenanus, & poſt cum Acidalius. Gruterum enim qui in bellis lectum negat, in mediocres ſaevitum, vix audio, quum ad hoc ipſum Sullae factum, Vellejus reſpicere potuerit. Plura, ad explicationem hujus loci pertinentia, vide apud Lipſ. ad Senecae lib. I. de Clem. cap. 12. Erat autem *Villa publica* locus in campo Martio. Auguſtin. lib. III. de C. D. cap. 29. Rupert.

In villa publica] Id ipſum quoque bello Mariano accidit. Florus lib. III. cap. 21. *Quatuor millia deditorum inermium civium in villa publica interfici juſſit.* In numero tamen interfectorum diſſentiunt auctores. Corn. Nepos IX. millia ponit: Livius VIII. Plutarchus VI. Auguſtinus lib. III. de Civit. Dei VII. Porro, Villa publica, in Campo Martio fuit, domus illa quidem ampliſſima & recipiendis hoſtium legatis deſtinata. Colerus.

Pecoris modo conscissam] Supra *more pecorum* dixit, & lib. Hiſt. II. *vice pecorum obtruncabantur.* Tacit. XII. *modo pecorum a barbaris trahebantur.* & Livius lib. XL. *Modo pecorum fugientes per ſaltus invios conſectati ceciderunt.* Videndum ergo an hic *pecorum*, pro *pecoris*, legi debeat. Et ipſe ſupra, *bonus pecori agere*; quamvis Caeſar dixerit, *Magna vis pecoris.* Ciaccon.



De *villa publica*, videnda quae notavimus ad denarium familiae *Didiae* & *Fontejae*. *Modo* autem *pecoris* dixit, quod ſupra, *more pecorum*. & lib. II. Hiſt. *Ceteri*, inquit, *vice pecorum obtruncabantur.* Tacitus lib. XII. *Modo pecorum barbari trahebantur.* & Livius lib. XL. *Modo pecorum fugientes per ſaltus invios conſectati ceciderunt.* Sed apud Salluſt. hoc loco non eſt neceſſe mutare, *pecoris*, in, *pecorum*, cum ipſe alibi dixerit, *bonus pecori ager.* & Caeſar item, *Magna vis pecoris.* Ursin.

Conscissam] *Heu quam*, Lege: *conciſam. Heu quo illa.* Gronov.

Vastatio domorum] Omnes libri, *domuum.* Carrio.

A te victoriam omnia] Poſtremam vocem ignorant vetus editio Fabri & Briconeti, itaque dele a ſententia, optime. Carrio. Ego potius illam retinerem: delerem autem τὸ *erant.* Gronovius.

Ad quae te illi iidem hortantur] Illi iidem, id eſt, *dominationis magiſtri* ac *cruenti ſycophantae*, qui conſilium meum, quo tibi omnia arma de manibus excutio, atque adeo ad manſuetudinem magis magiſque transduco, exſibi-

esse utrius vestrum arbitrio, injuriae fierent: neque receptam, sed captam a te Rempublicam & ea causa exercitus stipendiis confectis, optimos, & veterrimos omnium, adversum fratres, parentesque, alii liberos, armis contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri, atque profundae lubidini sumtus quaererent; atque essent obprobria victoriae: quorum flagitiis conmacularetur bonorum laus.

XXXVIII. Neque enim te praeterire puto quali quisque eorum more, aut

lant, & me corruptorem victoriae tuae praedicant. Verebatur enim Sallustius ex iis esse, qui perpetuum malum Regum omnium, & principum iunt, & quos in principibus perstringit Sen. lib. VI. De Benef. cap. 30. *Secuti iram, quam nemo revocabat, multorum sanguinem hauserunt, fusuri novissime suum &c.* Deterret vero hic Caesarem ab hujusmodi cruentis consiliis, subjiciendo velut imaginem futurorum malorum, quae ab iis proficisci solent. Spectat ad hunc locum communem *fere* illa Vopisci in Aureliano: *Et quaeritur quidem, quae res malos principes faciat? Jampridem nimia licentia; deinde rerum copia; amici praeterea improbi, satellites detestandi.* Ac tales Nero praeter alios habuit Tigellinum & Poppaeam, quos scribit Tacit. XV. Annal. *fuisse saevienti principi intimos consiliorum: horumque ille malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus, si principem societate scelerum obstringeret, ad eadem virorum illustrium eum impellebat: haec vero, in parricidium & perniciem matris Agrippinae, eundem instigans, aliquando per facetias incusabat, & pupillum vocabat, qui jussis alienis obnoxius non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret*, ut scribit lib. IV. Rupert.

Utriusque vestrum] Scribe de libro Vaticano & Fabri: *Utrius vestrum arbitrio injuriae fierent.* Scilicet, inquit, id a vobis civilibus istis actum esse bellis, tuone an vero Pompeji arbitratu fierent injuriae. Carrio.

Neque receptam sed captam a te Rempublicam] Non aberrarunt a vero, qui sic judicarunt. Nam & Cicero lib. VIII. Epist. ad Att. 11. de causis belli civilis inter Pompejum & Caesarem conflati, differens, *Dominatio*, inquit, *quaesita ab utroque est, non id actum, beata & honesta civitas ut esset.* Sed & Plut. in Bruti vita, omnes ait servitutem civium suorum quaesisse, uno Bruto excepto, cui bellum gerenti libertatem Pop. Rom. non vero servitutem cordi fuisse, etiam ex adversariorum ipsius confessione appareat. Rupert. Ausonius in Caesaribus Epigr. XX. pag. 225. Edit. Tollianae:

Tuque, Severe pater, titulum ne horresce nevantis,
Non rapit imperium vis tua, sed recipit.

Haverc.

Et ea causa exercitus stipendiis confectis, optimos et veterrimos omnium] Corruptum hoc colon dicam, & dicam tantum. Vix enim medeor, absque MSS. Tamen si conjecturas non aspernaris, promam quid in mentem mihi venerit. Quatuor istas voces, *optimos & veterrimos omnium*, ferre possem si quis jugularet. Sunt enim infarta e glossis, & nihil aliud, quam interpretatio illorum, *exercitus stipendiis confectis.* Sic & in aliis belli illi superiorum saeculorum librarii, quaecunque ad oram & in margine alicujus libri, vel supra lineam explanationis loco adscripta repererunt, simul in textum receperunt, saepe etiam, quod glossemata illa melius intelligerent, veteri genuina scriptura expulsa. Reliqua sic concipio: *Parentesque alibi, alibi liberos armis contendere.* Nam & hoc saepe factum, ut una vox propter similitudinem sequentis lateret. Vide similia exempla apud Schiopp. in arte Critica. Haec olim ita videbantur, nunc retineo vulgatam cum Gronovio ad Livii lib. III. cap. 37. Rupert.

Parentesque alibi, alibi liberos] Ut solet, in bellis civilibus. Sane & apud Tacitum lib. III. Hist. cap. 25. occurrit horribilis, & plusquam miserabilis planeque tragicus casus, quo filius patrem interfecit ab altera parte pugnantem. Ovid. lib. III. Fastor.

—— *Hinc conjunx, hinc pater arma tenet.*

Rupert.

Alii liberos] Sic Livius III. 37. *Et jam ne tergo quidem abstinebatur: Virgis caedi, alii securi subjici.* Caesar. I. 8. vid. omnino Gronov. ad locum Livii supra laudatum. Wasse.

Ut ex alienis malis deterrimi mortales —— sumtus quaererent] Quam ex aliena calamitate vulgus militum saepe messem quaerat, docet Cic. IX. ad Att. Ep. 6. & lib. VI. Fam. 6. Rupert.

Quali quisque] Fabri, *quales qui, que.* Carrio.

Etiam

aut modeſtia, etiam tum dubia victoria, ſeſe geſſerit; quoque modo in belli adminiſtratione ſcorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum aetas ne per otium quidem tales voluptates ſine dedecore adtigerit. De bello ſatis dictum. De pace firmanda quoniam tuque, & omnes tui agitatis: primum id, quaeſo, conſidera, quale id ſit, de quo conſultas: ita, bonis, maliſque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego ſic exiſtumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate urbi Romanae

ETIAM TUM DUBIA VICTORIA] Quae alias moderatos reddere debuiſſet. Siquidem remoto metu, vel votorum ſuorum compotes, & cum res ſuas conſtabilitas exiſtimant, quali ſint ingenio, tum demum aperiunt, & in ſcelera ſimul ac dedecora prorumpunt. Lactant. lib. VI. Inſtit. cap. 6. *Quidam probitate ficta viam ſibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quae boni ſolent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt: utinamque tam facile eſſet praeſtare, quam facile eſt ſimulare bonitatem! Sed ii, cum eſſe coeperint propoſiti, ac voti ſui compotes, & ſummum potentiae gradum ceperunt: tum vero ſimulatione depoſita mores ſuos detegunt, rapiunt omnia, & violant, & vexant, eoſque ipſos, quorum cauſam ſuſceperunt, injequuntur.* RUPERT.

GESSERIT] Idem Fabri, *geſſerint*. CARRIO.

QUOQUE MODO IN BELLI ADMINISTRATIONE SCORTA, AUT CONVIVIA EXERCUERINT NONNULLI] Eadem loquendi ratione uſus & Plautus Amphitr. *Haec nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male.* Item Catullus:

AEmulus iſte tuus, qui veſtrum exercet amorem.

DOUZA.

QUORUM AETAS NE PER OTIUM QUIDEM TALIS VOLUPTAS SINE DEDECORE ADTIGERIT] Venetum *talis voluptatis*. RIVIUS.

QUALE ID SIT] Omnes libri, *qualis ſit*. CARR.

QUONIAM ORTA OMNIA INTEREUNT] AEterna lex, a principio dicta omni mundo, naſci, denaſci, oriri, aboriri: nec quicquam ſtabile, aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit, praeter ipſum.

——— *Uni DEO*
Nunquam ſenectus, atra nec mors imminet:
Sed alia miſcet domitor aetas omnia;

exclamat Sophocles; cui addendus Tacitus III. Annal. 55. & Sen. in Octavia Act. V.

Regitur fatis mortale genus,
Nil ſibi quiſquam ſpondere poteſt
Firmum ac ſtabile.

Pachymer. lib. II. cap. 27. *Fatum ut animantibus, ita & civitatibus inevitabile.* Vell. lib. II. cap. 11. *Urbium imperiorumque nunc ſteteret fortuna, nunc ſeneſcit, nunc interit.* Adde Freinsh. in Curt. lib. V. cap. 1. §. 34. & lib. V. cap. 7. §. 9. Morell. in Stat. pag. 52. De converſione omnium rerum, egregie differit H. Grotius, in de V. R. C. pag. 166. RUPERT.

QUA TEMPESTATE URBI ROMANAE FATUM EXCIDII ADVENTARIT] Sic Juvencus:

Immortale nihil mundi compage tenetur,
Non orbis, non Regna hominum, NON AUREA ROMA.

Alias vulgo credebant, urbem Romam aeternam fore: idque ipſum tinnit Erinnia poëtria, hiſce verſibus, quibus Romam affatur, a Lipſio lib. I. de Magn. Rom. cap. 2. ſic Latinitate donatis:

Ipſa quae gaudet variare cuncta,
Reſque transformare hominum, Vetuſtas,
Spirat haec uni tibi ſemper auram a
Puppe ſecundam.

Ex hac opinione fluit illud Horatii lib. III. Carm. Od. 30.

Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.

Ad quem locum Torrentius: „ His verbis nomi„ nis ſui perpetuitatem ſignificat. Romam enim „ credebant aeternam fore. Quo illud quoque „ Virgilii referendum lib. IX.

„ *Dum domus AEneae Capitoli immobile ſaxum*
„ *Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.*

„ Et hinc illae marmorum ac numiſmatum inſcri„ ptiones, ROMA AETERNA, IMPERII PER„ PETUITAS." Haec Torrent. Et ejuſdem ſententiae aenigma Varronianum eſt apud Gellium lib. XII. cap. 6. conſtitutum a Barthio lib. XVI. Adv. 23.

Semel-minus? non. Bis-minus? nnn. Sat ſcio.
An utrumque? verum. Ut quondam audivi dicier,
Jovi ipſi regi noluit concedere.

Significat Romanum imperium ſine termino manſurum. Quin & divinos honores Romae plerique veterum tribuere, *templaque ac ſacerdotes ei inſtituere*, ut in Aſia Smyrnaei ac Pergamenſes, in Graecia ipſi Athenienſes; unde inſcriptiones & nummi veteres: ΡΩΜΗ ΘΕΑ, ROMA AETERNA, ROMAE ET AUGUSTO. Idem Torr. ad Horat.

IV.

nae fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos, & exſangues regi, aut nationi praedae futuros. Ali-

IV. Carm. Od. 3. Tiberius apud Tac. lib. III. Annal. cap. 6. *Principes mortales, Reipublicam aeternam eſſe.* Aliter tamen *conditor Sibyllinorum carminum*, qui Romam *φῶλον* futuram canit. Ac ſane, hodiernam Romam, veteris urbis tantum cadaver eſſe, conſtat. Unde praeclare Lipſ. lib. I. de Conſt. cap. 16. *Illa ipſa rerum gentiumque domina, & falſo AEterna urbs, ubi eſt? obruta, diruta, incenſa, inundata; periit non uno leto, & ambitioſe bodie quaeritur, nec invenitur in ſuo ſolo.* Freher. Not. ad Petr. de Andlo lib. II. cap. 20. Romanis veterem & ridiculam hanc perſuaſionem fuiſſe putat, a poſſeſſo Palladio, eoſque ſibi blanditos, Jovis verbo ad Junonem:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
IMPERIUM SINE FINE DEDI.

Quo alludit Sulpicia Poëtria in Satyra, de edicto Domitiani:

Aut fruſtra uxori mendaxque Dieſpiter olim,
IMPERIUM SINE FINE DEDI, *dixiſſe probatur.*

Ego, omnia de vano hauſta, non adducor, ut exiſtimem, ſed potius famam ad gentiles perveniſſe, e ſacratiſſimis Danielis Prophetae vaticiniis, &, quae de imperio dicuntur, perperam intellecta de Urbe. Conſtat enim ex iis, Romanum imperium, cum ſole & luna, ſemper fore, nec finem ante magnum illum & decretorium diem, fortiturum. Quanquam non ſine neſcius, alio trahi ab aliis, v. g. ab Alſtedio, cujus in *ℓ*. Chronolog. pag. 483. haec verba reperiuntur: „ Philoſophi, rerum Aſtronomicarum „ peritiores, numerant quatuor Monarchias, „ non ſecundum praedominium Regnorum, ſed „ ſecundum IV. Cardines Mundi. Prima eſt „ Orientalis, Aſſyriorum. Secunda Meridionalis, Perſarum & Graecorum; Tertia Occidentalis, Romanorum: Quarta Septentrionalis ſive Borealis, quam Deus conſtituet in Septentrione per Leonem Septentrionalem, magna „ cum admiratione illorum, qui divinam Apocalypſin, & harmoniam illam, quam hic exerto digito monſtramus, nihili faciunt.". Haec ille. Ego nolim natare in hoc freto, vel, contra veterum omnium auctoritates, novi quidpiam moliri. Vide Bern. in Tuba Pacis pag. 14. & 15. RUPERT.

CIVES CUM CIVIBUS MANUS CONSERTUROS] Ait alibi: *Diſcordia maximas res dilabi*; quod praecipue de civitatibus intelligendum eſſe docet Democritus; *Ἀπὸ ὁμονοίης*, inquit, *τὰ μεγάλα ἴσχυε, ἢ τῇς πόλεσι τὰς πολίμους δυνατὸν καταχράζεσθαι, ἄλλως δ' οὔ.* Haec bellorum civilium vis ac potentia, ut civitates alias inexpugnabiles facillime perdant. Sed vere puto de Roma ſcripſit Florus lib. IV. *Jam pene toto orbe pacato majus erat imperium Romanum, quam ut illud externis viribus exſtingui poſſet. Itaque invidens fortuna principi gentium populo, ipſum illum in exitium ſuum armavit.* Haec etiam de Romanis ſententia fuit Hetruſcorum, teſte Livio. COLER. Ite tripodes fibrae, ſortes, aves, ſidera, monſtra: nemo eventus futuri ſignum certius legit; nemini rerum imminentium verior obverſata ſpecies, quam Salluſtio. Nimirum ex hoc loco clare cognoſcimus, prudentiam quodammodo eſſe divinationem, ſive, ut auctor libri de IV. Virtutibus loquitur, *praeſentia ordinare, futura providere, praeterita recordari:* ac libenter Nepoti credimus de Ciceronе, non ea ſolum, quae, vivo ſe, acciderunt, futura praedixiſſe, ſed etiam, quae poſtea uſu venere, ceciniſſe ut vatem. Sic Ageſilaus, ſic Hannibal de exitu rerum divinarunt: ſic & Sallultius excidium urbis Romae cauſſaſque praeſenſit, ut evenit. Utinam tales conſultores ſint Principibus noſtris, tales Rebuspublicis; cum bella ſuſcipienda, cum ſocietas incunda, cum partibus accedendum, aut renunciandum, cum paces faciendae ſunt! Plura, de hac divinatione, vide apud elegantiſſ. Boeclerum Comm. in Corn. Nep. Quod vero bellis civilibus defeſſi, & exſangues nationi praedae fuerint Romani, quid opus pluribus dicere? Fuere Gothis, Hunnis, Vandalis, Longobardis, & omni barbarorum facci prodeunti e latebris. RUPERT.

ITA DEFESSOS ET EXSANGUES REGI AUT NATIONI PRAEDAE FUTUROS] Hoc enim ſemper hoſtes externi faciunt, ut exſpectent, donec, attritis bellantium inter ſe viribus, victos victoreſque defeſſos, pariter aggrediantur. Exemplo ſit Eumenes, Rex Bithyniae, qui ſparſis, conſumtisque, Seleuco & Antiocho, bello inteſtinae diſcordiae, quaſi vacantem Aſiae poſſeſſionem invaſurus, victorem Antiochum Galloſque aggreditur. *Nec difficile ſaucios adhuc, ex ſuperiore congreſſione, integer ipſe viribus ſuperat*, ut refert Juſtin. lib. XXVII. cap. 3. §. 1. & 2. ubi notam Bernecceri conſule. Et hinc firmiſſima ratione petita, ſupra in Catilin. c. 39. judicat idem noſter, nec Catilinae victoriam diu laetam fuiſſe futuram, ſi quam fortunae benignitas adſtruxiſſet: *Quod ſi primo proelio*, inquiens, *Catilina ſuperior, aut aequa*

ma-

Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, movere, aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur ſunt concordiae bona, & diſcordiae mala expellenda.

XXXIX. Id ita eveniet, ſi ſumtuum, & rapinarum licentiam demſeris; non ad vetera inſtituta revocans, quae, jam pridem conruptis moribus, ludibrio ſunt; ſed ſi ſuam cuique rem familiarem finem ſumtuum ſtatueris:

manus, diſceſſiſſes; profecto magna clades atque calamitas Rempublicam oppreſſiſſet; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuiſſet; quin defeſſis & exſanguibus, qui plus poſſet, imperium atque libertatem extorqueret. Huc pertinent egregii verſus Michaëlis Hoſpitalis lib. IV. Ep. 7. ad Carolum Cardinalem Lotharingiae:

O caecas hominum mentes! dum mutua ſtulti
Paſtores odia exercent, lupus intrat ovile.

Elucet denique hinc ſapientia conſilii illius, veterum Franconum, de finiendis bellis civilibus, quo de ſupra ad Jugurth. cap. LXXIX. Rupert.

Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae contundere queunt hoc imperium] Vide Virdung. ad Agr. Tac. c. XII. & XXIX. Not. ad Flori lib. IV. cap. 12. §. 1. Bern. in Ger. Tacit. quaeſt. 122. De Hiſpanis vide, quae ſcripſit Thuan. lib. XLVIII. in Deſcript. Hiſpaniae. Rupert.

Concordiae] Fabri & Briconeti, *firmanda igitur ſunt vel concordiae.* Carrio.

Si sumtuum et rapinarum licentiam demseris] Cauſas diſcordiae ex abdito eruit. Nam ex ſumtibus egeſtas, ex egeſtate rapinae, e rapinis diſcordiae oriuntur. Quod ex ſumtibus egeſtas, diduxit Picc. d. XVIII. cap. 4. quod ex egeſtate rapinae, docet vulgatum illud:

Qui ſua conſumunt, cum deeſt, aliena ſequuntur.

quod ex rapinis rerum turbatio, teſtatur ipſe C. Julius Caeſar lib. VI. *Ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones diſſenſioneſque naſcuntur.* Rupert.

Vetera instituta revocans] Intelligit leges ſumtuarias & cibarias, Liciniam, Fanniam, Didiam, Orchiam & alias ejuſmodi. Has leges optimas in contemptum ob corruptos civitatis mores abiiſſe non tantum hic ſcribit, ſed exprobrat Romanis Tertullianus quoque Apologet. cap. VI. *Quonam illae leges abierunt ſumptum & ambitionem comprimentes, quae centum aera non amplius in coenam ſubjcribi jubebant, nec amplius quam unam inferri gallinam, & eam non ſaginatam? Video enim centenarias coenas a centenis jam ſeſtertiis dicendas.* Hoc autem ſalubre Salluſtii conſilium, quin Caeſari maxime probatum fuerit, nemo eſt qui dubitet; quippe recordatus legum Juliarum, quae ſub ipſo etiam Auguſto latae, quarum non poſtrema fuit ſumptuaria, de qua Suetonius & Agellius. Coler. Intelligit leges ſumtuarias & cibarias, Liciniam, Fanniam, Didiam & alias. Eſt vero & hoc dogma e ſacrariis prudentiae, ſiqui depravatos ſaeculi mores, ad veterum inſtitutorum uſum, revocare conentur, vulgo eſſe joco & riſui. Quaeſo, tempora & homines noſtros inſpice; quis vetuſtis moribus utitur ſine nota incivilitatis? Natus eſt adverſo Genio, iratiſque Lubentiis ac Gratiis, quiſquis laſciviae non blanditur? quis, ſi optima inſtituta in uſum revocare tentet, non ſtatim audit imperitus praeſentis ſtatus? Imo joco ac riſui eſt, quaſi retro vivere velit. Hoc nemo felicius expreſſerit illis, qui turbidum vitae genus in ſcena repraeſentant. Apud Ariſtophanem in Nubibus, pater ut filium ſtultitiae damnet, ait, eum *ſapere antiqua.* Et apud Plautum in Trinummo, ubi Staſimus ſervus ſic optat: *Utinam veteres mores, veteresque parſimoniae potius majori bonori hic eſſent; quam mores mali!* reſpondet Charmides ſenex: *Dii immortales! baſilica hic quidem facinora inceptas loqui, Vetera quaerit, vetera amat: hunc morem majorum eſſe, ſcias.* Adde Bernecc. ad Germ. Taciti quaeſt. 93. f. & q. 107. & 112. f. Rupert.

Et finem sumtuum statueris] *Et*, vacat, ut opinor. Ciaccon. & Ursin. Conjunctionem, *&*, dele. Vult enim unicuique facultates ſuas & rem familiarem modulum ſumtuum eſſe. Accedunt libri. Carrio.

Statueris] Cauſſas diſcordiae ex abdito erult. Nam ut ex ſumtibus & luxuria egeſtas, ita ex egeſtate rapinae procedunt. Rapaces autem diſcordiae civilis faces. Priorem cauſſam idem ſcriptor graviſſime in Bello Catilin. & alibi declarat. Eamque inter alias Rerumpublicarum peſtes primam retulit Pythagoras, quem ait dixiſſe Stobaeus: εἰσάγειν εἰς τὰς πόλεις πρῶτον πρυφὴν, ἔπειτα κίσσον, εἶτα ὕβριν, μᾶ ὃ ταῦτα ἔλεγεν. Appoſite Florus lib. III. *Magnificus apparatus conviviorum, & ſumptuoſa largitio, nonne ad opulentia, paritura*

ris: quoniam is inceſſit mos, ut homines adoleſcentuli, ſua, atque aliena conſumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent; eam virtutem, & magnitudinem animi; pudorem, atque modeſtiam pro ſocordia aeſtiment. Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives; movet compoſita, & res novas veteribus adquirit. Quare tollendus foenerator in poſterum, uti ſuas quiſque res curemus: ea vera, atque ſimplex via eſt, magiſtratum populo, non creditori, gerere; & magnitudinem animi in addendo, non demendo Reipublicae oſtendere.

XL. At-

nox egeſtatem? Haec Catilinam patriae ſuae impegit. Coler.

Homines adolescentuli] Intelligit juventutem Romanam, quae ſi corrupta eſt, Reſpublica nunquam valebit. Nihil autem ad prodigalitatem propenſius, quam juvenum animi. Ubi vero ille mos inceſſit, quem Salluſtius ait, jam non amplius admonitione, ſed cenſura & correctione opus. Intra pudoris itaque & modeſtiae ſepta a pueris includenda & continenda Juventus, in omni civitate. Id ſevere Plato quoque libro V. de Republica praecipit, ubi inter cetera, περὶ δ, inquit, αἰδῶ χρὴ πολλὴν ἐ χρυσὸν καταλιπεῖν. De modeſtia vero ſive mediocritate juventutis eleganter Hippotamus Pythagoraeus: Τὸ καλόλυ ὃ πειρᾶζ ἀμῖ τάτον, ὡς ἂν μάλιστα τοιῶν τὴν πόλιν, ἴσας ὁμολογίας ἢ σύμφωνῶ τοῖς αὐτοῖς μέρεσιν, ἄνλα μὴ φασὶ ἔχεσας ἢ ἀμμαχοιμάχας ἴσας δὲ τῶν ἀρέτων ἀρκεῖ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς παρέχειν ἢ ἕν τινι, ἢ ἐν τὸ μέτριον τυγχάνῃ. Id eſt, *Et univerſe hoc eniti decet, ut his modis, quantum fieri poteſt, civitatem conſonam partibuſque ſuis concinnam & aequalem reddamus, ne diſcordia & ſeditionibus commoveatur. Hoc ita eveniet, ſi juvenilium animorum affectus regentur, & ad modeſtiam ducentur.* Contra ſi fiet, illud ſequetur, quod nemo melius, aut gravius quam Salluſtius dixerit: *Ergo animus ferox, prava via ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo, modo in cives: movet compoſita, & res novas veteribus adquirit.* Coler.

Res novas veteribus adquirit] Si ſanus hic ſit locus, tum ſenſus eſſe videtur: movent pacata, & veteribus largitionibus id apud plebem aſſequuntur, ut ex Praeturis & Conſulatibus ſumtui & lubidini ſuppetant. Vel ſaltem: *alia ſuper alia cumulat*, quomodo accepiſſe Ambroſium Serm. LXXXI. putem. *Semper enim ſtudet avaritia* cumulare nova veteribus. Audiamus jam Criſpinum. *Veteribus HOC EST, ALIENA CONSUMENDO, NIHIL LUBIDINI DENEGANDO. CAETERUM VIDE MIHI, QUAESO, QUOMODO SENTENTIAM SUAM EXPRESSERIT. PETITA RES EX IPSIS NATURAE VISCERIBUS, UBI OMNIA IISDEM CONSERVANTUR PRINCIPIIS, QUIBUS GENERATA SUNT. VERUM LOCUS EST EX RERUM VETERUM ET NOVARUM OPPOSITIONE. QUAE EO MINUS BENE COMPOSITA VIDENTUR, QUOD EX VETERIBUS NOVA SOLEANT EMERGERE.* O Diva Nox! Wasse in *Add.*

Tollendus foenerator] Foenoribus enim juventus, quaſi quodam aucupio irretitur, & a bonarum artium ſtudio arcetur. Bodinus legendus lib. V. cap. 2. Hoc tantum addo, nullam eſſe tamen inter leges Julias, de Foeneratoribus. Et de antiqua illa Genutia res eſt nota: de Duilia item. Coler. Quomodo foeneratorum licentiam ſuſtulerit Caeſar vide Tacit. VI. Annal. 16. ibique Lipſium. Ita Zamoſcius, magnus ille quondam Poloniae Cancellarius, amore tranquilli ſtatus patrii, ſuprema voluntate, foeneratorum coërctionem proceribus Regni commendavit, his verbis: *Civibus pietatem erga patriam, obſervantiamque erga regem commendo: ut luxum & diſcordiam fugiant quam maxime, & foeneratorum avaritiam, publico conſenſu, coërceant, rogo.* Rupert.

Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere] Mens: Officium tuum ad ſalutem populi, quam creditorum, dirigere decet, & magnificum eſſe in augenda, non minuenda Republica. Huc pertinet illud Ciceronis V. de Rep. *Moderatori Reipublicae beata civium vita propoſita eſt: ut ſcilicet ea opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit.* Vide Lipſ. N. ad lib. II. Polit. c. 6. Rupert.

At-

XL. Atque ego ſcio, quam aſpera haec res in principio futura ſit, praeſertim iis, qui ſe in victoria licentius liberiuſque, quam artius, futuros credebant; quorum ſi ſaluti potius, quam lubidini, conſules; illoſque noſque & ſocios in pace firma conſtitues. Sin eadem ſtudia, arteſque juventuti erunt: nae iſta egregia tua fama ſimul cum urbe Roma brevi concidet. Poſtremo ſapientes pacis cauſſa bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant. Niſi illam firmam efficis, vinci, an viciſſe, quid retulit? Quare capeſſe per Deos Rempublicam, & omnia aſpera, uti ſoles, pervade. Namque aut tu mederi potes; aut omittenda eſt cura omnibus. Neque quiſquam te ad crudeles poenas, aut acerba judicia, invocat, quibus civitas vaſtatur magis, quam corrigitur; ſed uti pravas artes, malaſque lubidines, ab juventute prohibeas.

XLI. Ea

ATQUE EGO SCIO, QUAM ASPERA HAEC RES IN PRINCIPIO FUTURA SIT, PRAESERTIM IIS, QUI SE IN VICTORIA LICENTIUS, LIBERIUSQUE, &c.] Quam variae multorum ſpes ſint ante victoriam, docemur ipſius Caeſaris exemplo, in quem plerique poſtea inſurrexerunt, qui ſe in victoria licentius, liberiuſque quam artius futuros credebant. Sic enim de ipſo, & hiantibus illorum cupiditatibus, differit Seneca lib. III. de Ira cap. 30. *Cariſſimis iraſcimur, quod minora nobis praeſtiterint, quam mente concipimus, quam quae alii tulerint. Hinc perniciоſiſſimae irae naſcuntur, & ſanctiſſima quaeque invaſurae. Divum Julium plures amici confecerunt, quam inimici, quorum non expleverat ſpes inexplebiles. Voluit quidem ille: neque enim quiſquam liberalius victoria uſus eſt, ex qua nihil ſibi vindicavit, niſi diſpenſandi poteſtatem: ſed quemadmodum ſufficere tam improbis deſideriis poſſet, quam tantum omnes concupiſcerent, quantum poterat unus?* Haec ille, quem & conſulere potes cap. ſeq. & lib. II. de Benef. cap. 27. ibidemque Lipſium. E recentioribus hunc procerum ſuorum affectum detexit prudentiſſima principum, nuper Angliae regina, Elizabetha, apud Buchan. lib. XVII. Rer. Scoticar. in reſponſione ad poſtulationem legatorum Reginae Scotiae: *Qui me, cum Elizabeth modo vocarer, ſummа benevolentia complectebantur, & ſi forte alacriore vultu eram intuita, ſecum cogitabant, ſtatim atque ego regnum adepta eſſem, ſe, pro ſuae cupiditatis potius, quam officii mihi praeſtiti modo, remuneratum iri. Nunc vero cum eventus expectationi non reſpondeat, quidam eorum non gravate novam rerum mutationem, in ſpem fortunae melioris ferunt. Nullae enim principum facultates, quantumvis magnae, inſatiabiles hominum cupiditates explere poterunt.* RUPERT.

SI EADEM] Omnes libri, *ſin eadem*. CARRIO.

SAPIENTES PACIS CAUSSA] Ita Cicero: *Ita bellum ſuſcipiatur, ut nihil aliud, quam pax quaeſita videatur.* Probat etiam ſanctus Auguſtinus: *Cui*, inquit, *licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.* Et alibi: *Apud veros Dei cultores etiam illa peccata non ſunt, quae enim non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coërceantur, & boni jubleventur.* Adtraho & illud Flori lib. III. cap. 21. *Vincentibus, quibus pax & quies potior.* Seneca Hercule Furente:

Si aeterna ſemper odia mortales agant,
Nec coeptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquens bella.

Et iterum:

Pacem reduci velle victori expedit,
Victo neceſſe eſt.

COLER. Vide Lipſ. Polit. lib. V. cap. 4. RUPERT.

ET OMNIA ASPERA, UTI SOLES, PERSUADE] Legendum, *pervade*, ex Veneto. Id quod ſenſus quoque ipſe poſtulare ita videtur. RIVIUS.

UTI SOLES PERVADE] Sic recte olim correxi, nam quod in aliis eſt, *perſuade*, id rectum eſſe cui quaeſo perſuaderi poterit? CARRIO. In Jugurth. dixit *ſupervadere*, ſed illud alterum tuetur Ammian. pag. 192. 1. pervadere *cuncta cogitabant*. Vocem *aſpera* ſervat Tacitus Annal. IV. *Infoecunditati terrarum, aut* aſperis *maris obviam it.* WASSE in *Add.*

NEQUE QUISQUAM TE AD CRUDELES POENAS, AUT ACERBA JUDICIA INVOCAT] Hoc ſimile eſt illis, quae ſupra habentur: *Ne vos ad virilia illa vocem.* Tacitus lib. XVII. *Cum neque ad bellum vos, neque ad periculum voco.* CIACCON. & URSIN. Vide Not. ad Jugurth. cap. 3. §. 1. Bern. q. in Agr. Tac. 170. RUPERT.

AUT ACERBA JUDICIA INVOCAT] Supra, *Deinde*

XLI. Ea vera clementia erit, conſuluiſſe, ne inmerito cives patria expellerentur; retinuiſſe ab ſtultitia, & falſis voluptatibus; pacem concordiamque ſtabiliviſſe: non ſi flagitiis obſecutus, delicta perpeſſus, praeſens gaudium cum mox futuro malo conceſſeris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus eſt, negotii magnitudine: & quia tibi terrae, & maria ſimul omnia componenda ſunt, (quippe res parvas tantum

ne vos ad virilia illa vocem. Tacit. Hiſt. I. *non ad bellum vos neque ad periculum voco.* CIACC.

EA VERO] Libri ſcripti melius, *Ea vera clementia e. c. ne merito c. p. e.* hoc eſt, ita rempublicam conſtituiſſe, & bonis artibus, moribuſque ornaſſe, ne cives ea committant propter quae merito patria expelli poſſint. Sed libentius legerem *expellantur*, quam *expellerentur:* vel potius ſic: *Ea vera clementia erit, ne merito cives patria expellantur, retinuiſſe ab ſtultitia, & falſis voluptatibus*, omiſſa voce, *conſuluiſſe.* CIACCON. Omnes libri, *ea vera.* uti ſupra, *ea vera atque ſimplex via.* CARRIO.

NEC INMERITO CIVES PATRIA EXPELLERENTUR] Vet. cod. meus habet: *Ne merito*, &c. ut ſit; *Ne cives ea committant, ob quae merito patria expellantur.* Sic enim magis placet quam, *expelleretur*; & fortaſſe illud, *conſuluiſſe*, abundat. URSIN. Plurimi exulabant poſt bellum civile, & plerique ſua ſponte, vel metu Caeſaris. Cum autem illa res ſit adverſa libertati, data opera Caeſarem non ipſum tantum a proſcriptionibus civium abſterret, ſed ultro etiam inſtigat, ut eos ab omni ſeditioſorum injuria & exitiis liberos & ſecuros praeſtet. Nam cives patria expelli, hoc demum aſperum & acerbum eſt imperium, non clementia. Cicero etiam manifeſte dixit exilium non eſſe poenam judicii. Sic enim loquitur in Orat. pro domo: *Quid enim eſt exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis.* COLER.

RETINUISSE AB STULTITIA, ET FALSIS VOLUPTATIBUS] Quo etiam facit ſententia illa Aululariae Plautinae: *Hoc ſervi eſſe officium reor, Retinere ad ſalutem, non herum, quo incumbat, eo impellere.* DOUZA.

PACEM CONCORDIAMQUE] *Que* deëſt libro Fabri: & in Fabri & Ericoneti eſt, *ſtabiliviſſe*, pro, *ſtabilivisſe*; uti etiam, *conceſſerim*, pro, *conceſſeris.* CARR.

NON SI FLAGITIIS] Hoc eſt: vera clementia non fuerit ſi (quod quidem in praeſens ſuave) corruptis moribus fraena permittas. WASSE in *Add.*

GAUDIUM CUM MOX FUTURO MALO] Deſcribit ingenium voluptatis; quae, cum datura videtur laetitiam, cauſa doloris eſt. *Ille ex conviviis & luxuria: ille ex ambitione & circumfuſa clientium turba: ille ex amica voluptatem quaerit. Sed omnes iſtos oblectamenta fallacia, & brevia decipiunt: ſicut ebrietas, quae unius horae bilarem inſaniam, longi temporis taedio penſat. Sicut plauſus & acclamationis ſecundae favor, qui magna ſolicitudine & partus eſt & expiandus.* Sen. ep. 59. ubi negat, hujuſmodi homines prorſus habere gaudium: *Quid ergo*, inquiens, *ſtulti ac mali non gaudent? non magis, quam praedam nacti leones. Cum fatigaverunt ſe vino & libidinibus, cum illos nox inter vitia defecit, cum voluptates anguſto corpori ultra, quam capiebat, ingeſtae, ſuppurare coeperunt, tunc exclamant miſeri Virgilianum illum verſum:*

Namque ut ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti.

RUPERT.

MAXIME ERECTUS] Omnes libri, *maxime fretus.* CARRIO.

NEGOTII MAGNITUDINE] Proprium alti & heroici animi, non tam parvis quam magnis rebus patrandis aptum eſſe. COLER. Idem de Providentia cap. 5. *Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem.* RUPERT.

QUIA TIBI TERRAE, &c.] Ita modeſte vocat Romanum imperium, quod terra & mari potentiſſimum erat. Supra tamen non ſibi temperavit, quin diceret: *Neque, ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret.* Et Cicero ſatis magnifice, in Orat. de Provinc. Conſul. *Nulla gens eſt, quae non aut ita ſubacta ſit, ut vix extet: aut ita domita, ut quieſcat: aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque laetetur.* Neſcio quam vere hoc dixeris, Cicero, ante clauſum ab Auguſto Janum. Quid enim ad ſeptentrionem converſa plaga poſtea non eſt auſa? Quid Pannonii, Dalmatae, Myſi, Thraces, Daci? Ipſam Germaniam victam noluiſſetis. Florus ait lib. IV. *Germaniam quoque totam vincere tanti non putaſſet! magis turpiter amiſſa eſt, quam glorioſe adquiſita.* Sed omitto Auguſti ſeculum. Diu fuit, ut magis victi Germani, quam domiti dici debuerint. COLER. Potius eſt, ut Salluſtium, *terra & mari*, ſcripſiſſe credamus. DOUZA.

ADTIN-

tum ingenium adtingere nequit) magnae curae magna merces eſt. Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus, & publico frumento, corrupta, habeat negotia ſua, quibus ab malo publico detineatur: juventus probitati, & induſtriae, non ſumtibus, neque divitiis, ſtudeat. Id ita eveniet, ſi pecuniae, quae maxuma omnium pernicies eſt, uſum, atque decus demſeris.

XLII. Nam

ADTINGERE NEQUIT] Vaticanus, *attingere nequiret*. CARR.

MAGNAE CURAE MAGNA MERCES EST] Cum multo labore, & ſumtu, & periculo, Maximiliano I. victoria ſtaret, nummus ejus rotam habet, quae ſub mundo volvitur; Reges notans & principes non niſi per tot diſcrimina, ad ardua pervenire, quot in malo punico acini reperiuntur. Sed ut duri corticis & amari malum eſt punicum: acinos habet ſuaves: nucleos medicos: ſic dulciſſima eſt periculorum exantlatorum, rectèque factorum memoria. Luckius in Nummis. Habet autem & Nummus inſcriptionem hanc: PER TOT DISCRIMINA. Supra rotam Orbem, infra MALUM Punicum. RUPERT.

UTI PLEBES, LARGITIONIBUS ET PUBLICO FRUMENTO CORRUPTA, HABEAT NEGOTIA SUA] Plebem Rom. ita deſcribit Cic. I. ad Att. 16. *Illa concionalis hirtulo aerarii, miſera ac jejuna plebecula.* Vide Caſaub. ad Sueton. Aug. cap. 42. Lipſ. I. Elector. 8. De otioſis in Republica non ferendis egregie diſſerit Bernec. in Germ. Taciti q 62. RUPERT.

LARGITIONIBUS] Quibus magis capitur, quam ullis honoribus. Livius lib. VI. Plebs ad eas leges, quae ad ipſius lucrum & ſublevationem bonorum pertinent, tutandas potius animatur, quam ad eas, quae ad ſolum honorem ſpectant, cumque illi tribuunt. Romae certe leges Foenebres & Agrariae magis auditae, quam de Conſulatu aut aliis muneribus honorariis. Largitionum uſus, morum corruptor unicus, diu Romae incognitus fuit. Teſtatur Salluſtius, gravitſimus ſuae Reipublicae cenſor, in bello Jugurthino: *Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, niſi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur.* Sed de alia largitione loquitur Salluſtius, quam illa plebeja. Quid ex legibus etiam illis Agrariis & Frumentariis calamitatis in Rempublicam invectum ſit, tot ſeditionibus illuſtratum eſt. Florus lib. IV. cap. 13. *Sed haec ipſa in perniciem redibant, & miſera Reſpublica in exitium ſuum merces erat. Nam & a ſenatu in equitem tranſlata judiciorum poteſtas, vectigalia, id eſt, imperii patrimonium ſupprimebat, & emptio frumenti ipſos Reipublicae nervos, exhauriebat aerarium.* Haec Florus. COLER.

HABEAT NEGOTIA SUA] Quam hoc ſit prorſus neceſſarium, intellexit & Draco, dum legem de otioſis tulit ab AEgyptiis petitam. Amaſis enim (ut eſt apud Herod. lib. II.) legem condidit, ut, qui non demonſtraret, unde legitime viveret, morte mulctaretur. Adde Diod. lib. I. Laërtius in Solone dubitans de auctore: *Is qui ſectatur otium*, inquit, *omnibus, accuſare volentibus, obnoxius eſto.* Et addit e Lyſia, Draconem dediſſe hanc legem, Solonem vero promulgaſſe. Ubi Caſaubonus in Notis. Multi auctores ſunt, non a principe Solone eam fuiſſe latam: ſed poenam tantum hominum ἀργῶν lenitam: quum lege Draconis ἀργία, ut fere omnia delicta, morte puniretur. Ab his rurſus diverſus Pollux lib. VIII. *Sub imperio Draconis, pigritiae poena erat infamia: at ſub Solonis, non, antequam ter aliquis fuiſſet deprehenſus.* RUPERT.

PECUNIAE USUM ATQUE DECUS DEMSERIS] Male alii *dedecus*. Sic infra: *verum ſi pecuniae decus ademeris.* &, *ergo inprimis auctoritatem pecuniae demito.* CIACC. & URSIN. Plato III. de Legibus dixerat. Δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον, τιμὰς τε καὶ ἀτιμίας ἀρθρώσειν ἐρθῶς· ἔστι γὰρ ἐρθῶς ἄνευ τιμωτάτῳ μὲν καὶ πρώτου, τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθοῦ κεῖσθαι, σαφεστάτης ὑπαρχόντης αὐτῇ. Δεύτερον γὰρ τὸ περὶ σῶμα κάλλος καὶ ἀγαθόν. Καὶ τρίτον, τὸ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χρήματα λιγόμενον. Et lib. IV. Διὸ δὴ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ χρὴ ΤΕΛΕΥΤΑΙΟΝ τιμᾶν· εἶναι γὰρ τελῶν τὸ ἐπάκολον, περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἰέναι, ἃ δ' χρηματικαὶ ἐρθῶς σπουδαζόμενα σπουδῇ, σώματος γὰρ μέση, πρώτα δ' ἃ τ' ψυχῆς. De Foeneratoribus etiam Salluſtio praeiverat lib. V. Μήτ' οὖν διδόναι, μήτε δίκαιον εἶναι τὸ παρεγγραπτον, μήθ' ἑτέροις, μὴ δ' ὁπωσοῦν παρακελεύεσθαι, ἵνα μήτις πίπτοι. Μηδὲ ΔΑΝΕΙΖΕΙΝ ἐπὶ τόκῳ ὡς ἔξον μὴ ἀπολιδόναι τὸ παρόμπαν τῷ δανισαμένῳ μήτε ΤΟΚΟΝ, μήτε τὸ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. De poenis vide gemina apud Euſebium, citante Stobaeo Serm. XLIV. & Plutarchum Epiſt. de Amicitia apud eundem pag. 328. Salluſtius infra: *Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia ſua; quibus ab*

XLII. Nam saepe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenissent, quae res populos nationesve magnis auctoribus auxissent? ac deinde quibus cassis amplissima regna, & imperia, conruissent: eadem semper bona, atque mala reperiebam, omnesque victores divitias contemsisse, & victos cupivisse. Neque aliter quisquam extollere sese, & divina mortalis adtingere potest, nisi, omissis pecuniae, & corporis gaudiis, animo indulgens, non adsentando, neque concupita praebendo, perversam gratiam gratificans, sed in labore, patientia, bonisque praeceptis, & factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam exstruere, eamque signis, aulaeis, aliisque operibus exornare, & omnia potius, quam semet, visendum efficere, id est, non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse.

XLIII. Por-

malo publico detineatur: juventus prohibita, non sumtibus, *neque divitiis studeat.* Wasse in *Add.* Lego, *usum atque decus.* Saepe alias Sallustius monet, pecuniae & divitiis opinionem splendoris detrahendum. Decus igitur demitur pecuniae, si ob eam nemo magis honestus, aut clarus. Lipsius IV. Ep. Q. 4. Rupert.

Demseris] Fabri & Briconeti, *decus ademseris.* Carrio.

Clarissimi viri magnitudinem invenissent] Vett. libri, *clari viri.* Ciacc. & Ursin. Repone ex omnibus libris, *clari viri.* Carrio.

Item invenissent] Non *invenisset*, uti olim correximus. Carr.

Quae res, populos nationesve magnis auctoribus auxissent] Scripti libri, *Quaeque res.* Ciacc. Ursin. & Carr.

Magnis auctoribus] Legendum censeo, *magnis auctibus auxissent.* nam apud Livium lib. XXIX. Africanus Scipio deos ita precatur: *Eaque vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis.* & lib. IV. *Cujus rei primum fit in civitate, eam maximis semper auctibus crescere.* Tacit. Hist. I. *Tiberis immenso auctu, prorupto Ponte sublicio &c.* Quibus ex locis & alium Taciti Hist. IV. emendandum exiitimo, ubi in vulgaribus libris sic legitur: *At Civilem immensis actibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata.* erit ergo, *immensis auctibus.* Ciaccon. & Ursin. Ita quidem Vaticanus, sed Fabri & Briconeti, *magnis auctionibus:* animo meo rectius. Carrio. Idem d. l. legit. *magnis auctibus auxissent.* Rupert.

Omnesque victores divitias contemisisse] *Demaratus* apud Herodot. lib. VII. cap. 102. *Graecia paupertatem tuetur & dominatum.* V. Freinsh. ad Curt. lib. III. cap. 2. §. 15. Notam ad Justini lib. II. cap. §. 5. Rupert.

Sed in labore, patientia, bonis praeceptis, et factis fortibus] i. e. in studiis togatis ac militaribus. V. Not. ad Flori lib. I. cap. 5. §. 1.

Nam domum, aut villam exstruere] V. Bern. Quaest. in Germ. Tac. LXXXIV.

Eamque signis, aulaeis exstruere] Particula *que*, abest ab antiquis libris. Ciacc. & Ursin. *Que* deest Fabri & Briconeti. Carr. Quae omnia Romam cum Asiatica luxuria commigrarunt. Conqueritur Sallustius in Bello Catilin. Plin. lib. XXXIII. cap. 2. lib. XXXVII. cap. 1. Augustinus de Civit. Dei, lib. III. cap. 31. Colerus.

Omnia potius quam semet visendum efficere] Ex hoc fonte *Apulejus* in fine D. Socr. *Igitur si quotidiana eorum aera dispungas, invenies in rationibus multa prodige* profusa, *& in semet nihil. Plane quidem villas opipare exstruunt, & domos ditissime* exornant, *& familias numerosissime comparant; sed in istis omnibus, in tanta affluentia rerum,* nihil indignum est. praeterquam ipse dominus aedium. *Nec injuria: cumulata enim habent, quae sedulo percolunt, ipsi autem horridi,* indocti incultique circumeunt: *Igitur illas aedificiorum species, in quae* patrimonia *sua* profuderunt, *amoenissimas & extructissimas deprehendas &c. omnia opulenta, omnia ornata* praeter ipsum dominum; vide *Isidorum Pelusiotam* Epist. II. 156. *Chrysostomum* tom. I. Hom. 11. pag. 30. Fabulam in hanc rem jucundam narrat *Galenus* Protrept. cap. 4. Διογένης ἰσιὼν τὰ πολλὰ τῶν, ἢ ἐκ ἴσου πάντων ἀπολαῦσι πεφυκότων, μόνος δ' ἐκεῖνος τοιοῦτος ἐμπεπλησμένος, χρυσοφορῶν ὡς πλούσιος, ἢ τ' ἐν κύκλῳ θεατ-

Digitized by Google

XLIII. Porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem ſine ſcor-

κεχήνας, εἰς ἀδὺ μὲν τὸ πίεις ἔσται, αὐτὸ δὲ μόνον ἀφυτίσεσι τὴ δισποτη ἢ οἰκίας. Ἀγωνιᾷ δ' αὐτῶ, ἢ τὴν αἰτίαν ἐρωτᾷ, Οὐδὲν, ἔφη, ἀρῶ οὕτως ἡμιγημένον τ καλῶ τὴν εἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον τὰς δὲ τοίχας ἀτόπως ἀξιολόγοις γραφῆς κεκοσμῆσθαι· τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψηφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν λιθίνας παρίνας. Ἁπαξ τὰ σκεύη λαμπρὰ ἢ καθαρὰ, ἢ τὴν τράπεζαν, ἢ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐσκευασμένας· μόνον δ' αὐτὸν ἐρᾶν ἡμελημένον. Εἰδὼς δ' ἄνασσα ἀνδράσιν εἰς τὰς ἀτιμοτάτας τὸ παρᾶναι τόπον δεπνεῖν. vide in hanc ſententiam plura apud eundem II. 23. Edit. Venet. MDXXV. Alii hoc factum Ariſtippo tribuunt, inquit *Laërtius*, & ex eo Arſenius Monembaſiae Epiſcopus. Rem omnem, ſuppreſſo auctoris nomine, enarrat Chryſoſtomus Homil. XI. in Rom. Themiſtius Orat. XVI. Οἷς δ' θυμάσιν μᾶλλον ἀρέσκει ἡδέως τὴν ψυχὴν ἀξίαν πολλῶ καλοκαγάθειαν, ἢ τὴν οἰκίαν, οὗ δ' τοῖς μὲν τοίχοις ἐγκάυσις πολλὰ ἢ ποικίλα, τὴν ψυχὴν δ' ἀκόσμητον ἀφορᾶς, ὥσπερ γραμμάτιον ἀλληλόμενον, ἢ τ μὲ ἀνδρῶνα ἀνεπίξεσον καταλιπὼν εἰς ἄνοιγε πανδοκῆ· Ἡσιόδω τὴ ποιῆ τ νῦν δ' ἀνεπίξεσον ἀξιόφορον πρᾶγμα οὐδὲ νομιζόμενος. WASSE in *Add.*

QUIBUS BIS DIE VENTREM ONERARE] Coenabant antiqui lautius, prandebant tenuius. Prandii autem mentionem faciunt tum alii ſcriptores permulti, tum inprimis apud Graecos Hippocrates lib. II. de Victus Ratione, & in Oeconomico Xenophon, apud quem narrat Iſchomachus: *ſe leviter prandere, ut largius coenet.* Quod eo lubentius indicavi, ne cui forte veterum quorundam & Iſidori imponat auctoritas, qui negat prandia in uſu antiquis fuiſſe. Galenus lib. VI. de Tuenda Valetudine dicit; ſe, niſi tardius lavaret, cibum interdiu non ſumpſiſſe, & illum quidem cum ſumeret, ſolo pane uti abſque potu. Moderatum quoque deſignat prandium Plin. lib. III. Epiſt. cum inquit: *poſt cibum, quem interdiu levem, & facilem veterum more ſumebat.* Cicero quoque in Quinta Tuſculana leve & ſimplex prandium videtur probaſſe, cum dicit: *vita illa beata quae ferebatur, plena Italicarum Syracuſanarumque menſarum, nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri.* Itaque hic reprehendit eos auctor, qui integros dies conviviis & commeſſationibus frangebant. Vide Urſini appendicem ad Ciaccon. de Triclin. COLER. Nota: Veteres, ingluvie & voracitate, non ita certabant, uti nos, qui epulas quadrifariam, imo quinquefariam diſpertire ſolemus, in *jentacula, prandia, merendas, coenas* & ab illis, in *dormitoria*, quae vocant, *pocula.* Contenti erant unico vel prandio vel coena; (certe Diodorus Siculus lib. V. cap. 40. tanquam inſolens notat in Tyrrhenis, quod bis in die menſis adornent) Saepius tamen coena, & ſi quid mane comedebant, exiguum, idque ſoli, ac ſine ὁμοσιτίοις, ſive conſaltinis, aut conſalaneis, ut dicuntur in Gloſſario veteri. Hinc illa μονοσιτία, de qua multa Caſaub. ad Athenaei lib. I. cap. 8. & lib. II. cap. 8. confer Bernecc. in Sueton. Titum cap. 9. §. 3. & in Plinii Paneg. cap. 49. n. 6. Manut. in Quaeſt. per. Epiſtol. IV. p. 63. Prandium Graecis dictum ἄριστον, veluti ῥᾴστον, id eſt ex obviis, nec anxie comparatis. Plut. Sympoſ. Quaeſt. VI. Hi docent, illos, cum & laboribus dediti, & temperantes eſſent, mane panem ediſſe mero intinctum, aliud nihil. Itaque hoc fuit dictum &c. Quod hodie Venetiis a pleriſque negotioſis fuit obſervatum, qui in meridie, vino Cretico panem intinctum, offam, ſeu placentam comedunt, ut ſic famem ſolentur, dum negotiis operam navant. Joſ. Laurent. I. Polymath. 20. Nec abludit ipſum vocabulum coenae, quod, quum Graecum ſit, & ſignificet communem cibationem, ut vertit Lipſ. ad Senecae Epiſt. 18. ſatis indicat, reliquis diei partibus non fuiſſe antiquis convivium. Erat autem illud exiguum, ut dixi, quod mane comedebant, ſine jurulentia, puta, cum caperent ſolum panem, quemadmodum e Gal. lib. VI. de Tu. Val. docet Hier. Mercurialis lib. I. de Arte Gymnaſtica cap. XI. qui ſit tibi non ſufficit, addere potes hanc Cl. Salmaſii obſervationem, ad illa Capitolini in Antonino Pio pag. 75. *Panem ſiccum comedit, ad ſuſtentandas vires.* Per *panem ſiccum*, inquit, panem ſolum intellige, abſque ullo alio pulmento; ſic in vita Taciti apud Vopiſcum: *panem, niſi ſiccum, nunquam comedit.* Fuit autem haec veterum frugalitas, eorum praecipue, qui negotioſam vitam καπηλικὴν agebant, ut matutinis horis, ſolo pane deguſtato, uſque ad veſperam & tempus coenae, impranſi perdurarent, adeo ut ne biberent quidem. Gal. hoc ita de ſe praedicat lib. VI. ὑγιειν. ubi inter alia μόνον τὸν ἄρτον vocat, quem Spartianus *panem ſiccum;* panis enim ſiccus jentaculum fuit veterum. Hinc ἀριστᾶν pro *jentare* apud Lucianum, qui panem ſiccum comedere non poterant, aut *palmulas* aut *uvas paſſas*, aut *parum mellis Attici, vel ſalis, cum pane* edebant. Quidam bibebant, quidam nec bibebant; multi poſt hoc jentaculum etiam prandebant, alii impranſi, uſque ad coenae tempus, manebant. Hinc βρυχᾶζειν, *jentare*, veteres Grammatici exponunt, a buccis panis, quas in jentaculo comedebant. (Confer Caſaub. ad

ſcorto quieſcere mos eſt; ubi animum, quem dominari decebat, ſervitio obpres-

ad Sueton. Auguſt. cap. 76. 77.) Non peculiaris igitur haec abſtinentia Senecae fuit, quod panem ſiccum, vice prandii, guſtaret, ſed cum multis communis. Epiſt. 83. Panis deinde ſiccus &, ſine menſa, prandium. Haec Salmaſius. Inferiori aevo apud Montaniſtas fuiſſe coenam ſine jurulentia, ſcribit Tertullianus, quod hinc explicandum: coenam Montaniſtarum fuiſſe ſiccam, nec abſimilem prandiis aliorum; ut ſcilicet oſtentarent virtutis ſtudium, ſive, ut mentis officio rectius uti viderentur, pulmento, tanquam indicio voluptatis ac ignaviae, minus impediti. Sed & ex his ſatis apertum, cur miretur Salluſt. *quoſdam bis de die ventrem onerare.* RUPERT. Platonem ſequitur, qui in Epiſtola ad Dionis propinquos ita ſcribit, Διὸς τε ἕνεκεν ἁμαρτεῖν ἐπιτιμᾶλόγιον εἶναι, τὸ μηδενὶ πολιτῶν πλείω μέρη τοῦτο ποιεῖν τοῦτο. Cic. in Tuſc. V. interpreto: *bis in die futurum fieri, nec umquam perceſſare ſolum.* Muſonius de victu: Τοὺς μὲν ἓν ἄκρας εὐδαίμονας, σπανιώτερον ἐμιλῶντας, τὸ ἴσον γε μᾶλλον τὸ εἰκοσίας ὅλας ἀπέχεσθαι δυνάμενα, ταυτὸς ὃ καὶ πᾶσαν ἡμέραν πᾶσιν πειρᾶσθαι ἀνάγκη, τὸ τά γε πολλὰ, δὶς ἑκάστης ἡμέρας· ἃ γὰρ ἔτι ζῶν ἄνθρωπος τ' ἄνθρωποι. At Graecos quater die eſitaſſe Philemon tradit; mane enim habuere ἀκράτισμα ſeu ἀριστισμόν Euſtathio ad Odyſſ. ω. ἄεστον τὸ πρωϊνὸν, Athenaeo πρωϊνὸν ἄμβρωμα. Ἄεστον ſeu δόρπιον, ἐσπέρισμα, δεῖπνον, veteribus δόρπον, ſive, interprete Athenaeo IV. Deipn. ἐνδοπνίδα. Palamedes apud *AEſchylum* ἀκράτισμα quidem, credo quia tenue, & ſine menſa erat, omittit: Ἄριστα δεῖπνα δόρπατ' ἀμπώδων τέλη. Quem verſum adducunt Athenaeus V. Euſtathius ad Iliad. β. Qui de his plura cupit, adeat Euſtathium ad Iliad. ω. 124. Odyſſ. β'. 77. κ'. 586. Plutarch. Sympoſ. I. 8. Ariſtotel. de Nat. Anim. VI. 8. Schol. Theocriti in voce ἀκρᾶσμός, Theophylactum ad Luc. XIV. Erotianum in δόρπα. Certe circa Xerxis tranſitum Olymp. LXXV. ex Herodoto patet Graecos cibum plus vice ſimplici ſumſiſſe. Apud quem VII. 10. magnam ſe diis habere gratiam ait Megacreon, ὅτι ξείξης τ' δὶς ἑκάστης ἡμέρης εἰώθασι σῖτον αἰρέεσθαι. Hippocratis aetate Olymp. LXXXVII. multi ter, quater, plures ſemel, plurimi bis die cibo uſi ſunt, ut ex eo obſervavit Hieronymus Mercurialis Var. Lect. IV. 17. Verba ejus habentur Lib. Περὶ διαίτης ὀξέων pag. 58. Ἔξω δ' ἂν μᾶλλον ποιοῖτο ὁ ποιῶν τὸ, εἰ τρὶς σιτίοιτο ἢ ἡμέρης ἐς κόρον: ἔξω μᾶλλον, εἰ πλειόνκις. Καὶ τοι γε πολλοὶ εἰσὶ οἱ δίφορας φέρεσθαι τρὶς σιτεόμενοι ἢ ἡμέρης ἑκάστης, pag. 12. Περὶ διαίτης II. pag. 30. III. pag. 34. XXXVI. 90. XXXVII. 40. XXXIX. 90. CXLII. 5. 42. Nec ſane aliter conſtare poterit animoſum illud Leonidae dictum, quo milites juſſerit ταχίνας δειπνοποιεῖσθαι, ὡς οὐ Ἅιδᾳ δειπνοποιεῖσθαι. Diodor. XI. Sed neque illud Alexandri apud Plutarchum in Apophthegm. pag. 180. ſe κρείττονας ἔχειν αὐτὸς ἑαυτοῦ, τοὺς μὲν ἄριστον, τὸν τυκοποιὸν· τοὺς δὲ δεῖπνον τὸν ὀψοποιόν. Ariſtotelis denique in Probl. id evincit III. Prob. §. 32. Coenam & prandium Romanis etiam ab antiquiſſimis temporibus in uſu fuiſſe monſtrat locus Platonis ſupra laudatus; cui (quoniam ſunt qui alterutrum ſuſtulerunt, ex quorum numero Servius, Iſidorus II. 20. Salvian. Provid. I. Caſſiodor. in Pſalm 14.) adjunge Macrobium Saturn. II. 13. Cellium I. 1. 3. Plautum Amphitr. I. 1. 99. & in Boeotia apud Gellium III. 3. Plinium Epiſt. III. 5. Valerium II. 19. Plinium Nat. Hiſt XXVIII. 5. Senecam Epiſt. LXXXIV. Suetonium Aug. LXXVIII. Quaeri heic poteſt quare morem adeo receptum omni populo, quaſi immoderatum nimiumque Noſter improbaverit, ſolis heluonibus objiciendo quod omnium erat. Scilicet id velle credamus, ne tenera ſeniove aut morbo feſſa aetas, opifices, ſervitia, reficere vires imminutas & augere poſſent? Nihil minus. Luxum haud naturam impugnat, coſque denuo perſtringit, qui in poteſtatibus, bis die ventrem onerabant, quorumque induſtria vitae & vigilandi labor in antelucanis coenis expromebatur. Atque eo modo ſenſum τῷ ἐμπιπλᾶσθαι, quo uſus erat Plato, repraeſentat. Nam Graeci veteres, teſte in Oenomao Antiphane, fuere μικροτραπεζοι, ipſumque adeo Epicurum habuiſſe conſtat, tradentibus Plutarcho pag. 1099. & Cicerone Acad. II. obſoniorum conditorum τοὺς δεῖπνον ἀλιγαρισίαν. Hinc Socrates apud Athenaeum, Ὦ παιγνιώτης, τὰς ὑμᾶς τῷ μὲν ἄρτῳ ὡς ὄψῳ χρῆσθαι τῷ δὲ ὄψῳ ὡς ἄρτῳ. Hinc Plutarchus alicubi vocat prandia ἀνοψαλίδωτα καὶ ὑγιαινόντων ὥσπερ ἀλειφόμενα τοὺς πολυτελεῖς τραπέζας. Horatius: Prandia *non avide, quantum interpellet inani Ventre diem durare.* Seneca Ep. LXXXIII. *Deinde* ſiccum & ſine menſa *prandium.* Modum vero in hiſce rebus exacta ſtatuere ejus ſolius eſt, qui aetates, ſexus, ipſumque illum corporis, anni ventorumque tempeſtates, ciborum eorundem pro diverſa regione variantem naturam & ſexcenta ejuſmodi probe habet perſpecta. Quam rem elegantiſſime peroravit Hippocrates lib. Περὶ διαίτης pag. 7. WASSE in *Add.*

SERVITIO OPPRESSERE.] Confer Noſtrum Jug. I. Lucretius II.

——— *Natura videtur*
Libera continuo, & Dominis privata ſuperbis.
Ovidius Remed.

Publi-

obpreſſere, nequicquam eo poſtea hebeti, atque claudo pro exercito uti volunt. Nam inprudentia pleraque, & ſe praecipitant. Verum haec, & omnia mala pariter cum honore pecuniae deſinent, ſi neque magiſtratibus, neque alia vulgo cupienda, venalia erunt. Ad hoc providendum eſt, quonam modo Italia, atque provinciae tutiores ſint, id quod factu haud obſcurum eſt. Nam iidem omnia vaſtant, ſuas deſerendo domos, & per injuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia injuſta, aut inaequalis ſit: cum alii triginta, pars nullum ſtipendium faciet: & frumentum id, quod antea praemium ignaviae fuit, per municipia, & colo-

Publicus aſſerter Dominis oppreſſa *levabo Pectora.*

Et alibi:

Nec ſervum *vitii* pectus *habere ſui.*

Horatius:

Imperat *aut* ſervit *collecta pecunia cuique.*

Seneca Ep. XLVII. *Alius libidini* ſervit, *alius avaritiae, alius ambitioni.* Claudian.

Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum.

Adde Cic. Paradox. V. Egregie D. Paulus. Μὴ οὐ βασιλεύεται ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι; &, Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παριστάνετε, ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, ΔΟΥΛΟΙ ἐστὲ ᾧ ὑπακούετε. Lactantius VII. 1. *Eo fit, ut pauperes & humiles Deo credant facilius, qui ſunt expediti; quam divites, qui ſunt impedimentis plurimis implicati; imo vero catenati, & compediti ſerviunt ad nutum* dominae cupiditatis. Hinc ΔΟΥΛΟΝ χρημάτων dixit Chryſoſtomus Philip. Homil. VI. Tom. IV. Τῶν ἡδονῶν Ammonius περὶ ὁμ. καὶ διαφ. Λεξ. Clemens Alexand. Strom. II. pag. 424. Ἑκάστη ΔΟΥΛΕΙΑ τὸ ὑποπίπτειν καὶ παραχωρεῖσθαι τοῖς πάθεσι. Recte ille *poſtremam ſervitutem* nominat. Talis enim ob impotentiam viro plane excidit, καὶ δηλώσεις φαύλου οὐ τῆς ἁμαρτίας. ut alicubi Antoninus. Apulejus Apol. *earum alterum Vulgariam, quae ſit percita populari amore, non modo humanis animis, verum etiam pecudibus ad libidinem* imperitare, *ut immodico trucique percuſſorum animalium* ſerva corpora *complexu vincientem.* Cephalus apud Platonem τῶν ἡδονῶν πάσῃ λυτέον καὶ ἄκρως ΔΕΣΠΟΤΕΟΝ. Wasse in *Add.*

Exercitio] Iidem libri, pro *exercito.* Carrio. Scribe e MSS. Ciacconii cum Gronovio II. Obſ. 4. *pro exercito.* Rem quod attinet, conſule Virdungum ad illud Taciti in Agr. cap. 3. *Subit quippe inertiae ipſius dulcedo, & invisa primo deſidia, poſtremo amatur.* Rupert. Fabri & Briconeti Libb. *exercitio.* Atque ita Gruteriana. de qua voce adi Catonem, Feſtum, & Stewechium ad Vegetium I. 17. *exercitium.* Gloſſae: γυμνασία. Wasse in *Add.*

Neque alia vulgo cupienda venalia erunt] V. Not. ad Juſtini lib. I. cap. 1. §. 1. Rupert.

Providendum est] Adde vocem, *tibi*, de veteribus libris. Carrio.

Factu haud obscurum] Hoc eſt, *providere quomodo &c. id ipſum factu haud obſcurum.* pro *difficile*, vel quod multa cura indiget. Cicero IV. Verrin. *Non erat* obſcurum quid *homo improbus aut nefarius* cogitaret. Ita Graeci conjungunt ἄδηλος & ποιῶν. Alex. Aphrodiſ. Οὐκ ΑΔΗΛΟΣ εἰμὶ τῶν ΠΟΙΗΣΩΝ. Verum *obſcurum factu* apud Latinos ſcriptores rariſſime invenitur. Quid ſi legamus *aſperum*? ut VI. 45. niſi *fatu* malis. Solinus cap. 3. *lapidem* fatu *digniſſimum.* Wasse in *Add.*

Militia injusta aut inaequalis] Hinc enim indignationes, hinc ſeditiones, & in duces conſpirationes. Vide concionem Peſcennii apud Tacitum, Manlii apud Livium. Rupert.

Cum alii triginta] Ex hoc loco apparet numerus legitimus ſtipendiorum, quem vellem addidiſſet eruditiſſimus Lipſius iis, quae ad I. Annal. Taciti commentatus eſt de ſtipendiis. Quae autem hic praecipit Salluſtius de ſtipendiis & emeritis, ea poſtea omnia ſuo more & modo Auguſtus recenſuit & ordinavit. Coler. Continua olim militia non fuit (ſicuti cum legiones perpetuae inſtitutae) ſed per annos fere, aut certe ſingula bella, inibant militiam, & deſinebant. Lex igitur volebat, ut in annis illis triginta utilibus, ab anno ſcilicet aetatis 17. ad 46. quiſque neceſſario impleret ſtipendia ſua triginta. Poterat quidem prius: &, exempli cauſa, qui continuo militabat, implebat ea 37. anno: ſed poterat, non debebat. Hi ſunt anni XXX. illi, de quibus Salluſtius. Nec audiemus Sigonium, hinc colligentem, legitima ſtipendia fuiſſe XXX. annorum.

colonias illis dare conveniet, cum ſtipendiis emeritis domos reverterint. Quae Reipublicae neceſſaria, tibique glorioſa ratus ſum, quam pauciſſumis abſolvi.

XLIV. Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo differere. Plerique mortales ad judicandum ſatis ingenii habent, aut ſimulant: verumtamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus; vix ſatis apertum os, aut lingua promta videtur, quae meditata pectore evolvat: quibus me ſubjectum haud poenitet, magis reticuiſſe pigeret. Nam ſive hac, ſeu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum, & adjutum fuerit. Reliquum eſt, optare, uti, quae tibi placuerint, ea dii immortales adprobent, beneque evenire ſinant.

norum. Haec fere Lipſ. I. de Mil. dial. 2. RUPERT.

CUM STIPENDIIS] *Cum* deëſt, Fabri & Briconeti: Vaticanus, *qui ſtipendiis*. CARR.

PLERIQUE MORTALES] Senſus: Multi judicant; quidam, quod dixeris, facile reprehendunt; quidam conſiliarii neceſſarium bonum non adferunt, dicendi libertatem. Hi ſi me antecedant, non erubeſco; magis erubeſcerem, ſi animi ſenſa, adulatorum, h. e. eorum more, ſuppreſſiſſem. RUPERT.

VERUMTAMEN] Scribe e manuſcriptis, *verum enim*. CARRIO.

QUAE DICTA PECTORE EVOLAT] Venetum *quae edita*. Badianum, *quae dicta pectore evolvat*. RIV.

QUAE MEDITATA] Fabri & Briconeti, *edita pectore evolat*: cum quibus eſt Vaticanus. vulgo, *dicta pectore evolvat*. Hinc fuere, qui legendum conjicerent, *meditata pectore evolvat*. CARRIO. Badian. Edit. Baſil. 1561. *quae dicta pectore evolvat*. Venetum *quae edita*. Balliol. *edicta evolat*. Nihil aliud ſuccurrit, quam: *edicta pectore evolvat*. Supra dixit: *Plerique mortales* ad judicandum *ſatis ingenii habent*. Unde haud abſurda vox *edicta*, quae faſtum illorum & arrogantiam exprimat. Terentius Heautont. *Primum hoc te oro, ne quid credas me adverſus* edictum *tuum Facere eſſe ausam. Evolvere edicta*, ut *evolvere queſtus* apud Valerium Flaccum:

Ingemit, & tales evolvit pectore *queſtus*.

WASSE in *Add.*

ALIA VIA PERGIS] Omnes libri, *perges*. CARR.

PRO VIRILI PARTE] Iſocrates ad Nicoc. Ἐγὼ δὲ τοιούτων παρέσομαι, καὶ τοῦτο σε τάττοις εἰς τοσοῦτον διαφέρον. Lycurgus adv. Leocr. pag. 114. Ὡς τὴν φυλακὴν ἔρημον τὸ καθ' αὑτὸν μέρος καλίλιπεν. WASSE in *Add.*

UTI QUAE TIBI PLACUERINT, EA DII IMMORTALES ADPROBENT, &c.] Livius lib. VI. *harum omnium rerum cauſſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Quod facitis, deos velim fortunent.* Et infra: *Ceterum deos immortales obteſtor, ut quocunque modo ages, ea res tibi reique publicae proſpere eveniat.* CIACC. & URSIN. Sic & in Il. ad Caeſarem: *Quae mihi utiliſſima factu viſa ſunt, quaeque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſimis potui, perſcripſi. Ceterum Deos immortales obteſtor, ut quocunque modo agas, ea res tibi, reique publicae proſpere eveniat.* Et Demoſthen. Olynth. I. Χρησθαι δ' εἰς πάντ' εἴνεκα. Et III. Σχεδὸν εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν, ὑμᾶς δ' ἅπασι, τι καὶ τῇ πόλει, καὶ ἕκαστον ὑμῶν συμβήσεσθαι μοιλλ. A. MANUT.

ADPROBENT BENEQUE EVENIRE] Cicero Epiſt. Fam. lib. II. 15. 18. *Tu quod egeris, id velim* dii approbent. Livius III. 67. Dii approbent *eam ſententiam, quae tibi optima viſa fuerit.* Alteram Formulae partem ſervat Cato de R. Ruſt. cap. CXLI. *Mars pater, te precor quaeſoque, uti ſies volens propitius mihi, domo, familiaeque noſtrae, quoius rei ergo, agrum, terram fundumque meum ſuovitaurilia circumagi juſſi, uti tu morbos, viſos inviſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates intemperiaſque prohibeſſis, defendas averruncesque. utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire*, beneque evenire ſinas. Varro de R. R. I. 1. *Nec non etiam precor Lymphas* & Bonum Eventum, *quoniam, ſine aqua, omnis arida ac miſera agricultura; ſine ſucceſſu ac bono eventu, fruſtratio eſt non cultura.* Adi *Briſſonium* lib. II. de Form. pag. 64. WASSE in *Add.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO II.

AD

C. CAESAREM,

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

XLV. Scio ego, quam difficile, atque aſperum factu ſit, conſilium dare regi, aut imperatori: poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe quum & illis conſultorum copiae adſint; neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatiſque prudens ſit. Quinetiam ſaepe prava magis, quam bona conſilia proſpere eveniunt: quia

Oratio] Vel ex hac Epiſtola ſatis apparet, amicum valde Caeſari vixiſſe Salluſtium. Ita ſolebant in otio degentes viri prae ceteris cati & rerum periti, abſentes & rem foris gerentes amicos excitare, & quaſi ſui officii commonefacere. Talis eſt illa quantivis pretii Epiſtola M. Ciceronis ad Q Fratrem. Et videtur ſane haec ſcripta ad Caeſarem, antequam ad Petrejum Afranlumque proficiſceretur in Hiſpaniam. Bello adhuc flagrante ſcriptam eſſe ſatis apparet. Coler.

Scio ego, quam difficile] Tacitus I. Hiſt. 15. ſic enuntiat: *Suadere Principi, quod oportet, multi laboris.* Sic vero comparatum eſt cum omni bono facto. Nam ibi (Plautinis verbis) *animo labos grandis capitur.* Cauſam exponit Philoſophus II. Ethic. 5. *Peccare multis modis poſſumus, at recte facere uno modo. Itaque etiam hoc difficile eſt, illud vero facile*, &c. In eundem ſenſum M. Tullius in Sextiana: *Huic hominum generi, fateor, multos adverſarios, inimicos, infides eſſe, multa proponi pericula, multas inferri injurias, magnos eſſe experiundos & jubeundos labores: ſed mihi omnis oratio eſt cum virtute, non cum deſidia; cum dignitate, non cum voluptate; cum iis, qui ſe patriae, qui ſuis civibus, qui laudi, qui gloriae, non qui ſomno, & conviviis, & delectationi natos arbitrantur.* Rupert.

Quippe quum et illis] Adeoque ad alienum Solem, ceu Luna, diſpareat, nec allo loco ſit hujuſmodi conſiliarius, quam quo ſe conqueritur Hannibal apud Juſtin lib. XXXI. cap. 5. ubi ait: *non, quia egeat Antiochus conſilio, ſed, ad ſuppendum numerum ſententiarum, ſe vocatum.* Eſt vero & inde maxima difficultas, quoniam, in copia conſiliariorum, facilius contradicitur meliori ſententiae, & ſi quid auctoritatis eſt uni, deſtituitur a plurimis. Item, quoniam multi reperiuntur, qui *baſſiſſimis verbis* veriorem ſententiam praegravant. Rupert.

Neque de futuro quisquam satis callidus] Pauciſſimis enim contingit Themiſtoclea aliqua conſilii vis. Nam, ut de Themiſtocle ſcribit Thucydides, rerum improviſarum, cum breviſſima deliberatione, judex praeſtantiſſimus, & futurarum, ac eventus ipſarum plerumque optimus conjector, quid melius quidve deterius eſſet, in rebus adhuc obſcuris, optime proſpiciebat. Confer Caſaub. ad Sueton. Aug. cap. I. & adde Polyb. lib. III. cap. 31. Rupert.

Saepe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt] Cicero ad Att. *Eventum non virtus, ſed fortuna moderatur: Omnium rerum incerti ſunt exitus: multa male conſulta, cum adverſarios inconſultiores nacta ſunt, felicem eventum habuerunt.* Petronius Arbiter: *Non multum oportet conſilio credere: quia ſuam For-*

quia pleraſque res Fortuna ex lubidine ſua agitat. Sed mihi ſtudium fuit adoleſcentulo Rempublicam capeſſere: atque in ea cognoſcenda multam, magnamque curam habui: non ita, uti magiſtratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant: ſed etiam uti Rempublicam domi, militiae, quantumque armis, viris, opulentia poſſet, cognitum haberem. Itaque mihi multa cum animo agitanti conſilium fuit, famam, modeſtiamque meam poſt tuam dignitatem habere, & cujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriae adcederet. Idque non temere, neque ex fortuna tua, decrevi; ſed quia in te, praeter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi, ſemper tibi majorem in adverſis, quam in ſecundis rebus animum eſſe. Sed per ceteros mortales illa res clarior eſt, quod & prius defeſſi ſint homines lau-

tuna habet rationem. Quod doctiſſimus & elegantiſſimi vir ingenii Domin. Baudius ita extulit:

Tranſverſa ſors acumen humanum rapit,
Nec deſtinata ſemper ex voto cadunt.
Non eſt quod ergo quiſpiam fidat nimis
Vigore mentis conſiliique dotibus,
Namque ipſa partes vindicat ſibi ſuas
Fortuna, ſive vis operta coelitum,
Fatique numen. Haec poteſtas ſubruit,
Fundoque vertit ſaepe prudentum virum
Conſulta docta, ne ferox mortalium
Mens inſolеſcat, immemorque ſit Dei.

Adde Grut. ad Liv. lib. XXXI. cap. 34. Julian. apud Amm. lib. XXV. pag. 290. lin. 35. Procop. in Art. Hiſt. pag. 21. Piccart. Dec. I. cap. 10. RUPERT.

QUIA PLERASQUE RES] Salluſtius Jugurthino: *Fortuna pleraque rerum humanarum regit.* Idem Catilinario: *Fortuna omni in re dominatur, ea cunctis res, ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obſcuratque.* CARRIO.

MILITIAEQUE] Briconeti, *domi militiae:* CARR.

COGNITUM HABEREM] Omnes libri, *cognitum habuerim.* CARRIO. Pulcra commendatio conſilii ſui. Nam, ut ait Cic. lib. II. de Orat. *Ad Conſilium de Republica dandum, caput eſt, noſſe Rempublicam.* RUPERT.

CUJUSLIBET REI PERICULUM FACERE, DUM QUID TIBI EX EO GLORIAE ADCEDERET] Agrippa, gener Octaviani Caeſaris, duorum admonebat virum, in aula ſalvum futurum; unius, ut difficultatem rerum ipſe ſuſciperet; alterius, ut gloriam, impoſitae ſummae manus, Imperatori relinqueret. Vide Grut. ad illud Taciti: *Frontinus, vir magnus, quantum licebat.* RUPERT.

PERICULUM FACERE] Hoc eſt, adire diſcrimen. Tacit. XIII. *Corbulo meritae tot per annos gloriae non ultra periculum faceret.* Et XIV. *ejuſdem pecuniae periculum facerent, cujus ii, qui imperatorem appellavere.* & infra: *qui opportunius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi Romani imperium maximum ex magno fieri.* CIACC.

GLORIAE ADCEDERET] Fabri, *gloriae accideret.* CARRIO.

INQUE NON TEMERE, AUT EX FORTUNA TUA] Certum eſt, Epiſtolam hanc priorem eſſe illa, quam nuper expoſuimus. Scripta enim, ut apparet, nondum debellatis partibus Pompejanis. Hoc vult dicere: Quanquam, Caeſar, maxime tibi riſit haſtenus fortuna; ut ex eo ſpem plenae victoriae concipere poſſimus: tibi tamen non ob eam conſiliarius accedo, vel de eventu judico, ut fortiam alii ſolent homines temporarii; ſed ſolum me movet eximia virtus tua, quae, cum in aliis, tum in adverſis elucet; ut propter eam ſolam, tanquam ad victorem, confidenter ſcribere audeam. RUPERT.

AUT EX FORTUNA] Fabri, *neque ex fortuna.* CARRIO.

SEMPER TIBI MAJOREM IN ADVERSIS, QUAM IN SECUNDIS REBUS ANIMUM ESSE] Vide not. ad Flori lib. I. cap. 10. §. 2. & adde illud Claudiani de Stilicone:

——— *nil feſſa remiſit*
Officii virtus, contraque minantis fata
Pervigil, eventuſque ſibi latura ſecundos,
Major in adverſis micuit.

RUPERT.

SED PER CETEROS MORTALES] Sic ſupra: *Quibus per ceteras gentes maximi & clari eſtis.* Et cum eandem ſententiam poneret: *Atque in te maxime qui tantum alios praetergreſſus es.* Quare videndum

an

laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quae gloria digna eſſent.

XLVI. Equidem mihi decretum eſt, nihil tam ex alto reperiri poſſe, quod non cogitanti tibi in promtu ſit. Neque ego, quae viſa ſunt, de Republica tibi ſcripſi, quia mihi conſilium, atque ingenium meum amplius aequo probaretur: ſed inter labores militiae, interque proelia, victorias, imperium, ſtatui admonendum te de negotiis urbanis. Namque tibi ſi id modo in pectore conſilii eſt, uti te ab

an hic legi debeat, *Sed praeter ceteros.* CIACCON. Vet. Cod. habet: *ſuper ceteros mortales, &c.* Videtur autem legendum: *Sed praeter ceteros mortales, &c.* Nam ſupra, eadem uſus ſententia, dixit: *Atque in te maxime, qui tantum alios praetergreſſus es, &c.* Unde videtur paulo ſupra alio item loco ſcribendum: *Quibus praeter ceteras gentes maximi & clari eſtis, &c.* non, *per ceteras gentes.* Haec autem Epiſtola, quantum conjicere poſſumus, ad Caeſarem ſcripta eſt antequam in Hiſpaniam contra Petrejum & Afranium profectus eſt. URSIN. Elegantiſſime Fabri & Briconeti, *ſed per deos immortales.* CARRIO. *Sed ſuper caeteros.* Ita edidi ex Vet. Codice, cum vulgo eſſet, *ſed per*, unde docti fecerant, *praeter.* infra: *Super omnes mortales gloria.* A. POPMA.

QUOD ET PRIUS DEFESSI] *Et*, ſuffragio veterum librorum, ex centuria. CARR. Sic etiam VI. 32. *Qui tantum alios praetergreſſus es, uti prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciunde.* WASSE in *Add.*

EQUIDEM MIHI DECRETUM EST, NIHIL TAM EX ALTO REPERIRI POSSE, QUOD NON COGITANTI TIBI IN PROMTU SIT] Vell. lib. II. cap. 41. Caeſarem deſcribit *vigore animi acerrimum.* Ἀσχίσιαν dicunt Graeci, Latini pluribus, *affectionem virium animi poſitam in celeritate.* Quicquid tamen ſit, ab *uno* provideri omnia non poſſunt, *plures* eſſe oportet, qui Principem juvent: eoque modo Princeps *multos oculos, multas aures, multas* item *manus atque pedes* ſibi facit. Recte vero Salluſtius etiam non requiſitus, monet atque conſulit, recte inquam, & ex inſtituto majorum. Nam & Senatoribus Romanis nonnunquam licuit, priuſquam ordine ſententiae rogarentur, poſtulare, ut extra ordinem de Republica diceretur. Quis etenim non ſuccurreret incendio, etiam nec rogatus? aqua ut potius, quam ruina reſtinguatur. Ideoque Conſiliarius in Senatum venire debet, etſi ſciat, conſilium aliquod tractatum iri, cui aſſentiri, ſalva conſcientia, nequeat. Non quidem, ut malis adſtipuletur conſultoribus? ſed potius, boni publici ergo conſilium dandi, ut occaſionem habeat magis promtam. RUPERT.

DECRETUM EST] Ex *decerno*, perſuaſum habeo, compertum eſt, ut apud Plautum Ciſtell. II. 4. 78. confer Varronem de L. Lat. VI. pag. 81. WASSE in *Add.*

NIHIL TAM EX ALTO REPERIRI POSSE] Quid ſi legamus? *ex alto repeti poſſe.* Virgilius AEneid. *Quid cauſſas petis ex alto?* CIACCON.

NAMQUE TIBI SI ID MODO IN PECTORE CONSILII EST] Putat conſilium ſuum de Republica eo acceptius futurum, quoniam Caeſar non ad ſuum commodum, ſed Reipublicae ſalutem, omnia dirigat; idque probat, enarratis breviter omnibus Caeſaris actionibus jam a principio. Sed enimvero ſuſpicionem adulationis hic a ſe non removet Salluſtius. Quod enim ait, a principio nobilitatis factionem diſturbaſſe, id interpretari debes e Suetonio & aliis, ſuſcepiſſe multa conſilia & ſtudia optimatibus inimica, non amore Reipublicae, ſed ambitione; quod velut raptu animi ac divino quodam inſtinctu praevidit L. Sulla, & proclamavit, quum vitam Caeſaris apud eum exoraſſent amici: *Vincerent ac ſibi haberent: dummodo ſcirent, eum, quem incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum. Nam Caeſari multos Marios ineſſe.* Quod ait, *plebem ex gravi ſervitute in libertatem reſtituiſſe*, reſpicit ad factum Caeſaris, tribuni militaris; quo auctores reſtituendae tribunitiae poteſtatis, cujus vim Sulla, lege lata, ne quis, poſt geſtum tribunatum, ullius honoris eſſet capax (ita enim factum, ut, qui ad majora adſpirarent, hunc honorem averſarentur) diminuerat, eniſſime juvit. Sed & hoc fecit, ad captandas rerum magnarum occaſiones, in Urbe. Quod *in praetura inimicorum arma inermem diſjeciſſe*; certum eſt, ſtrictos gladios ei intentaſſe, quum poenam conjuratorum in ſeditione Catilinaria impedire vellet, equites, qui praeſidii cauſa curiam circumſtabant; dein, contra Reipublicae decretum, permnentem in magiſtratu, ac jus dicere autum,

ab inimicorum inpetu vindices, quoque modo contra adversum Consulem beneficia populi retineas: indigna virtute tua cogitas. Sin in te ille animus est, qui jam a principio nobilitatis factionem disturbavit; plebem Romanam ex gravi servitute in libertatem restituit; in praetura inimicorum arma inermis disjecit; domi militiaeque tanta, & tam praeclara facinora fecit, uti ne inimici quidem queri quidquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de summa Republica, quae profecto aut vera invenies, aut certe haud procul a vero.

XLVII. Sed quoniam Cn. Pompejus, aut animi pravitate, aut quia nihil maluit, quam quod tibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela in manus jaceret: quibus ille rebus Rempublicam conturbavit, eisdem

vi ac per arma prohibuisse, ut, dimissis lictoribus, abjectaque praetexta, domum clam refugerit. Sed *disjecit* armatos. Nam mox Senatus, cognito, Caesarem compescuisse multitudinem, operam sibi in asserenda dignitate tumultuosius pollicentem, dignitatem ei praetoriam reddidit, antiquato, &, ut nunc dicimus, *cancellato* priori decreto. Rubert.

Inimicorum inpetu] Inimicitias apertas Reipublicae causa vindicandas esse censet. Hujus rei neglectus nimius Caesari necem properavit. Coler.

Beneficia populi] Consules erant, si recte conjicio, C. Claudius Marcellus & L. Corn. Lentulus. Favor autem plebis, optimum munimentum contra impetum Consularis potestatis. Caute sane & sapienter nisus ope populari Caesar. Parum abest, quin totum illud Isocratis Caesari accommodem: Ὅλως ὁ δεῖν πολιτεύεσθαι δὲ σφόδρα τοῖς βασιλεῦσι, σχεδὸν ἐξ ἁπάσης πολιτείας ἐκλεγόμενος τὸ βέλτιστον. ἡ δημοτικὸς μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ διατελεῖ, πολιτικὸς δ', ἐν τῇ τῶν πόλεων ἀριστοκρατουμένων, στρατηγικὸς δ', ἐπὶ τοῖς κινδύνοις ἀνδρεῖος, τυραννικὸς δ', τοῖς πᾶσι τυπτομένοις ἐπιφέρειν. Id est: *Omnino nihil eorum negligens, quae adesse regi oportet; verum e qualibet Politicae parte optima quaeque diligens. Popularis, dum vulgus sinum facit. Civilis, administratione Reipublicae. Imperator, circumspectus in periculis. Regius, omnia haec superans.* Coler.

Virtute tua cogites] Emenda ex Fabri & Briconeti, *virtute tua cogitas*. Carrio. Antea *Cogites* in Edd. sed Carrio vulgatam lectionem ex Fab. & Bricon. depromsit. Wasse.

Nisi de magnitudine] Quae & coëgit adversarios, Caesaris facta tyrannidem appellare. Quis tamen tyrannum illum dicat merito, cujus *virtutes aditum sibi in caelum struxerunt*? ut loquitur de ipso Valer. Maximus lib. VI. cap. 3. Bad.

Accipe tu] Omnes libri, *tu accipe*. Carrio.

De summa Reipublicae] Vet. Cod. habet, *de summa Republica*; & ita veteres scriptores locuti sunt. Virgilius AEneid. II. *Quo res summa loco Pantbu?* Ennius & alii. Ursin. Omnes libri, *de summa Republica*. Quam loquendi rationem multis exemplis asseruimus, in castigationibus nostris Orationum Ciceronis in Catilinam. Carr. Legendum: *de summa Republica*. Quomodo fere prisci illi, Plautus, Terentius, omnisque illa Catoniana aetas loqui consuevit, cujus dicta sententiasque prae ceteris aemulus Sallustius fuit. Douza. Phrasis pura puta Plautina. v. g. in Mercat. *Ubi loci res summa nostra est publica*. Sueton. Julio: *Marcellus edicto praefatus, de summa se Republica actuum*. Virg. *Quo res summa loco?* Sic, *summam rem confumque*, Cicero. Vide omnino Cujacium XII. Observat. 32. & Gronov. ad Liv. lib. XXVI. cap. 10. omnes Carrionis MSS. consentiunt. Wasse.

Aut tu vera] Induc, *tu*, quod abest a libris. Carrio.

Quia nihil maluit quam] Vaticanus, aliique libri manuscripti: *quia nihil eo maluit, quod tibi obesset*. Carrio.

Ut hostibus tela in manus jacere] *Jacere* usitate *vi emittere* & in hostem. Verum hoc pro *subdere, suggerere*, idque in proprium caput. Quomodo apud Homerum Iliad. ρ. 40. vox βάλε: Εἰ καὶ ἐγὼ κεφαλήν τε τεὴν καὶ τεύχεα καλὰ Πηλεΐδῃ ἔΝ ΧΕΙΡΕΣΣΙ ΒΑΛΟΙ.

D. Matth.

dem tibi reſtituenda eſt. Primum omnium, ſummam poteſtatem moderandi, de vectigalibus, ſumtibus, judiciis, ſenatoribus paucis tradidit;

D. Matth. XXV. pro *tradere*: ΒΑΛΕΙΝ τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. Tela ſumminiſtrare ferentariorum officium. Cato apud Feſtum in *velites*: Ferentarios *eos eſſe qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant.* Huic alludit Quintilianus Inſtit. V. 7. *Suggeret materiam interrogationi, & velati* tela ad manum *ſubminiſtrabit.* Heroibus hoc fere praeſtabant amici. AEneid. X. 333.

——— *Fidum AEneas affatur Achaten:*
Suggere tela mihi (*non ullum dextera fruſtra*
Torſerit in Rutulos) *fleterunt quae in corpora Grajum.*

Caeterum proverbiale genus loquendi, cui affine illud Ovidii:

Heu! patior telis vulnera facta meis.

Quod cadenti tum virium tum mentis imbecillitatem exprobrat, ideo: *Bis interimitur qui ſuis armis perit.* Denique *jacere* pro *dare, praebere*, poſuit Lucretius:

Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſui,
Nec jacere indu manus.

Et, VII. 574. *ſubjicere* pro ſubminiſtrare. Lucanus VII. 574.

Ipſe manu ſubicit *gladios ac tela miniſtrat.*

WASSE in *Add.*

RESTITUENDA EST] Omnes libri, *reſtituendum eſt.* CARRIO. Omnes libros habere *reſtituendum eſt*, teſtatur Carrio. Itaque videtur hic genus loquendi antiquum latere: ſive fuerit, *in manus jaceret; Rempublicam, quibus ille rebus conturbavit, eiſdem tibi reſtituendum eſt*; ſive, *quibus ille rebus Rempublicam conturbavit, eis eam tibi reſtituendum eſt.* Ut Varroni, *Animadvertendum tempora*; Plauto, *agitandum vigilias*; Columellae, *curandum ulcera.* Vide Gronovii lib. I. Obſervat. 7. WASSE.

PRIMUM OMNIUM] Locus hic antea corruptiſſimus, jam, ni fallor, utcunque conſtitutus. Sic enim legebatur: *primum omnium ſummam poteſtatem moderandi de vectigalibus ſumtibus, judiciis, ſenatoribus, paucis tradidit plebs Romana.* Quod autem animadverterem cum de Pompejo loqui, factum hoc *Pompejo*, non *plebi Romanae* dedi, & pro, *plebis Romanae*, ſcripſi, *plebem Romanam*, quod ſaepe ex notis hujuſmodi errores natos ſcirem, & hoc ipſa poſtularet ſententia. libri manuſcripti pro me teſtimonium dicunt. CARRIO.

DE VECTIGALIBUS] Obtinuit certe Pompejus per legem Maniliam tantum non totius Romani Imperii poteſtatem, ut aperte teſtantur Plutarchus & Dio. Conſulatus ejuſdem nimis immoderati fuerunt. Quia vero poteſtatem illam moderandi, de vectigalibus, ſumptibus, judiciis, non ſine amicorum conſilio & auxilio adeptus eſſet, eandem ad eos tranſtuliſſe, non ſine invidia dictum a Salluſtio. Vectigalia porro eleganter Florus *Imperii patrimonium* appellat: Cicero, *nervos Reipublicae.* COLER.

SENATORIBUS PAUCIS TRADIDIT] Hoc eſt, e Democratia Oligarchiam fecit; breviter, libertatem ſuſtulit. Ut haec recte intelligas, ſciendum eſt, tres eſſe Rerumpublicarum formas. Hoc infantes ſciunt, inquis; imo, quae pinguiori Minerva traduntur, ea ſciunt, haec neſciunt, quae ab accuratioribus. Μοναρχία eſt, ſi unus regnet. *Singularem potentiam* vocat Nepos. Is ſi juſtitiam ſectetur, βασιλεία eſt, ſive *regnum*; ſin, qua jure qua injuria, omnia agat, τυραννίς. Interdum tamen haec confundunt veteres. Inter βασιλείαν & τυραννίδα, medium locum obtinet δυναστεία, ſeu *dominatus.* Quippe cum Rex omnia conferat ad ſalutem publicam, tyrannus ad ſuam; dominus mediam inſiſtit viam, & ante omnia attendit, quid ſibi expediat: nec tamen negligit ſalutem civium, ſed eam curat ſecundario. Ariſt. III. Pol. 4. Altera Reipublicae forma itidem duas potiſſimum formas continet. Bern. in Germ. Tac. q. Miſc. LV. Nam ſi pauci regnent, iique publico omnia bono metiantur, ἀριστοκρατία dicitur, ſive *optimatium imperium*: ſin ad propriam omnia dirigant utilitatem, ὀλιγαρχία, ſive *dominatus paucorum.* Inter has media eſt ὀλιγαρχία διεστῶσα. Ut cum qui Reipublicae praeſident, primo quidem ſui commodi, deinde autem civium ſalutis curam gerunt. Tertia forma eſt cum poteſtas eſt penes multos, ut cum magiſtratus nihil poteſt ſine tribuum voluntate. Eſt autem haec poteſtas duplex: quia multi illi, penes quos imperium eſt, aut commune bonum reſpiciunt, aut pro libidine cuncta agunt. Prius Reipublicae genus Iſocrati, aliiſque ſaepe καθ' ἐξοχὴν πολιτεία vocatur: proprio autem nomine Xenophonti quidem nominatur πολυαρχία, Ariſtoteli τιμοκρατία, h. e. *cenſuum poteſtas*; quia nempe in ea τίμημα h. e. *cenſus* attenditur: unde fit, ut in hoc Reipublicae genere, numerus eorum, qui imperant, nunc major, nunc minor ſit: quia, quo grandior praeſcripta eſt rei familiaris menſura, hoc

dit; plebem Romanam, cujus antea ſumma poteſtas erat, ne aequis quidem legibus in ſervitute reliquit. Judicia, tametſi, ſicut antea, tribus ordinibus tradita ſunt; tamen iidem factioſi regunt, dant, adimunt, quae lubet, innocentes circumveniunt; ſuos ad honorem extollunt.

XLVIII. Non facinus, non probrum, aut flagitium obſtat, quo minus magiſtratus capiant: quod commodum eſt, trahunt, rapiunt: poſtremo, tamquam Urbe capta, lubidine, ac licentia ſua, pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, ſi virtute partam victoriam more ſuo per ſervitium exercerent. Sed homines inertiſſimi,

hoc pauciores imperant: quo minor eſt cenſus, hoc plures ſunt Reipublicae participes. At labes Reipublicae finitima eſt δημοκρατία ſive *populi potentia*, ſive multitudinis dominatus, ſive popularis ſtatus: eſtque nihil aliud, quam τυραννὶς multorum capitum. Non raro tamen δημοκρατίας vox in bonam accipitur partem. In πολιτείᾳ eſt aequabilis libertas, ſed deëſt majeſtas. In μοναρχίᾳ (non ubi appellatione ſolum, ſed re ipſa ſunt Reges) adeſt majeſtas, deëſt libertas. Ἀριστοκρατία minus majeſtatis habet, quam μοναρχία, plus quam δημοκρατία; minus libertatis, quam δημοκρατία, plus quam μοναρχία. Sed ſi principatus ſit (eſt ea ἀριστοκρατίας ſpecies, in qua unus dignitate ceteris prior eſt) jam quodammodo majeſtatem aſſequitur μοναρχίας; & retinet aequabilem libertatem, quantum ſatis eſt: quia cuivis aditus per virtutem patet ad honorem ac imperii partem. Ac videri poſſit hujuſmodi ſtatus minus eſſe periculoſus, quam vel δημοκρατία, quia plebs eſt plane imperita; vel μοναρχία, quia unus homo eſt multis erroribus obnoxius. Interim, ut praeclare Alcibiades & Auguſtus dixere, *boni eſt civis, praeſentem ſtatum tueri, eumque mutatum nolle.* Conſulendus eſt Voſſius lib. I. Inſt. Orat. in Genere Deliberativo. RUPERT.

NE AEQUIS] Vulgo *neque is.* optime Vaticanus, *ne aequis quidem.* CARRIO. Ante Carrionem *noſque is*, vulg. *neque is. Urbe capta*, ſummam crudelitatem exprimit:

Quid faciant hoſtes capta *crudelius* urbe?

WASSE.

QUOD COMMODUM EST] Scribe, *quas commodum eſt.* CARRIO.

LICENTIA SUA PRO LEGIBUS] Livius XLII. 23. *Modeſtius certe daturos eos, & feituros quid deceſſent: ipſum nullum*, praeterquam ſuae libidinis arbitrio, *finem facturum.* Hegeſippus II. 12. *Apud quos interierat ſummi jus ſacerdotii, aut avaritia interceptum, aut potiorum inſolentia*, qui licere quod vellent jus putabant. ubi pro *potiorum* Codex B. Pub. *porcirum*, unde facile erit veram lectionem exſculpere. Lege ergo *procerum*, idque obiter. Extat in hunc ſenſum famoſum peſſimi Caligulae dictum apud *Suetonium* XXIX. *Memento omnia mihi* & homini *licere.* ubi Torrentii opt. Cod. *omnia mihi & heroibus in omnibus l.* alter ejuſdem *o. m. & herois omnibus l.* Scriptura ex parte probabilis. Dio pag. 660. Ἀνακαλοῦσιν ὁ αὐτὸν τὸ μὲν Ἥρωα, τὸ δὲ Θεόν. & *Xiphilin.* pag. 253. Conjicit Gronov. *o. m. & domi l.* Codd. quidam, teſtante Goeſio, *& homines*, unde ille: *ut dominis.* hoc eſt opinor *aeque ac dominis.* quia haec impuriſſima beſtia ſe in omnium hominum bona jus habere dixit. Edit. Steph. *mihi in omnes l.* Codex Salmaſ. Pall. tres, *& homines*, in tertio, ab eadem manu additum *in omnes*, quomodo Editt. vetuſtiores, & Beroaldus legunt. Cl. Oddius, qui accuratam Dionis editionem molitur, *in homines* legit, & ante eum Rhabodus Scheelius Addend. ad Hygin. Liceat mihi etiam in re obſcura unam & alteram conjecturam addere. potes ergo: *omnia mihi, ut Domino, licere.* Primus omnium ſe *dominum* vocabat; teſtis Aurelius Victor. Hinc falſe Vitellius apud Dionem DCLXI. & Xiphil. CCLV. Χρῆν τοῖς θεοῖς, ἀνθρώπῳ, μοναις ἀπλῶς ὁρᾶν ἔξεσι. vel *omnia mihi ut Heroi*, vel potius: *omnia militi & Heroi licere*, nam poſitura obſtat quo minus legam *militi homini*, quod olim placuerat. Salluſtius VI. 48. L. Sulla, *cui omnia in victoria lege belli licuerunt.* Favent Torrentiani, Dio, Xiphilinus, neque ab illo plane abhorret vox *militi*, utpote qui, natus omnemque pueritiam in caſtris altus, hoc ſe praecipue nomine jactabat. Potes denique hoc paëto reſingere: *omnia militiae & domi licere.* Hoc eſt, ubique, domi & foris, ut prorſus ſine cauſſa negaverit Nero: *quemquam Principum ſciſſe quid ſibi liceret.* cap. 37. Corruptum & apud alios hoc loquendi genus. *Nepos* in Datame: *ſi rex promitteret, ut quodcunque vellet, liceret impune facere.* Vocem ultimam, quam ſemper pro ſpuria habui, non agnoſcit Codex MS.

quorum omnis vis, virtuſque in lingua ſita eſt, forte, atque alterius ſocordia dominationem oblatam inſolentes agitant. Nam, quae ſeditio, ac diſſenſio civilis tot tamque inluſtres familias ab ſtirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam praeceps, tamque inmoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt; tametſi ſupplicio hoſtium partes ſuas muniri intellegebat; tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceteriſque ejuſdem factionis, quadraginta ſenatores, multi praeterea cum ſpe bona adoleſcentes, ſicuti hoſtiae, mactati ſunt: cum interea inportuniſſuma genera hominum tot miſerorum civium ſanguine ſatiari nequiere: non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus virorum, luctus mulierum inmanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies male faciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate everſum irent.

XLIX. Nam, quid ego de te dicam, cujus contumeliam homines ignaviſſumi vita ſua conmutare volunt, ſi liceat? neque illis tantae volu-

MS. Col. Trin. eam itaque jam tandem inducendam jubeo. Suadet ipſe XII. 3. XX. 5. VII. 2. XVIII. 10. Juſtinus VIII. 3. *Inde quaſi omnia quae agitaſſet animo* ei liceret. Noſter III. 11. *Abunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet atque illuc munere ditium* dominorum. WASSE in *Add.*

AC ME QUIDEM] Hoc vult: *Ipſe quidem mediocriter dolerem, ſi victoriam quam ſua virtus peperiſſet per victorum ſervitium exercerent; verum inertiſſimi cum ſint, dominationi, non vi ſua, ſed aliorum ſocordia quaeſitae, addunt inſolentiam.* WASSE in *Add.*

QUORUM OMNIS VIS IN LINGUA SITA EST] Ut omnium *Thraſonum*, ut imbellium *mulierum*, ut *timiderum canum.* Nam, *nobiles ac generoſiſſimi*, ut apud Curt. lib. VII. cap. 4. & lib. IX. cap. I. *latratu abſtinere dicuntur.* Vide Rittersh. in lib. III. Halieut. Opp. V. 496.

SEDITIO AUT DISSENSIO] *Civile bellum* non vult dicere; parcit auribus Caeſaris. At enimvero neque ſeditio, neque diſſenſio, neque bellum civile, ſatis exprimat hujus belli atrocitatem: ſed potius *commune quoddam, & plus quam bellum* Flori, verbis appellabimus. COLER.

TAMETSI A SULPICIO] Aurea correctio ad quam veteres libri manu ducunt, Lucius Sulla, *cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametſi ſupplicio hoſtium partes ſuas muniri intelligebat, tamen paucis interfectis ceteros beneficio quam metu retinere maluit.* peream ſi quis eſt qui ſenſum communem habet, & hanc ſcripturam cum alia quavis mutare vult. CARRIO. Libri ſcripti, & priſcae edd. ut in textu, ut mirum ſit Carrionem maluiſſe *tametſi a Sulpicio*, quod a mente Salluſtii maxime alienum eſt, non enim de hoſte Sulpitio loquitur, ſed de principibus Sullae hoſtibus. A. POPMA.

CETEROS BENEFICIO, QUAM METU RETINERE MALUIT] Huic ſententiae ſimilis eſt Terentiana illa in Heautontimor. Act. I. *Pudore ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quam metu.* CIACC. & URSIN.

NUNC CUM CATONE] Duae priores voces abſunt a libris Fabri & Briconeti. CARRIO.

OPORTUNISSIMA] Corrige vitium operarum, & ſcribe, *importuniſſima.* CARR.

NEQUIVERUNT] Fabri, *nequivere.* Briconeti *nequiere.* CARR.

NON GEMITUS VIRORUM] Fabri, *non luctus, gemitus, virorum, mulierum.* CARRIO.

CONMUTARE VOLUNT] Vaticanus, *commutare nolunt*, recte: ſic enim Salluſtius frequenter loquitur, & alioquin utroque idem ſignificatur: eamque ſcripturam in vetere editione & libro Fabri, poſterius obſervavi. CIACC. Vaticanus, *commutare nolunt ſi liceat*: Fabri: *commutare nolunt. f.* qua nota in eo libro *ſcilicet*, notari ſolet: Vaticani ſcriptura aut vera eſt, aut alioqui ea vox omnino omittenda. CARR. Alterum foret; in quem ut ſint contumelioſi, vitam impendere ſunt parati: alterum, in quem ut ſint contumelioſi vitam beneficio ejus accipere nolunt. GRONOV.

NEQUE ILLIS TANTAE VOLUPTATI DOMINATIO, QUANTO MORBORI TUA DIGNITAS] Salluſt. in bell.

voluptati eſt (tametſi inſperantibus adcidit) dominatio, quanto moerori tua dignitas; quin optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi Romani imperium maximum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo proſpiciendum eſt, quonam modo rem ſtabilias, communiaſque. Mihi quidem quae mens ſubpetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quae vera, atque utilia factu prꝛes. In duas partes ego civitatem diviſam arbitror, ſicut a majoribus accepi, in Patres, & Plebem. Antea in Patribus ſumma auctoritas erat, vis multo maxuma in Plebe.

L. Itaque ſaepius in civitate feceſſio fuit: ſemperque nobilitatis opes deminutae ſunt, & jus populi amplificatum. Sed plebes eo libere agitabat; quia nullius potentia ſuper leges erat; neque divitiis, aut ſuperbia, ſed bona fama, factiſque fortibus nobilis ignobilem anteibat: hu-

Jug. cap. 82. de Metello: *Nobis ſatis cognitum eſt, illum magis honore Marii, quam injuria ſua excruciatum; neque tam anxie laturum fuiſſe, ſi ademta provincia alii, quam Mario traderetur.* RUPERT.

QUI OPTATIUS] Omnes libri, etiam antiquitus excuſi, *quin optatius*. perſpicue certum. CARR.

QUONAM MODO REM STABILIAS COMMUNICESQUE] Venetum, *communicaſque*. Mihi legendum videtur, *ſtabilias communiaſque*. nec aliter ſenſus poſtulat, quantumvis reclamantibus exemplaribus: pro *confirmes*. RIV. Vetus editio, *communicaſque*. Fabri, & Briconeti, *communiceſque*. Vaticanam probo. CARRIO.

TUI ERIT INGENII PROBARE] Modeſte ſententiam propoſuit, quod bonis auctoribus frequens. Plin. Epiſt. I. 20. *Haec eſt mea ſententia, quam mutabo, ſi tu diſſenſeris.* Notum illud: *niſi quid, tu, dicte Trebati, Diſſentis.* Apulejus Mileſ. VII. 139. *Hanc ex animo quidem meo conducibilem ſententiam protuli, ſed vos noſtrorum eſtis conſiliorum retumque domini.* Gemina habet Chryſ. ad I. Cor. Hom. III. WASSE in *Add.*

PATRES ET PLEBEM] Romuli hoc inſtitutum fuit ad imitationem Athenienſium. Dionyſ. Halicarnaſſaeus libro II. Poſtea tamen tertius ordo civitati acceſſit, Equites; iſque medius, ut ſcribit Appianus I. 2. de Bello Civili. Plinius eum confirmatum putat a conſulatu Ciceronis, quo ſe quoque Cicero provectum eſſe celebraverit, ejuſque vires peculiari popularitate quaeſiverit. Sed ante etiam tantae dignitatis & aeſtimationis fuit, ut penes hunc ordinem fata fortunaeque patrum, vitaeque principum & vectigalia diu fuerint. Tandem vero L. Druſus ſenatui priſtinum jus & dignitatem adſeruit. De qua re ex M. Varrone Florus ſic ſcribit lib. III. cap. XVII. *Judiciaria lege C. Graccbus diviſerat Populum Romanum & bicipitem ex una fecerat civitatem.* COLERUS.

VIS MULTO MAXIMA IN PLEBE] Contra in Jugurth. *Ceterum nobilitas factione magis pollebat, plebis vis ſoluta, atque in multitudinem diſperſa, minus poterat.* Sed diverſa tempora; aut ſane pro arbitrio & uſu dicentis. CICC.

OPES DEMINUTAE] Vaticanus & Fabri, *diminutae*. CARR.

SED PLEBS EO LIBERE AGITABAT] Legendum, *plebes*. quo & alias ſaepe utitur. RIV.

QUIA NULLIUS POTENTIA SUPER LEGES ERAT] Demoſthenes Philip. III. 12. *Μηδένα ἀξιοῦτε τηλικοῦτον εἶναι παρ' ὑμᾶς, ὥστε τοὺς Νόμους τούτοις παρεμβάλλειν, μηδὲ δύνασθαι λέγειν·* & de Falſa Legat. pag. 240. *Ἐν ᾧ τοῖς δικαστηρίοις, ἀδεὴς πᾶσι μάχεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι ὑμῖν ἔξεστι, ὑμῶν δὲ καὶ τῶν Νόμων, ἀδεῶς καὶ ὀρθῶς κρίνεσθαι τούτοις μὴ ταῦτα μηδὲ τῶν τούτου ἑνὸς.* Livius XXXVIII. 50. *Neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit: nihil tam aequandae libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam.* Libere admodum, ut decuit *Romanos rerum dominos gentemque togatam.* Confer omnino Salluſtium Jugurth. XLV. WASSE in *Add.* Certum eſt, in Romana Republica ſervitutem civium induxiſſe nimiam paucorum potentiam. Primum a civili modeſtia prorſus alienum erat, integras provincias clientelae jure obnoxias habere. Deinde familias quasdam opibus ita abundare, ut exercitus alere & plebem donis, ludis, ſpectaculis ſibi devincire potuerint. Longe vero difficillimum in Republica Rerumpublicarum converſiones, quae ab ambitione quorundam

humillimus quiſque in armis, aut militia, nullius honeſtae rei egens, ſatis

dam accidere ſolent, cavere; praeſertim ſi ſit adultum malum, Athenienſes adverſus opibus, virtute, vel merito eminentes, Oſtraciſmo utebantur, cautione minus honeſta. Sane Ariſtoteles etſi fateatur, ineſſe Oſtraciſmo qualemcunque juſtitiam civilem, tutius tamen arbitratur, providere ab initio, ne tali medicina ſit opus. Tutius igitur eſt, impedimenta objicere inſtrumentis nimiae potentiae, convellere fundamenta, quibus illa nititur, & velut ſubtractis alimentis, ignem ambitioſum extinguere. Hujuſmodi vero extinguendi vias, ac modos, qui cognoſcere volet, adeat ille Fortiner. ad Tacit. lib. II. Annal. RUPERT.

HUMILLIMUS QUISQUE IN ARMIS, AUT MILITIA, NULLIUS HONESTAE REI EGENS, SATIS SIBI, SATISQUE PATAIAE ERAT] Non placet haec ſcriptura; neque credibile eſt, rem eandem bis a Salluſtio iteratam. Quid enim *Militia* opus erat, cum *Armis* dixiſſet? Apage tautologiam illam a ſcriptoris noſtri Laconiſmo. Quin potius ad conſuetas divinandi artes confugimus, quam hanc Criſpo maculam, ab imperitis impreſſam diutius reſidere patiamur. Quam rem uti & ego mea ex parte agere aliquando intendam, magna, contra hanc labem remedia ſtatuere non decrevi, ſed tantum litterae (quae media eſt) inverſione facta, ac initiali pede ſublato *m.* in *u.* commutare, quoad ex *Armis Arvis* fiat. ut vitam ruſticam, ſtudiumque agriculturae deſignet: quam rem induſtrioſiſſimo perſequuti Romani illi veteres: cujuſque adeo cultores (ſi quidem Varroni credimus) non ſine cauſſa urbanis, ac togatis umbraticolis anteponebant. Quam conjecturam meam eo etiam impenſius amplector, quod de Agris ſequatur: unde tunicatam plebem validorum injuriis expulſam graviſſime apud Caeſarem conqueritur, quiſquis tandem hic fuerit, callentiſſimus utique ac vere Salluſtianus conſultor. Scribendum poſthac igitur: *Humillimus quiſque in arvis, aut militia, &c.* Niſi ſi quis antiquitatis gratia (in qua mirifice deditus hic ſcriptor) *Militiae* reponi malit: hoc eſt, in militia. quomodo & *Belli*, pro, in bello, iidem priſci illi enunciabant, dicentes non modo, *Domi bellique*, conjunctim, verum utrumque etiam per ſe interdum, ſine alterius adjectione. Sed quoniam in hujus rei mentionem per Arva Salluſtiana deſcendimus, haud alienum videtur, binas correctiones noſtras hujus eloquutionis teſtes, alteram Plauto, alteram Ennio datam, ſtudioſis porro imperire: non inſcitiae aliorum denudandae, aut quo ipſi ſtudium hoc noſtrum, quaſi per cauſſam laudando, extollere; verum potius ut Romanae antiquitatis ſtudioſis pro opibus noſtris etiam hac parte commodare poſſimus. Eam rem nos locus admonuit. Igitur ubi apud Plautum in omnibus editionibus) etiam iis, quas annis ſuperioribus a Lambino nobis ut emendatiſſimas dedit Gallia) prolatum ex perſona Militis paratragoediantis hodie in Truculento legitur:

Ne exſpectetis, ſpectatores, meas dum pugnas praedicem:
Manibus Duellis praedicare ſoleo, haud in ſermonibus.

ajo poſtremae litterae adjectione in voce, *Duellis*, humanius peccatum eſſe; qua demta, vera lectio patefiet denuo, Plautuſque antiquitati ſuae reſtituetur, hoc modo; *Manibus duelli praedicare ſoleo, &c. Duelli*, pro belli, antique, & poëtice, hoc eſt, in bello, id quod paullo ante oſtentum nobis. Idem error apud Ennium citante Priſciano inolevit, verſu illo,

Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis.

Cum proculdubio & illic *duelli* ſit emendandum, vitio imperitiae, ut apparet, perperam in *duellis* mutatum. DOUZA. Vel *agris* legendum, quod magis convenit, & probant ſequentia, *forti centuriae*, vulgo, *ſorte*. Sed alterum eſt in MSS. quo etiam utitur Plaut. in Caſina:

Sorti ſum victus.

Et Lucilius:

Graecia Sulpitio forti datur.

A. POPMA.

IN ARMIS] Pro *armis aut*, forte legendum: *armis & militia*. Sic alibi, *Bellum atque arma vobis inviſa*, & VI. 46. *inter labores* militiae *interque* proelia. Vox *arvis*, quam reponit ingenioſiſſimus Douza, approbante illaudatiſſimo Criſpino, nimis poëtica eſt, quam ut huic loco conveniat. Scio dixiſſe noſtrum *pecori quam arvo*, ſed ibi *arationem* valet. Nam *arvum quod aratum, necdum ſatum*, inquit Varro. Favet Plautus Truc. I. 2.

Volo habere aratiunculam *pro copia hic apud vos.*
A. *Non* arvus *hic, ſed* paſcuus *eſt* ager.

Eumque firmat, cum *inſigne* Arvalium fratrum, quos inſtituit Romulus, quod erat corona *ſpicea*, tum *Ambarvale ſacrum*, in quo ſegetes luſtrarunt. Virg. Georg.

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges.

Quam fere differentiam ſervant Graeci inter ἄρουρα, unde *arvum*, & vocem ἄγρος, niſi quod ἄρουρα *terram ſatam*, idemque aliquando quod

satis sibi, satisque patriae erat. Sed; ubi eos paullatim expulsos agris, inertia, atque inopia incertas domos habere subegit: coepere alienas opes petere, libertatem suam cum Republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: & pro communi imperio, privatim sibi quisque servitutem peperit. Haec igitur multitudo primum malis moribus inbuta, deinde in artes, vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Rempublicam.

LI. Ceterum, additis novis civibus, magna me spes tenet, fore, ut omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendae, tum his servitutis amittendae cura oriatur. Hos ego censeo, permistos cum veteribus novos, in coloniis constituas: ita & res militaris opulentior erit, & plebes bonis negotiis inpedita malum publicum facere desinet. Sed non insciis, neque inprudens sum, cum ea res agetur; quae saevitia, quaeque tempestates hominum nobilium futurae sint, cum indignabuntur omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem inponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo, malum facinus

μέλιτα denotet, ut apud Homerum ϕ. 405. Si ergo recepta lectio movenda sit, malim *agris*, quod alterum in se complectitur. Seneca Herc. Fur. *Tum vastis* ager *squalebit* arvis. Certe *in arvis* pro, *in agris*, in solutae orationis scriptoribus minime exstare autumo. Wasse in *Add.*

Qui dominus erat et cunctis] Antiqua editio; *qui dominus erat cunctis gentibus.* Fabri & Briconeti, *qui dominus cunctis gentibus imperitabat.* Vulgarem scripturam, illiusque errorem, si tamen error est, fontem habere credo antiquam editionem. Carrio.

Privatam sibi] Omnes libri, *privatim sibi.* Carr.

Additis novis civibus] Non omisit hoc consilium Caesar, sed is (quamvis mox dissimulet Sallustius) revera habuit inter τῶν πολιτῶν τοφίσματα, sive, ut Tacitus appellat II. Annal. 36. & I. Hist. 4. *Imperii arcana.* Non enim posse se Monarchiam, quam meditabatur, absolvere putabat, nisi multos sibi faceret obnoxios. Sic de Tarquinio Prisco Livius lib. I. cap. 35. *Non minus regni sui firmandi, quam augendae Reipublicae memor, centum in Patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati, factio haud dubia Regis, cujus beneficio in curiam venerant.* Rupert.

Magna me spes tenet] Catil. LXVIII. *Magna me spes victoriae tenet.* Hegesip. III. 17. *Non enim vitae hujus ulla me cupiditas tenet.* Ibi C. C. C. *Si moriar retle, bonum est mori; sed si moriar ut Hebraeus.* Eadem forma Mart.

——— *sed si*
Non erit ista lapis, non erit ista canis.

Wasse in *Add.*

In coloniis constituas] Vide not. ad *Flori* lib. I. cap. 4. §. 2. ubi docui, Lipsium varias deducendarum coloniarum causas proposuisse lib. I. de Magn. R. cap. 6. Nunc notare potes, eas ipsas ante Lipsium exhibuisse H. Goltzium in Graecia pag. 324. Hic duas adducit Sallustius, ut militia opulentior esset, h. e. firmior. Nam ita emeriti sua habebant praemia, & victi populi, in fide & obsequio continebantur. Secundo, ut plebs malum publicum facere desineret. Verum & hoc, civitatem domesticis seditionibus hoc modo liberari. Secutus est istud consilium Caesar, &, finito bello civili, octoginta civium millia in transmarinas provincias (Corinthum & Carthaginem) distribuit, ut est apud Suet. in Caes. cap. 42. Rupert.

Cum ea res] Vulgo, *& quae mea res.* vetus editio, *imprudens sum quo mea res*, hinc scripsi, *cum ea res.* vetus scribendi ratio, *quam*, loco huic fraudi fuit. testantur libri veteres. Carrio.

Quaeve tempestates] Omnes libri, *quaeque tempestates.* Carrio.

Malum facinus in se admittere, qui incom-

nus in ſe admittere, qui incommodo Reipublicae gratiam ſibi conciliet. Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt: id vero dubitare adgredi, ſocordiae, atque ignaviae duco. M. Livio Druſo ſemper conſilium fuit, in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, niſi illi auctores fierent. Sed homines factioſi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & ſibi quiſque conſcius, malo atque infido animo eſſe, de M. Livio Druſo juxta, ac ſe, exiſtimaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam ſolus rerum potiretur, contra eam niſi, ſua ipſius conſilia diſturbaverunt.

LII. Quo

INCOMMODO REIPUBLICAE GRATIAM SIBI CONCILIET] Eſt haec iniqua, & publice noxia vulgi opinio, verbis Lycurgi Orat. in pr. contra Leocratem, cum qui ſuo periculo rem gerat, & pro communi bono inimicitias ſuſcipiat, non civitatis, ſed negotiorum amantem videri; ſed vir ſapiens attendit illud Stobaei περὶ δικαιοσ. *Gratia, quae juſtitiam tranſgreditur, ne gratia quidem dici debet.* Plura jam aliquoties adduximus ſupra, praeſertim ad Catil. cap. 22. & cap. 51. RUPERT.

IN SE COMMITTERE] Vaticanus, *in ſe admittere*: cujus ſcripturae teſtimonium eſt quodammodo antiqua editio, in qua eſt: *& mittere*, vitio ex pronuntiatione orto. CARR.

UBI BONUM PUBLICUM] Ubi bonum publicum etiam privatim uſui eſt, id non aggredi, ſocordis & ignavi eſt. Hoc de rege vel principe Salluſtius. At Cicero de omnibus lib. III. Off. *Unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas, uniuſcujuſque & univerſorum; quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſolvetur omnis humana conſociatio.* Atque ſi etiam hoc natura praeſcribit, ut homo homini quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quod is homo ſit, conſultum velit: neceſſe eſt ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem. COLER.

MARCO LIVIO DRUSO] Fabri & vetus editio, *Marco Lubio*, inepte. Sunt enim Druſi in gente Livia. A Vaticano abeſt, *Livio*, neque adeſſe neceſſe eſt; probat ſcriptorum uſus. CARR. Adverſus omnibus modis in hac Epiſtola nobilitati eſt Salluſtius. Inde de M. Druſo ingerit Caeſari. De hoc Druſo Livius, Florus lib. III. cap. 17. Val. Maximus lib. IX. cap. 5. Vellejus. Cicero pro Milone: *Domi ſuae nobiliſſimus vir, ſenatus propugnator, atque illis quidem temporibus, pene patronus, avunculus hujus noſtri judicis, fortiſſimi viri M. Catonis, tribunus plebis M. Druſus occiſus eſt.* Ejuſdem potentiae meminit idem Orat. pro C. Rabirio: *Notabile vero exemplum de amicis ambitione tantum & largitionibus quaeſitis. Execranda illa vox in libera Republica M. Druſi: Nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi quis aut caenum dividere vellet, aut ſocium.* COLER. Ut haec omnia intelligas, legendus eſt tibi Vellej. Patercul. lib. II. cap. 13. & 14. RUPERT.

AUCTORES FIERENT HOMINES] Locus qui & ab interpunctatione & a ſcriptura male habet. vetus editio, *niſi ille auctores fuerant ſe homines factioſi.* Fabri & Briconeti: *niſi illi auctores fuerant ſed homines factioſi.* Tu ſcribe de Vaticano: *niſi illi auctores fierent, ſed homines factioſi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem, &c.* Non enim vult homines factioſos Druſo in tribunatu rei alicujus auctores fuiſſe, ſed nobilitatem. CARRIO.

DE MARCO LIVIO] Et hic Vaticanus gentem omittit. CARRIO.

JUXTA AC DE SE, EXISTIMAVERUNT] Fabri & Briconeti, *juxta ac ſe*. CARRIO. Juxta illud Comici in Rud. A. II. ſc. 4. vſ. 55. *Ex noſtro ingenio alios plerumque aeſtimamus, ſive boni, ſive mali ſimus.* Et in Perſa A. II. ſc. 2. vſ. 30. *Tuo ex ingenio mores alienos probas.* RUPERT.

EXISTIMAVERUNT] Vaticanus, *exiſtimarunt*. CARRIO.

CONTRA EAM NISI] Fabri & Briconeti, *contra eum niſi*: Vaticanus & vetus editio, *contra eam niſi*. CARRIO.

SUA IPSIUS] Interpone copulam, & lege ex libris manuſcriptis: *ſua & ipſius conſilia diſturbaverunt*. CARRIO. Carrio e libris, *ſua & ipſius*. Malim, *ſua ipſorum*. GRONOV.

LII. Quo tibi, imperator, majore cura fideque amici, & multa praesidia paranda sunt. Hostem adversum obprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promtu est. Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea re maxume animum exercitato, uti colantur boni mores; concordia inter veteres, & novos coalescat. Sed multo maxumum bonum patriae, civibus, tibi, liberis, postremo humanae genti, pepereris, si studium pecuniae aut sustuleris, aut, quoad res feret, minueris. Aliter neque privata res, neque publica, neque domi, neque militiae, regi potest. Nam ubi cupido divitiarum invasit; neque disciplina, neque artes bonae, neque ingenium ullum

MULTA PRAESIDIA PARANDA SUNT] Hoc consilium inconsulte postea neglexit Caesar. Qua de re Vell. Paterc. lib. II. cap. 57. *Laudandum*, inquit, *exercientis consilium est Pausae atque Hirtii, qui semper praediterunt Caesari: ut principatum armis quaesitum, armis teneret. At ille militans, mori se, quam timeri malle:* qualis etiam Tiberii vox apud Tacit. VI. Annal. 2. *non sibi vitam tanti, si armis tegenda foret) dum clementiam, quam praestiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est.* Cautius Tarquinius Superbus, cum nihil quicquam ad jus regni, praeter vim, haberet, armatis corpus circumsepsit, ut est apud Liv. lib. I. cap. 49. & Periander tyrannus, qui trecentos circa se satellites habuit, ut est apud Nicol. Damasc. in Exc. Peiresc. pag. 451. Solent autem fere tyranni externis magis fidere, ut in Nerone notat Tacitus XV. Annal. 58. in XXX. Athenienſium tyrannis Justinus V. 9. 12. in Nabide, Lacedaemoniorum tyranno, Livius lib. XXV. cap. 27. f. in Hierone & Gelone, Syracusanorum tyrannis, Diodor. Siculus lib. XI. pag. 37. & 55. in Apollodoro idem in Exc. Peiresc. pag. 264. f. adde Polyb. lib. II. cap. 11. f. tamen nec exteri semper fidem servant. Vid. Tacit. VI. Annal. 36. n. 4. Quid? quod etiam juste imperio potitis, necessaria tamen custodia vel ad tutelam est, cum *parum tuta majestas sine viribus* sit, ut inquit Livius lib. II. cap. 55. &, judice Livio, apud Dion. lib. LV. fieri non possit, ut princeps omnibus placeat, & non, vel justissime imperans, in multorum odia incurrat, vel certe ad ornamentum; quo intuitu Mamertinus in laudat. Juliani, *arma & juvenes, cum gladiis atque pilis, non tam custodias corporis* ait *esse, quam imperatoriae majestatis quendam solemnem ornatum.* Cui Seneca adstipulatur I. de Clem. 19. *Princeps, suo beneficio tutus, nihil praesidiis eget: arma ornamenti loco habet.* Adde Bern. ad Germ. Tac. c. 67. De Germanis Imperatorum custodibus vid. Lipsius comm. ad Taciti lib. I. Annal. pag. 18. & ad lib. XIII. cap. 18. Inferioris aevi scriptores corporis custodes & protectores, principis *scurras & buccellarios* dicebant. Salmas. ad Lamprid. Elagab. pag. 197. Porro de quaestione (*num praesidio princeps armatus esse debeat*) operae pretium est consulere Aristotelem III. Pol. 11. & ibi Casum & alios interpr. Lipsius IV. Polit. 7. Bodin. IV. de Rep. 1. Clapmar. III. de Arcan. Imperii cap. 14. Keckermannum Disput. Pract. XXXIV. quaest. 3. Gerardum Dec. III. q. 9. RUPERT.

HOSTEM ADVERSUM OBPRIMERE, STRENUO HOMINI HAUD DIFFICILE EST; OCCULTA PERICULA NEQUE FACERE, NEQUE VITARE, BONIS IN PROMTU EST] Idem fremitus militum Romanorum, apud Tacit. IV. Hist. 24. *Aperta odia armaque palam depelli: fraudem & dolum obscura, eoque insuperabilia.* RUPERT.

OCCULTA PERICULA FACERE] Sensus est: *insidias adversarios cum non tendere boni soleant, quam vitare.* WASSE in *Ad.*

ANIMUM EXERCITATO] Vaticanus & vetus editio, *exercito.* Fortasse II, *exercito.* CARRIO.

QUOAD RES FERET] Bigoneti, Fabri, & vetus editio, *quoad res referet.* Vaticani tuentur: in quo etiam est *postremo tamen succumbis*: cum in iis, quos laudavi, sit, *succumbat.* CARR.

ALITER NEQUE PRIVATA RES, NEQUE PUBLICA] Mera sunt haec oracula & χρησμοὶ τῶν de pecuniarum cupidine: sed huc facientia, jam plena manu dedimus ad Justini lib. I. cap. 1. §. 1. & lib. II. cap. 2. §. 10. Flori lib. III. cap. 12. §. 11. & ad hunc ipsum auctorem non una nota, praesertim ad Catil. cap. XII. RUPERT.

In

ſum ſatis pollet: quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tamen ſuccumbit. Saepe jam audivi, qui reges, quae civitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiſerint, quae per virtutem inopes ceperant: id adeo haud mirandum eſt. Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum, magiſque acceptum videt, primo aeſtuat, multaque in pectore volvit: ſed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad voluptatem a vero deficit.

LIII. Quippe gloria induſtria alitur: ubi eam demſeris, ipſa per ſe virtus amara, atque aſpera eſt. Poſtremo ubi divitiae claraе habentur, ibi omnia bona vilia ſunt: fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem una, & ardua via eſt: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur; & malis, & bonis rebus ea creatur. Ergo in pri-

ID ADEO HAUD MIRANDUM] Vaticanus cum vetere excuſo, *id eo haud mirandum*. Fabri & Briconeti, vox *adeo* deeſt. CARR.

UBI GLORIA HONOREM] Gloria abſolute pro *falſa gloria* vix invenitur. Dein ſequitur, *gloria induſtria alitur*. Legendum puto *gratia*, quod aeque Salluſtianum, & in membranis paene ſimili abbreviatura ſcribitur. WASSE in *Add.*

UBI EAM DEMSERIS; IPSA PER SE VIRTUS AMARA ATQUE ASPERA EST] Veriſſime. *Eo quippe ſolet impendi labor, unde emolumentum atque bonos ſperetur*, ut inquit Liv. lib. IV. cap. 35. At *ſublatis ſtudiorum pretiis, & ſtudia pereunt*. Tacit. II. Annal. 7. Quam utramque ſententiam complexus Jamblichus apud Stob. Serm. XLVI. *Augetur* (inquit) *& creſcit, quicquid in honore eſt: deficit & minuit, quicquid in contemtu*. Quod egregia ſimilitudine declarans Plutarchus ab initio Orat. II. de Fort. Alex. oſtendit, plures excellentes artifices, non tam aetate Alexandri, quam propter Alexandrum extitiſſe. Adde Grut. ad IV. Paneg. cap. 7. pag. 586. Bernecc. in Paneg. Plin. cap. 44. V. 7. RUPERT.

POSTREMO UBI DIVITIAE CLARAE HABENTUR, IBI OMNIA BONA VILIA SUNT, FIDES, PROBITAS, PUDOR, PUDICITIA] Voſſ. lib. I. Inſt. Orat. pag. 81. RUPERT.

UNA ET ARDUA] Conjunctio *&* abeſt a Fabri & Briconeti; Vaticanus tamen agnoſcit. CARR.

ET MALIS ET BONIS REBUS EA CREATUR] Legerem *rationibus*. Cato enim dicebat agrum bonis, ac malis rationibus colendum; & Metellus apud Gell. lib. I. cap. 6. *Quid ergo nos a diis immortalibus diutius exſpectemus, niſi malis rationibus finem facimus?* CIACCON. Videtur ſine dubio, pro *rebus*, ſcribendum *rationibus*; nam peccatum librarii agnoſcimus ex *rationibus*, in *rebus*. Sic Cato dixit: *agrum bonis & malis rationibus colendum*. Et Metellus apud Agellium lib. I. cap. 6. *Quid ergo nos a diis immortalibus divinius exſpectemus, niſi malis rationibus finem facimus?* Cicero pro Rabirio Poſtumo dixit: *Augere rem bonis & beneſtis rationibus*. Idem error irrepſit in librum I. Caeſaris de Bel. Civil. in quo eſt: *Tamen omnibus rebus in eo perſeverandum putabat*: cum, pro *rebus*, debeat legi, *rationibus*, ut ad eum locum notavimus. URSIN. Caeſar B. Civ. I. 26. *Atque ea res ſaepe tentata, etſi impetus ejus conſiliaque tardabat, tamen* omnibus rebus *in eo perſeverandum putabat*. Ubi Urſinus, quod etiam & hic facit, audacter reſcribit *rationibus*. Cic. II. Offic. §. 59. omni ratione *colenda juſtitia*; & nuſquam *rationibus* utitur. Poſſem ipſe quoque, ſi novis lectionibus ſtuderem, in vocem *artibus* immutare. Verum nihil temere moveo. Primo enim Noſter (de Hirtio poſtea videbimus) Jugurth. Cl. *Quibus* rebus *&* artibus *cariſſimus factus*. Hoc eſt, hiſce rebus patratis, geſtis, & ob animi virtutes. & hoc loco *bonis & malis rebus*, id eſt, *bonis & malis moribus*. *Res*, pro *rebus geſtis*, apud Tacit. Ann III. 73. & *omnibus rebus* pro *omnibus modis*, quod Comicis frequentius: vel pro *omnibus rebus relictis*, ut ſaepe loquitur Caeſar. Cic. pro L. Agrar. VIII. *Videtis jam, P. C.* omnibus rebus *&* modis *conſtructam & coacervatam pecuniam Decemviralem*. Pro *his modis* Terentius Eun. II. 2: 14. *At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati Poſſum. Quid? tu* his rebus *credis fieri? tota erras via*. Adelph. I. 1. *Ego quia nim redlit filius, quae cogito!* Quibus *nunc ſollicitor* rebus! *ne aut ille aſſerit, aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit Aliquid*. Quod Caeſarem attinet, putaram ali-

quan-

primis auctoritatem pecuniae demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quiſquam magis, aut minus judicaverit; ſi neque praetor, neque conſul, ex opulentia, verum ex dignitate, creëtur. Sed de magiſtratu facile populi judicium fit. Judices a paucis probari, regnum eſt; ex pecunia legi, inhoneſtum. Quare omnes primae claſſis judicare placet, ſed numero plures, quam judicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam ſuorum judiciorum poenituit: ubi promiſcue dives, & pauper, ut cuique ſors tulit, de maxumis rebus juxta, ac de minumis, diſceptat. Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex; quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confuſis quinque claſſibus ſorte centuriae vocarentur. Ita coaequati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. Haec ego magna remedia contra divitias ſtatuo. Nam perinde omnes res laudan-

quando *viribus*, falſo id quidem. Nunc ajo locum eſſe bene ſanum. Utroque modo locutus eſt. In primis (quod neſcio an Urſino obſervatum) B. G. V. 1. *omnibus rationibus* uſus eſt, pro modis omnibus: *Seſeque paratus eſſe demonſtrant*, omnibus rationibus *de injuriis ſatisfacere*. Hoc eſt πασῃ τρόπῳ, ut recte ibi *Metaphraſtes*. neque aliter B. Civ. II. 18. III. 58. 83. Quomodo locuti etiam in II. Verrin. Cicero, Noſter in Catilinar. Verum & eodem ſignificatu adhibuit vocem *relus*. V. G. B. G. IV. 14. *Acie triplici inſtituta, & celeriter* VIII. *M. Paſſ. itinere confecto, prius ad hoſtium caſtra pervenit, quam quid ageretur, Germani ſentire poſſent; qui* omnibus rebus *ſubito perterriti &c. perturbantur*. Metaphraſtes πᾶσι τρόποις, at poſteriorem voculam minus accurate addidit. Idem B. G. VIII. 8. *Quae Caeſar quum, conſentientibus plurimis, cognoviſſet; atque ea, quae proponerentur, conſilio plena prudentiae, longeque a temeritate Barbarorum remota eſſe judicaret*: omnibus rebus *inſerviendum ſtatuit, quo celerius Loſtes, contemta ſuorum paucitate, prodirent in aciem*. Auctor de B. Alex. XIII. *Periclitati remigio, quid quaeque earum efficere poſſet, idoneos militer impoſuerunt, ſeque ad conſligendum* omnibus rebus *paraverunt*. Wasse in *Add.*

Si neque praetor neque consul] Vetus editio, *ſi ut neque praetor*. Proxime a Vaticano, in quo eſt, *ſic ut neque praetor*. At in Fabri & Briconeti, *ſic neque praetor*. Carrio.

Ex pecunia legi] Nam laudabiliter conſtitutum fuit Romae, ut Praetores jurati optimum quemque in ſelectos judices referrent: ut teſtatur Cicero pro A. Cluentio. Coler. Atheas ad Philippum, Juſtino teſte: *Scytbas virtute animi, non opibus cenſeri*. Pro *promiſcue* legerim *promiſce*. Vide Notas ad Jugurth. XXVIII. Wasse in *Add.*

Ut cuique sors] Vaticanus, *ut cuique ſors*. Carrio. Recte Carrio *ſors*. *Cuique* facilius tolerarem, ſi ſequeretur *cecidit*, non *tulit*. Nunc potius placet, *utcunque ſors tulit*. Gronov.

Sed de magistratibus] Abeſt a Vaticano & veteri impreſſo vox *de*. Carrio.

C. Gracchus] Probat C. Gracchi plebiſcitum, quo rogaverat, ut ex confuſis quinque claſſibus ſorte & ſine accurato delectu centuriae vocarentur. Ratio: ut coaequati dignitate cives & pecunia, virtute alius alium anteire properaret. Sed tamen neque hanc, neque alias rogationes Graechanas Optimates tuleruut. Gronov.

Ut ex confusis quinque classibus forte Centuriae vocarentur] Corrige ex ſuperioribus impreſſis, *ſorte*. Douza.

Forte centuriae vocarentur] Fabri & Briconeti, *ſorti centuriae vocarentur*. Carr.

Ita coaequati] Vetus editio & Fabri, *ita coacquantur*. Alii: *ita coaequari*. Carr.

Nec ego magna] Vaticanus, *haec ego magna*, optime. Sic apud Manilium emendavi lib. I.

Hunc mihi tu Caeſar patriae princepſque patergue,
Qui regis Auguſtis parentem legibus orbem,
Conceſſumque patri mundum Deus ipſe mereris,
Das animum, vireſque facis ad tanta canenda.

Cum antea eſſet, *Nunc mihi*, & *canendum*. Quorum poſterius etſi more antiquo ferri poteſt, aliter tamen in libro ante ſexcentos annos ſcripto exſtare teſtatum omnibus eſſe volo. Carr.

Nam perinde omnes res laudantur, atque adhe-

dantur, atque adpetuntur, ut earum rerum uſus eſt: malitia praemiis exercetur.

LIV. Ubi ea demſeris, nemo omnium gratuito malus eſt. Ceterum avaritia, bellua fera, inmanis, intoleranda eſt: quo intendit, oppida, agros,

ADPETUNTUR, UT EARUM RERUM USUS EST] Iteratio *& rerum*, non placet, & puto abundare, meliuſque habitura omnia, ſi genitivus ille tollatur. Douza. An inde gnomen ſuam accepit Juſtinus lib. II. cap. 2. *Quippe ibidem divitiarum cupido eſt, ubi & uſus?* Rupert.

MALITIA PRAEMIIS EXERCETUR] Hac ſententia, tanquam validiſſimo cuneo, diffinditur verborum Corneliorum intricata vis I. Hiſt. 30. *Sed proinde a nobis donativum ob fidem, quam ab aliis pro facinore, accipietis.* Et ut alia, ſic iſta ab Salluſtio mutuatus eſt Sen. lib. IV. de Benef. cap. 17. *Nequitiae fructus concupiſcitur, ipſa vero odio pudoreque eſt: nec quiſquam tantum a naturali lege deſcivit & hominem exuit, ut animi cauſa malus ſit. Dic enim cuilibet ex iſtis, qui rapto vivunt, an ad illa, quae latrociniis & furtis conſequuntur, malint ratione bona pervenire? Optabit ille, cui, graſſari & tranſeuntes percutere, quaeſtus eſt, potius illa invenire, quam eripere. Neminem reperies, qui non nequitiae praemiis, fine nequitia, frui malit.* Rittersh. ad Salv. p. 52. Bern. in Agr. Tac. q. 170. Tamen neque hoc perpetuum eſſe, conſtat ex nota ad Catilin. cap. XVI. Rupert.

AVARITIA, BELLUA FERA, INMANIS, INTOLERANDA EST] Nota, animi graviora *πάθη* ac vitia, ut avaritiam, invidiam, iram, odium & ſimilia, recte dici *feras*. Baſilius homil. X. *Egone feras & beſtias in me ipſe habeo? Sane innumeras. Ira, cum latrat in corde, nonne omni cane ferocior exiſtit? Qui velox eſt ad contumelias, nonne eſt ſcorpius? Avarus, nonne eſt lupus rapax? Mulierum amore furens, nonne eſt equus inſanientes?* Divinus Plato *τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος* appellat *πολυκέφαλον καὶ πολυκεφάλου θηρίου, τὸ θυμοειδὲς* leoni comparans. Platonis diſcipulus, Ariſtoteles, vitioſitatis conſummatiſſimae genus *θηριότητα καὶ θηριωδίαν* appellavit. Eloquentiſſimus & beatiſſimus Chryſoſtomus vitia omnia *θηρία* & *λύσσας*. Huc pertinet aenigma Matreae Plani, apud Athenaeum: *λέγει θηρίον τρέφειν, ὁ αὐτὸ ἐσυτὸ κατεσθίει*, *dicebat, animal ſe alere, quod ipſum ſe ipſum abſumeret.* Ait ibidem auctor, quaeri ſolitum adhuc aetate ſua, quaenam eſſet illa beſtia, de qua ſenſit Matreas. Caſaubonus Euſtathii explicationem probat, exiſtimantis, Matream *libidinem concitatam* intellexiſſe, quam Euſtathius ibidem honeſte appellat *κεκμηκὸν πάθος*. Neque aliud nobis in mentem venit iis melius, quae ſunt ab iſtis judicata. Nam revera libido eſt immanis beſtia, ſemet ipſam vorans. Plato lib. VII. de LL. ſub f. loquens de triplici cupiditate, cibi, potus, Veneris, de hac poſtrema ait: *eſſe furorem acerrimum, & facientem homines plane igneos.* Sed & Naturae ipſius ſunt verba Ludov. Vivis, Comm. in D. Auguſtinum lib. I. de C. D. cap. 9. Cum enim Theologus diſſeret, cedere illi aliquando pios, ſubdit ille: *Tam penitiſſime viſceribus noſtris haeret Venereae rei cupiditas: tam ingenitus eſt nobis a natura appetitus ille, quem ſubtiliſſime magna illa artifex omnium animantium pectoribus indidit, quo vel aliud agentes ſtirpem propagaremus: ut ne cogitare quidem de expienda illa cupiditate poſſimus, quin voluptate neſcio qua occulta tangamur.* Hoc animal eſt Dominus ille agreſtis & furioſus; a quo in ſeneſtute ſe liberatum eſſe gloriabatur Sophocles, & quem in ipſa juventute ſe ſuperaſſe ait Apollonius Thyaneus, apud Philoſtratum. Caſaub. Epiſt. 534. ad Scal. Verum eſt, quod nobiliſſimus Annalium conditor Polybius lib. I. cap. 81. praeclare diſputat: ita natura comparatum eſſe, ut non ſolum corpora hominum aliquando efferentur, & omnem humanae ſpeciei ſimilitudinem amittant: ſed multo magis hoc ipſum animis interdum uſuveniat. *Τῆς γὰρ ψυχῆς*, inquit, *τοιαύτην ποιᾶσαι ἐκφύσεις μιαλαίνης καὶ σκληρίας, ὥστε μηδὲν ἀνθρώπινον ἀπρέπειν, μηδὲν ἡμέτερον ἀποτιλεῖν τῶν ζώων.* Omnino *θηριωδίας* hujus & efferati animi certiſſimum argumentum praebent, qui, nulla re unquam laceſſiti, propter animi dotes, quas tu obtines, ego in te veneror, adverſus utrumque noſtrum, in modum arenariarum ferarum, ad ultimam rabiem, ſaeviunt: qui literas, fundamenta virtutum omnium, modeſtiae, manſuetudinis & comitatis magiſtras, inauditi furoris inſtrumenta faciunt: qui denique ſceleſtiſſimae immanitati cauſam religionem praetexunt: & libidinem maledicendi, omnia veſaniae exempla ſupergreſſam, Zelum Chriſtianae pietatis, proh ſcelus! nominare ſuſtinent. Adde Rittersh. IV. Sacr. Lect. 9. Gronov. ad Liv. lib. XXXIV. cap. 4. Arrian. de Epicteti Differt. lib. I. cap. 3. f. Boëth. de Conſol. lib. IV. proſa 3. f. & duo elegantiſſima, ſed longiuſcula loca Chryſoſtomi Homil. IV. in cap. 1. Matthaei & Homil. Antioch.

agros, fana, atque domos, vaſtat: divina cum humanis permiſcet: neque exercitus, neque moenia obſtant, quo minus vi ſua penetret: fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales ſpoliat. Verum, ſi pecuniae decus ademeris; magna illa vis avaritiae facile bonis moribus vincetur. Atque haec ita ſeſe habere, tametſi omnes aequi, atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt: cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. Nam hi, ſi virtute ſatis valerent, magis aemuli bonorum, quam in-

XXIII. Obſigno haec verbis Loccenii: *Cum vitia Lelliae immanes ſint, cave obbrutescas, quem ratio a bruris diſcriminavit, cave in feram evadas, quem natura mitem, humanum, continentem eſſe voluit.* RUPERT.

AVARITIA BELLUA] Eodem Schemate Chryſoſt. vocat hominum vitia θηρία καὶ λύσσας, Comment. in Epiſt. ad Romanos, & θηρίον τρέφειν uſurpat pro *in aliquo peccato ſibi indulgere*, Homil. 18. in Ep. ad Rom. Theodoretus in Θεοφιλῆ, de Theodoſio, τὴν ἀπιθανίαν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀλλοίωσιν τότε ἅπαν τὸ ψυχῆς θηρίον καθυπέρριζε. Gregorius Palama, ὡς εἶδ' ἔτως ἡμᾶς λεοντόθυμον θηρίον ἐν πικρᾷ τινὶ κάλλει θάλπουσα. WASSE.

BELLUA FERA] Huc forte reſpexit Sueton. Tib. XXIV. *amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua eſſet imperium.* Qualis ſit *avaritia* bellua, elegantiſſime docet Iſidorus Peluſ. Epiſt. II. 233. Non eſt, inquit, tantum θηριωδὴς καὶ ἄγριος καὶ πᾶν πνίγων, ἀκόρεστός τις, καὶ τυφλὸς, καὶ ἀνήκοος, μισάνθρωπός τις, μυσαρὸς, ſed: in quo immaniſſimas feras ſuperat, ὅτε πολυκεφάλου, ὅτε Θεσπιοδοτείου εἰδώλου, ἅπαν πῦρ μᾶλλον ἀγρίωτερον, ὅτε μᾶλλον θεσπεσίως. WASSE. in *Add.*

INTOLERANDA] Omnibus gravis. V. Polyb. in Exc. Peireſ. pag. 60. RUPERT.

DIVINA CUM HUMANIS PERMISCET] Caſaub. ed. 458. ad Joſ. Scaligerum ſcribens de Dan. Eremita, qui, quum in domum Vicquii, Legati Helvetienſis, ſe inſinuaſſet, puriori religioni nuncium remiſit. „ Ego illum, *inquit*, ſemper, tua maxime gratia, habui cariſſimum, & quibuſcunque potui officiis ſum proſecutus. Sed erat „ mihi dudum hoc ingenium ſuſpectum, propter „ incredibilem, in ea aetate, opum ſitim, quam, „ non levibus notis, in eo deprehenderam. „ Colloqueveram ipſum in honeſta conditione, „ ubi praeter victum quinquaginta annuos aureos habebat. Hoc ipſi initio magnum eſt viſum, mox mediocre, poſtea nihil. Itaque ante „ duos menſes aegre eum impedii, quo minus „ Ebroicenſi epiſcopo operam ſuam addiceret; „ ab hoc incepto cum eum averriſſem, ecce „ alium epiſcopum, cujus nomen ſcire potui nunquam, qui paene abduxit eum in Italiam; tandem & hoc conſilium noſtra auctoritate fractum eſt." Et mox: „ Magna ſigna dederat hominis „ τοῦ τὰ τῶ παρόντος κέρδη θαυμαστῶς ἐκβαίνοντος. „ *Vir ſane dignus, & tibi notiſſimus, his diebus narrabat mihi, audiſſe ſe cum dicerer: Omnia ſibi, quae „ bodie disputantur, aeque & probari & improbari; paratumque ſe ad omnia, pro tempore, & rerum juarum emolumento.* Cum vir plus hanc „ vocem abominaretur, cachinno Eremitae eſt „ exceptus, ſtultitiam eorum πικρῶς ridens, qui „ neſcirent τὰ ἴδια ἑκάστου. Haec Caſ. " Tac. lib. XV. Annal. cap. 54. de Milicho, liberto Scaevini: *Cum jectum ſervilis animus praemia perfidiae reputavit, ſimulque immenſa pecunia & potentia obverſabantur, ceſſit fas, & ſcelus patroni & acceptae libertatis memoria.* Adde Caſauboni verbis convenientia apud Valeſ. ad Amm. pag. 227. f. Salmaſ. de Uſ. pag. 638. 639. Haec eadem avaritia compulit Q. Ciceronem, ut patrem & patruum proderet Caeſari. X. ad Att. 7. RUPERT.

INIQUI MEMORENT] Fabri & Briconeti *memorant*. CARR.

NAM HI SI VIRTUTE] Tangit ſatis acerbe Caeſaris aemulos nobiles, M. Bibulum, L. Domitium, M. Catonem, L. Poſthumium & Favonium praecipuos. De ſingulis aliquid vel Salluſtii vel fidei cauſſa dicendum videtur. Et ſane poſſit Salluſtius in vituperandis nonnullis pro parum candido, & falſo haberi. L. Domitius iſte Aenobarbus dictus. Ejus rapacitas & timiditas etiam a Caeſare arguitur lib. I. de Bello Gall. & Plutarcho, & Seneca. De Bibuli conſulatu legendus Dio lib. XXXVIII. & Plutarchus in Caeſ. Itane vero de M. quoque Catone ſcriptum oportuit! Nimia iſthaec libertas, imo dicacitas. Et de Graecis literis quale judicium! Majorem gratiam debebas, Salluſti, Graeciae, & ipſi adeo Thucydidi tuo. De hoc quidem Catone Velleius Paterculus ſcriptum reliquit: *Hic genitus prisco M. Catone, principe illo familiae Porciae, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio*

ejus

invidi, essent. Quia desidia, & inertia, & stupor eos, atque torpedo, invasit; strepunt, obtrectant, alienam famam bonam suum dedecus existumant. Sed, quid ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atque animi vis, in consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui consulatus maximum imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitii ma-

diis quam hominibus propior, qui nunquam recte fecit aut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat. L. Posthumii mentio rara. De Favonio apud Caesarem, Dionem, Plutarchum legat, qui vult. Porro elogium illorum ita restituit Lipsius lib. IV. Epist. 14. *L. Postumius & M. Favonius mihi videntur quasi magna navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenere, viri sunt: si quid adversi coortum est, de illis potissimum factura fit, quia precii minimi sunt.* Coler. Eodem sensu Plautus in Mil. A. III. sc. 2. *Quoniam aemulari non licet, nunc invides.* Est igitur aemulari parium, invidere humilium. Ovid. lib. II. Metam. *Invidiae domum invallibus imis esse* scribit. Quo figmento significare voluit, non erecti, & vera virtute praediti, sed abjecti, pravique animi homines solere bonis invidere. Quod & Liv. lib. XXXV. confirmat: *Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt, quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non aequant: quia virtutem & bonum alienum oderunt.* Eademque mente Cicero *Philipp.* X. *Nemo alterius virtuti invidet, qui confidit sibi.* Denique Alcimus Avitus, ad Fuscinam sororem:

——— *Non ulli candida virtus*
Invidet, invidiae quamque est subjecta malignae.

Rupert.

Et stupor] Fabri & Briconeti, *quia desidia, & inertia, stupor eos atque torpedo invasit.* uti etiam vetus editio. Carrio.

Strepunt, obtrectant, alienam famam suum dedecus existimant] Simili monetu percussum illud, apud Suet. in Tib. cap. 53. *Si non dominaris, filiola, injuriam te accipere existimas?* Ubi vide Casaubonum. Adde Grut. ad Livii lib. I. cap. 34. Lips. ad Tac. IV. Ann. 52. Bern. in Tuba Pacis pag. 74. Justinus lib. V. cap. 10. §. 8. *Quasi vero aliorum libertas sua servitus esset,* &c. Curtius lib. VI. cap. 1. §. 18. *Suae dementiae gloriae existimant, quicquid cessisset alienae.* Livius lib. III. cap. 55. *Quicquid libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus credebant.* Rupert.

Alienam famam] Omnes libri, *alienam famam bonam.* Carrio. Haec, ni fallor, mutuatus est Sulpicius Severus in Dial. Sed liber non est ad manus. Vid. Demosth. adv. Tim. 485. Wasse in *Add.*

M. Bibuli fortitudo, atque animi vis in consulatum erupit] Id est in consulatu: quo loquendi modo valde delectatur Sallustius. Supra Orat. I. *Repentinae caedes, in parentum aut liberorum sinum.* Est autem haec ironia, & M. Bibulum *virum fortem* appellat Sallustius, ut Athenaeus *charum Dicae Menetae*, quem oblivionem voluit. Sed hic non tam ignavia Bibuli, quam ipsius ambitio Caesaris acuianda fuerat; qui & in aedilitate, & in consulatu, Bibuli collega, omnia communis magistratus munia in se unum traxit; sive etiam laudem eorum, quae communiter cum collega gessit, sibi uni vindicavit, collega exclusо. *Unde Bibulus evenisse sibi dicebat, quod Polluci. Ut enim geminis fratribus aedes in foro constituta, tantum Castoris vocaretur: ita suam Caesarisque munificentiam, unius Caesaris dici*, ut refert Suet. in Caesare cap. 10. qui & cap. 20. *Unus*, inquit, *ex eo tempore omnia administravit, ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, non* Caesare & Bibulo, *sed* Julio & Caesare Coss. *actum scriberent.* Est vero hoc atrox injuriarum genus, quanquam non sine exemplo. De M. Mario Gratidiano vide Cic. lib. III. Off. de Alcibiade Corn. N. in Alcibiade, de Archidamo, legato AEtolorum, Livium lib. XXXV. de Antonio Primo, Tacitum lib. III. Hist. Latini modo Arrogantiam, modo Superbiam dicunt. Omnino superbiae duo insunt mala: vana de sua praestantia opinio, & despectus aliorum. Ac vix est, ut in quo istorum alterum insit, non & utrumque insit, ut docet Casaub. in Theophrasti Charact. ad cap. περὶ ὑπερηφανίας. Porro quam ingens hoc sit vitium, vel Chrysostomus doceat, quem id, tanquam extremum omnium vitiorum, ἔσχατον, id est *desperationem*, solitum appellare, ibidem testimoniis ex ipso adductis, addocet laudatus Casaubonus. Rupert.

In consulatum erupit] Hoc est, Magistratus ostendit virum, ut verbo Sapientis veteris, sive Biantis (nam his omnibus adscribitur) Sallustium interpreter. Rupert.

Maximo dedecori] Qui nihil in eo praeclare gessit: sed penitus collegae Caesari cessit. Coler.

magna vis eſt, cujus nullum membrum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces; quae honeſte nominari nequeant, inhoneſtiſſima.

LV. Unius tamen M. Catonis ingenium verſutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur haec diſciplina Graecorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Graecos nulla ſunt. Quippe, qui domi libertatem ſuam per inertiam amiſerunt; cenſeſne eorum praeceptis, imperium haberi poſſe? Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles: in quibus, ſicut in ſtatua, praeter nomen, nihil eſt additamenti. L. Poſthumius,

CUJUS NULLUM MEMBRUM A FLAGITIO AUT FACINORE VACAT] Totum hunc locum aemulatus eſt ille, quiſquis fuit, qui Salluſtii nomine declamationem in Ciceronem edidit, nam ſic ſcribit: *Cujus nulla pars corporis turpitudine vacat, lingua vana, manus rapaciſſimae, gula immenſa, pedes fugaces; quae honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima.* CIACCON.

INGENIUM VERSUTUM] AEmulatus Hegeſippus I. 5.

QUIPPE CUM DOMI] Omnes libri, *quippe qui domi.* CARRIO.

PER INERTIAM AMISERINT] Fabri & Briconeti, *per inertiam amiſerunt.* CARRIO.

CENSESNE EORUM PRAECEPTIS IMPERIUM HABERI POSSE] Vide Notam ad Jugurth. cap. 85. RUPERT.

SICUT IN STATUA] Veteres editiones, *ſicut inſtituto.* Fabri & Briconeti, *ſicut inſtituo.* A vulgatis eſt Vaticanus. Petrus Pithoeus legendum putabat, *ſicut in Stajeno.* Juſtus autem Lipſius, cum quo omnia mihi vincula ſunt antiquiſſimae neceſſitudinis, *ſicut in ſtatua*, quam ſuam conjecturam multis argumentis & in Variis & in Epiſtolicis confirmatam mihi; credo etiam aliis, omnino probavit. CARRIO. Illud porro ingenioſe ac feliciter, ut omnia, a Lipſio noſtro caſtigatum habemus. *Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus, ſicut in ſtatua, praeter nomen nihil eſt additamenti.* Cum antea in omnibus *ſicut inſtituto*, aut etiam *inſtituo*, nulla idonea ſententia, legeretur. De cujus certiſſimae emendationis laude cumulum deruere ut liceat mihi, ſingularem lubentius plurali commutaverim, levi hercle, vel nulla potius interpolatione reſcribens, *in ſtatuis.* Quibus etiam *additamenti*, convenire non puto; ſed in ejus locum *adjutamenti* recipiendum: idque ex ſequentibus conjicio. Nec eſt quod quemquam dictionis ſignificantiſſimae inſolentia offendat, qui quidem meminerit, non cum Grammatico ſibi, ſed cum novatore verborum Salluſtio negotium eſſe. DOUZA. Hujusmodi nobiles comparare poſſumus cum minutis puerulis, in crepidas parentum, per delicias, pedes ſuos immittentibus, eorumque coronas capitibus ſuis parvulis accommodare, non ſine riſu ſpectantium, ſatagentibus, e Plutarcho. Ceterum haec verba Pithoeus ita emendarat: *in quibus ſicut in Stajeno.* Sed Lipſ. III. Epiſt. Q. 5. legit: *Sicut in ſtatua.* Pithoeus intellexit illum C. Stajenum Ligurem, qui ſc. AElium Pacetum adoptaverat, de quo Cicero. Lipſius Lectionem ſuam confirmat ex Euripide, qui pariter, ut Salluſtius, ignavos nobiles cum ſtatuis componit, Electra, τῇ σ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς κεκοσμῆτι, καὶ τοῖς κλεινοῖς τὰς ἰσογυίας. Οἱ γὰρ τοιαῦτοι τὰς πόλεις οὐκ ὠφελοῦσι δόμοις, καὶ δώμασι'. αἱ δ' ὄκνος κενὰ φρενῶν Ἀγάλμασ' ἀγορᾶς εἰσίν. Nec diſſimile illud Juvenalis:

Nil niſi Cecropides, truncoque ſimillimus Hermae.

Haec Lipſ. qui & videndus I. Var. 8. ubi ad eundem modum Salluſt. locum emendat. RUPERT.

NOMEN] Addunt Vet. Fabri & Biconeti *bonum.* CARRIO.

NIHIL EST ADDITAMENTI] Ita legendum autumo. Videtur enim ad Graecorum οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες μόριοι hac voce alluſiſſe, quam quidem *ſtatuis* non male convenire puto. Juvenalis:

Nil niſi Cecropides, truncoque ſimillimus Hermae.

Euripides Electra:

Αἱ δ' κάρηνοι αἱ κενὰ φρενῶν ΑΓΑΛΜΑΤ' ΑΓΟΡΑΣ εἰσίν.

Demoſthenes Olynth. II. pag. 7. Ὅλως μὲν οὖν ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἰσχὺς, οὐ μόνον ἀγαθοῖς μόριοι, ἐστί τις ὁ σμικρός. Et in malam partem de Republica ordin. pag. 71. Νυνὶ δ' τινάδων κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν ἅπαντες, καὶ μᾶλλον τούτων ἅπαντων κρατοῦσιν· ὁ δὲ Δῆμος, οὐ μόριόν καὶ ἀγαθοῖς μόριοι. Conſer eundem Philipp. I. pag. 14. Cicero pro Seſtio: *Interceſſit Ligus iſte neſcio quis*, additamentum *inimicorum meorum.* Notter ſupra: additamenta *factionis.* Minutius pag. 143. *Nec nomen Deo quaeras, Deus nomen eſt: illic vocabulo opus eſt, cum per ſingulos pro-*

mius, & M. Favonius, mihi videntur quaſi magnae navis ſupervacua onera eſſe: ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt: ſi quid adverſi coortum eſt, de illis potiſſumum jactura fit, quia pretii minumi ſunt. Nunc quoniam, ſicut mihi videor, de plebe renovanda, corrigendaque differui: de ſenatu, quae tibi agenda videntur, dicam. Poſtquam mihi aetas ingeniumque adolevit, haud ferme armis, atque equis, corpus exercui, ſed animum in litteris agitavi; quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Atque ego in ea vita multa legendo, atque audiendo ita comperi; omnia regna, civitates, nationes uſque eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas, ea corrupere; poſt paullo inminutae opes, deinde ademtum imperium, poſtremo ſervitus inpoſita eſt.

LVI. Equi-

propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt: Deo qui ſolus eſt, Dei vocabulum totum eſt: quem ſi patrem *dixero, terrenum opineris; ſi* regem, *carnalem ſuſpiceris; ſi* dominum, *intelliges utique mortalem. aufer* additamenta nominum, *& perſpicies ejus claritatem.* Habes item *additamenta* Uſurarum L. 23. C. de Uſur. & alibi apud J. C. ut & D. Hieronymum Epiſt. LIX 1. vide Indicem. Wasse in *Add.*

Lucius Postumius et M. Favonius] Vetus editio, *L. Poſtumi. M. Faveni.* Vaticanus, *L. Poſtuni & M. Favoni.* Carr. Meminit ejus Cic. ad Attic. & Dio lib. XXX. Wasse.

Magnae navis supervacua onera] Simili tropo Phalaris Epiſt. 98. indiſcretam plebis multitudinem *ἐκκλήσιος ἀναπλήρωμα, ſolitudinis ſupplementum,* vocat. Rupert.

Supervacua onera] Vaticanus, *ſupervacanea.* Carrio.

Ubi salvi pervenire visi sunt] Vetus editio: *ubi ſalvi pervenire uſi ſunt.* Lipſius ingenioſa ſane conjectura vitium tentavit tollere, legitque, *ubi ſalvi pervenere, viri ſunt.* corrige de Vaticano: *ubi ſalvi pervenere, uſui ſunt.* quam proxime a vetere editione. Carr. Sequentia ita emendat Lipſ. IV. Epiſt. Q. 14. *Ubi ſalvi pervenere, viri ſunt.* Comparat, inquit, Poſtumium & Favonium, cum oneribus navis, & ſi quidem tranquilla navigatio eſt, & cum ad portum pervenere, ſalvi ipſi & viri ſunt. Si tempeſtas ingruit, exoneratur navis, & illi ejiciuntur. Rupert. Minima mutatione poſſis legere *vivi ſunt.* Quod ſatis acute dictum. Nam, inquit, ſi ſalvi pervenerint in portum, nihil in illis lucri eſt, quam ut ſint iidem qui fuerunt ante, & inter vivos verſentur, atque ita per bonam fortunam lucis uſuram lucrentur ipſi, in quorum morte parum detrimenti acceperet Reſpublica. Sed tamen mutare nolim lectionem receptam, *uſui ſunt.* Nam, ſicuti ſupervacanea navis onera uſui poſſint eſſe aliis navibus, ut inferior pars navis iiſdem oneretur juxta uſum nautleum, ſic hi quoque, veluti ſaburra, ejuſmodi oneris praebere uſum iterum poterunt. Haverc.

Quoniam nunc, ut mihi videor] Libri etiam primitus publicati, *nunc quoniam ſicut mihi videor:* & poſterius, corrigendaque ſatis differui. igitur ita corrige. Carrio.

Animum in litteris] Perverſa ſcriptura & improba hominum ineptiſſimorum emendatio, in qua ſententia, nec pes, nec caput, ut ille aiebat, uſquam apparet. ſic enim ibi legitur: *ſed animum in litteris, quod natura firmus erat, in laboribus habui.* vetus editio, *animum in literis cogitavi quod natura firmius erat, in laboribus habui:* neque ſane aliter Fabri & Briconeti. ſcribe: *ſed animum in litteris agitavi: quod natura firmius erat, id in laboribus habui.* docet Vaticanus. Carrio. Horat. in Arte P. *animum auditoris agunto,* pro *impellant,* Noſter ſupra 45. *cum animo agitanti.* Et Liv. *His curis animum agitabant,* pro *exercuerat.* Sed *animum agitare in re aliqua* me legiſſe non memini. Wasse.

Omnia regna, civitates, nationes] Fabri & Briconeti, *regna, item civitates & nationes.* malo Vaticani, *Regna, item civitates, natimes:* magis id Salluſtianum. Carrio.

Dum apud eos vera consilia valuerunt] Virgil. AEn. II.

Dum ſtabat regni incolumis, Regnumque vigebat Consiliis.

Claudianus de Roma:

Armatis quondam populis, Patrumque vigebam Conſiliis.

Tacit III. Annal. *Plura in ſumma Fortuna auſpiciis & conſiliis, quam telis & manibus geri.* Liv. I. XI.

LVI. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo; cuicumque in ſua civitate amplior, inluſtriorque locus, quam aliis eſt, ei magnam curam eſſe Reipublicae. Nam ceteris, ſalva urbe, tantummodo libertas tuta eſt: qui per virtutem ſibi divitias, decus, honorem pepererunt; ubi paullum inclinata Reſpublica agitari coepit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defenſat; omnibus locis adeſt, feſtinat: quanto in ſecundis rebus florentior fuit, tanto in adverſis aſperius, magiſque anxie agitat. Igitur ubi plebes ſenatui, ſicuti corpus animo, obedit, ejuſque con-

Multa quae natura impedita ſunt, conſilio expediri. Aeſchylus de Prometheo: Δειὸς γὰρ ἄρτις κἀξ ἀμηχάνων. quae tria loca profert Torrent. ad Horat. IV. carm. 4. adde Bern. in Tac. q. 52. RUPERT.

EQUIDEM EGO SIC APUD ANIMUM MEUM STATUO] Eſt hoc e Xenophontis lib. III. Ἀνάβ. ubi ipſe alloquens ductores militum: *Et vere aequum eſt*, inquit, *vos iiſce* (gregariis ſc. militibus) *nonnihil praeſtare. Vos enim duces eſtis, vos ordinum, vos ferierum ductores: vos pacatis temporibus & fortunis & honoribus potiores bis fuiſtis. Quare nunc, & belli tempore, vos ipſos arbitrari decetis militum vulgo praeſtantiores eſſe, adeoque horum causa, vobis & capienda eſſe conſilia, & labores ſuſcipiendos, ſicubi uſus poſtulet.* Adde Grot. in N. ad l. de J. B. ac P. p. 336. Piccart. diſput. 32. q. 7. p. 325. RUPERT.

MAGISQUE ANXIE AGITAT] Seneca de Romano Imp. *Omnium ſomnus illius vigilantia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio.* Sed & hoc ipſum eleganti ſimilitudine a re nautica ſumta declarat Dio Chryſoſt. Orat. III. de Regno: *Etenim in navi licet vectoribus absque cura agere, & ne aſpicere quidem mare: quin etiam neque ſcire (quod ajunt) ubinam terrarum ſint; & militi hac modo navigant in ſerenitatibus; & hi quidem tales ludunt, illi autem canunt, alii convivantur cota die; quando autem eos apprehenderit tempeſtas, involuti expectant eventum. Nonnulli autem & ſomno oppreſſi; non ante ſurrexerunt, quam jam eſſent in portu. Nauclero autem neceſſe eſt aſpicere in mare, neceſſe ſuſpicere in coelum, neceſſe proſpicere ad terram: quin & ea, quae ſunt in profundo, non licet ſi ignorare, niſi velis in ſaxa incidere, ſub aquis latentia, aut arenarum congeriem. Illi ſoli nocte quidem minus licet obdormire, quam natantibus: interdiu autem ſicubi brevem aliquem ſomnum ſuffuratur, hunc tamen ſuſpenſum habet & dubium, ut ſaepe exclamet, aut velum contrahi, aut clavum ſiſti, aut aliud aliquid rerum nauticarum; ut dormiens ille magis gerat navis curam, quam alii valde vigilantes.* RUPERT.

UBI PLEBES SENATUI, SICUT ANIMO, OBEDIT] Pulcre. Princeps, Senatus, Magiſtratus animus eſt; penes quem eſt regimen, & arbitrium totius corporis. Is ſenſuum interiorum organis, membriſque ceteris omnibus, quamdiu rationis rectae regulam non excedunt, ſua habere commoda ſuaque obire munia permittit. Et ut mentis vitio & rationis defectu contingit cerebrum, cor, epar, ſtomachum, aliaſve nobiliores corporis partes opprimi, ac munere non fungi ſuo; unde mox & exteriora membra, oculi, aures, manus, pedes ab officio quaeque ſuo deſtituuntur: ſic Reipublica intereat oportet, ſi Princeps, Senatus, Magiſtratus, conſiliis ſanis, ac rationi locum neget. Atque hinc eſt, quod Doctrinae Civilis doctores nobilem adoleſcentem, quem ſpes civitatis evehit ſupra plebis conditionem, imbui cenſeant virtutum dotibus, animique bonis, doctis hominibus applicari, uti plurimum doctrinae, conſilii atque providentiae ſibi comparet, uti ad aeterni Numinis regulam ſubditos gubernet, uti Reipublicae felicitatem tueatur, propaget, mala quaevis avertat. Fallor; an & hinc eſt ritus antiquiſſimorum temporum, ANIMI potius ceu convenientioribus, quam Fortunae arbitrio ſubjectis, muneribus, honorare principem: quorum auxilio Fortunam ipſam rerum humanarum, ut plerique putarunt, dominam, atque reginam regere, ſibique morigeram facere poſſit. Ξυνὰν ὃ τὸ θυμὸς ἄρχειν, vetus & laudatum Graecorum proverbium eſt, docens, animum, munerum optimum eſſe, ſecundum quod Xerxes, Rex potentiſſimus, ruſtici cavis manibus oblatam aquam, animum ejus reſpiciens, gratam habuit. Sed & ANIMI munera appellamus virtutum fructus, & rerum expetendarum, aut fugiendarum

conſulta exſequitur: Patres conſilio valere decet, populo ſupervacanea eſt calliditas. Itaque majores noſtri, cum bellis aſperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amiſſa, nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare. Non inopia aerarii, non vis hoſtium, non adverſa res, ingentem eorum animum ſubegit, quin, quae virtute ceperant, ſimul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus conſiliis, quam bonis proeliis, patrata ſunt. Quippe apud illos una Reſpublica erat, ei omnes conſulebant; factio contra hoſtes parabatur: corpus atque ingenium, patriae, non ſuae quiſque potentiae, exercitabat.

LVII. At hoc tempore contra homines nobiles, quorum animos ſocordia, atque ignavia, invaſit, ignari laboris, hoſtium, militiae, domi, factione inſtructi, per ſuperbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque Patres, quorum conſilio antea dubia Reſpublica ſtabiliebatur, obpreſſi; ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur, inter-

tum cognitionem, doctrina vel uſu longo partam. Sed ut ad ſuperiora redeam, fere ad eundem ſenſum, imo Salluſtii brevitatem, pluribus verbis loquitur Seneca lib. I. de Clem. cap. 4. *Quemadmodum totum corpus animo deſervit, & cum hoc tanto majus tantoque ſpecioſius ſit, illo in occulto maneat tenuis & in qua ſede latitet incertus: tamen manus, pedes, oculi negotium illi gerunt; illum haec cutis munit, illius jußu jacemus, aut inquieti diſcurrimus; cum ille imperavit, ſive avarus domitus eſt, mare lucri cauſa ſcrutamur: ſic haec immenſa multitudo, unius animae circumdata, illius ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe ac fractura viribus ſuis, niſi conſilio ſuſtineretur.* Et mox ejusdem Salluſtii aemulus I. Annal. 12. *Imperatorem* vocat *mentem imperii*; quo ſenſu & Tacitus, *unum eſſe Reipublicae corpus, atque unius animo regendum.* Rupert.

Consilia] Libri omnes, *conſulta*. Carrio. In aliis edd. *conſilia*. Sed Carrionis potior lectio, quam proinde in textum recepi. Wasse.

Populo supervacanea est calliditas] Nimirum ita ſe habet in rebus togatis, ut militaribus, de quibus Paulus Imp. apud Livium lib. XLIV. in concione ad milites: *Unum imp. in exercitu providere & conſulere, quid agendum ſit debere nunc per ſe, nunc cum iis, quos adhibuerit in conſilium: qui non ſint advocati, eos nec palam nec ſecreto jactare conſilia ſua. Militem hoc tuta curare debere, corpus ut quam validiſſimum & pernicioſissimum habeat, arma apta, animum paratum ad jußa imperia: cetera ſcire de ſe diis immortalibus, & imperatori ſuo curae eſſe.* Huc etiam pertinet increpatio M. Craſſi, qui percunctanti, *Quo tempore caſtra moturus eſſet*, reſpondit: *An vereris, ne tubam non exaudias?* ut eſt apud Frontinum lib. I. cap. De occult. conſiliis. Adde Bern. in Agric. Tac. q. 173. qui &, *quatenus callidus eſſe debeat magiſtratus*, diſputat, Qu. 185. Rupert.

Calliditas] *Calliditatem* autem in laude, & pro mera prudentia antiquitus acceptam quis neſcit? Ita certe in Criſpo lumendum, & id res ipſa poſcit: *Patres conſilio valere decet, populo ſupervacanea eſt calliditas.* Et explicavit ipſus antea: *Neque quiſquam de futuro ſatis callidus, ſatisque prudens eſt.* Douza.

Simul cum animi] Locum expreſſit Apulejus Metam. IV. 62. *Scenam denique quam ſponte ſumſerat*, cum anima retinens. Wasse in *Add.*

Una Respublica] Quemadmodum Reipublicae corpus diſſenſione ordinum diſcerpitur, ita aeque laceratur ſeparatione publici & privati commodi, ἐν ᾧ δὴ κεχώρισται τὸ κοινὸν συμφέρον ἀφ' ἑνός. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον τὸ τοῦ ὅλου καὶ τὸ καθ' ἕκαστον ἀναγκαῖον ἀφεῖται, ἢ σώζεσθαι τὸ τοῦ παντὸς τὸ καθ' μέρος, ἐπὶ τῆς πόλεως, &c. Id eſt, (ait appoſite Jamblichus) *Commodum enim publicum non ſeparatum eſt a privato. Quinimo in univerſo, ſingulorum etiam utilitas continetur, & partes in toto conſervantur, tum in civitatibus, tum in aliis quoque naturis.* Coler.

Ei omnes consulebant] Deeſt vox, *omnes*, quam codices manuſcripti abeſſe nolunt. Gabr.

Contra homines] Omnes libri, *contra eos*. Carrio.

Inter-

interdum alia, deinde alia, decernunt: ut eorum, qui dominantur, ſimultas, ac adrogantia fert, ita bonum, malumque publicum exiſtimant. Quod ſi aut libertas aequa omnium, aut ſententia obſcurior eſſet; majoribus opibus Reſpublica & minus potens nobilitas eſſet. Sed quoniam coaequari gratiam omnium difficile eſt; quippe cum illis majorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo pleraque inſititia, ſententias eorum a metu libera. Ita occulto ſibi quiſque alterius potentia carior erit. Libertas juxta bonis, & malis, ſtrenuis, atque ignavis optabilis eſt. Verum eam plerique metu deſerunt, ſtultiſſimi mortales, quod in certamine dubium eſt, quorſum adcidat, id per inertiam in ſe, quaſi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto: ſi numero auctus per tabellam ſententiam ferat.

LVIII. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in

INTERDUM ALIA, DEINDE ALIA, DECERNUNT] Uti ſolet in noſtris Comitiis, quae Carolus V. viperis aſſimilabat. Quia ut iſtae matres ſuas tollunt; ſic iſtorum poſteriora decreta, priora. At verbis Cic. Philipp. VII. *Quid eſt inconſtantia, mobilitate, levitate cum ſingulis hominibus, tam vero univerſo ſenatui turpius?* qui & paulo poſt: *Retinenda vobis conſtantia, gravitas, perſeverantia, repetenda eſt vetus illa ſeveritas: ſi quidem auctoritas ſenatus, decus, honeſtatem, laudem, dignitatem deſiderat.* RUPERT.

SIMULTAS AC ADROGANTIA] Vaticanus, *ſimultas aut gratia.* Fabri, Briconeti, & vetus editio, *uti eorum qui dominantur, ſimultas arrogantia fertur.* non inſcite. CARR.

EXISTUMANT] Omnes libri *aeſtimant.* CARR.

COAEQUARI GRATIAM] Demoſthenis eſt, *κάλλιον δυναμένῳ εἶναι τὸ πολλοῖς χάριτας.* Quod & Ariſtoles repetit in Diatribis. COLER.

PLERAQUE INSCIA] Pulcherrima ſententia in mendo cubat. Primum *inſcia*, libri neſciunt, & pro illa *inſititia*, *inſititia* ſcribunt. deinde vice illius, *ſententia*, Briconeti & Fabri habent, *ſententias.* poſtremo Vaticanus cum iiſdem illis conſpirat; niſi quod ibi, *ſententia*, ſcribatur. Fortaſſe an ita in Vaticano fuerit, *multitudo pleraque inſititia ſit, ſit eorum a metu libera.* poſteriore illo, *ſit*, a librariis, ejuſmodi ſyllabarum geminationi non aſſuetis, omiſſo. ceteroqui lege, *cetera multitudo pleraque inſititia ſit, ſententias eorum a metu libera.* ſententia nihil imminuta neque immutata. CARR.

STRENUIS ET IGNAVIS] Fabri & Briconeti, *ſtrenuis atque ignavis.* CARR.

ITA OCCULTO] Cortius repoſuit *occulte*, nihil praetera admonens, & contra Salluſtianum illud lib. IV. Hiſtor. p. 102. *Naves codicariae occulto per hiemem fabricatae.* HAVERC.

METU DESERUNT] Tacitus I. Hiſt. 76. *Metu ea neceſſitate huc illuc mutamur.* Adde ad explicationem hujus loci quae congeſſit Lipſ. lib. III. Polit. cap. 4. & Notis ad idem. RUPERT.

QUOD IN CERTAMINE] Hoc eſt, priuſquam victi ſunt, & dubitant, an vinci debeant, recipiunt in ſe jugum ſeu legem contendentium, tanquam ii vicerint. BAD.

DUBIUM EST] *Eſt*, tollunt Fabri & Briconeti. CARR.

SI NUMERO AUCTUS] Numerum ſenatorum auxerat primus Tarquinius. Morem diu deſitum reduxit Jul. Caeſar, teſte Suetonio & Dione. Multos enim per bellum Civile per malas artes Senatores factos removit, alioſque allegit. Quare & dignitatem ſenatoriam mire amplificavit, & auctoritatem ſuam ſtabilivit. Sed hoc quoque bonum initium malos eventus habuit. Confluentibus enim amicis Caeſaris, tandem in mille Patres erupit ſenatus. Quae res invidiam Caeſari facile peperit. Correxit igitur Auguſtus, & redegit ad DC. ut ſcribit Suetonius, Dio. Ceterum ſub Tiberio vilior vilſorque facta, & ſub aliis poſtea principibus pene ad nihilum redacta ſenatus auctoritas. COLER.

TABELLA] Per tabellam, in quam puncta ſcribebantur

in multitudine, & praeſidii plus, & uſus amplior eſt. Nam fere, his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque amicorum negotiis inplicati, haud ſane Reipublicae conſiliis adfuerunt; neque eos magis occupatio, quam ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cum paucis ſenatoriis, quos additamenta factionis habent, quaecumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, fecere. Verum ubi, numero ſenatorum aucto, per tabellam ſententiae dicentur; nae illi ſuperbiam ſuam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudeliſſume imperitabant. Forſitan, imperator, perlectis litteris deſideres, quem numerum ſenatorum fieri placeat; quoque modo is in

bebantur: & ita major numerus punctorum vincebat, nec ſciebatur certus auctor ſententiae: quae res odium demebat. Bad. Per tabellam ſententiam fieri vult, ut major libertas conſultandi & ferendi ſit. Sed fuit hic mos etiam olim, ut ſcribit Aſconius ad Verrinas; verum alia de cauſſa: nimirum ne dictam ſententiam revocare liceret. Hoc Salluſtii conſilium apparet valde urſiſſe & in uſum vertiſſe Caeſarem & Auguſtum. Coler.

In multitudine] Libertas Reipublicae ſtabilitur multitudine Senatorum. Sed hic fucum facit Salluſtius ordini honeſtiſſimo, quem nunquam nimis florentem Principes optavere. Falſiſſime & fallaciſſime Nero jactat apud Tacitum lib. XIII. Annal. *Non ſe negotiorum omnium judicem fore, ut clauſis ubique domibus accuſatoribus & reis potentium potentia graſſaretur. Nihil in penatibus ſuis venale, aut ambitioni pervium: diſcretam domum & Rempublicam. Teneret antiqua munia ſenatus.* Coler.

Per tabellam sententiae dicentur] Cicero lib. III. de LL. Tabellam (quae poſterioribus temporibus dicta *periculum*, Salm. in Capitol. pag. 85.) vocat *vindicem libertatis*. Hodie in multis locis probant vivam vocem in ſententiis ferendis, ſecundum ordinem, a quibus ego diſſentio. Multi enim reperiuntur, ex primae ſententiae ſenatoribus tam inſolentes, ut cum Xerxe illo apud Val. Max. lib. IX. cap. 5. exiſtiment, *inferioribus parendum magis eſſe, quam ſuadendum*. Tum vero & iſti veri copiam non faciunt, ſed eo ſententias dirigunt, quo potentiores, vel il, quibus obnoxii ſunt, jam ierunt. Quamobrem in tam oppreſſo Senatu prorſus amplector Salluſtianum hoc conſilium, *ſententias celandas eſſe, ſive in tabella proponendas; ne ſc. aſſentiendi neceſſitas fiat*, ut loquitur Tacitus IV. Annal. imo *ut decorum ſit, quaſi ſuae meditationi quaedam reliquerit*, ut idem lib. XVI. Certe idem poſtea Maecenas ſuaſit Auguſto apud Dionem lib. LII. ibi: *In cauſis gravioribus ſententias non palam rogabis, ne amicis ſuis faventes parum libere quid ſentiant pronuncient, ſed in tabellis eas ſcriptas ad te ſolum, ne cui alii innotéſcant, perferri jube, & lectas ſtatim deleri. Ita enim verum ſenſum cujuſque maxime cognoſces, ſi eum illi a nemine alio cognitum iri, perſuaſum habebant.* Seneca lib. I. de Clem. cap. 15. ubi de L. Tario Roſo, qui filio privatus judex, praeter alios, in conſilium advocarat Caeſarem Auguſtum: *Petit Caeſar, ut ſententiam ſuam quiſque ſcriberet, ne ea omnium fieret, quae Caeſaris fuiſſet.* Ubi Lipſius: *Bona ratio, ad libertatem ſententiis & veritatem dandam: de qua nos in Politicis.* Praeſtetne ſuffragia voce nuncupari, an tabella occultari, diſputat elegantiſſime Cicero III. de LL. longius a fine. Bern. ad Suet. Caeſ. cap. 80. Quodſi nihilominus viva vox placet, age utere hoc ſtratagemate, quod Dio notavit lib. XXXIX. & inverſo ordine, modo medios, modo infimos, roga ſententiam primum. Sic enim non poſſunt primi ceteris dicendi libertatem ſubtrahere, vel auctoritate, non judicio, ſequentes in ſuas partes traducere. Secutus eſt hoc conſilium Auguſtus apud Suet. cap. 79. Fecit & callide & frequenter Sforția ille Magnus, dum, ut eſt apud Jovium, ſubito & quaſi aliud agens, ſententiam ab hoc, aut illo ſeorſim exquirebat. Vid. Bern. Qu. Tacit. LVIII. qui & Qu. LVII. docet, ut ſententiis ſua libertas adſit, videndum ne quis armatus curiam ingrediatur. Rupert.

Illi superbiam] Eleganter ſupplent veteres libri, *ne illi ſuperbiam*. Carr.

Perlectis litteris decernes] Vetus editio, *definares*. corrige, *deſideres*. quae correctio a membranis eſt. Carrio.

Desideres] Lectio haec ex membranis Carrio-

in multa, & varia officia diſtribuatur; & quoniam judicia primae claſſis mittenda putem, quae deſcriptio, qui numerus in quoque genere futurus ſit. Ea mihi omnia generatim deſcribere haud difficile factu fuit: ſed prius laborandum viſum eſt de ſumma conſilii, idque tibi pro-

nis. Vetus Ed. *deſineres*. Ed Amſt. 1671. Oxon. & Gruteriana *decernes*, neque ſecus illa Ciaconii Plant. 1594. Carrionis Ant. 1579. WASSE.

QUOQUE MODO IN MULTA] Vaticanus, *quoque modo is in multa*. CARRIO.

DISTRIBUATUR] Vaticanus, *diſtribuantur judicia quoniam omnibus primae claſſis*. Fabri & Briconeti, *diſtribuatur. judicia quoniam primae claſſis*, &c. pro quibus facit vetus editio. CARR.

JUDICIA PRIMAE CLASSIS] Olim judicia penes Senatum, Equites. Tribunos aerarios Caeſar ſuſtulit, teſte Suetonio. Ea porro, de quibus Salluſtius loquitur, digeſſit omnia Auguſtus poſtea. Vide Dionem lib. LII. WASSE. Quoniam in ea ditiores, ut ad Pomponium nuper docui. Lipſ. tamen lib. IV. Ep. Q. 14. Lego; *primae Claſſis committenda putem*. Probat ipſe ſuperiori parte orationis: *Quare*, inquit, *omnes primae claſſis judicare placet, ſed numero plures quam judicant*. De claſſibus judicum res obvia. Haec Lipſ. RUPERT.

HOC ITINERE] Hac via & ratione procedendi. BAD.

ET QUAMPRIMUM] *Et* abeſt Fabri & Briconeti, item a vetuſta editione. CARR.

ADJUVETUR] Alii, *adnitetur*. CARR.

GLORIA CLARIOREM] Error operarum. ſcribe, *gloria cariorem*. CARR. Veteribus potius impreſſis aſſentior, qui *cariorem* praeferunt. Idem de eo quod ſequitur. DOUZA.

NE CLARISSIMUS IMPERATOR, GALLICA GENTE SUBACTA, POPULI ROMANI, &c.] Ad eadem cohortatur Caeſarem & Cicero in ea pro Marcello. Et ſcimus, quis in conſtituenda Republica Caeſaris fuerit animus. Nec fallunt nummi argentei, apud Lazium & Urſinum, aurei apud Golzium, in quibus ab altera parte imago Caeſaris laureati, cum inſcriptione CAESAR. DICT. PERPETUO. altera Orbis, Faſces, Securis, Duae manus complicatae, Caduceus; quibus ſignis indicatur, Pacem, Concordiam, Juſtitiam religionem, maxima humani generis bona, orbi concuſſo reddita. Faſces, quod ſcimus, Juſtitiae ſymbola ſunt, & errat toto coelo Lazius, qui, cum hujuſmodi nummum inſpexiſſet, pro faſcibus, quorum figuram ignorabat, uncum ex vagina prominentem, ſibi ſomniavit, ut eſſet Dictatorae poteſtatis inſigne, necis poteſtatem oſtendens in Cives. Apage, non hoc terrore ſe circumcinxit divum caput. Securis vero victimalis, ut reor, eſt, non illa faſcibus alligata. Seceſpitam & Cultrum deſcribunt alii, cultrum ferreum Feſtus oblongum manubrio eburneo, rotundo, ſolido, juncto ad capulum argento, fixum clavis aeneis, aere Cyprio, quo Flamines Pontificeſque ad ſacra utebantur, ſymbolum Religionis. Dextras junctas Fidem & Concordiam denotare, non apud Romanos, ſed apud omnes nationes, erudite docent Pignorius Epiſt. XIX. ad Scipionem Cobellutium, Freinsh. in Curt. lib. VI. cap. 4. §. 14. Lipſ. ad I. Annal. Taciti. Ipſe Tacitus II. Hiſt. 8. DEXTRAS, CONCORDIAE INSIGNIA. Denique caduceum pacis ſymbolum antiquitas credidit, quod & Mercurium, cujus haec eſt virga, mitti putaverit, ad diſſidentium animos oratione ſedandos, vel quod, ſicuti Plin. lib. XXIX. cap. 3. refert, *Ova ſerpentium, in quibus complicati erant, nondum editi angues, magnam ad lites dirimendas vim habere dicantur*. Placuit immorari huic monumento, quod ego praeſtantius exiſtimo omnibus illis imaginibus circa templa, diſtincta illa radiis corona, illo ſuggeſtu in curia, illo faſtigio in domo, & quicquid in Caeſarem honoris congeſtum eſt. Lacrymas paene excuſſit, quum ſimilem nuuum memorialem nuper conſpexiſſem Maximiliani I. Imp. cuſum durantibus comitiis Imp. Auguſtae, Vindelicorum A. S. 1518. in cujus altera parte PAX ſedens, fruges fructuſque plenis calathis atque canistris obſert. Circumſcripta verba. SUB. CAES. MAXIMILIANO. AUG. IMPERIUM. ROM. PACATUM. E. Sane eodem paene tempore cum Pontifice, Rege Angliae, Helvetiis foedus iniit: juvit ac promovit reconciliationem Franciſci Gallorum R. & Caroli Hiſpaniarum Belgarumque principis: rediit cum Venetis in gratiam &c. Altius deſcendit vox Caroli V. *Quid ego Germaniam ſolitudinem faciam, quae mihi patria eſt?* Altius elogium Ferdinandi I. apud Thuanum facundia Liviana redundantem Hiſtoricum: *Pietatis in illo, & Pacis in domo Dei conſtituendae, praecipuum ſtudium fuit*. Nam in religionis negotio non igne & ferro graſſari: ſed colloquiis, & diſputationibus, amicis collationibus, rem gerere, tutius judicabat. Hos Sereniſſimae domus Principes Di-

vos,

probandum verum eſſe. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt. Volo ego conſilium meum prudens, maximeque uſui eſſe. Nam ubicumque tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, & quamprimum Reſpublica adjuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro, hortorque, ne clariſſumus imperator, Gallica gente ſubacta, populi Romani ſummum atque invictum imperium tabeſcere vetuſtate, ac per ſummam diſcordiam dilabi, patiaris. Profecto, ſi id adcidat, neque tibi nox, neque dies curam animi ſedaverit, quin inſomniis exercitus, furibundus, atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero conſtat, omnium mortalium vitam divino numine inviſi: neque bonum, neque malum facinus cujuſquam pro nihilo

vos, Auguſtos, Pios, Felices appellamus, quia, credimus. Eraſmi ad Franciſcum Galliae Regem lib. I. Ep. pag. 43. „ Etenim cum CHRISTUS „ ipſe Regum Rex, ac princeps, haud alio in„ ſigni ſymboloque, ſuos dignoſci voluerit, quam „ mutuae inter ipſos concordiae: tu poſteaquam „ bello adverſus Elvetios geſto, quum tibi nec „ animus, nec apparatus, ad bellum gerendum „ deeſſet, declararas, tamen huc totis nervis in„ cumbere maluiſti, ut compoſitis in aeternum „ bellorum tumultibus, praecipui Chriſtianae di„ tionis principes perpetua jam pace inter ſe „ conglutinarentur: nimirum prudenter illud ani„ madvertens, ex Regum inter ipſos diſſidiis, fe„ mel omnium rerum bonarum peſtem ac perni„ ciem, contra malorum omnium colluviem ac „ mare in vitam mortalium invehi: quorum ani„ mos & opes, ſi pax & amicitia ſincera conjun„ xerit, mox futurum, ut jam velut aureo quo„ dam ſeculo, pietas, optimae leges, & quicquid „ eſt honeſtarum artium, ſimul efflorescat: quae „ ſemper pacis & comites eſſe ſolent, & alum„ nae. RUPERT.

DIVINO NUMINE INVISI] Ita etiam ſinceri Philoſophi omnes ſentiunt, nihil Deum latere. Secus Epicurus cum ſuo grege. Quem quaſi etiam Caeſar ſectatus fuerit, innuit Cato apud Salluſtium in Catilin. COLER.

AC PER SUMMAM DISCORDIAM DILABI PATIARIS] Dictum velim; pro quo ceterae editiones *ſocordiam* oſtentant. quam quidem ſcripturam ego nupera & novitia iſta multis millibus habeo cariorem. DOUZA.

SUMMAM DISCORDIAM] Atqui jam res Romana, ſublata omni diſcordia, in unius ditionem conceſſerat. ſcribe igitur, *ſocordiam*. CARR.

NEQUE TIBI NOX NEQUE DIES] Vide Lipſ. I. Pol. V. Adde Grot. pag. 149. N. in lib. de Ver. Chr. Relig. RUPERT.

INSOMNIIS EXCITUS] Ita Vaticanus & vetus editio; at Fabri & Briconeti, *in ſomnis*. ſolent antiqui *i* longam pro gemina ponere. diximus in epiſtola Mithridatis. Adde quod in eadem editione eſt, *exercitu*, pro *excitus*. CARR. In hanc ſententiam egregie Lucanus de hoc ipſo Caeſare & ejus militibus, VII. 764.

Quos agitat veſana quies, ſomnique furentes.

& paulo poſt:

Invigilat cunctis ſaevum ſcelus armaque tota
Mente agitant, capuloque manus abſente moventur. &c.

WASSE in *Add.*

ATQUE AMENS] Vetus editio, *atque ea mens*. videtur vox ſupereſſe. CARR.

GALLICA GENTE] Hoc ad gloriam Caeſaris ſpectat. Galli enim natura bellicoſi, ut teſtatur Salluſtius in Bello Catil. Et ſine Jugurth. ait, amplius cum Gallis pro ſalute, non de gloria certari. Idem de Gallis alii Hiſtorici. M. Cato Orig. II. *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur: rem militarem & argute loqui.* Inſigne vero illud elogium Caeſii Baſſi apud Diomedem: *Romani Gallis devictis ſunt victores. Durat adhuc & durabit laus fortiſſimae gentis.* COLER.

INVISI] Vetus editio, *invijire*. Fabri & Briconeti, *invijiri*. nove Vaticanus, *invijier*. e quo videtur vulgare illud, *invijire*, trajectione litterarum, promanaſſe. CARR.

lo haberi: ſed ex natura diverſa praemia bonos, maloſque ſequi. Interea forte ea tardius procedunt: ſuus cuique animus ex conſcientia ſpem praebet. Quod ſi tecum patria, atque parentes poſſent loqui, ſcilicet haec tibi dicerent: O Caeſar, nos te genuimus fortiſſimi viri, in optuma urbe, decus, praeſidiumque nobis, hoſtibus terrorem.

LX. Quae multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum anima ſimul tradidimus, patriam maximam in terris; domum, familiamque in patria clariſſumam; praeterea bonas artes, honeſtas divitias; poſtremo omnia honeſtamenta pacis, & praemia belli. Pro his ampliſſumis beneficiis non flagitium a te, neque malum facinus, petimus; ſed uti libertatem everſam reſtituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. Namque hac tempeſtate, tametſi domi, militiaeque praeclara facinora egiſti; tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis eſt: ſi vero Urbem ampliſſumo nomine, & maxumo imperio, prope jam ab occaſu reſtitueris; quis te clarior, quis major in terris fuerit? Quippe ſi morbo jam, aut fato huic imperio ſecus adcidat: cui dubium eſt, quin per orbem terrarum vaſtitas, bella, caedes, oriantur? Quod ſi tibi vana lubido fuerit, parentibus gratificandi; poſtero tempore, Republica reſtituta, ſuper omnis mortalis gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna, ſaepe invidia, fatigat: ubi anima naturae ceſſit, demtis obtrectationibus ipſa ſe virtus magis magiſque extollit. Quae mihi utilia factu viſa ſunt, quaeque tibi uſui fore credidi, quam pauciſſimis potui, perſcripſi. Ceterum Deos inmortales obteſtor, uti, quocum-

DIVERSA PRAEMIA] Fabri & Briconeti, *diviſa*. neque ſecus Vaticanus. CARR.

INTEREA FORTE EA] Briconeti & Fabri, *interea dum ea*. CARR.

QUOD SI TECUM PATRIA ATQUE PARENTES] Proſopopoeia, cujus exempla maxime illuſtria congeſſit Voſſius lib. V. Inſt. Orat. pag. 360. RUPERT.

SECUS] Apud Schottum in Obſervat. legitur *Socius*. Sed mendum eſt forte, pro, *ſecius*. WASSE.

CUI DUBIUM EST, QUIN PER ORBEM TERRARUM VASTITAS, BELLA, CAEDES ORIANTUR] Certum hoc. Pax terrarum, incolumitate imperii Romani firmabatur. Otho apud Tacit. I. Hiſt. 84. *Aeternitas rerum & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus incolumitate Senatus firmatur.* Et apud eundem IV. Hiſt. 74. Cerealis: *Nam pulſis (quod dii prohibeant) Romanis, quid aliud, quam bella omnium inter ſe gentium exiſtent? Octingentorum annorum fortuna diſciplinaque compages haec coaluit: quae convelli, ſine convellentium exitio, non poteſt.* RUPERT.

SAEPE INVIDIA] Simile Theophraſti dictum: Φθόνῳ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀνθίστασθαι· τὸ δ' μὴ ἐμποδὼν, ἀνταγωνιστὴν δοκεῖ τεθνεώς). *Inviſia tantum in vivos eſt. Mortuus vero, ut qui nemini obſtat, conſtanti & libera benevolentia colitur.* COLER.

DEOS INMORTALES OBTESTOR] Ab hoc aevo fluxere formulae illae in ſubſcriptionibus, qua-

lem

quocumque modo ages, ea res tibi, Reique publicae prospere eveniat.

lem Suet. intelligit, in Tib. cap. 32. *Cum Rhodiorum magistratus, quod literas publicas, sine subscriptione, ad se dederant, evocasset, ne verbo quidem infectatus, ac tantummodo jussos subscribere, remisit.* Ubi Casaubonum vide, & vota pro salute Principum. Tale reperies apud Vell. lib. II. cap. 131. quamvis mutilum, pro Tiberio & praesenti statu: tale apud Senec. Consol. ad Polyb. cap. 31. & 32. pro Claudio: tale apud Plinium in Paneg. pro Trajano: tale apud Themistium Orat. III. pro Joviano, tale apud Tertullianum in Apolog. cap. 30. pro *omnibus imp.* Postumque, similia omnia & vovere. DEUS salus & tutela rerum det, quod expedit! det Europaeos principes indissolubili foedere coire ac jungi! det laetos ac pacatos, ad laeta & pacata illa venire! In quo finio & vos, o mei, dimitto. RUPERT.

EA RES EVENIAT, &c.] Prudenter videtur hic, quisquis est, consultor definere; qui animum suum in rempublicam ostendit: & Caesari, quae sensit, honeste suasit. Verum quia jam rerum potiebatur Caesar, etiam sibi prospexit. Nam judicio ejus omnia permittit. BADIUS.

C. CRISPI SALLUSTII
DECLAMATIO
IN
M. TULLIUM CICERONEM.

LXI. Graviter, & iniquo animo, maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem judicio magis, quam morbo animi, [a] petulantia iſta uti. Sed, [b] quoniam in te neque modum, neque modeſtiam ullam animadverto, reſpondebo tibi: uti, ſi quam maledicendo voluptatem cepiſti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos inplorem, P. C. [c] diripi Rempublicam atque audaciſſumo cuique eſſe [d] perfidiae? an apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus eſt, uti ſeſe, ac fortunas ſuas venales habeat? an apud vos, P. C. quorum auctoritas turpiſſumo

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorpianus Codex *iſta petulantia.* b *cum* C. c *diripe* C. d *perfidias locum* C.

NOTAE VARIORUM.

Declamatio] Nihil dicturus eram in haſce, non tam amaras (quamquam vix quicquam amarius fingi poſſit) quam pudendas orationes, niſi Quintilianus, in primis gravis auctor, eas citaſſet, nominatim lib. IV. Inſtitutionum Orator. capite *de Exordio.* De quibus hoc unum non ſatis mirari poſſum, fuerit ne Senatui illi, qui tum orbi imperium habuit, tantum otii, ut vel voluerit, vel potuerit tam frivolas audire accuſationes: cum noſtra aetate apud nos, Barbaros illorum opinione, nullus adeo humilis ſit viculus, qui meretriculas duas ita concertantcis audire dignaretur, tantum abeſt, ut alicujus dignitatis viros: omnes crucem ac ignem clamarent. Multos ſaepe audivi, qui putarent ab eis ſcriptas quidem, ſed non pronuntiatas coram Senatu, quod equidem neſcio. Sed audiamus priorem Salluſtium. Glar.

Petulantia ista uti] Impreſſi quidam codices habent: *Petulantia iſta tua uti.* quam dictionem & illi codices, qui habentur praelo excuſi emendatiſſimi, non habent: nec in quinque MSS. & codice antiquo Venetiis impreſſo reperi. Eſt enim in initio orationis, idque forte errori occaſionem dedit. Pofma.

Perfidiae] Badianus Codex habet *perfidiae locum.* Sed τὸ *locum* ex Gloſſa natum videtur. Wasse.

Ut sese fortunasque [suas] Ita nos ex conſenſu trium antiquorum codicum reſtituimus, cum

mo cuique, & ſceleratiſſumo, [a] ludibrio eſt? [b] ubi M. Tullius leges, [c] judicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quaſi unus reliquus ex familia viri clariſſumi, Scipionis Africani, ac non [d] repetitius, adcitus, ac paullo ante [e] inſitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obſcura ſunt? an non ita a pueritia vixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares; quod [f] alteri conlibuiſſet? [g] Scilicet, iſtam inmoderatam eloquentiam apud M. Piſonem non pudicitiae jactura perdidiciſti? Itaque minime mirandum eſt, [h] ſi eam flagitioſe venditas, quam turpiſſume paraſti.

LXII. Verum, ut opinor, ſplendor domeſticus tibi animos adtollit; uxor ſacrilega, [i] ac perjuriis [k] delibuta; filia matris pellex, tibi jucundior, atque obſequentior, quam parenti par eſt. Domum ipſam tuam vi, & rapinis, funeſtam tibi ac tuis, comparaſti: videlicet uti nos commonefacias, quam converſa ſit Reſpublica, cum in ea domo [l] habitas, homo flagitioſiſſime, quae P. Craſſi, viri conſularis, fuit. Atque haec cum ita ſint; tamen [m] Cicero ſe dicit in [n] conſilio [o] deorum inmortalium fuiſ-

VARIAE LECTIONES

a Oudendorp. Codex *eſt ludibrio.* b *ubi ubi* C. c *judicia Remp.* C. d *reperticius.* C. e *inſcitus.* C. f *alicui.* C. g *aut ſcilicet.* C. h *quod* C. i *atque* C. k *debilitata* C. l *habitares* C. m *ſe Cicero* C. n *concilio* C. o *inmortalium deorum* C.

NOTAE VARIORUM.

cum antea legeretur: *ut ſeſe ac fortunas ſuas.* POPMA.

UBI M. TULL. LEGES, JUDICIA POPULI ROMANI] Populo Romano *in dandi* caſu habet codex Aldinus, ſed vetuſtus *in gignendi*, quod malim. Illud autem, *in ordine*, quod proxime ſequitur, quid ſibi velit, apud me non admodum planum eſt. GLAR. Omnes quos vidi, &, ut opinor, quos non vidi, codices habent, *Ubi M. Tullius leges, judicia Pop. Rom. defendit.* Sed melior omnino lectio a nobis hoc loco reſtituta. POPMA. Aretinus Epiſt. IV. 8. ita citat: *ubi M. Cicero ita gubernat ac moderatur, quaſi unus reliquus ex familia Scipionis Africani ac non reptitius & paulo ante inſitus huic urbi civis.* Om. v. *accitus* non male, nam illud laudi potius quam contumeliae foret. Sed Libb. omnes reclamant. WASSE in *Add.*

ITAQUE MINIME MIRANDUM] Quidam MSS. *Itaque non mirandum.* POPMA.

PERJURIIS DELISUTA] Venet. 1470. *nobilitata.* Reg. *debilitata.* WASSE in *Add.*

OBSEQUENTIOR QUAM PARENTI] Meminit hujus loci Auctor ad AEn. VI. p. 1067. *quod Donatus dicit, nefas eſt credi de Tullio dictum eſſe: quod convitium a Salluſtio Ciceronis inimico natum eſt: qui de illo inquit:* filia matri pellex. At haec verba non agnoſcit Codex Danielis. Modeſtius ea voce *obſequentior* exprimit quae, in execrandis uredinibus, & veneris poſtvertae ſacerrimis ſacris τὸ *dare*, aut *praebere* deſignant. Locum unum ex Priapaeis, quia emendandus eſt, adducam:

Quae tamen exanimis nunc eſt & inutile lignum,
Utilis haec, aram ſi dederitis, erit.

Nullo ſenſu, fatente ipſomet Scioppio, qui in re turpi raro caecutire ſolet. Illum miror non repoſuiſſe *anum.* Rationes premo, illorum ſententiae acceſſurus, qui putant aeque peccaſſe eos, qui aliena flagitia nimis aperte dixerunt, atque qui commiſerunt. Οὐ γὰρ ταὐτὸν ἐστὶ τὸ μισεῖν καὶ μισεῖσθαι κακῶς. WASSE in *Add.*

IN CONSILIO DEORUM INMORTALIUM] Quia in pleriſque concionibus & invectivis dixit: *Non humanis opibus, me arte magiſtra ita Republica conſultum, ſed divina miſeratione.* Sed ad invidiam

fuisse; inde missum huic urbi, civibusque custodem absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit: quasi vero non illius conjurationis caussa fuerit consulatus tuus, & idcirco Respublica disjecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quae post consulatum cum Terentia uxore de Republica consuluisti: cum legis Plautiae judicia domi faciebas: ex conjuratis [a] alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tusculanum, alius Pompejanam villam aedificabat, alius domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam obpugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat.

LXIII. Quae si tibi falsa objicio; redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus adcreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum, [b] & Pompejanum infinito sumtu aedificaveris. Aut, si retices; cui [c] dubium potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine, & [d] visceribus civium [e] paraveris? Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex [f] C. Marii familia, [g] ejus virtutem imitatur; contemnit [h] simultatem hominum nobilium; [i] populi Romani curam habet; neque terrore, neque

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *alios morte alios* [illegible]et. b *Pompejanumque* C. c *potest esse dubium* C. d *miseriis* C. e *paravisti* C. f *M. Crassi* C. g *illius* C. h *simultates* C. i *Remp. caram* C.

NOTAE VARIORUM.

concitandam omnia trahunt adversarii in majus. Bad.

Absque carnificis nomine] Id quoque contumelioſe, cum ille dixerit: *sine caede & sanguine Rempublicam servatam.* Bad.

Incommodum civitatis] Id acriter & subtiliter: qui vult ob consulatum Ciceroni mandatum conjurationem factam, & omne malum obortum. Bad.

Cum legis Plancian.] *Plancias* cum *n*, non cum diphthongo *au*, habebat Codex Aldinus hoc in loco: at in Catilina cum diphthongo, ut alii libri, *Plaucias*, legebat. Diximus autem in Catilina de hac lege nobis nihil certi constare. Glar.

Ex sanguine et visceribus] Vetusti codices habent: *Ex sanguine & miseriis.* Nihil tamen muto. Perma.

Homo novus Arpinas ex M. Crassi familia] Ita fere habent codices, at ego non dubito ita a Sallustio scriptum: *Homo novus Arpinas ex C. Marii familia*; non *ex M. Crassi.* Fuerat enim & Marius Arpinas, & homo novus. Ergo subjungit *ejus virtutem imitatur*: cum ille summus bellator, Cicero summus orator: ille manu, hic lingua promtus. Glar.

Ex C. Marii familia] Quatuor MSS. libri, nulla varietate: *ex M. Crassi familia* habent. Aldus in suo libro scribi voluit: *Ex C. Marii familia*; nullos (ut opinor) manuscriptos secutus: eaque lectio libris etiam omnibus reclamantibus mihi videtur, & certa, & ad sententiam hujus loci accommodata. Nam cum Sallustius, sive quicunque ille tandem est, Ciceroni novitatem objiceret, ex M. Crassi Familia eum esse dicere non potuit: cum Crassus non Arpinas, nec novus homo, sed Romanus & patricius esset: Marius vero & Arpinas & novus homo. Ejus igitur virtutem imitabatur. Nam Marius strenuus miles & bonus imperator, Cicero

que gratia commovetur. [a] Illud vero amicitiae tantum, [b] ac virtutis eſt animi? Immo vero homo leviſſumus, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, modo harum, modo illarum partium, [c] fidus nemini, leviſſumus ſenator, mercenarius patronus, cujus nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapaciſſumae, gula inmenſa, pedes fugaces; quae honeſte nominari non poſſunt, inhoneſtiſſuma. Atque is, cum ejuſmodi ſit, tamen audet dicere: [d] *O fortunatam* [e] *natam me conſule Romam!* Te conſule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, & miſeram, quae crudeliſſumam proſcriptionem [f] civium perpeſſa eſt; cum tu, [g] perturbata Republica, metu perculſos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas, cum omnia judicia, omnes leges, in tua lubidine erant; cum tu, ſublata lege Porcia, erepta libertate, omnium noſtrum vitae, neciſque poteſtatem ad te unum revocaveras.

LXIV. [h] Atqui parum eſt, quod inpune feciſti: verum etiam commemorando exprobras; neque licet [i] obliviſci ſervitutis ſuae. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris, [k] quod libet: ſatis eſt perpeſſos eſſe: etiamne aures no-

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *aliud.* b *ac animi eſt re virtus.* C. c *nemini fidus* C. d O delet. e *natam* delet C. f *civium* delet C. g *turbata* C. h *Atqui* C. i *obliviſci hiis* C. k *quid* C.

NOTAE VARIORUM.

cero ſummus orator; ille manu, hic lingua promtus. Popma.

Illud vero amicitia tantum ac virtutis est animi] Aldinus codex nominativos in genitivos mutavit. Vetuſtus codex ſic habebat: *aliud vero amicitiae tantum ac virtus eſt animi.* Sed ex neutro ſenſus clarus eſt, nec ego clare expedio. Non eſt mihi dubium, cum confutationis hujus duae ſint partes, prior per quaeſtionem, altera per inficiationem: prioris eſſe hanc particulam, ut altera pars incipiat ibi: *Imo vero homo leviſſimus*, Lectori haec innuo dumtaxat, ut occaſionem dem altius cogitandi ac exemplaria diligentius inſpiciendi. Glar.

Modo harum] Vincentius Bellovac. omittit: *modo harum modo i. p.* pag. 186. Wasse.

Cujus nulla pars corporis] Eadem ſunt in oratione ad Caeſarem de Rep. (ſupra cap. 54.) *An L. Domitii magna vis eſt? cujus nullum membrum a flagitio aut facinore vacat; lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces; quae honeſte nominari nequeunt, inhoneſtiſſima.* Igitur illa iiſdem verbis expreſſit, aut potius inde mutuatus eſt iſtarum declamationum auctor: quas eo magis nec Salluſtii nec Ciceronis eſſe apparet. Carrio.

Turpitudine vacat] *Flagitio vacans* Senecа Agam. LXXX. Codex C. C. C. *carens*, ab inſulſiſſimo neſcio quo interprete. Lampridius idem de Heliogab. V. *per cunctos cava corporis libidinem recipientem.* Timaeus apud Polybium XII. 918. Κατὰ πάντα, πάντων δ' βυλόμενον, ΤΟΙΣ ΟΠΙΣΘΕΝ ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ γεγονότα. Ait Ciceronem ὑπερβάλλειν ΤΟΙΣ ΑΝΩ ΜΕΡΕΣΙ δ' εὐφυΐᾳ. Apparet hanc Orat. legiſſe etiam Philelphum X. Ep. ult. & L. Vallam III. 89. Wasse in *Add.*

Quae honeste] Vide ſupra VI. 5. 4. Wasse.

Commemorando exprobras] Apulejus Apol. pag. 96. *Scilicet*, ne ſemel peccaſſes, *ac tam bonum tuum factum oblivio capeſſeret.* Wasse in *Add.*

Neque licet oblivisci piis servitutis suae] Codex vetuſtus habebat *his* pro *piis*. Aldinus utrumque omiſit. at ego alterum, vel quid ſimile adeſſe debere puto. Paulo poſt: *Jupiter Opt. Max. in concilium Deorum admiſit*; in accuſandi caſu

noſtras [a] odio tuo onerabis? etiamne moleſtiſſumis [b] verbis inſectabere? *Cedant arma togae,* [c] *concedat laurea linguae.* Quaſi vero togatus, & non armatus, ea, quae gloriaris, confeceris; atque inter te, Sullamque dictatorem, praeter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem? quem Minerva omnes artes edocuit, Jupiter optumus maxumus in conſilio Deorum admiſit, Italia exſulem humeris ſuis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, [d] Fabios, Scipiones, ſuperaſti; quem tandem locum in hac civitate obtines? quae tibi partes Reipublicae placent? quem amicum, quem inimicum, habes? [e] cui in civitate feciſti inſidias, ancillaris. [f] Quo jure, cum de exſilio tuo Dyrrhachio [g] rediſti, eum [h] ſequeris? quos tyrannos adpellabas, eorum [i] nunc potentiae faves? qui tibi ante optimates videbantur, eoſdem [k] nunc dementes, ac furioſos vocas? Vatinii cauſſam agis: de Sextio male exiſtumas: Bibulum petulantiſſumis verbis laedis: laudas Caeſarem: quem maxume odiſti, ei maxume obſequeris: aliud ſtans, aliud ſedens, de [l] Republica ſentis: his maledicis, illos odiſti: leviſſume transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem [m] habes.

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *onerabis odio tuo.* b *inſectabere verbis* C. c *cedant* C. d *Scipiones, Fabios* C. e *cum* C. f *ancillares* C. g *Quo de* C. g *rediiſti* C. h *quem dilexiſti perſequeris* C. i *nunc* delet C. k *nunc* delet C. l *ſentis de Rep.* C. m *habens* C.

NOTAE VARIORUM.

eaſu *concilium*, non *concilio*, praeter Aldinum codicem, omnes alioqui legunt. GLAR. Scripſimus, ut in vetuſtis libris legitur, eamque ſcripturam & Glarcanus probat. POPMA.

IN CONCILIO DEORUM ADMISIT] Virg. G. I. 24. *Tuque adeo, quem mox quae ſint habitura* Deorum Conciiia *incertum eſt.*

Vid. Cic. de Nat. D. I. 18. De hac Oratoris jactantia ita Quintilianus Inſtitut. XI. 1. *Et Jovem illum*, a quo in concilium Deorum *advocatur*, & Minervam, *quae omnes* eum artes edocuit: *quae ſibi ille, ſecutus quaedam Graecorum exempla, permiſerat.* Confer AEſchinem in Orat. pro Corona, & Aretini ſuper eo judicium Epiſt. III. 20. Arnobius pag. 96. *Liberum alioſque nonnullos, qui & conciliis adjungerentur* Deorum. Libri mei *conſilio*, male, quod in notis ad Caeſarem monuit Eruditiſſimus J. Daviſius. WASSE in *Add.*

QUEM AMICUM, QUEM INIMICUM IN HAC CIVITATE OBTINES] Ingenue fateor, me haec verba, ut in Aldino ſunt codice, atque adeo etiam in vetuſto, ac cunctis aliis, quos mihi videre contigit, non intelligere. Ideoque mutio, admonito tamen lectore, ut mecum ipſe dubitet, aut felicius, ſi queat, eruat. Tranſilire, ut notum, facile erat, ſi quoſdam imitari velim, quos pudet fateri ſe non omnia vel ſcire, vel intelligere. GLAR. Id eſt, quales amicos, vel inimicos habes? Amicos perditiſſimos quoſque cives, inimicos Reipublicae amantiſſimos. THYS.

ANCILLARIS] Verbum *ancillaris* in codice Venetiis impreſſo deeſt. POPMA.

DYRRHACHIO] Vide ſupra p. 35. WASSE.

ALIUD STANS] Hoc, eſt aliud dicis, aliud ſentis. Stantes enim ſententiam dicebant in ſenatu. CAES.

IN

IN SALLUSTIUM DECLAMATIO,

QUAE

CICERONI

FALSO TRIBUITUR.

Ea demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, aequalem, ac parem verbis vitam agere; neque quidquam tam obſcenum dicere, cui non ab initio pueritiae [a]omni genere facinoris aetas tua reſpondeat, ut omnis [b]oratio moribus conſonet. neque enim, qui ita vivit, ut tu; aliter, ac tu, loqui poteſt: neque, [c]qui tam inloto ſermone utitur, vita honeſtior eſt. Quo me [d]vertam, Patres conſcripti? unde initium ſumam? majus enim mihi dicendi onus inponitur, quo notior eſt uterque noſtrum. Quod ſi aut de mea vita, atque actibus noſtris, huic conviciatori reſpondero, invidia gloriam conſequetur: aut, ſi hujus facta, mores, omnem aetatem nudavero; in idem vitium incidam procacitatis, quod huic objicio. Id vos, ſi forte offendimini, juſtius huic, quam mihi, ſuccenſere [e]debetis, qui initium introduxit. Ego dabo

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *in omni* C. b *delet* C. c *ei qui* C. d *pervertam* C. e *debeatis* C.

NOTES VARIORUM.

Vel in hac oratione videre licet, quantum differat Cicero a Salluſtio: quanta brevitas in hoc, quanta in Cicerone copia. Sed fruſtra haec apud doctos, qui melius haec norunt; apud indoctos prorſus operam perdiderimus, ſi haec indicare velimus. Ideoque ad rem ſtatim. Glar.

Quod si aut de mea vita, atque actibus nostris] Ita habent omnes codices, quos ego vidi. quod ſi recte legitur, non omnino poëticum id fuerit, *actus* pro *geſtis* ponere, ut Lucanus:

dabo operam, ut [a]& pro me minimo cum faſtidio reſpondeam, & in hunc minime [b]mentitus eſſe videar. Scio me, [c]Patres conſcripti, in reſpondendo [d]non habere magnam exſpectationem, quod nullum vos ſciatis novum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia vetera recognituros, queis & meae, & veſtrae jam, & ipſius aures calent. Verum eo magis [e]odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem [f]peccare minimis rebus [g]poſuit rudimentum, ſed ita ingreſſus eſt, ut neque ab alio vinci poſſit, neque ipſe ſe omnino reliqua aetate praeterire; itaque [h]nihil aliud ſtudet, niſi, ut lutulentus [i]ſus, cum quovis [k]velitari; longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguae, vitae ſordes eluuntur: ſed eſt quaedam calumnia, quam unuſquiſque noſtrum, teſtante animo ſuo, fert de eo, qui falſum crimen bonis objectat. quod ſi [l]vita iſtius memoriam vicerit; aliam, Patres conſcripti, non ex oratione [m]ejus, ſed ex moribus [n]ſpectare debetis. Jam dabo operam, quam maxime [o]potero, ut breve id faciam. neque haec altercatio noſtra vobis inutilis erit, Patres conſcripti; plerumque enim Reſpublica privatis creſcit inimicitiis; ubi nemo civis, qualis ſit vir,

[a]po-

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex & delet. b. *mentitum* C. c *cum P. C. C.* d *magnam non habere* C. e *debetis odiſſe.* C. f *in minimis* C. g *inpoſuit* C. h *nil* C. i *ſus* delet C. k *volutari.* C. l *vita* delet C. m *ejus* delet C. n *ſuis ſpectare* C. o *potuero, breve ut faciam* C.

NOTAE VARIORUM.

Licet ingenteis abruperit actus.

Nam Cicero, quos hic *actus* vocat, poſtea *geſta* ac *res geſtas* nominat, imo poſtremum *actiones*. & ipſe D. Eraſmus πράξεις τῶν ἀποστόλων, *Apoſtolorum geſta* maluit dicere, quam vel *Actus*, quod vulgaris interpres, vel *Acta*, quod D. Cyprianus verterat. GLAR.

NISI UT LUTULENTUS, CUM QUOVIS VELITARI. AT LONGE OPINIONE FALLITUR] Secuti hic ſumus, partim antiquorum codicum fidem, partim Juſti Lipſii eruditiſſimi juvenis, & mihi amiciſſimi conjecturam, qui lib. IV. Variarum Lectionum cap. 15. hunc locum ingenioſe & eleganter reſtituit. Eſt autem *velitatio*, ut Feſtus lib. XX. ait, *ultro citroque probrorum objectio, ditta ab exemplo velitaris pugnae. Plautus: Neſcio quid velitati eſtis inter vos. Afranius: Interea verba jactare inter ſe, & labiis velitari.* PORIA.

DE EO QUOD FALSUM CRIMEN BONIS OBJECTAT] Pro *quod*, vetuſtus codex habet *qui*, atque ita legendum puto. Continuo poſt: *Quod ſi vita iſtius memoriam vicerit, aliam, P. C. non ex oratione, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis.* Badius, *vita*, putavit auferendi caſu, at ita verbum *iſtius*, omittit. Ego vero puto, *vita* in nominandi caſu poſitum, ac *alium*, maſculino genere, non, *aliam* foeminino legendum: atque ita reciprocatio in *ſuis*, locum quoque habebit: & *alium*, in univerſum dictum eſt, quaſi diceret, *unumquemque alium*, nec ſic Salluſtius excluſus eſt. GLAR.

JAM DABO OPERAM] Rurſus vetuſti codicis lectio ſecus quam vel Aldinus, vel alii habent codices, ita legit: *Jam dabo operam quam maxime potero, breve ut faciam, neque haec altercatio noſtra vobis inutilis erit.* Quamquam ſimplicius eſt, quae habet codex Aldinus, *ut breve id faciam.* Sed illud *neque*, non eſt ponendum poſt haec verba, *altercatio haec*, ut idem codex male, meo-

qui-

[a]poteſt latere. Primum igitur, quoniam [b]omnium majores [c]Criſpus Salluſtius ad unum exemplum, & regulam quaerit, velim mihi reſpondeat; numquid ii, quos protulit, Scipiones, & [d]Metelli, ante fuerint aut opinionis, aut gloriae, quam eos res geſtae ſuae, & vita innocentiſſime acta, [e]commendavit? quod ſi hoc ſuit illis initium nominis, & dignitatis; cur non aeque [f]de nobis exiſtimetur? cujus & res geſtae inluſtres ſunt, & vita integerrume acta; quaſi vero tu ſis ab illis viris, Salluſti, ortus: quod ſi eſſes, nonnullos jam tuae turpitudinis pigeret. Ego meis majoribus virtute mea praeluxi; ut, ſi prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae ſuae: tu tuis [g]vita, quam turpiter egiſti, magnas obfudiſti tenebras; ut, etiamſi fuerint egregii cives, certe [h]venerint in oblivionem. quare [i]noli mihi antiquos viros [k]objectare. ſatius eſt enim, me meis rebus geſtis florere, quam majorum opinione niti; & ita vivere, ut ego ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Neque me cum iis [l]conferri decet, Patres conſcripti, qui jam deceſſerunt, omnique odio carent, & invidia; ſed cum iis, qui mecum una in Republica verſati ſunt. Sed, ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus; (non hanc dico popularem [m]ambitionem, cujus me principem confiteor, ſed illam pernicioſam contra leges, cujus primos ordines Salluſtius duxit;) aut in [n]gerendis magiſtratibus, aut in [o]judicandis maleficiis tam ſeverus; aut in tuenda Republica tam vigilans; quam tu proſcriptionem vocas: credo quod non omnes tui ſimiles incolumes in [p]hac urbe vixiſſent. At quanto meliore loco Reſpublica tuenda ſtaret, ſi tu, par ac ſimilis [q]ſcele-

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *latere poteſt.* b *omnes* C. c *C. Salluſtius* C. d *Metellos vel Fabios* C. e *commendarit* C. f *de* delet C. g *vite* C. h *certe a te* C. i *mihi noli* C. k *objactare* C. l *conferre* C. m *dominationem* C. n *gerundis* C. o *vindicandis* C. p *hac* delet.

NOTAE VARIORUM.

quidem judicio, habet. Ceterum quod Cicero Scipiones ac Metellos introducit; cum Salluſtius Paulos, Fabios, ac item Scipiones nominaſſet; puto factum propter C. Marium, & Hiſtoriam Jugurthinam, niſi quis pro Metellis, aut Fabios, aut Paulos reponendum exiſtimet. GLAR.

QUI JAM DECESSERUNT] Nonnulli mſ. *Qui omnino deceſſerunt.* WASSE.

SED SI FUER. AUT IN HON. PET. NIM. AMB.] Poſt *ambitioſus* diſtinguendum, imo omnia verba uſque vel alteram conjunctionem *aut*, in parentheſi concluderem, oppido elegantem comparationem duarum ambitionum continentia. Quatuor autem enumerat falſo objecta: quae ſi vera, inquit, erunt, tui ſimiles plurimi corruiſſent. Hic locus in Aldino codice peſſime diſtinctus eſt, & partim corruptus; nam pro, *in hac urbe vixiſſent*, repoſuit, *in urbem veniſſent.* Et nota dicendi genus per relativum ad poſteriora genere conformatum, *quam tu proſcriptionem vocas.*

[a]sceleſtorum civium, una cum illis adnumeratus eſſes! An ego tunc falſo ſcripſi, *Cedant arma togae;* qui [b]togatus armatos, & pace bellum obpreſſi? An illud mentitus ſum, [c]*Fortunatam* [d]*me conſule Romam;* qui tantum inteſtinum bellum, & domeſticum urbis incendium, exſtinxi? [e]Neque te tui piget, [f]homo leviſſime, cum ea culpas, quae [g]in hiſtoriis mihi gloriae ducis? An turpius eſt, Patres conſcripti, ſcribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, [h]quod meam aetatem increpuiſti: tantum me abeſſe puto ab inpudicitia, quantum [i]tu abes a pudicitia. Sed, quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe [k]duces, qui mihi auſus ſis eloquentiam ut vitium obiicere? cujus ſemper nocens eguiſti patrocinio. An ullum exiſtimas poſſe fieri civem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? an ulla alia putas eſſe [l]rudimenta, & [m]incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Sed minime mirum eſt, Patres conſcripti, ſi homo, qui deſidiae, ac luxuriae plenus ſit, haec ut nova, atque inuſitata, miratur. Nam, quod iſta inuſitata rabie petulanter in uxorem, & in filiam meam invaſiſti, quae facilius mulieres ſe a viris abſtinuerunt, quam tu vir a viris; ſatis docte, ac perite, feciſti: non enim [n]me ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum, [o]& viciſſim [p]tuas compellaturum. Unus enim ſatis es materiae habens: neque quidquam [q]turpius eſt [r]domi tuae, quam tu. Multum [s]te vero [t]opinio fallit, qui mihi [v]putaſti parare invidiam ex mea re familiari; quae multo mihi minor eſt, quam habere dignus [x]ſim. atque utinam ne tanta quidem eſſet, quanta eſt; ut potius amici mei viverent, quam ego

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *ſceleratorum.* b *qui togatos* C. c *O Fortunatam* C. d *natam me* C. e *Nec quidem* C. f *homo hominum* C. g *in* delet C. h *quod in* C. i *te a. p.* C. k *ducis* C. l *erudimenta*, C. m *cunabula* C. n *ſperaſti me* C. o *ut* C. p. *tuos* C. q *compellarem* C. r *domui* C. s *tuae turpius eſt* C. t *opinor falli* C. v *q. m. parare putaſti* C. x *ſum* C.

NOTAE VARIORUM.

Item illud: *Credo quod non omnes tui ſimiles vixiſſent.* Continuo poſt idem codex legit: *At quanto meliore loco Reſpublica tuenda ſtaret.* Sed nemo habet illud *tuenda*, nec ego quid ad ſenſum faciat intelligo. Item: *Fortunatam natam.* Illud *natam*; non omnes habent codices, Badius etiam deleudum putat. Paulo poſt: *Quid enim mentiri turpe duces.* Idem Aldi codex falſo, *dicis*, repoſuit. GLAR.

NEQUE TE TUI PIGET] Quidam antiqui codices, *Nec te tui piget:* alii, *Num quid te tui piget.* POPMA.

IN UXOREM ET IN FILIAM MEAM INVASISTI:] Quidam codices non habent *meam.* Sed nota illud

ego teſtamentis eorum locupletior eſſem. Ego fugax, Criſpe Salluſti? furori tribuni plebis ceſſi: Utilius duxi, quamvis fortunam unus experiri, quam universo populo Romano civilis eſſem diſſenſionis cauſſa: qui, poſtea quam ille ſuum annum in Republica perbacchatus eſt; omniaque quae commoverat, pace, & otio, reſederunt: hoc ordine revocante, atque ipſa [a]Republica manu retrahente me, reverti; qui mihi dies, ſi cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo ſuperet, cum universi vos, populuſque Romanus frequens adventu meo gratulatus eſt. tanti me fugacem, mercenarium patronum hi aeſtimaverunt. Neque hercule mirum eſt, ſi ego ſemper juſtas omnium amicitias aeſtimavi. non enim uni privatim ancillatus ſum, neque me [b]addixi: ſed, quantum quiſque Reipublicae ſtuduit, tantum [c]mihi fuit aut amicus, aut [d]inimicus. ego nihil [e]plus volui valere, quam pacem: multi privatorum audacias nutriverunt. ego nihil timui, niſi leges: multi arma ſua timeri voluerunt. ego numquam volui quidquam poſſe, niſi pro vobis, multi ex vobis, potentia freti, in vos ſuis viribus abuſi ſunt. itaque non eſt mirum, ſi nullius amicitia uſus ſum, qui non perpetuo Reipublicae amicus fuit. neque me poenitet, ſi aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sextii inſolentiam repreſſi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Caeſaris favi. hae [f]laudes enim egregii civis [g]& unicae, ſunt; quae ſi tu mihi ut vitia objicis, temeritas tua [h]reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, ſi apud alios mihi eſſet [i]dicendum, Patres conſcripti, non apud vos, quos habui omnium actionum mearum monitores; ſed, ubi rerum teſtimonia adſunt quid opus eſt verbis? Nunc, ad te ut [k]revertar, Salluſti, patremque

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *ipſa manu populi Romani.* b *adduxi* C. c *fuit aut mihi* C. d *adverſarius.* C. e *volui plus* C. f *enim laudes* C. g *&* delet C. h *reprehendatur* C. i *diſcernendum* C. k *revertar o Sall.* C.

NOTAE VARIORUM.

lud dicendi genus, *in filiam invaſiſti.* Item paulo poſt, *Mutuam gratiam relaturum*, in malam partem. GLAR.

EGO FUGAX, CRISPE SALLUSTI?] Haec hactenus verba interrogative legenda, ſequentia non item. quod utrumque codex Aldinus neglexit. item *Unus experiri*, habent vetuſti cod. melius quam *unius*, quod Aldinus. MOX: *Qui poſtquam ille ſuum animum*, &c. Longum hyperbaton usque ad *reverti*. *Qui reverti, poſtquam ille ſuum animum perbacchatus eſt.* De P. Clodio loquitur. De die autem reditus ſui ab exilio, ipſe Cicero copioſe differit lib. IV. ad Atticum Epiſtola prima. *Adventu item meo*; vel intelligitur *in*, ait Badius, vel ablativus pro dativo eſt poſitus. GLAR.

MULTI ARMA SUA TIMERI VOLUERUNT] Aldinus codex *timere* legit, ſed non recte, ut puto. Videntur

que tuum praeteream: qui si numquam in vita sua peccavit, tamen majorem injuriam Reipublicae facere non potuit, quam quod te talem filium genuit. neque, tu si qua in pueritia peccasti, dequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit; sed qualem adolescentiam egeris; hac [a]enim demonstrata, facile [b]intelligetur, quam [c]petulanti pueritia [d]tam impudicus, & procax, adoleveris. [e]Postea quam immensae gulae impudicissumi corporis [f]quaestus sufficere non potuit; & aetas tua jam ad ea patienda, quae alteri facere [g]conlibuisset, exoleverat; cupiditatibus [h]infinitis efferebaris, ut, quae ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. [i]ita non est facile [k]reputare, Patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem [l]quaesierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit. & [m]cui dubium potest esse, quin mori coëgerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet [n]a me eum quaerere, quis in Publii Crassi domo [o]habitet; cum ipse respondere [p]non queat, quis in ipsius [q]habitet paterna domo. At hercule lapsus aetatis tirocinio, postea se correxit. non ita est: sed abiit in solatium sacrilegii Nigidiani: bis [r]judicis ad subsellia [s]adtractus, extrema fortuna stetit: & ita discessit, ut [t]non hic innocens esse, sed judices pejerasse [v]existimarentur. Primum [x]honorem in quaestura [y]adeptus, hunc locum, [z]& ordinem, [a]despectum [b]reddidit, cujus aditus [c]sibi quoque, sordidis-

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *enim* delet. b *intelligitur* C. c *petulantia* C. d *quam pudicus* C. e *post.* C. f *quaestus in stupendia sumptus* C. g *colibuissent* C. h *efferebatis, infinitis* C. i *itaque* C. k *exputare* C. l *acquisierit*, C. m *cui umquam* C. n *eum a me* C. o *habitat* C. p *nequeat* C. q *habitat* C. r *ad judicis* C. s *attractus, in* C. t *hic non* C. v *in quaest. honorem* C. x *exstimarent* C. y *adeptus secutus est* C. z & *hunc* C. a *despectus* C. b *reddidit*, & *cujus* delet C. c *quoque sibi* C.

NOTAE VARIORUM.

dentur autem vel ex hoc loco hae orationes habitae post C. Caesaris caedem. Nam haud scio, vivente illo ausus ne fuisset ita libere loqui Cicero. Glar.

Sed hab. in sod. sacrilegii Nigidiani] Ex hisce verbis certe nullus elicitur sensus. in alio codice legebatur: *Sed abiit in sodalitium sacrilegi Nigidiani.* Accusat igitur Sallustium Cicero sacrilegii, quippe qui cum sacrilegis sodalitium habuerit. De Nigidiano autem quis fuerit, adhuc cogito. Glar.

Secutus hunc locum et hunc ord. desp.] Vetustus codex non habuit, *secutus est.* sed absque eo non est ullus sensus, nisi aliud quippiam adponatur. Illud *dejectum*, ambigue dictum. Glar.

Ita

dissimo homini patuisset. itaque timens, ne facinora ejus clam [a]vos essent, cum omnibus matribus [b]familias [c]obprobrio esset, confessus est, [d]vobis audi[illegible]bus, adulterium; neque erubuit ora vestra. Vixeris, ut libet, Sallusti: ege[illegible], quae volueris; satis [e]sit, unum te tuorum scelerum [f]conscium esse: noli nobis languorem, & soporem [g]nimium exprobrare. sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum: sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus. audacia tua vincit studia nostra. [h]Ecquod [i]hunc movere possit, Patres conscripti, factum ac dictum turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quod si [k]nihil pro me tibi respondere voluissem; sed illud censorium elogium Appii Claudii, & Lucii Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem: nonne tibi viderer aeternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? neque post illum delectum senatus, [l]te umquam videmus. nisi forte in ea te castra conjeciſti, quo omnis sententia Reipublicae confluxerat. At idem Sallustius, qui in pace ne Senator quidem manserat, postea quam Respublica armis obpressa est; & idem victores, qui exsules, reduxit, in Senatum post quaesturam [a]re-

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *vobis*. b *familiarum vestris* C. c *opprobrio vobis suspectus esset* C. d *C. Sallusti* C. e *est* al. *sit* C. f *esse conscium* C. g *nimis* C. h *Et quod* C. i *factum ac dictum turpe hunc movere possit, Patres conscripti*, C. k *tibi pro me nihil* C. l *umquam te* C.

NOTAE VARIORUM.

ITAQUE TIMENS, NE FACINORA EJUS CLARA VOBIS ESSENT] Aldinus codex, *clam vos*, habet, ut accusativum casum habeat praepositio, quae alioqui ablativum poscit, ut Virg. in *post* fecit:

En unquam patrios longo post tempore fines.

Vetustus tamen codex habet: *Itaque timens ne facinora ejus clam vobis essent.* quae lectio placet. Paulo post mire *experrecti* positum pro *vigilantes: Sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus.* GLAR.

SUMUS DILIGENTES IN TUENDA, &c.] Apuleius M. IX. pag. 124. *Quanto melior Philesietaerus, adulescens & formosus & liberalis & strenuus, & contra maritorum inefficaces diligentias constantissimus.* WASSE

ET QUOD FACTUM, AUT DICTUM TURPE HUNC MOVERE POSSIT P. C. QUEM NON PUDUERIT] Sic hunc locum emendavi, veterum codicum fidem, & auctoritatem secutus: eamque lectionem veriorem, elegantioremque esse videbit, qui eam cum vulgata contulerit. POPMA.

QUO USUS EST QUISQUE EORUM, PRO LEGE] Illud *eorum*, qua ratione dictum sit, haud equidem intelligo, etiamsi ad Censores quidam referunt. Lectori judicandum relinquo, num locus bene habeat. GLAR.

ET IDEM VICTOR, QUI EXSULES REDUXIT] Puto eum de C. Caesare loqui jam caeso, qui Rempublicam oppressit; cujus partibus adhaesit Sallustius. nam de C. Sulpitio apud Florum lib. XXXVII. qui infeliciter id tentaverat, intelligere velle, plane ineptum est. Verum quos exsules reduxerit Caesar, nisi quod omnes ejus partibus adhaerentes, hostes a Senatu judicati erant,

[a]reductus est, quem honorem ita gessit, ut nihil [b]non venale in eo habuerit, cujus aliquis emtor fuerit. Ita [c]igitur egit, ut nihil non aequum, [d]ac verum, duxerit, quod ipsi facere conlibuisset: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis praedae loco [e]accepisset magistratum. Peracta quaestura, postea quam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine [f]vitae se conjunxerat, unus jam ex illo grege videbatur. ejus enim partis exemplar erat Sallustius, quo [g]tamquam in [h]imam voraginem coetus omnium vitiorum excesserat: quicquid inpudicorum [i]cilonum, parricidarum, sacrilegorum, [k]debitorum fuit in Urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis, subsederant, nominis perditi, ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi [l]licentia vitiorum, & cupiditate rerum novarum. At postea quam praetor factus est, modeste se gessit, & abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint, neque exspectarint gravius [m]socii nostri in bello, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide [n]nominum transjici, aut in naves contrudi; tantum, inquam, Patres conscripti, exhausit, quantum voluit: ne causam diceret, sestertio duodecies cum Caesare paciscitur. Quod

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *est reductus.* b *in eo non venale* C. c *igitur* delet C. d *quam* C. e *magisterium accepisset* C. f *vitae suae* C. g *tantum* C. h *unam* C. i *cillonum* C. k *deditorum* C. l *diligentia* C. m *in bello, socii nostri* C. n *hominum* C.

NOTAE VARIORUM.

nihil non liquet. Ego locum corruptum puto, & aliquot desiderari verba, quod cur toties Lectorem admoneam, ratio a nobis saepius nunc dicta est. GLAR.

NEQUE ALITER VEXAVIT AC DEBUIT] Non puto facile quemquam hunc locum intelligere: *vexantur* homines, non magistratus ipse praedae loco acceptus. GLAR.

VEXAVIT, AC DEBUIT] Nihil muto. *Vixit* tamen, pro *vexavit*, magis placeret. ALD.

NOMINIS PERDITI AC NOTISSIMI] Quid si legas? *Homines perditi ac notissimi.* ALD.

QUOD TANTUM IN UNAM VORAGINEM COETUS OMNIUM VITIORUM EXCESSERAT] Pro *quod*, alibi est *quo*, & *excesserant*, verbum plurativo numero. Unde ego suspicor pro, *quod tantum*, legendum, *quo tamquam:* & optime procedet sensus ad sequentia verba. De numero, quando *coetus* utriusque esse potest, non magni refert: ego tamen & pluraliter legerem, & *concesserant:* non, *excesserant.* GLAR.

CILLONUM] *Cinaedum* pro *Cillonum* legendum est, non enim Festi Pomp. expositio hic locum habet: praeterea *debitorum* magis, quam *deditorum*, & *notatissimi* plus, quam *notissimi* placet. GLAR.

SESTERTIO DUOD. CUM CAESARE PACISCITUR] Et hic locus ostendit post Caesaris mortem has orationes habitas. Ceterum & *sestertio* in auferendi casu, & *sestertium* in gignendi legitur: idque licere, multis elegantibus auctorum exemplis ostendit libro primo De asse Budaeus. *Duodecies* autem *H. S.* faciunt triginta milia coronatorum. Mox: *Unde qui modo ne paternam quidem domum* re-

Quod ſi quidpiam eorum falſum eſt; hic palam refelle, unde tu, [a] qui modo ne paternam quidem domum [b] redimere potueris, repente tamquam ſomnio beatus, [c] hortos pretioſiſſimos, villam Tiburti Caji Caeſaris, reliquas poſſeſſiones paraveris. neque piguit quaerere, cur ego Publii Craſſi domum emiſſem: cum tu veteris villae dominus [d] ſis, cujus paulo ante fuerat Caeſar? modo, inquam, patrimonio non comeſo, ſed devorato, quibus rationibus [e] repente factus es tam adfluens, & tam beatus? Nam, quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit, niſi ſimilis, ac par tui? At hercule egregia facta majorum tuorum te extollunt, quorum ſive tu ſimilis es, ſive illi [f] tui, nihil ad omnium ſcelus ac nequitiam addi poteſt. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt inſolentem. Tu, Criſpe Salluſti, tantidem putas eſſe bis Senatorem, & bis Quaeſtorem fieri, [g] quanti bis Conſularem, & bis Triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum [h] paratus eſt dicere; is demum maledicit, qui non poteſt verum ab altero audire. Sed tu omnium menſarum adſecla, omnium cubiculorum in aetate pellex, & idem poſtea adulter, omnis ordinis turpitudo es, & civilis belli memoria. Quid enim gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine [i] videamus? Deſine bonos petulantiſſima conſectari lingua: deſine morbo procacitatis iſto uti: deſine unumquemque moribus tuis [k] aeſtimare: his moribus amicum tibi facere non potes, videris velle inimicum habere. Finem dicendi [l] faciam, Patres conſcripti: ſaepe enim [m] vidi gravius obſendere animos auditorum

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *quomodo*. b *relinire* C. c *ortos* C. d *ſis*, delet C. e *factus es repente* C. f *tibi* C. g *quot* C. h *dicere paratus eſt* C. i *videmus* C. k *exiſtimare* C. l *Patres conſcripti faciam* C. m *gravius vidi* C.

NOTAE VARIORUM.

redimere potueris, vetus eſt lectio. Nec *quo* legendum, nec *quidem* omittendum, quod utrumque fecit Aldi codex. Porro *Villam Tiburi* legendum potius, quam *Tiburti*, ut ego exiſtimo. GLAR.

PATRIMONIO NON COMESO, SED DEVORATO] Sumſit haec, quiſquis tandem ille fuit, qui hanc declamationem tam liberaliter Ciceroni dedit, a Didymo: quem de Salluſtio ſcripſiſſe, *comeſta patrimonia*, Diomedes auctor eſt. quem locum mihi indicavit Franciſcus Pithoeus, vir humaniſſimus & liberaliore juris prudentia aliiſque humanitatis artibus ornatiſſimus. CARR.

QUOD BIS CONSULAREM ET BIS TRIUMPH.] Ubi Cicero *bis COS.* fuerit, niſi vel alicui ſuffectus, vel *Proco.* factus bello in Syria geſto, ſcire non poſſum. Minus vero ubi *bis triumphaverit*, quem ne ſemel quidem triumphaſſe legi. Bello civili impeditus cum e Cilicia redliſſet, ad Atticum longam ducit querelam. Ergo *bis triumphalem* ait, non autem triumphaſſe: quaſi diceret, qui triumphum meruerat, ſi fortuna non invidiſſet.

rum eos, qui aliena flagitia [a]aperte dixerunt, quam eos, qui commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda eſt, non quid Salluſtius merito debeat audire, ſed ut ea dicam, ſi qua [b]ego honeſte effari [c]poſſum.

VARIAE LECTIONES.

a Oudendorp. Codex *apte.* b *ego* delet C. c *poſſim.* C.

NOTAE VARIORUM.

Igitur non ab eo quod fuit, ſed ab eo quod eſſe vel potuit, vel jure debuit, ſeſe laudat: ut verum ſit, quod de eo dicit Seneca: *Cicero ſe laudat non abſque cauſſa, ſed abſque modo.* GLAR.

JULII EXUPERANTII
OPUSCULUM
DE MARII, LEPIDI, AC SERTORII
BELLIS CIVILIBUS;

Quod cum in vetere quodam Salluſtii codice, bello Catilinario & Jugurthino in fine ſit additum, Hiſtoriarum Salluſtii breviarium quoddam eſſe videtur.

Ex Bibliotheca Pithoeana.

I. Cum Lucius Metellus Proconſul contra Jugurtham in Numidiam exercitum duceret, Marium ex gregariis militibus genere ignobilem, ſed virtute praeſtantem, ſecum habuit. Quem cum militibus quaeſtorem feciſſet, ita ſe factis fortibus [a] promiſerat, ut hoſtibus terrori, Romano imperatori carus eſſet. Sed victimas inmolanti numinibus, in oppido Numidarum, cui nomen eſt Utica, haruſpices magna quaedam inpendere Mario reſponderunt: atque hortati ſunt, ut quae vellet, auderet, peteretque celſiora natalibus, meritiſque majora: ſiquidem cuncta videbatur favor ſpondere fortunae. Tunc capiendi conſulatus invaſit magna cupiditas, ad quem petendum paratus ſuffragiis, relicta provincia Metello, Romam venit: ibique de Metelli rebus loquendo corruptius, ac ſuam extollendo virtutem, effecit animos vulgi cupidos novitatis, in ſuum excitando favorem, adjuvantibus Tribunis plebis. Nam eo tempore inter Patres ac populum, ſtudio dominationis, erant excitata certamina. Ita factum eſt ut quaſi in perniciem nobilitatis, quam lacerabat injuriis, Marius novis extolleretur honoribus. Itaque comitiis conſularibus, univerſus

NOTAE JO. WASSE.

a Promiserat] Non eſt ſollicitanda lectio *bor*, pro *ſe effert in fruſtis*, Plin. XVI. 26. Nec haec, etſi inſolentior. Nam ſic fere loquuntur alios memorem. R. Ruſticae ſcriptores. Verbi gratia, *promittit je ar-*

ſus populus, qui ad eligendum convenerat, Marium conſulem juſſit: & erepta Metello provincia, in Numidiam miſſus eſt.

II. Is accepto conſulatu, quaſi ſpolium victoriae [a] ſuperatis Patribus oſtentabat; aperteque ſe eorum potentiae profitebatur adverſum. Sed cum militem novum ſcriberet, primum omnium capite cenſos cives infidoſque atque inutiles duxit ad bellum; ut hac ratione cum publico detrimento populo gratiam redderet, a quo ſperatos honores acceperat. Nam populus Romanus per claſſes diviſus erat, & pro patrimonii facultate cenſebatur. Ex iis omnes quibus res erat, ad militiam ducebantur. Diligenter enim pro victoria laborabant qui * ex libertate bona patriam defendebant. Illi autem quibus nullae opes erant, caput ſuum quod ſolum poſſidebant, cenſebantur, & belli tempore in moenibus reſidebant. Facile enim poterant exiſtere proditores: quia [b] *egeſtas haud facile habetur ſine damno.* Hos igitur Marius, quibus non fuerat Reſpublica committenda, duxit ad bellum. Sed forte L. Syllam legatum, unum de nobilibus, in provinciam duxit. Atque ibi confecto feliciter bello, & Jugurtha capto, ad Urbem rediere victores. Atque ſtatim, virtute cognita, Marius in Galliam miſſus, quae tunc Romanos fines hoſtili incurſione vexabat.

III. Eodem tempore Mithridates cum magnis copiis univerſam Aſiam urbeſque ſociorum expugnando atque vaſtando cepit adfligere. Ad quem coërcendum L. Sylla eſt cum exercitu deſtinatus, cujus in Africano bello probata erat * corporis atque animi magnitudo. Hoc ubi Mario compertum eſt, terminare quod gerebat proelium feſtinavit: & homo infinitae cupidus gloriae, non patiebatur libertatem dignitatemque Romanam alterius virtute defendi. Contuſis igitur Gallis, vaſtataque natione penitus barbarorum, Romam iterum victor intravit. Itaque inſtinctu ejus Sulpicius Tribunus plebis legem tulit, ut auferretur Syllae provincia ac Mario daretur. Hoc Syllae ubi nunciatum eſt, Murenam legatum ſuum provinciae * Valerianiſque praefecit militibus, quos infidos bellis exiſtimabat eſſe civilibus: & cum parte exercitus, injuriae doloro commotus, ad extinguendam Marianam venit factionem. Statim ut Romam venit, reſiſtentem ſibi Sulpicium, & ſeditioſis concionibus Romanum populum diſturbantem, cum multis quos ſibi ſocios adſciverat, trucidavit; atque Marium ipſum, machinatorem tantae contumeliae, in exſilium impetu detruſit armorum: atque

a SUPERATIS] Abeſt haec vox ab Ed. Amſtelod. 1630. Sed agnoſcit Gruteriana.

b EGESTAS HAUD] Delendum *rò haud*. Ceterum ſententia eſt ipſius Salluſtii Bel. Cat. cap. 38. *a quibus opes nullae ſunt &c. Odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent, turba atque ſeditionibus ſine cura alitur: quoniam egeſtas facile &c.*

que ille * quotiens victor, per Gallorum atque Afrorum rura, quae ipſe vaſtaverat, naufragus atque egenus erravit.

IV. Dum haec aguntur, Cinna & Octavius facti ſunt Conſules: quorum Cinna de partibus Marianis fuit. Hic legem tulit, ut novi cives, qui aliqua ratione Romanam acceperant civitatem, cum veteribus nulla diſcretione ſuffragium ferrent. Hoc videlicet in eorum gratiam faciebat, qui Marium ſuffragiis ſuis extulerant, & ampliſſimis honoribus decorarant. Sed haec lex injurioſa erat in veteres cives, qui meritum dignitatis videbantur amittere, ſi cum novis indignis in ferendo ſuffragio jungerentur. Ob hoc itaque Octavius conlega commotus, ut ſeditionibus privaretur, conlegam ſuum Cinnam, adnitentibus veteribus civibus, in exſilium miſit armatus, munitus videlicet copiis Syllae. Quae cum agerentur, maximus ex utriſque partibus civium numerus interemtus eſt. Expulſus igitur Cinna cum vagaretur, ad Africam, ubi Marius inops erat, ſorte pervenit: atque ibi communicato conſilio, ſolicitatis animis perditorum, & de ergaſtulis erutis ſervis, exercitum confecerunt; & armata validiſſima manu juventutis, ad Urbem venerunt, atque Octavium Syllae ſatellitem ſuperatum necaverunt. Tunc varia crudelitas pervagata eſt, ut nobilitas omnis ad fugitivorum trucidaretur arbitrium. Atque eo inmanis ſaevitia Cinnae fuit, ut nec illis parceret, quorum opera erat victor effectus. Et cum hac inſolentia in omnes communiter baccharetur, cum haberet conciones, a militibus ſuis occiſus eſt. Tum Marius, ne ſine ſocio dominatum ſuſtinere non poſſet, in * locum Carbonem ſibi in ſeptimo conſulatu conlegam ſubrogavit.

V. Tum Sylla, tanta indignatione commotus, contra Marium atque Carbonem exercitum duxit; & inter ſe ferali certamine Romani exercitus conflixere. In quo bello ſuperatus eſt Marius. Tum vero Sylla victor, quidquid in Urbe remanſerat, crudeliter perſecutus eſt; & Rempublicam vindicatam non reddidit legibus, ſed ipſe poſſedit; ac ſe talem praebuit, ut Cinnana ac Mariana, quod ultum erat, dominatio quaereretur. [a] Hinc * *Salluſtius; bonis initiis malos eventus habuit.* Nam fuerunt bona principia, quod obpreſſam voluit civium defendere libertatem: mali eventus, * quod ſuperatis dominis, & ducibus ſaevis, gravius ipſe civitatem quaſſavit, qui ſe publicae calamitatis fore promiſerat * defenſorem. Hic, cum teneret imperium, multas leges ac jura praeſcripſit, multas civitatibus inmunitates vectigalium dedit, multos Romana civitate donavit.

VI. Hu-

a Hinc SALLUSTIUS] Bel. Catilin. cap. XI.

VI. Hujus acta cum conatur Lepidus in ſuo conſulatu ſubvertere, contra conlegam Catulum civile proelium geſſit, & victus eſt. Nam congregatis iis, in quorum poſſeſſiones novos colonos de ſuis militibus Sylla victor inmiſit, ac ſibi conjunctis liberis proſcriptorum, ingentem congregavit exercitum, pollicendo, ſi viciſſent, ſe bona patria reſtituturum. Plebi quoque multis muneribus publice privatimque * largitus, carus videbatur, ac publice libertatis adſertor. Sed in * Etruri litore commiſſo proelio coeperat Lepidus eſſe ſuperior per armatam multitudinem, quae odio rerum Syllanarum, ſe Lepidi partibus adplicarat. Sed Pompejus de Gallia rediens, non paſſus eſt Lepidi audaciam cum publicis detrimentis inpune bacchari. Nam fugientes ejus copias ac ſe inplicantes feſtinatione formidinis, ita proſtravit, ut majore numero privatus, in Sardiniam confugeret; ut inpedito commeatu, populum Romanum fatigaret inopia, ac ſuas vires armis copiiſque & omni inſtrumento reficeret. Atque ibi * contrario Propraetore, variis proeliis gravibuſque conflixit. Nam ſollertiſſime tutando provinciam effecit, ut Lepidi conſilia vana forent. Undique enim prohibitus, & munitionibus ac civitatum expugnatione * depulſus, nequivit cogitata perficere. Ac dum multa parat, morbo gravi obpreſſus ac mortuus eſt.

VII. Cujus ſocius & adminiſter Perpenna, ob delictum tanti facinoris ſupplicium timens, ex Sardinia in Hiſpaniam tranſvectus eſt; ac ſe Sertorio ſociavit, qui tum Romanis armis quaſſabat imperium. Nam hic Sertorius de Marii partibus fuit. Nam * Norbano & Scipione conſulibus, cum ex Aſia Sylla contra Marium atque factionem veniret infeſtus, timens Senatus * iram, ne malo publico certamina inter duces orirentur, ſtatuit, ut curarent Conſules, ne Reſpublica acciperet detrimentum. Hoc itaque Senatus conſulto excitati Conſules, contra venientem Syllam, atque omnibus exitium minitantem, praeſidia ſibi cujuſque generis parare coeperunt, & duces idoneos, ad quorum induſtriam pertineret cura bellorum. In queis elegere Sertorium. Parato validiſſimo exercitu proceſſere; & vetante Sertorio, conloquia Conſules permiſerunt inter ſuum & Syllae exercitum; & facta proditio eſt, omniſque exercitus Syllae traditur. Tunc Sertorius deſtitutus, atque omni copiarum nudatus auxilio, in Etruriam confugit, iram metuens Syllae, ne exigeret gravem de ſuperato hoſte vindictam. * a Erat autem Etruria fidiſſima partibus Marianis, qui ab ipſis Romanam, quam antea non habebant, acceperant civitatem.

Ti-

a ERAT AUTEM ETRURIA] *Erat autem in Etruria* G.

Timentes igitur Etruſci, ne beneficium tantae dignitatis, a Marianis acceptum, Sylla revocaret, ſi adverſae partes eſſent amputatae, penitus ad Sertorium ſe atque alios ejuſdem factionis duces adplicarunt, omnia quae imperarent, ſine recuſatione promittentes eſſe facturos. Itaque factum eſt ut rurſus firmiſſimus XL. cohortium comportaretur exercitus. Nam & multi milites, qui ſe venienti Syllae tradiderant, * fruſtrationis, ad priorum ducum caſtra reverterunt, quae ante prodiderant. Inter haec facti ſunt Marius ſepties & Carbo Conſules.

VIII. Tunc Sertorius, de Marii poteſtate ſecurus, Romam venit, & omnium coepit adcuſare ſegnitiem, & ex multis promtiſſimis factis Syllae induſtriam virtutemque laudare; cui niſi obviam iretur, actum jam ac debellatum foret. Tum Conſules principeſque alii factionis, tanto verborum pondere caſtigati, ſive ut aemulum ac vehementem negligentiae correctorem ab oculis removerent, ſive ut feroci provinciae, cujus infidelitatem timebant, idoneum praeponerent, ducem miſere in citeriorem Hiſpaniam; atque ei mandatum eſt, ut tranſiens res in Gallia tranſalpina componeret. Sed ubi in provinciam venit, ita ſtrenue ſociorum animos, jam deficientes atque alia cupientes, in favorem partium ſuarum modeſte tuendo atque blandiendo perduxit, ut & carus eſſet, & tamen ab omnibus timeretur. Sed in Urbe Sylla & Marius conflixere: atque in ipſo certamine Marius interemtus eſt: Carbo, perditis rebus aufugit. Tum Sertorius, * commiſſis atque deletis partibus, quas ſequebatur, optimum conſilium credens exercitum non dimittere, ne nudatus ſupplicia victoribus penderet, conlecta Hiſpaniae multitudine, contra Romanum exercitum ſtatuit dimicare. Mortuo itaque Sylla, hoſtem ſe publicum profeſſus eſt. Ad quem expugnandum miſſi ſunt Metellus atque Pompejus; qui eum gravibus atque adſiduis pugnis adflixere. Qui tamen difficile vinceretur; niſi per conjurationem in convivio a ſuis eſſet occiſus. Poſtea Pompejus Perpennam ſubegit; Auxum, Clunium, Calagurrim civitates delevit, & factis in Pyrenaeo tropaeis, Romam regreſſus eſt.

FIN. OPUSCULUM JULII EXUPERANTII.

PORCII LATRONIS DECLAMATIO

CONTRA

LUCIUM SERGIUM CATILINAM.

I. Siquid precibus apud Deos inmortales, ſanctiſſimi judices, vobiſcum aliquando valuiſſemus, jamdudum & potiremur Republica noſtra florentiſſima, & cives noſtros haberemus, tum ſtudioſos rerum gerendarum, tum patriae ſimul ac virtutis amantiſſimos: idque temporis eximia laetitia frueremur, cum rationes omnes dicendi noſtras in laudem ſummorum, atque optimorum civium, conſumendas eſſe videremus. Nihil enim ſtatuimus animo dignius, nec auctoritate majorum, nec opinione populari, quam in eo genere verſari forenſis exercitationis, quae canere laudes egregias ſummorum hominum poſſet, atque animos inflammare noſtrae civitatis ad imitandum.

II. Verum (ea) dicendi voluptas olim ſapientiſſimo viro M. Catoni plane contigerit, nec non & Galbae, Scipioni, Gracchis, Porcinae, Craſſo, atque Antonio, ſummis atque ornatiſſimis oratoribus, quorum tempora ſingulari praeſtantia virtutis, ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt: nobiſcum vero ſententia noſtra bene ageretur, ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum, atque hominum, nec incidiſſemus in atrociſſimos Reipublicae fluctus ac miſerandam temporum calamitatem. M. Siquidem Catoni,[a] aut Scipioni coaetaneo ſuo, monimentis inmortalibus hujus Urbis, & ſine dubio clariſſimis luminibus tem-

NOTAE JO. WASSE.

Textum ſequimur R. Steph. *Par.* 1544. V. Lectiones adjecimus ex Ed. *Baſ.* 1564. & Gruteri *Francf.* 1607. *M.* Marginem R. Steph. deſignat, *G.* autem, Ed. Gruterianam.

a AUT] G. &.

Digitized by Google

temporum ſuorum, de Legibus dicendum erat, de inſtitutis majorum, de gloria militari, perſaepe de laudibus, ac victoriis; nobis vero, qui devenimus in hanc truculentam temporum conditionem, ſublata eſt omnis gratia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut jucundiſſimi ſermonis, aut conciliandae benevolentiae popularis.

III. Nam ſiquando vox noſtra ſive a foro, ſive a curia deſideratur; dicendum eſt perpetuo nobis aut de teterrimis hujus patriae calamitatibus, aut de nefariis obpreſſionibus civium, aut de perditae juventutis nunc inpudicitia flagitioſa, nunc ignavia ſingulari. Quare peſtium quanta in dies redundatio eſt, vos eſtis teſtimonio, judices, quorum aures calluerunt aſſiduitate pene quotidiana, copiaque incredibili civilium controverſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, ut probe meminiſſe poteſtis, de L. Glabrionis inmanitate, atque audacia furioſiſſimi hominis, & ſine dubio crudeliſſimi: cujus in Senatu ſica pridie deprehenſa eſt, cum qua M. Papyrium, lucem omnis patriciae dignitatis, extinguere moliebatur. Nunc vero dicendum eſt de L. Catilinae ſceleratiſſima mente, [a] ac inuſitata nequitia, quam nuper, in omnium civium perniciem, ſtragemque redundaturam, Dii inmortales in autorem ſceleris, tum benignitate ſua, tum conſulari vigilia retorſerunt.

IV. Quaeſo igitur, judices, diligenter adtendite, remque cognoſcite barbaram crudelitate: periculo vero, & calamitate Reipublicae pernicioſiſſimam. Lucius ſiquidem Catilina, non ignobili genere praeditus, neque infima virtute, ſi dotes egregias, tum fortunae, tum corporis, ad dignitatem Urbis, non ad perniciem conferre ſtatuiſſet, Rempublicam nuper ex atrociſſimis bellorum civilium vulneribus pauliſper reſpirantem, novis inſidiis obprimere conatus eſt. Quid exhorruiſtis, judices? Non modo obprimere conatus eſt, ſed crudeliſſime vexare: non vexare tantum, ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. [b] Manum ad id comparat, diverſam quidem genere, ſed magnitudine ſceleris, vitaeque ſimilitudine pene eamdem: quam manum exacerbatam continuo penuria rei familiaris, & ob id deſiderio praedae mirabiliter flagrantem, inlecebrae ſibi facillime conciliaverunt. Conſilia nefarii facinoris in ampliſſimi civis M. Leccae domo decoquebantur.

V. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium, quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat, conciliatam partim adſuetudine ſtupri, partim genere quodam nefariae largitionis. Adhibiti ſunt & [c] cuncti

a Ac] *Atque.* G.
b Manum] G. non agnoſcit.
c Cuncti] Baſ. & Gr. *Cuncus.*

cti barbarorum hominum, nobilitati non ſolum magnitudine & ſumma aeris alieni, verum etiam conſuetudine, ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Nec alae muliebres ab eo coetu religioſo, nocturno prorſus, abfuiſſe [a] judicatae ſunt: nulla denique portenta Urbis, nullae finitimarum religionum peſtes repertae ſunt, quae non denotatae ſolertiſſime per hunc, per magnitudinem inopiae facillime concitatae, repente [b] devolaverunt in aream ipſam nefariae, atque flagitioſae conjurationis. Ratio conſiliorum fuit, ut Saturnalibus proxime futuris univerſi cum armis ad ipſius [c] Leccae domum praeſto forent: ibique dato ſigno conlaberentur omnes, partim ad diripiendam, inflammandamque Urbem, partim ad trucidandum Senatum, partim ad eos conficiendos, qui praeſidium Urbi ferre voluiſſent: Catilinam interim omnes, & Ducem, & Imperatorem adpellarent.

VI. Auditis, judices, ſatis evidenter (ut arbitror) conſilium ſceleratiſſimi hominis Catilinae, reique indigniſſimae miſerabilem, ac deteſtabilem crudelitatem. Nunc vero audienda cauſa eſt, agnoſcendaeque faces, quibus ille flagravit ad cupiditatem hujuſmodi ſcelerati facinoris obeundam: quas ſi plane comprobatas vobis (ut arbitror) planeque inluſtratas evidentibus ſignis adtulero, nihil erit impedimento, quin hoſtem Reipublicae crudeliſſimum, atque infeſtiſſimum, ſummis ſuppliciis, ſummis cruciatibus [d] multandum, ac mactandum eſſe jubeatis. Tria, judices, ſententia mea, ſcelerata, flagitioſa, inaudita, quae mentem Catilinae ſemper inmoderatam, ſemperque novis rebus ſtudentem, ad exitium patriae commoverunt, nunc dicenda ſunt.

VII. Primum, ratio quaedam triſtis ſimultatis: qua ductus eſt univerſum Senatum ex memoria repulſae conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper infectatum. Secundo, rabies quaedam temerariae ambitionis, ſitiens inmodicae gloriae, prorſuſque inflammata perpetua quadam, & ſingulari cupiditate dominandi. Poſtremo, caetus infames turpiſſimorum hominum, non modo fatigati diuturno malo domeſticae neceſſitatis, verum etiam inbuti flagitiis, ac conſuetudine ſcelerum, ſempiterna comite & genitrice peſſimarum cupiditatum; quod genus hominum Catilinam ſuum etiam dormien-

a JUDICATAE] Legendum ex G. *indicatae.*

b DEVOLAVERUNT] G. *devolaverint.*

c LECCAE] G. ubique *Laecae.*

d MULTANDUM] Legerem libenter, *mulcandum. Multare* enim eſt, multam infligere pecuniariam, *mulcare* autem pugnis aut calcibus lacerare, mutilare. Optima Virgilii exemplaria AEn. II. vſ. 839. *Mulcatum morte Camillam* exhibent, teſte Errico Memmio. Terentii membranae in Adelph. *Omnem familiam mulcavit uſque ad mortem.* Tacitus. *Magna pars, nudo aut mulcato corpore.* Annal. I. Cic. in Bruto. *Scriptores illos male* multatos *exiiſſe cum Galba.* Ubi Codex Juntae, *mulcatos.* Neque aliter Plauti, Salluſtii, Suetonii, Apuleji Editiones optimae.

Digitized by Google

mientem e ſomno facillime excitare valuiſſet. His autem oſtenſis breviter, ſaneque confutatis, quae pro defenſione flagitiorum ſuorum noſtri adverſarii dicenda eſſe putaverunt, finem adeſſe nobis intelligetis. Bello Mithridatico, judices, longiſſimo quidem omnium, & ſine dubio poſt Punicum periculoſiſſimo, cum diutius in Senatu de eligendo Imperatore dubitatum fuiſſet, planeque omnes ambigerent, quiſnam ſagaciſſimo Regi ſagaciſſimus noſter Imperator obponeretur: Catilinam inter omnes competitores, incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem, omnes Senatoriae ſententiae rejecerunt. Eo telo percuſſus adeo Catilina fuit, ut poſtea nullam omiſerit, neque perturbandae curiae, neque infectandi Senatus occaſionem. Videbat namque deteſtandam cupiditatem ſuam illo ſuperſtite, nunquam in eum locum perventuram [a] fore, de quo illam pridem univerſae omnium voces ejiciendam eſſe putaviſſent. Volvebat item animo ſummas vitae neceſſitates, quibus exſtiere ſe poſſe arbitrabatur, ſi qua ratione praeclaris magiſtratibus adſpiraſſet: nunc illas vero magis ac magis inſtauratas quotidie intelligebat, quandoquidem inſpicerent omnes vitae ſuae rationes, ea ſententia jugulatas prorſus exſtitiſſe: ac quidquid [b] incepiſſet ulterius, metuendam eſſe conſularem vigiliam, metuendum eſſe judicium Senatoriae auctoritatis.

VIII. Hanc vero ſpeciem ita exſanguem, ita conſternatam conſuetudo erexit vitae praviſſimae ad omne facinus, neque otii ſui patiens, neque alieni. Qualis ejus vita fuerit, etſi praeclare conſcientia publica teneatur, huic tamen inluſtrandae, ſeu patefaciendae, teſtes indubitati videri poſſunt ii, qui ſacrarium illud lubidinum colere atque obſervare conſueverunt. Quae nugae, Dii inmortales? quae portenta ſcelerum? qui lubidinum gurgites? quae ſentinae flagitiorum? Verum is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinae, eaque gentium opinio pervagata, quatenus exiſtimem voces ipſas publicas, non hominum eſſe, [c] ſed oraculi potius nuncupandas. Famam vero popularem a majoribus noſtris ſaepenumero accepimus, neque temere unquam naſcituram eſſe, neque temere occaſuram: [d] decus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriae, ſicuti par erat homini nobiliſſima familia nato, ſed uti latro perditiſſimus, ad omne genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt.

IX. Vires ad ſtuporem hominum praeclarae, atque inuſitatae, perpetua

a FORE] Omittit G.
b INCEPISSET] *Increpuiſſet.* St.
c ORACULI] *Os aculi.* Baſ.
d DECUS] *Dedecus* St.

tua voluptatum intemperantia ſunt labefactatae. Flos pueritiae venuſtiſſimae ad intuentium jucunditatem, cui non libidini patuit flagitioſae juventutis? aut quam turpidinis notam non ſubeundam ultro atque accerſendam eſſe cogitavit? Lux illa vero praeclari, atque excellentis ingenii, quam omnes divinam ſemper & ſingularem, atque [a] inuſitatam penitus eſſe arbitrabantur, nonne inter foediſſimas voluptatum ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis hujus inpuriſſimas voces, mollitiem ſcenicam, obtuitus inpudicos, blanditias muliebres, & omnem denique copiam non mediocrium vitiorum ſub illa frontis erudita ſimul, atque inſigni pulchritudine deliteſcentem: praetereo mentem illius plus quam gladiatoriam, ſitim incredibilem humani cruoris, mirum inconſtantiae genus, vultum nunc demiſſum, nunc alacrem, nunc anhelantem ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentem, ſummum pecuniae deſiderium, ſummam ſimul prodigalitatem, contemtum incredibilem omnium bonorum: itemque eximiam cum ſummis, atque ornatiſſimis civibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto monſtro verſipellius, aut mutabilius hominum memoria: ita ut res diverſiſſimae ſaepenumero videantur in eodem ingenio, tamquam in ſentina quadam teterrima, ſimul redundare.

X. Quis igitur dubitandum eſſe putaverit, hominem praeditum hujuſce inſtitutione vitae, remotiſſimum ab omni genere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo cuique, atque inmaniſſimo facinori fuiſſe adcommodaturum? Fontem aperuimus, judices, omnium Catilinae morum, atque omnis conſuetudinis, unde illi demanaviſſe vis iſta praeclara conſiliorum facillime intelligenda eſt: nunc videndum eſt, ſpem atrociſſimi ſceleris, unde illi ſubminiſtratam fuiſſe judicemus. Cum hic itaque ſecum repeteret memoria miſerandam ignominiam comitiorum, turpeſque anguſtias adflictae rei familiaris: ſimulque intueretur, vel ſibi vivendum, ac moriendum fore cum turpitudine ſumma, vel Senatum nullum eſſe oportere: de ratione tollendi ipſius primum cogitare coepit. Nam illo deleto ſine dubio intelligebat viam latiſſimam libidinibus ſuis continuo patere. Vertit itaque oculos ad innumerabilem copiam juventutis, qua dies, ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſuarum cupiditatum: [c] cum putavit manum ipſam hominum, tamquam haſtam validiſſimam furoris ſui facillime ſibi adcommodari poſ-

a Inusitatae] *Inviſitatae.* St.
b Vis] *Vim* G.
c Cum putavit] *Computavit* Marg. Baſil.

poſſe, quam contorqueret in omnium noſtrum ruinam, atque interemtionem, ut quam cognoverat educatam vitae praviſſimae inſtitutis, inbutam ſaepenumero ſanguine miſerorum civium, ardentem incredibili deſiderio praedae, ſibi vero mira familiaritate conciliatam.

XI. Genus eſt hominum vehementer exercitatum ferro, atque inopia, duabus rebus ad omne genus facinoris paratiſſimum: quod quidem ego civitati noſtrae, maxime debilitatae bellis civilibus, atque adflictae magnitudine calamitatum, magnopere pertimeſcendum eſſe judico. Nihil enim illis praeter ſpem atque animam fortuna reſervavit: alteram ad differendam vitae neceſſitatem, alteram ad livorem ſuum magnifice adcommodatam. Nihil illis contemtibilius: quos ſiquidem rudimenta vitae traducta, in hac tenuiſſima re depoſita, nunc in gladiatoriis muneribus, nunc alia facinoris atrocitate, partim ad omne ſcelus, partim ad omnem patientiam erudierunt. Verum hae peſtes, ſententia mea, quo fuerint abiectiores, eo magis extimeſcendas eſſe reor, tamquam perpetuo ſeditionum civilium, ac rerum novandarum avidiſſimas: ſive quia voluptatem capiant ex moerore ſociae calamitatis: ſive quia civitatum verſutiam, mutabilitatem rerum ſuarum portendi quodammodo arbitrantur. Hi ſunt quidem, quos in foro quotidie in oculis civium calamiſtratos, ac veſtibus conlucentes paſſim obvolitare cernimus, fortunas omnium popularium, atque otium civitatis luminibus conſignantes: qui non modo adrecti * permanent ad obportunitatem cujuſpiam praeſentis commodi, verum etiam geſtiunt ad opinionem ſperatae utilitatis. Si feras quidem omnis generis, quo magis adtenuatae fuerint penuria edendi, eo magis praecipites, atque effrenatas ruere in perniciem videmus: quid hanc deſperatorum conluviem jejunam, ſitientem facultatum noſtrarum, quo inpetu, quave ſtrage ruituram eſſe creditis, aut debacchaturam, ſi ſe carceribus emiſerint: cum illae ratione careant, atque intelligentia: hi vero non abſint penitus ab ipſa facultate intelligendi? Graviſſimi quidem ſunt morſus inritatae neceſſitatis.

XII. Dii inmortales, quae clades ab illa feritate hominum, quae genera flagitiorum emanaviſſent, ſi nocturnus iſte imperator, quaſi quaſdam rapidiſſimas belluas in Urbis penates inmittere potuiſſet? Horret animus judices, ea cogitatione complecti, quae miſeri pertuliſſemus, is ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt itaque

* PERMANENT] *Permaneant* G.

que flamma nobis ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus, ac ſopita, facultas reſtinguendi leviſſime data eſt, ne cum omnia comprehenderit (quod inmortales Dii penitus avertant) nos fruſtra poſtmodum furibundam, atque exſultantem reſtinguere cupiamus. Neque rectorem navis audiendum prorſus exiſtimo, in ipſo moerore calamitoſae tempeſtatis, quam illi fugere facillime licuiſſet, conſurgentem primo, ſibique, ac rebus ſuis naufragium minitantem: neque item gubernatorem urbis in ipſo excidio, & calamitate civitatis, quam inpendentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaque prudentia ſuſtinere quodammodo, ac propulſare potuiſſet; ferae ſunt hominum lamentationes, prorſuſque vituperandae, quas occupatas in his lugendis cernimus, quae vitio ſuo, deſidiaque contigerunt.

XIII. Callicratidi, Lacedaemoniorum Duci, cum ornatiſſimam, cui praeerat, claſſem funditus amiſiſſet propter inmoderatam gloriae cupiditatem, nihil ad eam reſtituendam novisſima conſilii ratio ſubfragata eſt? quam ita ſervare poterat, ſi modo in ſtatione continuiſſet. Terentio Varroni ſempiternum dedecus, atque inmortale monimentum erunt flagitioſae turpitudinis deletae ad Cannas temeritate ſua pulcherrimae Romanorum legiones, quae ſervatae periculoſisſimo tempore Reipublicae, ſine dubio fuiſſent, & robur eximium pulcherrimae urbis, & perpetuum decus conſularis prudentiae, diſciplinaeque militaris.

XIV. Recte itaque majores noſtri ſummis laudibus efferendi ſunt, qui Spu. Melium, qui Gracchos, qui Manlium Capitolinum, qui Druſum, qui Saturninum, fortisſimos homines, & Reipublicae ſaepenumero non mediocriter opitulatos, quod deveniſſent in adfectatae tyrannidis ſuſpicionem, morte [a] multandos eſſe putaverunt. Nec Spu. Melio favor amplisſimus civitatis, nec Gracchis avi ſui Scipionis clarisſimi viri, memoria: nec Manlio celeberrima gloria Capitolii liberati: nec Druſo ſanctisſimi ſui penates: nec Saturnino [b] vis ſacroſanctae dignitatis auxiliata eſt. Quid ita? quia necem paucorum, aut unius hominis, calamitati publicae majores noſtri ſemper anteponendam eſſe putaverunt. [c] Quid? genus crudelitatis eximium non ſunt arbitrati, cives eos perimere, ſummiſque adfligere ſuppliciis, quorum in Rempublicam perſaepe clarisſima beneficiorum genera exſtitiſſent? Minime. Quid ita? quia nullum ſatis dignum ſupplicii genus in eos conſumi poſſe opi-

a MULTANDOS] Vide ſupra.
b VIS] *Jus.* B. G.
c QUID?] Baſ. in Marg. *Quin.*

opinabantur, qui patriae ſuae libertatem obprimere ſtatuiſſent: nec illos cives eſſe judicaverunt, quos abjeciſſe rationem patriae caritatis intuerentur. At contra eos, qui tales interemiſſent, non modo dici, atque adpellari cives, ut eſſent, ſtatuebant; ſed adficiendos fore inmortalibus donis, ac ſempiternae hominum memoriae conſecrandos. Quid enim poteſt indignius dici, quam vitam a patria ſuſceptam, ad illius perniciem, calamitatemque conferre? quid fingi ſceleratius, quam eorum poenas ac crudeliſſimam ſervitutem excogitare, quos iiſdem moenibus ac tectis conſtitutos, eaedem leges, atque eadem vivendi ratio continuiſſet? quid denique poteſt intolerabilius exiſtimari, quam inferre delubris Deorum inmortalium, ac facultatibus noſtris illinc ſceleratas faces, hinc, acerbiſſimas expilationes? Haec qui curaverunt, judices, aut qui tentaverunt, nunquam ego alienos ab hoſtibus, aut diſſimiles feritati beſtiarum exiſtimabo.

XV. Vidimus de ſpe perficiendi nefarii facinoris: videndum eſt de loco, quam latebram commodiſſimam & tutiſſimam egregius artifex delegit, cum contegendae conſpirationi ſuae, tum armis omnibus ejus artificii comprehendendis: ne forſan temere domum nobiliſſimi civis, atque opulentiſſimi M. Leccae delectam eſſe judicetis. Primum homo delectus eſt hujuſmodi nefariis cupiditatibus adfinis, quo participe ſemper uſus fuerat conſiliorum ſuorum, adjutore teterrimarum libidinum, ſocio maximorum periculorum, cui ſpectato frequenter in difficillimis rebus, ſummam hujuſmodi atrociſſimi mali tuto committi poſſe, facillime ſibi pollicebatur. Praeterea domum ſibi deligendam eſſe judicabat ſolitudine locorum deſertam, & ab omni frequentia [a]populari remotiſſimam, quae ſcilicet voces conjurationis tutiſſime continere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Leccae domum, remotam ab omni celebritate, conſtipatam multitudine arbuſcularum, & ab omni ſuſpicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem. Quos vero tetenderit ibi conjurationis laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflaverit nobis, ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat, niſi primum benignitate Deorum inmortalium, deinde vigilantia conſulari, nefariae ſicae de manibus latronum excidiſſent. Nullas amplius tendiculas pertimeſcamus ab exſecrabili monſtro: nullas inſidias ab hoſte teterrimo: tenetur fera, nec, ſi viri eſtis, declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctae veſtrae auctoritatis.

XVI. Ne-

a Populari] *Populi* G.

XVI. Neve, Catilina, nescias, vigilantissimos consules habere Rempublicam: te, quocunque veneris, quocunque abieris, diligentia nostra [a]circumseptum teneri: quid [b]hesterna nocte conciunculis tuis agitatum sit, licet mecum recognoscas. Cum ad M. Leccam venisses, unum ex fidelissimis commilitonibus tuis ad multam noctem, teque in interiorem, una cum illo, cubiculi partem recepisses, tamquam in sacrarium memorabile cupiditatum vestrarum, repente de Lecca scisciari coepisti, num quis ex conjuratis advenisset: cum subito Lentulus, ac Cethegus, teterrima capita maleficiorum omnium, furibundi, atque alacres inruperunt: moxque ingressi vociferare coeperunt, Quid agis, Catilina? cur voluptates nostras diutius remoraris? praesto sunt Saturnalia nobis otiosis, atque oscitantibus: quem unum diem saepenumero nuncupare solitus es eversorem superbissimi ordinis, fugatorem aerumnarum nostrarum, lucem ac principem universae nostrae dignitatis. Num in gerendis negotiis ignoras sequendas esse temporum obportunitates, & in occasione rerum desidiam, ac tarditatem omnem, quam diligentissime fugiendam? Mutabilissimae quidem sunt deorum voluntates, & Fortunam, cum abire permiseris, frustra postmodum discedentem, ac fugientem sis inploraturus. Talia vero conquerentum, tu paucis pro re subsecutus, Aquilam argenteam sproferri continuo jussisti, praeclaram auspicem, ac gubernatricem furoris tui futuram. Testor noctem ipsam, impiarum molitionum tuarum consciam, ac testem, nihil ex iis me fugisse, quae clandestini vestri conatus agitaverunt.

XVII. Perpauca satis adtigisse fuerit, ne solitudine in ipsa latibulorum tuorum, cum ora vulgi plane devitavisses, fefellisse te crederes diligentiam pariter, atque industriam consularem. Linquo telorum innumerabilem, atque inexcogitatam copiam, quam in iisdem furialibus antris constipandam, atque occultandam fore curavisti. Mitto literas manu tua scriptas, diversis [c]municipiis reddendas, quae furori tuo succurrere, atque opitulari vellent. Transeo rem illam simillimam prodigio, cum mane isto jam coacto Senatu, redundantibusque subselliis, serius in Senatum, praeter consuetudinem, venisses: quod nulli non oculi te Senatorum statim consignarunt ingredientem demisso vultu, pallore terribili, luminibus errantibus, ac facie prae se ferente nescio quid inusitatae crudelitatis. Praeterea Saturnalibus proxime futuris, rem adoriri placuit: quo die civitas omnis feriata publico edicto, conferre sese in montem Aventinum,

[a] Circumseptum] St. *circumspectum.*
[b] Hesterna] St. *exsterna.*
[c] Municipiis] *Municipiis* St.

tinum, ac ruſticari quodammodo ſolita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam, atque inſtructam, primum ad caedem Senatus, ac conſulum, deinde ad occupandam Capitolii arcem munitiſſimam fueras inmiſſurus: atque his perfectis, daturus operam cum direptioni publicae, tum inflammandis aedibus, atque his trucidandis qui Rempublicam defendere voluiſſent.

XVIII. Videtis, judices, lucem clariſſimam rationum, quam ego profecto cenſeo nullis involucris tenebrarum ſuarum obruituros eſſe, nec M. Leccam, praeclaram ſedem, atque officinam teterrimae conjurationis, nec ipſum deteſtabile caput, atque obſcoenum artificem Catilinam. Cumque haec omnia conſtent, animadvertendum eſt pariter uno maleficii genere Catilinam non modo Deos; ac patriam, verum etiam mores, leges, conſuetudinem Urbis, atque inſtituta majorum violaſſe.

XIX. Primum XII. tabulis cautum eſſe cognoſcimus, NE QUIS IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITARIT: deinde lege Gabinia promulgatum, QUI [a]COITIONES ULLAS CLANDESTINAS IN URBE CONFLAVISSET, MORE MAJORUM CAPITALI SUPPLICIO MULTARETUR. De te itaque, Catilina, ſciſcitor, [b]Tune coetus iſtos commilitonum tuorum contra praecepta XII. tabularum, contra leges noſtras, contra vero Senatus, ac plebis auctoritatem, noctu cogendos eſſe putaviſti? Deinde quaero, ſiquando in lucem ſepulchrales iſtae conciunculae tuae prodiiſſent, quid reſponſurus fuiſſes Senatui, quid conſulibus, aut quid viris optimis, atque amantiſſimis patriae? Quid leges igitur noſtras violas, Catilina? quid Senatus auctoritati contradicis? AEquum enim eſt inſtituta majorum, atque edicta graviſſimi, ſanctiſſimique ordinis, quia perſtringere veſania tua non es veritus, ea reſtituas, ac farcias ſupplicii tui memorabili animadverſione.

XX. Manlius Torquatus filium ſuum, ſumma & ſingulari virtute adoleſcentem, quod is in hoſtem contra mandatum patrium dimicaſſet, victorem acriter percuti ſecuri juſſit: nos vero te tam temerario auſu tendentem contra mandata Senatus, contra univerſae Romanae Reipublicae majeſtatem Catilinam perferemus? Majores olim noſtri ſapientiſſimi homines, & ſine dubio graviſſimi, num leges e Graecia per legatos ſuos adcerſendas eſſe putaverunt, quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recens ſeveritate illarum cum barbatulis tuis abutereris? Non ita viſum Carthaginienſibus accepimus in Hannone ſuo morti condemnan-

a COITIONES] Sic G. Sed St. *Concienes*. perperam.

b In Edit. Waſſ. perperam legitur *tunc*, quod ex ſcriptura Edit. Gruter. *tun'* natum; operarum vitium id credentibus, qui Waſſ. Editioni praefuerunt. HAVERC.

demnando, fortiſſimo, ac triumphali viro, quod is edicto Senatus minus obtemperaviſſe putaretur. Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio doctiſſimae atque eruditiſſimae, cum e Sicilia, belloque graviſſimo revocandum eſſe Alcibiadem ſtatuerunt, ſummum & ſingularem imperatorem, quem juberent, expiare ſupplicio ſuo leges violatae religionis. Non ita denique [a] a majoribus noſtris judicatum eſt, cohortibus exoletorum tuorum, ſententia mea, longe anteponendis, cum L. Sulpitium, conſulari familia, ſummoque ingenio virum, propter exiguam notam libidinoſae ſuſpicionis, cenſuerunt removendum e Senatu, multoſque dies in vinculis habendum eſſe putaverunt.

XXI. Vos vero, judices, Catilinam non modo leges noſtras, atque auctoritatem Senatus crudeliter labefactantem; verum etiam univerſos cives ad perniciem ferro, flammaque devocantem inpune perferetis? Jacet homo proſtratus eventu maximarum molitionum: ut qui conatus ſuos conſcientia veſtra patefactos atque inluſtratos cernat, neque contentos fuiſſe, ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti, ſeu tenebris nocturnis, ſeu ſolitudine locorum maxima & ſingulari. Contundite igitur, contundite, judices, genus iſtud inauditi furoris: comprimite hominem geſtientem effraenata temeritate, flagrantem inuſitatis cupiditatibus, furentem incredibili ſuperbia, ſpe novandarum rerum mirabiliter inflammatum: quinetiam Rem ipſam publicam non modo eventu crudeliſſimae calamitatis, verum etiam metu, ac ſuſpicione liberate.

XXII. Diximus [b] equidem ſufficienter de Senatoria ſimultate Lucii Catilinae, capite ac fonte ſceleratae conjurationis: reſque omneis complexi ſumus, quas aluiſſe furorem illum, ac primum excitaviſſe judicavimus. Nunc videndum eſt de ratione ambitionis teterrima, atque exitiabili, qua deflagraviſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diviſione demonſtravimus. Cupiditates equidem plurimas in illo monſtro, calamitoſas, ac nefarias omnes perſaepe, judices, animadverti: libidinem unam pernicioſiſſimam in primis conſpicere viſus ſum, temerariae cujuſdam, atque inconſideratae ambitionis: qua duce properaſſe, nec ullo [c] ſtudio unquam conſciſcendarum opum, nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobiliſſimo genere natum, fruſtra virtutes eximias corporis atque animi conſecutum fuiſſe, ni omnia divina, atque humana, truculentiſſimo genere cupiditatis inquinaviſſet: quoſque cernebat excellere Romae praeſtantia qua-

a A MAJORIBUS] St. omittit vocalem, e.
b EQUIDEM] G. *quidem.*
c STUDIO] G. *ſtudiorum.*

quadam dignitatis, beatiſſimos eos eſſe, & ſine dubio Diis aequiparandos fore arbitrabatur.

XXIII. Id genus veſanae cogitationis hominem, ſuapte natura praecipitem, atque inconſideratum, compulit in abominandas ac nefarias vitae cupiditates, iſque nuper comitiis conſularibus (quandoquidem ſuffragia curiae, propter inpendentem metum Parthici belli diligenter enucleata ſunt) quas non adiit Senatorum voces, aut quos civium conſeſſus, partim pecunia, partim [a] obſecrationibus, non obeundos ſuppliciter, ac contaminandos eſſe judicavit? nulli tamen ad dignitatem gradus, neque inſanienti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratae libidinis illum ad majorem vim ſcelerum paullo ante concitaverat. Piſonem meminiſtis, egregia virtute adoleſcentem, (niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueviſſet) calamitoſam ſibi, ac multis in Urbe ſeditionem [b] excitaſſe: cujus inſigni familiarite, atque amicitia, Catilinam uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat: nec modo conjunxiſſe ſe temerario juveni, verumetiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem, in audacia ſimul, ac ſententia confirmaſſe, cum ſe illi vigilantiſſimum ſocium, ac ſatellitem [c] fidiſſimum regendae, gubernandaeque conjurationis polliceretur.

XXIV. Quod ſi votis ſceleratorum hominum ſucceſſus adſpiraſſent, quanta ſtrage civium creditis, aut quanto diluvio facultatum urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum atque execrandam inpietatem? Verum ii caelites, quorum auſpiciis princeps, ac parens hujus urbis Romulus pulcherrimi imperii Romani fundamenta jecit, triſtiſſimam cladem, ac conatus perditos nece adoleſcentis interceperunt. Piſone mortuo conquieviſſe Catilinam dicemus, aut incoepti temerarii poenituiſſe? [d] Non modo non poenituit, nec requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt, ſed rurſus alio furori adceſſit. Non conſueverat animus perpetuis cupiditatum flagitiis exercitatus, prima deſtitutione fortunae refrigeſcere, ac conſternari: ſed vix ſepulta memoria Piſonianae conjurationis, [e] L. adeptus eſt Sidicinum, potentiſſimum quidem hominem, ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum novandarum. Verum ea fax incendii, rurſum benignitate Deorum inmortalium, ſummaque virtute conſulum reſtincta eſt. Non obdormiſcit tamen Catilina, his deſtitutus eventis vigiliarum ſuarum, ſed rurſus

ſaevit

a OBSECRATIONIBUS] *Obſervationibus G.*
b EXCITASSE] G. *Excitaviſſe.*
c FIDISSIMUM] *Fideliſſimum G.*
d NON MODO NON POENITUIT] Haec eſt ſcriptura Ed. Gruter. Mutatam ſic invenio in Ed. Waſſ. *Non poenituit modo.* Idque adpoſita Nota, G. *modo non.* Non capio quid ſibi velit. In Edit. Badiana invenio, *Non poenituit non modo.* HAVERC.
e L. ADEPTUS EST] *Lucius adſtitus eſt G.*

saevit inmanior, & quam Rempublicam servitio non potuerat obruere, destrangulandam penitus, ac tollendam cogitavit. Sceleratus in omnem Urbem, quam toties insidiis adpetivisset: sceleratissimus vero in patriam, cujus exstant in illum summa & commemoranda monimenta beneficiorum.

XXV. Reminiscere quaeso, Catilina, reminiscere ferrum illud scelestum, atque illas nefarias faces, quas istis sanctissimis penatibus, atque isti pulcherrimae patriae minitaris, non ad obpugnandam Urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuisse, sed potius ad salutem civium, dignitatem imperii, libertatisque nostrae defensionem. Per Deos inmortales oro te, Catilina, si patria tecum his vocibus uteretur, quid esses illi quaeso responsurus? [a] Ego te parvulum, Catilina, cum in primis ornatissimo genere gentis nasci voluissem; deinde summis dotibus exornassem tum corporis, tum animi; tum duabus rebus instituendum putavi, ferro, ac flamma, quibus esset parata tibi facultas tum amplificandi imperii mei, tum defendendae publicae libertatis: quid eam vim armorum in viscera nostra torques? aut quid convertis in exitium civium meorum, institutam diligentia mea, meisque rationibus eruditam dimicandi facultatem? Majores contra tui summis a me beneficiis, atque honoribus aucti, pro magnitudine susceptarum dignitatum, pulcherrimas in Urbe saepenumero leges; pro praestantia beneficiorum, clarissimas ex hostibus victorias referre consueverunt: tu mihi luctus acerbissimos paras, pro summa copia beneficiorum meorum, tu caedes civium, tu domorum incendia, tu vexationes virginum, tu vastitatem Urbis, tu genus atrocissimae servitutis. O crudelissimum hominum genus, & ab omni penitus humanitate derelictum! tu studio flagras ejus Urbis evertendae, quam nec Carthaginiensium astutissimi doli, nec Numantinorum eximiae vires, nec Graecorum erudita & praeclara ingenia labefactare, obscurareque potuerunt. Quod si citentur hi populi rursum divinitus, atque istae urbes redeant in statum vetustissimae dignitatis, certe non ipso scelere tuo quidquam in me crudelius, nec quidquam [b] magis extimescendum molituras fuisse praedicabunt. Sed ad te redeo.

XXVI. Temperarem [c] ego memet mihi, cursumque istum violentae orationis forsitan revocandum esse judicarem, tum ab odio tuo, tum ab

a Ego] Auctor orationem Micipsae moribundi ob oculos habuisse videtur. B. G. cap. X. *Parvum ego te Jugurtha* &c.

b Magis] *Majus* St.

c Ego memet] *Egomet*, fortasse legendum.

ab ipſa dicendi acerbitate, ſiquem in te ſenſum patriae caritatis adſpicerem, aut ullo te [a] puncto poſſe arbitrarer ſceleratam iſtam mentem relinquere. Sed id genus eſt cupiditatum tuarum, ut reſtinguendarum forſan rationem aliquam conſequi poſſis, ſanandarum nullam: nec te prius amiſſurum perverſitatem iſtam animi puto, quam vitam amiſeris. Vellem reviviſceres, [b] Ahala Servili, non exſpectaremus ſententiam judicum, neque [c] abuti majeſtate Senatus, atque auctoritate populi Romani, [d] ſed magnitudinem tanti flagitii, ſanguine tuo ſtatim expiaviſſes. Nam de Senatus voluntate nihil ambigimus: modo non inpediretur legibus, repente profecto fueras poenas inpietatis tuae digniſſimas [e] laturus. Utinam Deorum inmortalium munere, judices, mentem, atque animum hujus introſpiceremus, nequa vobis fieret puniendi dubitatio, qui tantum ſcelerum ingenio conflaviſſet. Videretis enim mentem anhelantem triſtiſſimum genus minarum, mentem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili veſania, ſitientem cruoris Urbani, praedae aviditſſimam, [f] vobis, atque omnibus ferro, flammaque minitantem.

XXVII. Catilinam vobis demonſtravimus, judices, inritatum perſaepe repulſis comitialibus, nullas vocum aut ſuffragiorum corruptelas fuiſſe praetergreſſum, deinde nullis rationibus infractum, ac perterritum, de perſeverantia ſcelerum ſuorum [g] deſtitiſſe: quibus animadvertere ſane poteſtis, quanta ſemper inmanitate laboraverit ambitionis. Supereſt noviſſima pars diviſionis: Grex ipſe ſodalium Catilinae truculentus, atque amens: cujus in manu non exiguam rationem fuiſſe diximus excitandae conjurationis. Lentulus ſiquidem & Cethegus, terribilia portenta noſtrae civitatis, furiaeque vel certiſſimae populi Romani, multa de magnitudine ſua in ipſis concionibus, multa de dignitate imperii ſui futuri palam praedicare conſueverunt, tamquam ſi Deorum inmortalium concilio interfuiſſent.

XXVIII. Primum Lentulus in libris Sibyllinis, neſcio quid ſe [h] perſpexiſſe praedicabat, quod viri acutiſſimi atque peritiſſimi L. Cornelius, ac Cn. Piſo, cuſtodes publicarum ceremoniarum, nequaquam proſpi-

a PUNCTO] G. B. *Puncto.*
b AHALA] *Abala* G. inquit Waſſe, qui *Hala Servilii* in contextu expreſſit; ſed quum Editio Badii Aſcenſii clariſſime exhibeat *Hala Servilii*, patet ſcriptum olim fuiſſe *Abala*, ſicuti in denariis gentis Serviliae & Juniae ad caput Ahalae conſtanter ſcribi ſolet. HAVERC.
c ABUTI] *Abuteremur* G.
d SED] *Si* G.
e LATURUS] *Daturus* G.
f VOBIS, ATQUE] Ex Ciceronis in Catilinam.
g DESTITISSE] *Extitiſſe* St.
h PERSPEXISSE] *Proſpexiſſe.* Vid. Salluſt. Bell. Catilin. cap. XLVIII.

ſpicere potuerunt. Lucem namque ait neſcio quam de domo Cornelia quondam proditurum fore, quae gloria nominis ſui Romanum Imperium ſimul & complexura ſit, & inluſtratura: eoque genere vaticinii, dignitatem ſuam portendi fataliter putavit: planeque opinatur fati ſui rationem in ipſa latebra Sibyllinae divinationis, tamquam in equo Trojano [a] deliteſcere. Ego vero Sibyllam ſine dubio ſapientiſſimam mulierem fuiſſe judico, viſamque idoneam Diis inmortalibus, cui ſingularem quandam vim divinandi concederent: verum illam deliram penitus, ac prorſus caecam fuiſſe adfirmarem, ſi quam ſpem dignitatis in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet. Si quid tamen ceciniſſe viſa eſt, quod ad Corneliam gentem pertinere videretur, vim omnem illius divinationis in uno L. Sylla conſumtam fuiſſe judicemus: cujus paulo ante Reſpublica ſenſit & crudeliſſimam ſimul, & ampliſſimam poteſtatem. Nec ego Deos inmortales huic imperio tam infeſtos eſſe reor, neque a ſalute populi Romani tam abhorrentes, ut homini dementiſſimo regnum concederent hujus ſanctiſſimae atque optimae civitatis. Syllam profecto crudelitas vicit: at ipſe maximarum laudem virtutum, & rei militaris ſummam, ac ſingularem gloriam conſecutus eſt. Lentulum vero nullae victoriae noſtrae [b] civitati, nullum ſtudium armorum, nulla praeſtantia virtutis, aut ingenii commendavit. Quae vero non tabernae potius, aut qui non greges infamium hominum, Sibyllinum iſtum principem concelebrarunt? nam vitam ejus commemorare non eſt neceſſe, verſatam ſemper in obeundis libidinibus, ac ſocietate turpiſſimorum hominum nobilitatam: nihil in eo ſanguinis aviti, nihil induſtriae Romanae, nihil ſplendoris domeſtici, nihil avitae frugalitatis.

XXIX. Fingite vobis, judices, fingite dignitatem hujus hominis, tum florentem ampliſſimo magiſtratu, tum omnibus populi Romani muneribus exornatam: quantum quaeſo ſanguinis civilis in foro, in curia redundaturum eſſe creditis? aut quantam vim libidinis, atque inpudicitiae per omnium cubicula demanaturam? profecto dignitate fretus ea, quae privatus concupiviſſet, ſine dubio conſequeretur: [c] ferreretur amens in omnia, nec ullae rationes conſiliorum, aut pudoris, nec ulla ſtudia humanitatis refrenarent praecipitem, atque incitatum curſum vetuſtae crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate, atque ingenio,

a DELITESCERE] *Deliteſcens* St.
b CIVITATI] *Civitatis* B.
c FERRERETUR] *Ferretur* B. G.

nio, vehementia furoris longe inmanior, parum a Lentuli ſomnio diſcedere viſus eſt. Verum inſaniam leviſſimae opinionis, modeſtiore loquendi ratione contegere velle [d] videretur: genus eſt idem tamen furoris, eademque ratio concelebratae divinationis. Tales hi ſcelerum artifices, amboque concitati ad evertendam Rempublicam, partim a veſana ſpe vaticinii commemorati, partim a nefaria ſcelerum aſſiduitate, Catilinam obſenderunt, novis rebus ſtudentem: cujus praeſidio, conſilioque cupiditates ſuas ita juvari poſſe facillime crediderunt, ſi viro ſociorum copioſiſſimo ſeſe conjunxiſſent.

XXX. Eſt enim in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, vis eximia facetiarum, & ratio quaedam adumbrata virtutum, facilis ad comprehendendum omnium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus ac Lentulus, & ipſi lenociniis ſuis inſignes, ad omne genus benevolentiae ſubeundum deflagrare coeperunt, admirabili quadam cupiditate ſeu diripiendae Urbis, ſeu potiundae dominationis. Hae ſunt, judices, hujus nefarii facinoris abominandae faces, hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinae ferocem animum facillime credendum eſt. Talibus initiis conſociati principes nefandae conjurationis, manum exiguam deſperatorum hominum, atque obſcoenae juventutis, pedetentim coëgerunt: coactam, quid vellent, edocuerunt: edoctam, pari cupiditate ſceleris inflammaverunt: inflammatam denique pepulerunt, ut in omnium noſtrum facultates, ac vitam facillime conſpirarent.

XXXI. Furias iſtas audiſtis, judices, commodiſſimas ac paratas, non modo ad vivos commovendos in omne facinus, verum etiam ad mortuos ex ipſo erebo, mediiſque buſtis excitandos. Reperti ſunt [b] tum atrociſſimi ſceleris patroni, quique inmanitatem deteſtandae rei, tum contegere verbis, tum excuſare conati ſunt. [c] L. Hortenſius vir eximia caritate Reipublicae ſummiſque ornamentis praeditus, & ſcientiae, & moderationis, nequaquam omnia credenda eſſe dicit: jubetque graviſſimis hominibus facilitatem judiciorum diligenter eſſe continendam. Primum adfirmat Catilinam in perpetua cuſtodia Senatus exſtitiſſe: denique numquam ferme diſceſſiſſe a latere Publii Cepionis nobiliſſimi civis, atque integerrimi viri, ita ut lepide dicat, *diſſeparationi eorum neque ſolem orientem umquam, neque occidentem interveniſſe.*

XXXII.

[a] Videretur] *Videtur* G.
[b] Tum] *Tamen.* B. G.
[c] L.] *Lucius* G.

XXXII. Credo equidem ſapientiſſimum hominem, Hortenſium, ut eſt innocentia ſingulari, ſummaque virtute, cuncta ipſa, quae graviſſime ſimul atque ornatiſſime complexus eſt, ita vera eſſe, ſicuti dixerit, exiſtimare: ſed longe graditur a ſententia mea. Quaero igitur de te, L. Hortenſi, teque obteſtor, atque obſecro per ipſum jus vetuſtiſſimae noſtrae familiaritatis, ſi L. Catilinam conſtat dies omnes, omnium civium conſcientia, ſive in foro, ſive in turmis agere, nunc ſtipatum catervis exoletorum ſuorum, nunc vero gladiatoriis agminibus per ora vulgi palam obvolitare: ſi manifeſtum eſt, noctes omnes aut in luſtris ſcortorum, aut in antris [a] M. Leccae ducere, viri, tuo judicio, non abhorrentis a Reipublicae caritate: quid eſt quod illum obſervatum dicas in perpetua cuſtodia, atque oculis Senatorum? niſi forte cuſtodiam Senatoriam vocas vel exiguam moram [b] in ipſius curiae conciliis obeundis.

XXXIII. Quod vero pertinet ad ipſius Cepionis familiaritatem adſiduam, benevolentiamque ſingularem, nihil eſt quod inſimulationi noſtrae derogandum eſſe judicetis. Diximus enim ſuperius ingenii Catilinae miros, atque occultiſſimos eſſe receſſus, nec qui cognoſci, ſeu perluſtrari facillime poſſent. Vigent enim in illa [c] clade res diverſiſſimae pariter, continentia, & libido. Nihil illo [d] perſaepe adfixius ad [e] tollenda bonorum conſortia, nihil ſolertius ad illis inſidiandum, nihil illius munificentia inſignius, nihil avidius rapacitate, nihil acutius conſilio, nihil temeritate contemtibilius: quae cum ita ſint, Cepionem admirabimur in tantis viarum ambagibus erraviſſe? Me, me inquam, fateor, judices, vetuſtiſſima quadam familiaritate Catilinae conjunctum, perſaepe deliraviſſe miris perplexionibus illius, neque umquam certi quidquam in illo ingenio comprehendere potuiſſe. Nihil igitur erit miri, ſi virum integerrimum, Cepionem, verſutiſſimi hominis doli, atque inconſtantiſſimi mores fefellerunt.

XXXIV. Non erit itaque neque prudentiae tuae, neque gravitatis, Hortenſi, candidiſſimam opem humanitatis tuae, ſummamque dicendi copiam fontibus ipſis polliceri: aut quam beſtiam inretitam judicio tenemus, diſſolutam atque exſultantem Reipublicae inmittere. Quod te numquam commiſſurum fuiſſe arbitrarer, niſi qui me mores, iidem te Catilinae ſine dubio fefellerunt. Satis oſtentatas vobis putamus, judices,

a M.] *Marci* G.
b In] deëſt vocula, *in* G.
c Clade] *Aetate*. Marg. Baſ.
d Persaepe] *Perſpexi* G.
e Tollenda] *Ostenda*. G. Quae mihi lectio magis placet, quam illa, quae a J. Waſſe fuit re-

ces, tum rationes periculi noſtri, tum hujus inmaniſſimi ſceleris atrocitatem. Nam ſi odio Senatus [a] quam maximo Catilinam arſiſſe demonſtravimus: ſi rationes vitae ſuae veteres, ac novas in exercitatione teterrimarum libidinum conlocatas: ſi ſpem perficiendi ſceleris homini proſequentiſſimo inimicitiarum: ſi denique locorum ac temporis obportunitates extitiſſe: praeterea ſi rabiem quamdam ambitionis in illo fuiſſe diximus: ſi nullam poteſtatem refraenandarum libidinum, aut ullum poenitentiae locum: poſtremo, ſi copiam innumerabilem deſperatae juventutis cum illo conjunctam fuiſſe patefecimus, & eam ſimul oſtendimus ſuopte ingenio furentem incredibili audacia, ſummaque cupiditate [b] prodendae, ac vexandae Urbis inflammatam: quid erit, judices, quod dubitetis de liberanda patria, deque ulciſcenda crudeliſſimi ſceleris inmanitate? Noviſtis enim facinus inauditum omnium hominum memoria: facinus atrox, ſuperbum, nefarium, pernicioſum, remotiſſimum ab omni humanitate, lege, conſuetudine: cujus acerbitatem, ſi minus animo bene perſpexiſtis, [c] quaeſo mecum diligenter adtendite.

XXXV. Scelus illud, judices, everſionem nefariam moliebatur ampliſſimae noſtrae [d] dignitatis, interitum crudeliſſimum Senatorii ordinis, caedem communem omnium bonorum: hujus ſceleris libido repoſita erat in diripiendis omnium civium facultatibus, atque obprimenda Urbis libertate: huic ſceleri parabantur teterrimae conjugum, ac liberorum noſtrorum vexationes: in hoc ſcelere verſabantur denique faces inferendae penatibus noſtris, expilationes aedium, ſtupra virginum Veſtalium, luctus ac moeror miſerabilis univerſae civitatis. Quae ſi vobis, ut ſunt, indigna atque intolerabilia videntur, non iniquum erit, auctores horum malorum multare teterrimis ſuppliciis, clademque omnium crudeliſſimam e viſceribus Reipublicae propulſare. Tenetis exempla majorum, atque omnium gentium auctoritatem, qui ſemper ſummas ac ſingulares poenas in eo genere hominum conſumendas eſſe putaverunt, qui rationes habuiſſent aut prodendae patriae, aut obprimendae publicae libertatis. [e] Nihil igitur erit inpedimento, quin audaciam crudeliſſimi hominis Catilinae, crudeliſſimo genere ſuppliciorum expietis: [f] & ultionem ex illorum crucia-

repoſita, *colere* enim & *inſidiari* ſunt oppoſita, ſicuti, quae ſequuntur, *munificentia* & *rapacitas*. HAVERC.

a QUAM] Deeſt G.

b PRODENDAE] *Perdendae.*

c QUAESO MECUM] In Steph. *quaeſo mecum diligenter attendite ſcelus illud, Judices. Everſionem nefariam* &c.

d DIGNITATIS] *Civitatis* B.

e NIHIL] Deeſt G.

f ET] *Ut* G.

cruciatibus ac poenis capiat Reſpublica, quorum erat conflagratura manibus, niſi ſanctiſſimi imperii Romani cuſtodes ac vindices, Dii inmortales, nefariis votis obſtitiſſent.

XXXVI. Credite, judices, hodierno die conſurrexiſſe univerſam Urbem, conſpecturam ex judicio veſtro, planeque animadverſuram, quid in poſterum de ſalute ſua, deque facultatibus ſuis ſperandum ſit. Credite item vim univerſam flagitioſae juventutis, aut hodierno Catilinae ſupplicio ſimul conficiendam fore, aut illius liberatione laetam atque exſultantem, non multo poſt in omnium noſtrum perniciem una cum illo celerrime conſurrecturam. Agitur ſiquidem hodierna veſtra ſententia de ſalute hujus pulcherrimae, atque optimae civitatis, de ſtabilitate imperii Romani, de legum incolumitate, de libertate civium, de pudicitia liberorum ac conjugum veſtrarum. Hujus enim peſtis [a]idem ſcelus erat, ut non graſſaturum per capita paucorum, ſed tamquam atrociſſima vis veneni per omne corpus Urbis [b]demanaturum. Quod ſcelus, aut quam peſtem ſi vindicandum eſſe cenſebitis, ut reor, & Reſpublica deſiderat, putate profecto Deos inmortalis, & in primis Capitolinum Jovem, ſempiternum cuſtodem, ac vindicem hujus imperii, pro liberatis eorum templis, ac ceremoniis, gratias vobis ampliſſimas eſſe reddituros: putate pariter idem facturam eſſe curiam pro defenſa conſulum vita, ſervataque Senatorii ordinis dignitate: putate matronas Urbis, ac liberos noſtros ob ſervatam pudicitiam, ſupplices ac congratulantes univerſos ad genua veſtra ſeſe obverſaturos fore: putate virgines Veſtales, atque ipſam majeſtatem ampliſſimi numinis, [c]ob liberationem ſuam, ſumma vobis laetitia congratulaturam: putate denique cives omnes, ob retentam vitam, ac libertatem ſuam, penates publicos pro conſervatis focis, atque aris, parietes Urbis pro teterrimo genere vaſtitatis propulſato, ferme incredibili gaudio exſultaturos: putate tandem hodierno judicio paratum eſſe vobis aut inmortale dedecus, aut memoriam nominis ſempiternam.

XXXVII. Multa ſunt equidem in hac vita, quae turpiter, ac calamitoſe neglecta, reſtitutionem tamen quamdam quodammodo patiantur: hujus vero vindicandi ſceleris ſi praeſentem facultatem neglexeritis, fruſtra poſtea recuperandae copiam quaeretis. Aut hodie vobis propulſanda eſt e viſceribus Reipublicae peſtifera vis calamitatis, aut ipſi patriae ſine dubio concidendum: utrum eligendum ſit, vos videritis. Quid eſtis, judices, humanitate tanta (ne [d]ſecordia dicam) ut eorum vitam, ac ſpiritum

a Idem] *Id.*
b Lege *dimanaturum*. Havercamp.
c Ob liberat.] *Ad* B. in Textu.
d Secordia] *Secordia* B. G.

tum diutius in Republica commorari patiamini, qui vitae ſalutique civium crudeliter inſidiati ſunt? [a]Praeponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra revolvite diem illum nefarium, quo ſalus omnium civium, quo facultates noſtrae, quo ipſa Reſpublica peritura fuerat: quando ſcilicet [b]adſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus per Urbem omnem, per domos noſtras furialiter exſultantes, ipſumque in primis miſerandi facinoris ducem ac principem Catilinam, confirmatum hoc judicio, ſpe plenum, laetitia geſtientem: nunc hos ad caedem noſtram, nunc illos ad rapinam, atque inflammationem aedium devocantem: conjuges e complexibus noſtris ad libidinem victorum raptae fuiſſent: liberi ad ſtupra de gremiis parentum extorti, pretioſa ſupellex abportata, tecta conflagraſſent ignibus, corpora caeſa paſſim jacuiſſent, omnia denique gemitu, fletuque redundaſſent. Haec fuiſſet imago miſerrimae Urbis, quam Urbem a majoribus noſtris florentiſſimam accepimus: &, ſi prohibueritis, claram, atque excellentem poſteris noſtris traditurі ſumus.

XXXVIII. Per humanitatem denique veſtram vos obteſtor, atque obſecro, judices, per amorem hujus pulcherrimae, atque invictiſſimae Urbis, per omnia, quae vobis jucundiſſima ſunt in vita, providete iterum atque iterum, ne liberati quondam tot ampliſſimis bellorum periculis, tot inminentibus malis erepti, nunc per ignaviam [d] veſtram ac deſidiam periclitemur. Eripite vitam civium a miſeranda crudelitate, prohibete penates veſtros a nefariis ignibus, ſervate pudicitiam neceſſitudinum veſtrarum a teterrimis vexationibus, liberate templa Deorum a triſtibus rapinis, ſubtrahite fortunas publicas ab indigna direptione, protegite magiſtratus veſtros ab inaudita feritate, defendite denique univerſam Urbem ab hoc inuſitato prorſus & triſtiſſimo genere calamitatis.

a PRAEPONITE] *Proponite* B. G.
b ASPEXISSEMUS] *Aſpeximus* G.
c VESTRAM] *Noſtram* B. in T. *veſtram* in Marg.

Digitized by Google

FRAGMENTA HISTORICORUM VETERUM.

Digitized by Google

JUDICIA
DE
VETERIBUS HISTORICIS.

Cicero de Oratore II.

Graeci ipſi initio ſic ſcriptitarunt ut noſter Cato, ut Pictor, ut Piſo. Erat enim Hiſtoria nihil aliud niſi Annalium confectio: cujus rei memoriaeque publicae retinendae cauſa ab initio rerum Romanarum uſque P. Mucium Pont. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, efferebatque in album, & componebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi, ii qui etiam nunc Annales maximi nominantur. Hanc ſimilitudinem ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine ullis ornamentis monumenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus, Acuſilaus fuit aliique permulti, talis noſter Cato, & Pictor, & Piſo: qui neque tenent quibus rebus ornetur oratio (modo enim huc iſta ſunt inportata) & dum intelligatur quid dicant, unam dicendi laudem putant eſſe brevitatem. Paululum ſe erexit, & addidit Hiſtoriae majorem ſonum vocis vir optimus, Craſſi familiaris, Antipater: caeteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores fuerunt.

Idem de Regibus I.

Nam poſt annales Pontificum Maximorum, quibus nihil poteſt eſſe jucundius, ſi aut ad Fabium, aut ad eum qui tibi ſemper in ore eſt Catonem, aut ad Piſonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium venias;

quamquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile quam iſti omnes? Fanni autem aetati conjunctus Antipater paullo inflavit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore ac palaeſtra: ſed tamen admonere reliquos potuit, ut adcuratius ſcriberent.

Livius in Praefatione.

Scribendi arte rudem vetuſtatem.

Gellius IX. 13.

Q. Claudius primo Annalium puriſſime atque inluſtriſſime, ſimplicique & incomta orationis antiquae ſuavitate deſcripſit.

Idem XI. 14.

Simpliciſſima ſuavitaue & rei, & orationis L. Piſo Frugi uſus eſt.

Vellejus Hist. I.

Hiſtoricos (ut & Livium quoque priorum aetati adſtruas) praeter Catonem, & quoſdam veteres, & obſcuros, minus LXXX. annis circumdatum aevum tulit, ut nec poëtarum in antiquius citeriuſve proceſſit ubertas.

Idem II.

Hiſtoricorum auctor jam tum Siſenna erat juvenis: ſed opus Belli Civilis Sullani poſt aliquot annos ab eo ſeniore editum eſt. Vetuſtior Siſenna fuit Coelius, aequalis Siſennae Rutilius, Claudiuſque Quadrigarius, & Valerius Antias fuit.

ANTO-

ANTONII RICCOBONI RHODIGINI

In Libro de Hiſtoria. Quanta in

VETERIBUS HISTORICIS

Jactura facta ſit.

Utinam egregios omnes rerum geſtarum ſcriptores, quos antiquitas habuit, ad noſtras perveniſſe manus gloriari poſſemus, neque maximae eorum partis, Romano labente imperio, atque oppreſſa ſaepius impetu barbarorum Italia jacturam feciſſemus: Sic enim Hiſtoriae dignitas, atque utilitas magis pateret, neque longis opus eſſet diſputationibus ut ejus cognoſcerentur laudes. Dolendum autem magis eſt, quod malum ad malum acceſſiſſe videatur. Nam non ſolum multis bonis auctoribus, quorum praeclaris ſcriptis omnis humanitas, omnis doctrina elegans, omnis antiquitatis continebatur memoria, privati ſumus: verum etiam illi, qui nobis obtigerunt, ad nos integri non pervenerunt. Etenim ex Polybii libris quadraginta, priores quinque integri, & ſextus imperfectus tantum ſuperſunt. Saluſtius quod libros Hiſtoriarum attinet, totus periit. Diodori Siculi ſeptemdecim tantum libros habemus, cum quadraginta ſcripſerit. Dionyſii Alexandrini majori parte caremus. Ex T. Livii Patavini centum, & quadraginta libris triginta quinque tantum extant. Cornelii Taciti periere libri aliquot. Ex Dionis octoginta libris, ſex & triginta priores, ac tres, & viginti poſteriores nobis deſunt. Pollio etiam deeſt à duobus Philippis ad Valerianum. Spartianus pene totus interiit; & Volcatius Gallicanus. Ex Ammiani uno, & triginta libris priores treſdecim non extant. Zoſimi ultimus liber eſt integer, pleraque in reliquis ſex deſiderantur. Taceo alios prope innumerabiles, qui toti injuria temporum perierunt. Quid? quod in iis, qui ad nos pervenerunt, libris ita multa corrupta ſunt, ut ſaepe ab iis, qui legunt, vel non recte, vel nullo intelligi modo poſſint? Quibus omnibus malis

illi mederi aliquantulum meo judicio videntur, qui cum pulcherrimas veterum reliquias dignitatis, atque honoris expertes, diverſiſſimis in tenebris diutius jacentes in unum redigunt; tum vero locos corruptos corrigunt, obſcuros illuſtrant, & difficiles ita diligenter exponunt, ut maximum eis lumem afferant, & ornamentum. Hujuſmodi autem labores ſi quis velut leves, vel ut putidos, vel certe ut non admodum neceſſarios elevat, atque damnat, eum quidem merito poſſumus ut amentem aliquem ſtupidumque contemnere, cum ſe Latinae linguae dignitatem non diligere, veritatem fugere, lucem odiſſe, a rebus praeclaris abhorrere, veteris memoriae depravationem amplecti, ac tenebras adamare oſtendat. Mihi vero hoc ita ſtudium placet, ut, tametſi ſatis id praeſtare vel ingenio, vel doctrina non poſſum; in eo ſi non ingenii, at ſaltem laboris, ſi minus doctrinae, at certe diligentiae aliquam laudem quaeram. Quamobrem mihi conſilium accidit non modo aliquot Hiſtoricorum; & praecipue Catonis, Quadrigarii, Siſennae, Salluſtii, & Varronis, in hoc de Hiſtoria commentario, quas potero, reliquias colligere, verum etiam pro viribus in ordinem redigere, & aliquibus ſcholiis illuſtrare. Incipiamus autem a Catone.

ELENCHUS FRAGMENTOR.

HISTORICORUM

VETERUM,

Videlicet,

NUM. FABII PICTORIS

Annales. pag. 257—260
Res geſtae. 260
Pontificii Juris Libri. 260
Annibalica. 261

Q. FABII MAXIMINI SERVILIANI

Pontificis, Annalium Libri. 262

L. CINCII ALIMENTI

Annalium Graecorum &c. Libri. 262. 263
Faſtorum Libri 264
De Conſulum poteſtate. 265
De Officio Juriſconſulti. 265
Myſtagogicon. 266
De Verbis priſcis. 266
De Re militari. 267

P. SCIPIONIS

Hiſtoria Graeca. 268

C. ACILII

Annales Graeci. 269

CLAUDII

Annales Aciliani. 269

C. FANNII

Annales. 269

VENNONII

Hiſtoriarum Libri. 270

LIBONIS

Annales. 270

M. PORCII CATONIS

Originum Libri. 271.—286
De Liberis educandis. 287
Praecepta ad Filium. 287
Commentarii Juris Civilis. 288

Ad M. Filium. 289
Orationes, dierum dictarum Consulatu suo, &c. 290. 291. 292.—310

A. Postumii Albini

Annales. 311
Historia Graeca. 311
De Adventu AEneae. 322

Cn. Gellii

Annales. 312. 313

Sextii Gellii

Origo Gentis Romanae. 314

Agellii

Historiae. 314

L. Calpurnii Pisonis Frugi

Annales, &c. 315.—319
Commentarii. 320

Lutatii Censorii

Communium Historiarum Libri. 320. 321

L. Coelii Antipatri

Annales, sive, Historiae Belli Punici Secundi 322.—327

Q. AElii Tuberonis

Historiae. 328
De Officio Judicis. 329
Ad C. Oppium. 329

P. Rutilii Rufi

Historiae. 330
De Vita sua. 331
Annibalica. 331
Orationes. 331. 332

P. Sempronii Asellionis

Historiae. 332. 333

Clodii Licinii

Rerum Romanarum Libri. 334

C. Licinii Macri

Annales &c. 335. 336. 337

L. Cassii Heminae

Annales. 338.—342

Q. Claudii Quadrigarii

Annales. 343.—353

Q. Valerii Antiatis

Annales. 355.—359

Cn. Aufidii

Historia Graeca. 360
Epitomae. 360

L.

Digitized by Google

L. Cornelii Sisennae

Historiae. 368.—374
Milesiarum Libri. 875
Commentarius in Plautum. 376

Accii

Annales sive *Historia.* 377

C. Sallustii Crispi

Historiae. 377

S. Gellii

Incerta. 377

M. Terentii Varronis

Annales. 377

Q. Hortensii Ortali

Annales. 380
Orationes. 380

T. Pomponii Attici

Annales. 380
De Romanis Familiis. 381

Cornelius Nepotis

Chronicorum Lib. 381
Exemplorum. 381
De Viris Inlustribus &c. 381

L. Fenestellae

Annales. 385

Tanusii Gemini

Annales. 387
Archaica. 387
Incerta. 387
Epitomae 388. 389. 390

Domitii

Incerta. 388

Egnatii

Incerta. 388

M. Octavii

Incerta. 388

Asinii Pollionis

Incerta. 389

C. Drusi

Incerta. 389

Cn. Lentuli Gaetulici

Incerta. 390

Q. Tuberonis

Incerta. 390

Julii Marathi

Incerta. 390

Junii Saturnini

Incerta. 390

M. Acto-

Digitized by Google

M. Actorii Nasonis

Incerta. 390

Eulogii

Ad Q. Vitellium libellus 390

T. Ampii

Incerta. 391

Valerii Messalae

Incerta. 391

Cassii Severi

Incerta. 391

Pestani Vibonensis

Incerta. 391

Hostii

Bellum Hiſtricum. 391
Annales. 391. 392. 393

Pescennii Festi

Incerta. 393

Augusti Caesaris

De Vita ſua. 393. 394

C. Oppii

De Vita & Rebus geſtis Africani. 394
De Vita C. Marii. 395
De Vita Caſſii. 395

Massurii Sabini

Libri Memorialium. 395. 396
Libri Faſtorum. 396

Julii Higini

De Vita & Rebus geſtis inluſtrium Virorum. 396

ELEN-

FRAGMENTA HISTORICORUM VETERUM.

N. FABII PICTORIS ANNALIUM. LIB. I.

I. SOLITO inſtitutoque egreſſam virginem, in uſum ſacrorum aquam petitum ex eo fonte, qui erat in luco Martis, ſubito imbribus tonitrubuſque, quae cum illa erant, disjectis, a Marte compreſſam, conturbatamque, mox recreatam conſolatione Dei, nomen ſuum indicantis, adfirmantiſque ex ea natos dignos patre evaſuros. Auctor *de origine gentis Romanae*, cap. 20.

LIB. ... II... III... IV...

Quapropter tum primum ex plebe alter conſul factus eſt, duo & viceſimo anno poſtquam Romam Galli ceperunt. *A. Gellius* V. 6.

IN-

N. FABII PICTORIS] Fabius Pictor ſcripſit Annales Graecos & Latinos: illos de antiquitatibus Italiae, & initiis urbis Romae: hos de rebus geſtis populi Romani. Livius ſcriptorem antiquiſſimum nominat, aequalem temporibus belli Punici II. Dionyſius in eo requirit induſtriam, Polybius fidem & veritatem. De praenomine variant Cicero & Dionyſius; alter Quintum appellat, alter Numerium, ut fortaſſe ſit N. Fabius C. F. Pictor, qui in Faſtis Praetor anni CDXXCV. & biennio poſt Conſul cum D. Junio Pera. An vero ejuſdem ſint libri Rerum geſtarum & Juris Pontificii, dubito; & fere adducor ut exiſtimem eſſe Servii Pictoris, de quo ita Cicero in Bruto; *Ser. Fabius Pictor, & juris, & literarum, & antiquitatis bene peritus.* A. POPM. Fabium hunc & Livius & D. Halicarn. ſecuti ſunt. Vide Polybii Cenſuram pag. 17. 28. 83. WASSE.

SOLITO INSTITUTOQUE] Locus eſt Fabii Pictoris adductus ex Auctore de Origine gentis Rom. qui, eodem teſte, Vennonio tribuitur cap. 11. Sic & alia nonnulla, ut cap. 30. illud Albini, *Bajani Euxini*, &c. poſtea cap. XLVII. Lutatio adſcribitur. Et cap. 53. illa verba, *cum bello Latino*, & quae ſequuntur, Antipatro aſſignata, habentur quoque inter Fragmenta Fabii Pictoris, itemque inter Gelliana. Omnibus enim his adſcribit Cicero, I. De divinatione. PONTAN.

QUAPROPTER TUM PRIMUM] Roma capta & direpta eſt anno CCCLXIII. Conſul de plebe primum eſt creatus anno CCCLXXVII: interceſſe-

INCERTA.

II. Mortuus eſt anno duo & viceſimo: Rex fuit annos viginti & unum. *Ibidem.*

Lupus femina. *Quintilianus* I. 10.

AEneae ſomnium ejuſmodi eſt, ut omnia quae ab AEnea geſta ſunt, quaeque illi adciderunt, ea fuerint, quae ei ſecundum quietem viſa ſunt. *Cicero de Divinatione* I.

Amata inedia ſe interemit. *Servius* in XII. AEn.

Cum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis *Inſtaurativi* conſtituti ſunt. *Ibidem.*

Cujus Aulus fuerit filius, cujus gentis & nationis. *Arnobius adverſus gentes* VI. pag. 194.

Literas Cadmum ex Phoenice in Graeciam, inde in Italiam Evandrum adtuliſſe. *Victorinus de Orthographia.*

III. Κελάσαι δὲ Ἀμυλίῳ τὰ βρέφη λαβόντες ἐν σκάφῃ, κείμενα τῶν ὑπηρετῶν τινες, ἤνεγκον ἐμβαλόντες εἰς τὸν ποταμὸν, ἀπέχοντα τῆς πόλεως ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους &c. Dionyſ. Halic. lib. I. pag. 65. lin. 1.

Ὁ μὲν δὴ Ῥῶμος (ὡς ὁ φάβιος παραδέδωκε,) δέκατος εἰς τὴν Ἄλβαν ἀπήγετο. Idem lib. I. pag. 67. lin. 30. Confer Plutarchum in ejus vita, pag. 21.

Διεῖλε δὴ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, εἰς μοίρας ἓξ καὶ ἑκατὸν, ἃς καὶ αὐτὸς καλεῖ φύλας, καὶ τὰς ἀσκὰς πεφυτευκὼς αὐτοῖς τετράρας καὶ τριάκοντα φυλὰς ἀμφοτέρων. Idem lib. IV. pag. 220. lin. 8.

Τὸ ῥάθυμον αὐτῶν (Fabii) περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν χρόνων ἐλέγχει. ἐπὶ γὰρ τοῦ Ἀρδέα τελευτῆς γεγόμενος, ὃ καθ' ἑαυτὸν μόνον, ὃ καὶ πρότερον ἔφην, ὅτι γέγραφεν εἶναι Ταρκυνίου τὸν Ἀρδέαν. ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον, ὅτι φησὶν ἀποθανόντα ὑπὸ τῆς μητρὸς Τανακυλίδος τεθάφθαι. Idem lib. IV. pag. 234 lin. 20.

Αὐτὴν (Tarpejam) ἕως εἰσέρχεται τῶν ψαλίων ἃ περὶ τοὺς ἀριστεροὺς βραχίονας ἔφερον, καὶ τὰ δακτύλια. Idem lib. II. pag. 105. lin. 34. deinde pag. 106, 20. φυλάξω τὴν κόλιν τὰς περὶ τὴν πρόδοσίαν συνθήκας.

Τοῦτον τὸν ἄνδρα (Tarquinium Collatinum) Φάβιος μὲν υἱὸν φησιν Ἠγερίου. Dionyſ. IV. pag. 261. lin. 30.

Φησὶ

runt ergo inter urbem captam & plebejum conſulatum anni 24. etſi Fabius hic 22. numeret, referens annum captae Urbis in CCCLXV. de quo inter autores controverſia eſt. A. Porma.

Mortuus est anno] Nonius hoc recitat ex Varronis Rerum humanarum XI. ſed perperam legit Duodeviceſimo, ut notavi ad Catonis Orig. IV. Duo & viceſimo, ut hic obſervat Gellius, utitur Tacitus Hiſtor. I. *Quarta ac duo & viceſima legiones.* Idem III. *Sextadecimanos duo & viceſimanoſque lacrumis cornua compleſſe.* De claris oratoribus: *uno & viceſimo Caeſar Dolabellam.* A. Porma.

φησὶ Ῥωμαίους αἰσθέσθαι τ πλάτος τότε πρῶτον, ὅτε τ ἔθνους τούτου κατέσησαν κύριοι. Strabo lib. V. pag. 228.

IV. φάβιος ὁ φησιν ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεύς. ἅμα τῷ καλὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι τ τὴν Ἀσδρούβα πλεονεξίαν τ φιλαρχίαν, αἰτίαν γινεσθαι τ καθ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γὰρ μεγάλως ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μὴ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύης, ἐπιβαλεῖσθαι καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τ Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τ πολιτεύματος, προειδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, συμφρονῆσαι τ διαφθεῖραι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν ὑποπτεύσαντα ἀναχωρῆσαι ἐκ τ Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἃ προσέσχεν τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων. Ἀννίβαν δὲ κοινωνὸν τ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τ ἐκείνου προαιρέσεως, τ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν Ἀσδρούβα ποιεῖσθαι τ πραγμάτων. διὸ τ νῦν τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι τ τὴν αὐτὴν προαίρεσιν Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην. ἐδόκει γὰρ εὐδοκεῖν τ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι, τοῖς ὑπ' Ἀννίβα περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πεφυχθεῖσι. ταῦτα δ' εἰπὼν φησὶ, μὴ τὴν τ προειρημένης πόλεως ἅλωσιν ἀδικηθῆναι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβα ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. Polyb. III. pag. 228.

Πᾶν γὰρ ἐνδείας ἀναχώμενοι, πάσης ἐπιθήσεως τ μάχης πεῖραν λαβόντες τέλος. οὐχ' ὡς Φάβιος φησὶν, ἐξαδυναλήσαντες τ πεικακῆσαι, ἀλλ' ὡς ἂν ἀπαθεῖς τ ἀήττητοι τινες ἄνδρες, [a]ἱερὸν ἐποιήσαντο σίφανον. *Idem* lib. I. pag. 83.

V. Anno primo octavae olympiadis Romam conditam fuiſſe. *Solinus Polybiſt.* cap. II.

Millia LXXX. primo luſtro civium cenſa: eorum qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. *Livius* I. 44.

Quadraginta ea ſola talenta fuiſſe (ſepoſita in aedificationem Capitolii.) *Ibidem.* cap. 55.

Coriolanum uſque ad ſenectutem vixiſſe. Hanc ſaepe eum exacta aetate uſurpaſſe vocem, *Multo miſerius ſeni exſilium eſſe.* Ibidem II. 40.

Ambos Coſſ. in Samnio & ad Luceriam res geſſiſſe: traductumque in Etruriam exercitum: ad Luceriam utrimque multos occiſos, in eaque pugna Jovis Statoris aedem votam, ut Romulus ante voverat. *Idem* X. 37.

Ad Thraſymenum pugna XV. millia Romanorum in acie caeſa ſunt, X. millia ſparſa fuga per omnem Etruriam diverſis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hoſtium in acie, multi poſtea utrimque ex vulneribus periere. *Idem* XXII. 7.

Cum

[a] ΙΕΡΟΝ] Vid. Lipſium ad Senecae Epiſt. LXXXIII. Wasse.

Cum obſideretur praeſidium Romanum a Liguſtinis, hirundinem a pullis ad ſe adlatam ut lino ad pedem ejus adligato nodis ſignificaret, quoto die, adveniente auxilio, eruptio fieri deberet. *Plinius* X. 24.

Matronam, quod loculos in quibus erant claves cellae vinariae reſignaviſſet, a ſuis inedia mori coactam. *Idem* XIV. 13.

Puilia ſaxa eſſe ad portum, qui ſit ſecundum Tiberim. *Feſtus*, *Puilia.*

Amata inedia ſe interemit. *Servius* in XII. *AEneid.* 603.

Fabii Pictoris Rerum gestarum Lib. I.

Et ſimul videbant Picum Martium. *Nonius* in *Picumnus.*

Pontificii Juris Lib. I.

VI. Quae verba Pontificem Maximum dicere oporteat cum Virginem capit, ea ejuſmodi ſunt: *SACERDOTEM VESTALEM QUAE SACRA FACIAT, QUAE JOUS SIET, SACERDOTEM VESTALEM FACERE PRO POPULO ROMANO QUIRITIBUS, UTI QUOD OPTIMA LEGE FUAT, ITA TE AMATA CAPIO. A. Gellius I.* 12.

Equo Dialem Flaminem vehi religio eſt, *claſſem procinctam* extra pomerium, id eſt, *exercitum ornatum* videre. Jurare Dialem fas numquam eſt. Annulo uti niſi pervio caſſoque fas non eſt. Ignem e Flaminia, id eſt, Flaminis Dialis domo, niſi ſacrum efferri jous non eſt. Vinctum ſi aedes ejus introierit ſolvi neceſſum eſt, & vincula per inpluvium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam demitti. Nodum in apice neque in cinctu neque alia in parte ullum habet. Siquis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes ejus ſupplex procubuerit, eo die verberari piaculum eſt. Capillum Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet. Capram & carnem incoctam & ederam & fabam neque tangere Diali mos eſt neque nominare. Propagines e vitibus altius praetentos, non ſuccidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos eſſe oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas eſt, neque apud ejus lecti fulcrum capſulam eſſe cum ſtrue atque ferto oportet. Unguium Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur. Dialis cotidie (a) feſtatus eſt, ſine apice ſub divo eſſe licitum non eſt: ſub tecto uti liceret, non pridem a Pontificibus conſtitutum. *Idem* X. 15.

Ex-

(a) Alii *teſtatus*, Steph. *fertatus.*

Exta porriciunto, diis danto in altaria, aramve, focumve, eove quo exta dari debebant. *Macrobius Saturnal.* III. 2.

Vitulari. *Ibidem.*

Lib. III.

Pilumno & Picumno. *Nonius* in *Picumnus.*

Lib. XVI.

Aquam manibus pedibuſque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua. *Idem Polubrum.*

ANNIBALICA.

Ἡ δὲ βυλὴ κέϊσλον μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶν ἔργων, ἐς Δελφὸς ἔπεμπε. Appian. Vol. I. pag. 569.

INCERTA.

VII. Muries fit ex ſale, quod (a) ſal ſordidum tunſum eſt, & in ollam rudem fictilem adjectum eſt, & poſtea id ſal virgines Veſtales ferra ferrea ſecant. *Idem, Sal neutro genere.*

Hos

Vitulari] Hoc eſt, *voce laetari*, ἀγαλλίζεσθαι. Vitula enim eſt Dea laetitiae ſecundum Hyllum in libro de Diis. Secundum Piſonem vero, victoriae. Wasse.

Aquam manibus] Pertinet ad ceremonias ſacrorum, in quibus omnia pura lotaque eſſe jubebantur, unde natum proverbium, *Illotis manibus, pedibus, accedere* vel *tractare.* Ovidius in Faſtis:

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Polubrum vas idem quod *Trulleum*, Graece χέρνιβον, cujus apud Homerum crebra mentio. A. Popma.

Polubrum] Seu *pollubrum*, *peluvium vas*, & *Pelvis* Feſto. Graeci χέρνιβα vocant, nos *trulleum*, inquit Nonius Marcellus. Varro *in Vita Populi Romani*, diſtinguit inter *trulleum* & *pelvim.* Vocis Graecae crebra apud Homerum mentio, inquit Popma, ſed memoria lapſus eſt; nam in hoc ſignificatu ſemel tantum apud eum reperitur Iliad. ω. 304. Χέρνιβον (Attice χέρνιβιν teſte Athenaeo lib. IX. ἀφυσσόμενοι δ' ἄμυδις χερνὶν ἔχυτο. Ubi Scholiaſtes prius verbum λέβητα reddit, poſterius vero, ξέσλον. In caeteris locis, aquam ipſam, non *vaſum*, denotat, ut ἀφυσσόμενοι χρυσείῃ & ἀργυρέου λέβητος, hoc eſt, vertente Nonio in Odyſſea, *argentea polubro aureo* & *gluiro.* Pro quo, *aureo gutto*, recte legit divinus Scaliger ad Feſtum. Apud Galenum VII. Epidem. Pro *matella* ſumitur. Wasse.

Kointon] Vide Ciceronem tam de ejus, quam Piſonis annalibus, in II. de Oratore. Pighius ex Sigonio ad XXIII. Livii, putat extare Fabium hunc apud Ludovicum Beccatellum, cujus erroris originem videſis apud Voſſium, de Hiſt. Lat. pag. 17. Wasse.

Muries fit ex sale] Feſtus: *Muries eſt ea quae*

(a) Sale sordidum tunsum est] Vetus Codex *fuſtum eſt*; Fulvius, *fi piſum eſt*; Junius, *uſtum eſt*. A. Popma.

Hos Deos enumerat quos invocat Flamen, *facrum cereale* faciens Telluri & Cereri, Vervactorem, Reparatorem, Imporcitorem, Inſitorem, Obaratorem, Occatorem, Sarcitorem, Subruminatorem, Meſſorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem. *Servius Georg.* I.

Q. Fabii Maxumi Serviliani Pontificis Annalium Lib. I.

Tum AEneas aegre patiebatur in eum deveniſſe agrum, macerrumum, littorioſiſſimumque. *Idem AEneid. I.* 7.

Pontificii Juris Lib. XII.

Negat oportere atro die parentare: quia tunc quoque Janum Jovemque praefari neceſſe eſt, quos nominari atro die non oportet. *Macrobius* I. 16.

INCERTA.

Amitti magis quam apiſci. *Priſcian.* VIII.

L. Cincii Alimenti Annalium Graecorum Lib. I.

VIII. Poſt eum regnavit Tiberinus Silvius, Silvii filius, qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter proeliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſſa. *Auctor de origine gentis Romanae.*

Lib.

quae fit ex ſale ſordido in pila pinſato, & in ollam fritillem conjecto, ibique operto. gypſatoque, & in furno percotto. Cui Virgines Veſtales ferra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto &c. Hinc apparet Fabium ſcripſiſſe *fritillem*, & Nonium aut librarios ſubſtituiſſe *fictilem*. Eſt autem *olla fritilis* apta ad frigendum torrendumve. Sicut *fritilia puls* ex hordeo toſto. Arnobius lib. VII. *Quia fritilla? Quid frumen?* A. Poema. Vid omnino Serv. in Eclog. VIII. P. Danielis. Wasse.

Occatorem, sarcitorem] Inter typothetae ſphalmata retuliſſem, niſi ſcriptum excuſumque etiam alibi reperiſſem. Legendum tamen, *farritorem* non *farciterem*. Sarriunt enim ruſtici poſt occationem. Plautus: *Semper occant priusquam ſarriunt ruſtici.* Vide Capt. Act. III. Scena 5. Et apud Martialem, *ſarrire ſaxum.* Pontan.

Q. Fabii Maxumi] Q. Fabius Maxumus inter antiquiſſimos Hiſtoricos recenſetur a Dionyſio, ut dubitem an ſit ille Q. Fabius Maxumus Servilianus, qui Conſul fuit cum L. Metello Calvo anno DCXI. Cenſor ſexto poſtea anno cum Q. Fulvio Nobiliore. A. Poema.

Agrum, macerrumum] Deſignat agrum Laurentem octo millibus a mari remotum, in quem AEneas primum venit, ut refert Cato in Originibus. Virgilius AEneid. I.

—— *Lavinaque venit*
Littora.

A. Poema.

L. Cincii Alimenti] L. Cincius Alimentus fuit conjunctus aetate Pictori, &, ſicut ille, Graeco ſermone Annales ſuos ſcripſit, teſte Dionyſio, a quo dicitur vir ordinis Senatorii. Bello Punico miles interfuit, captivus Annibali factus. A. Poema. In pleriſque libris corrupte, *Mi ſantus* vocatur. Pacto fuit M. Claudio M. Cornelio & M. Valerio Coſſ. Wasse.

Qui

Lib. II.

Aſcanius, completis in Lavinio triginta annis, recordatus novae urbis condendae tempus adveniſſe ex numero porcorum, quos pepererat ſus alba; circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quae in eō condita eſt, Albanus nuncupatur, civitatem communit, eamque ex forma, quod ita in longum porrecta eſt, Longam, ex colore ſuis, Albam cognominavit. *Ibidem.*

INCERTA.

Ἀδύκι῾ ὁ Κίγκι῾, περὶ τὸ τέταρτον ἔτ῾ τ῾ δωδεκάτης ὀλυμπιάδ῾. De Romae natali loquitur. *Dionyſ.* I. p. 60. lin. 12.

Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae, Etruſcae deae, comparere. *Livius* VII. 3.

Captum ſe ab Annibale. *Idem*, XXI. 38.

Gallis Liguribuſque additis, cum his LXXX. millia peditum, decem equitum adducta in Italiam: ex ipſo autem audiſſe Annibale, poſtquam Rhodanum tranſierit, XXXVI. millia hominum, ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amiſiſſe in Taurinis, quae Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo. *Ibidem.*

Historia de Gorgia Leontino.

IX. Qui dum jam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitatibus inſultavit. *Fulgentius.*

Numina peregrina, novitate ex ipſa adpellata pronunciat. Nam ſolere Romanos religiones urbium ſuperatarum, partim privatim per familias ſpar-

Qui dum jam silicernius] Hoc fragmentum Cincio dedi fide Fulgenti Planciadae, hominis alioquin in citandis autorum teſtimoniis minus fidi. De Gorgia Leontino loquitur, de quo Valerius lib. VIII. *Cum centeſimum & ſeptimum ageret annum, interrogatus, Quapropter tam diu vellet in vita remanere? Quia nihil, inquit, habeo quod ſenectutem meam accuſem.* A. Popma. Vid. Voſſium de Hiſt. IV. 13. In Codice Leidenſi quo uſus Munkerus, *Alinetus* eſt. At *Alimentus* fuit Cinciae gentis cognomen, ut docet Aldus de Orthogr. pag. 6. Vid. Liv. lib. XXX. In MS. Codice Sidnienſi pro *qui dum*, legitur *quid eam*; pro *morti*, *mori*. Apud Fulgentium pro *ſilices*, *ſilicem*. Vid. Dacerius ad Feſtum. Wagn.

Numina] Sic fere Cornificius ibidem, *Novitatum praeſides* vocat. Cui opinioni favet etiam Varro loco ſupradicto, ſed ejus verba ab ignorantia ſcribarum vindicanda ſunt. *Novenarium numerum &c. quod in novandis rebus potentiſſimus ſemper habetur & maximus.* In vulgatis perperam, *Movendis*. Tullius quidem *res moveri* uſurpat, ſed tam Cornificii explicatio pro noſtra lectione ſtat, quam etymologia. Prior enim lectio non valet niſi legatur *Movenſiles*, ſed loquitur de novenario numero. Denique *rebus novandis* non tantum occurrit apud Ciceronem, Virg. Ovid. & Juriſperitos, ſed & apud ſcriptores Africanos. *Quid novatio & revelatio pudendorum?* pag. 182. Arnobius. Apud Apulejum & Tertullianum De je-

ſpargere, partim publice conſecrare: ac ne aliquis Deorum multitudine aut ignorantia praeteriretur, brevitatis & compendii cauſa uno pariter nomine cunctos Novenſiles invocari. *Arnob.* III. pag. 122.

Dehinc idem Romulus Jovi Feretrio ludos inſtituit in Tarpejo, quos Tarpejos dictos & Capitolinos Piſo tradit. *Tertullian. de Spectaculis* cap. VI.

Lib. de Fastis (ſeu) Fastorum.

X. (*Ait*) inperite quoſdam opinari Aprilem menſem antiquos a Venere dixiſſe, cum nullus dies feſtus, nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem a majoribus inſtitutum ſit: ſed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut caeterorum coeleſtium, laus celebratur. *Cincio etiam Varro conſentit.* Macrob. I. cap. 12. pag. 170.

Junius *menſis*, quod Junionis apud Latinos ante vocitatus, denique apud Aricinos, Praeneſtinoſque hac adpellatione in Faſtos relatus ſit. *Idem ibidem.*

Menſem nominatum putat a Maja, quam Vulcani dicit uxorem; argumentoque utitur quod Flamen Vulcanalis Calendis Majis huic Deae rem divinam facit. *Macrob. paulo infra.*

Regifugium dies notatur in faſtis VI. Kal. Martiis, quia eo die Rex Tarquinius Roma fugerit, quod falſum eſſe arguit Cincius. Tullius de feriis, qui Saliares Virginio, & Salios adeſſe dicunt regi ſacrorum, cum facit ſacrificium in Comitio, quo facto ſtatim fugit. *Feſtus* in *Regifugium.*

Lib. de Comitiis.

Patricios *ait* eos adpellari ſolitos qui nunc ingenui vocentur. *Feſtus* in *Patricios.*

Lib.

jejun. cap. 13. M. Capellam 165. 27. 71. 7. 98. 21. Nec obſiciat quiſpiam, quod opiniones Varronis & Cornificii hoc pacto non amplius erunt diverſae, cum Cincius & Cornificius conſentiant, & loco tantum, non ſenſu, disjungantur. Et quamvis idem plane dicunt, inter eos nihilominus inſeritur Manilius, cujus ſententia ab iis diſſidet nimium quantum. Confer etiam ſequentia, & me a ſcopo non multum aberraſſe deprehendes. Wasse.

Fastis] Primo modo concipitur libri titulus apud Macrob. poſteriore vero apud Feſtum. Ad hunc pertinere judico Fragmenta de Romae natali apud Solinum & Dionyſium, quae inter incerta a Popma ponuntur. Uti etiam illud apud Livium VII. de clavis, annorum indicibus, in templo Nortiae Deae. Caeterum apud Macrob. II. 9. pro *Cincius*, in *Suaſione legis Fanniae*, tum ex Sarisberienſi VIII. 7. tum ex ipſo Macrobio II. 12. legendum, *Titius*, cujus meminit Feſtus, in *Offendices*. ut viri docti obſervarunt. De lege Fannia vide Macrob. II. 16. Wasse.

Mensem] *Faſtos* non diſerte citat Macrob. hoc in loco, forte quod ſupra id fecit; ſed ex affinitate rei huc pertinere non dubito tam hoc quam ſequens fragmentum. Wasse.

Comitio] Committe ſuper hac re Macrobium cum Ovid. Faſt. lib. II. Wasse.

Patricios] Vide Decii Muris verba apud Livium lib. X. Wasse.

An

Lib. de Consulum Potestate.

XI. Praetor ad portam nunc ſalutatur is, qui in provinciam pro Praetore aut Proconſule exit. Cujus rei morem ait fuiſſe talem. Albanos rerum potitos uſque ad Tullum regem: Alba deinde diruta uſque ad P. Decium Murem Conſulem populos Latinos ad caput Oetentinae, quod eſt ſub monte Albano conſulere ſolitos, & imperium communi conſilio adminiſtrare. Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret juſſu nominis Latini complures noſtros in Capitolio a ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Ubi aves addixiſſent, militem illum, qui a communi Latio miſſus eſſet, illum quem aves addixerant, Praetorem ſalutare ſolitum, qui eam provinciam obtineret Praetoris nomine. *Feſtus* in *Praetor.*

Lib. de Officio Jurisconsulti.

Subici aries dicitur, qui agitur ut caedatur, quod fit (ait) exemplo Athenienſium, apud quos expiandi gratia aries inigitur ab eo, qui ſcelus admiſit poenae pendendae loco. *Feſtus* in *Subici.*

Lib. II.

Nuncupata pecunia eſt, nomina certa nominibus propriis pronunciata. *CUM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE UTI LINGUA NUNCUPASSIT, ITA UTI NOMINARIT, LOCUTUSVE ERIT, ITA JUS ESTO.* [ex lege XII. Tab.] *Feſtus* in *Nuncupata.*

XII. *Sanates*, quaſi *ſanati* adpellati. Scriptum eſt in XII. *nexo, ſolutoque, forti ſanatique, idem jus eſto.* Id eſt *bonor* quod & peregrino, qui & inferiorum coloniarum, quae ſunt deductae in Priſcos Latinos, quas Priſcus rex inegerit ſecundum mare ſupra & infra Romam in Civitates Latinorum, eoſque *Sanatis*, propterea quod praeter opinionem, eos paraviſſet, *ſanaviſſetque*, & cum eis paciſci potuiſſet, nominavit. *Feſtus* in *Sanates.*

Mys-

Ad caput] Legend. ad *caput Ferentinae.* A. Augustin. Ut patet ex Dionyſio IV. 5. & Liv. I. Wasse.

Aries] Lex Numae his verbis apud Servium concipitur: *Ut ſi quis imprudens hominem occidiſſet, pro capite occiſi & natis ejus in concione arietem offerret.* Wasse.

Honor] Legendum *bono*, ſic enim *Forti* ſignificat. Confer etiam Gellium XVI. 10. & Feſti fragmentum. Wasse.

Mystagogicon Lib. II.

Trientem tertium pondo id ſignificare ait, duas libras pondo & trientem, qua conſuetudine hodieque utimur cum lignum besalterum dicimus, id eſt, pedem & beſſem latitudinis habens. Et ſeſtertium, id eſt duos aſſes & ſemiſſem tertiam, item ſi tres aſſes ſunt, & quartus quadrans. *Feſtus* in *trientem.*

Lib. de Verbis Priscis.

XIII. Reconductae fecerit, & condere urbem, facere. AEdificare. *Feſtus* in *Reconductae.*

Rudiarii qui ſaga nova poliunt. *Idem ibid.*

Scenam dolabram pontificiam. *Feſtus* in *Scenam.*

Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui ſimili nomine adpellatur. *Feſtus* in *Gentilis.*

Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis adpellatur, ſicut veſtimentum rude non perpolitum. Sic aes infectum ruduſculum apud aedem Apollinis aes conflatum jacuit, id ad rudus adpellabant. Feſtus in *Rodus.*

Naccae adpellantur vulgo fullones quod nauci non ſint. *Idem* in V.

Natio genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Et non tantum univerſim de omnibus, ſed etiam de ſingularibus quoque hominibus ſejunctim dici ſolet. *Idem* in V.

Naucum poni pro nugis. Quod in olea nucis quid intus ſit. Vel *ut infra*, quod in oleae nuce intus ſit. *Idem* in V.

Novalem agrum eum eſſe ubi gleba proſciſſa ad novam ſementem ſit relicta. *Idem* in V.

Nuptias, quia flameo caput nubentis obvolvatur. *Feſtus* in V.

Obſtitum qui Deo Deaeque obſtiterit. *Feſtus* in V.

XIV. Proſpera quaedam nomina uſurpabant antiqui, in e declinata, ut

Reconducta] A. Aug. *reconderit fecerit* legendum putat. Scalig. *reconduit.* optime ad morem priſci aevi. Caeterum de Etymologia videſis Q. Scaevolam apud Ciceronem in Topicis. Wasse.

Scenam] Pertinet ad lib. II. ut bene conjicit Dacerius ex —— *libro qui eſt ei.* Illum vide ad locum. Wasse.

Gentilis] Nullus dubito quin ſit hoc fragmentum ex libro, *De verbis priſcis,* licet ſub hoc titulo non diſerte laudetur. Caeterum de Etymologia *Gentilis* vide Q. Scaevolam apud Ciceronem in Topicis. Wasse.

Obstitum] Vid. Comment. ad Virgilianum illud, *Dique Deaeque omnes quibus obſtitit Ilium.* Wasse.

Prospera] Titinius: *Paula mea, amabo, pollulam*

ut *praefiſcine*, extrema producta ſyllaba, videlicet ut occurrerent faſcino. *Feſtus* in V.

Refriva faba, dicitur, quae ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete auſpicii cauſa, quaſi revocent fruges, ut domum *datantes revirtico* ad rem divinam faciendam.

Siniſtrae aves a Deorum ſede cum in meridiem ſpectes (ſunt Varronis verba) ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dexteram occidentes, factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra eſſe exiſtimentur. Idem fere (ſentit) Cincius. *Feſtus* in V.

Tuditantes, tudentes negotium, tondentes ſignificare ait Cincius, id eſt agentis. *Feſtus* in V.

Vindiciae olim dicebantur illae, quae ex fundo ſumtae, in jus adlatae erant. *Feſtus* in V.

Salias Virgines Cincius ait eſſe conductitias, quae ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatae. *Feſtus* in *Salias*.

De re Militari Lib. III.

XV. Fecialis verba. *QUOD. POPULUS. HERMUNDULUS. HOMINES. QUE. POPULI. HERMUNDULI. ADVERSUS. POPULUM. ROMANUM. BELLUM. FECERE. DELIQUERUNT. QUE. QUOD. POPULUS. ROMANUS. CUM POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. BELLUM. JUSSIT. OB. EAM. REM. EGO. POPULUS. QUE. ROMANUS. POPULO. HERMUNDULO. HOMINIBUS. QUE. HERMUNDULIS. BELLUM. INDICO. FACIOQUE.* Gellius XVI. 4.

De

lam laudem addito —— Praefiſcini. Vide Feſtum in, *ergo*, *Muſcedra*, *Pone*. *Quando*. Gellium X. 24. & Macrobium Sat. I. 4. *Idem.*

Datantes] Scalig. legit, *data enim eſt & tritico*. id eſt, non ſolum data eſt faba refriva ſuo generi, ſed & reliquis frugibus & tritico. Inde Kalendae Juniae, in quibus res divina fiebat, *fabariae* dictae ſunt, auctore Macrobio X'I. & Varrone In Vita populi Romani Lib. I. patet ex Nonio, in *maſtare*, Sacrum id primum inſtituiſſe Junium Frutum. Cum Circio enim facit Plin. VIII. 12. apud quem tamen in Mſſ. Regio, Colbertino, & Thuanaco, *referiva* legitur. Wasse.

Deorum] Partes nempe ſeptentrionales, ut patet ex Servio ad —— II. AEn. *Intonuit laevum.* Wasse.

Tuditantes] Utitur hac voce Varro *Marcipore. Haeccine nobis tibique tudicula ſſe?* a *tudes*, *tuditis*, malleus, ut nos certiores facit Feſtus ibidem. *Idem.*

Vindiciae] Urſinus & Turnebus pro, *illae*, legunt, *glebae*. nam qui fundum aliquem ſibi proprium eſſe dicebat, ex eo glebas aliquas in jus ferebat, ut de illo litem moveret & vindicias peteret. Fundi petendi formulam vide apud Ciceronem in Muraena, & Agellium XX. 9. *Idem.*

De re Militari Lib. V.

Quum delectus antiquitus fieret & milites ſcriberentur, jusjurandum eos Tribunus militaris adigebat in verba haec. *IN. MAGISTRATU. C. LAELII. C. FILII. CONSULIS. L. CORNELII P. FILII. CONSULIS. IN. EXERCITU. DECEM. QUE. MILIA. PASSUUM. PROPE. FURTUM. NON. FACIES. DOLO. MALO. SOLUS. NEQUE. CUM. PLURIBUS. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. IN. DIES. SINGULOS. EXTRA. QUE. HASTAM. HASTILE. LIGNA. NAPUM. PABULUM. UTREM. FOLLEM. FACULAM. SI. QUID. IBI. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. QUOD. TUUM. NON. ERIT. QUOD. PLURIS. NUMMI. ARGENTEI. ERIT. UTI. TU. AD. CAIUM. LAELIUM. C. FILIUM. CONSULEM. L. VE. CORNELIUM. P. FILIUM. CONSULEM. SIVE. QUEM. AD. UTRUM. EORUM. JUS. ERIT. PROFERES. AUT. PROFITEBERE. IN. TRIDUO. PROXIMO. QUIDQUID. INVENERIS. SUSTULERIS. VE. SINE. DOLO. MALO. AUT. DOMINO. SUO. CUJUM. ID. CENSEBIS. ESSE. REDDES. UTI. QUOD. RECTUM. FACTUM. ESSE. VOLES.* Agell. XVI. 4.

Miles quum die, qui praedictus eſt, aberat, neque excuſatus erat, infrequens dabatur.

Lib. VI.

XVI. Alae dictae exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra ſiniſtraque tamquam alae in avium corporibus locabantur. In legione ſunt Centuriae ſexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

INCERTA.

Hujus Serapis hujus Iſis. *Chariſius.* pag. 107. lib. I.

P. Scipionis Historia Graeca. Cicero in Bruto.

C. Aci-

Infrequens] Lipſius Antiq. Lect. V. 4. legit. *dicebatur*, & ſane Feſtus favet in *frequens appellabatur* &c. Plautus in Trinum. *Ubi nihil det, pro infrequente eum mittas militia domum.* Wasse.

C. Acilii Annales Graeci.

Ἀφανῆ γρέσθαι. τὰς δ', τῷ Φαύνῳ προσδοξαμένους ἑκδραμεῖν γυμνὰς ἐπὶ τὴν ζήτησιν, ἵνα ὑπὸ τῶν ἱδρῶτος μὴ ἐνοχλοῖντο. γυμνὰς δὲ ἦν τὸτε, πεῖραν τὰς λιπαίνας. pag. 31.

Claudii Annales Aciliani Latini.

Ita nocte ac die bina caſtra hoſtium expugnata ductu L. Martii. Ad triginta ſeptem millia hoſtium caeſa, captos ad mille octingentos triginta; praedam ingentem partam, in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo centum triginta octo, cum imagine Barcini Aſdrubalis. *Livius* XXV. cap. 39.

XVII. P. Africanum in ea fuiſſe legatione, eumque Epheſi conlocutum cum Annibale, & ſermonem etiam unum refert, quo quaerenti Africano, Quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet, reſpondiſſe, Alexandrum Macedonum regem; quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodque ultimas oras, quas viſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſſet. *Quaerenti deinde*, quem ſecundum poneret; Pyrrhum, *dixiſſe*, Caſtrametari primum docuiſſe. Ad hoc, neminem elegantius loca cepiſſe, praeſidia diſpoſuiſſe, artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicae gentes regis externi, quam Populi Romani, tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent. *Exſequenti, Quem tertium duceret*, haud dubie, ſemetipſum *dixiſſe*. Tum riſum obortum Scipioni, & ſubjeciſſe: Quidnam tu diceres, ſi me viciſſes? Tum me vero, *inquit*, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios Imperatores eſſe. *Livius* XXV. 14. Idem narrat *Appian.* de *B. Syriacis* pag. 91.

C. Fannii Annalium Lib. I.

XVIII. Cum in vita agenda didicimus multa, quae inpraeſentiarum bona videntur, poſt inventa & multo amplius, aliuſmodi atque ante viſa eſſent. *Priſcianus.* XIII.

Lib.

C. Acilii] Hic C. Acilius ſcripſit Annales Graecos, quos in Latinum convertit Claudius an Quadrigarius, an alius. Autor de origine gentis Romanae habet, *Volcatius & Acilius Piſo*: quod corruptum puto, cum Piſonis cognomen in gente Acilia nondum repererim: itaque diſtinctione interpoſita lego, *Acilius, Piſo.* A. Popma.

C. Fannii] C. Fannius M. F. gener Laelii, cum quo loquitur in Ciceronis Dialogo de amicitia. Scripſit libros Annalium, quos M. Brutus in Epitomam redegit, quam Cicero ad Atticum

Lib. VIII.

Domina ejus ubi villam venerat, jubebat biber dari. *Cariſius* I. *Biber.*

INCERTA.

Haec adipiſcuntur. *Priſcian.* VIII.

Ταχὺ δ' ἦ τ νέων πάντων ἐπρώτευεν ἀταξία καὶ ἀνδρεία· καὶ δὴ γε τείχους ἐπέβη τ πολεμίων πρῶτος, ὥς φησι Φάννιος, λέγων καὶ αὐτὸς τῷ Τιβερίῳ συνεπιθέναι. καὶ συμμετασχεῖν ἐκείνης τ ἀρετείας. Plutarch. in Gracchis V. 826. a.

Q. Metelli Oratio contra Tiberium Gracchum expoſita eſt in C. Fannii Annalibus. *Cicero* in *Bruto.*

Εἴρωνα me, ne ſi Africanus quidem fuit, ut ait in Hiſtoria Fannius, exiſtimari velim. *Ibidem.*

Vennoni Historiarum Libri.

Solito inſtitutoque egreſſam virginem in uſum ſacrorum aquam petitum, &c. *Autor de orig. gentis Romanae.* Vid. *Fabium Pictorem.*

Εἰς μίαν καὶ τεσσαράκοντα φυλὰς ἀξιοπρεπέστερον ὧν, ἐκ ἐλάττω τ μοιρῶν τὸν ἀριθμόν. Dionyſ. Lib. IV. pag. 220. lin. 5.

Libonis Annales.

XIX. Quatuordecim annis poſt Praetor eſt factus Tuditanus quam Conſul Mummius. *Cicero ad Atticum.*

Eum Praetorem P. Popillio, P. Rupilio Conſulibus. *Ibidem ep.* XXXII.

M. Por-

cum lib. XII. vocat Epitomen Bruti Fannianorum. De illo ita judicat in Bruto: *ejus omnis in dicendo facultas ex Hiſtoria ipſius, non inelegantes ſcripta, perſpici poteſt: quae neque nimis infans eſt, neque perfecte diſerta.* Sallustius lib. I. Hiſtoriarum cum aliis Hiſtoriographis ſingula tradidiſſet, dat Fannio veritatem. A. Poema.

Ubi villam venerat] Alii, *ad villam*, male, omittit enim praepoſitionem, ut Plautus, *regat quid Cariam veniam.* Caeſar De bello civili III. *Tertio die Macedoniam* &c. A. Poema.

Biber dare] Ita legit Cariſius, quaſi *Biber* nomen ſit. Ego puto inſolitum modi duo verba conjungi, *Bibere dare*: quod etſi vitioſum in oratione cenſent Grammatici, tamen vetuſti autores uſurpant. Terent. Andria: *Quod juſſi ei dare bibere.* Livius XL. *ut bibere ſibi juberet dari.* Quadrigarius Annal. III. *Caſtra ſimulare oppugnare.* Idem. VI. *Non auſi ſunt deſcendere jubere.* Servius ad illud Virgilii: *Magnum dat ferre talentum*, Graecum eſſe ait, duo verba conjungere, & poëtis concedi. Unde uſus, inquit, obtinuit, *dare bibere*, quod alioquin faciendum non eſt. Dixit tamen Cato de Re Ruſt. *Meridie bibere dato.* Plautus Perſa, *Bibere do uſque plenis cauharis.* A. Poema.

Vennonii] Hunc Cicero I. de Legibus exilem in hiſtoria dicit eſſe, ut Piſonem, Fannium Dionyſius fide dignum in hiſtoria praedicat. A. Poema.

Libonis annales] Fuit L. Libo inter oratores aetate Catonis, quo Tribuno plebis populum incitante, & rogationem in Galbam privilegii ſimi-

M. Porcii Catonis Originum Lib. I.

Clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exſtare oportere. *Cicero pro Plancio.*

P. Scipionem eum qui primus Africanus adpellatus ſit dicere ſolitum, numquam ſe minus otioſum eſſe quam cum otioſus, nec minus ſolum quam cum ſolus. *Idem Officior.* III.

Agrum quem Volſci habuerunt campeſtris, plerus Aboriginum fuit. *Priſcian.* V.

Antemna veterior eſt quam Roma. *Idem* VI.

Mezentium Rutulis imperaſſe ut ſibi obferrent quas Diis primitias obſerebant, & Latinos omnes ſimilis imperii metu ita voviſſe, *JUPITER, SI TIBI MAGIS CORDI EST NOS EA TIBI DARE POTIUS QUAM MEZENTIO, UTI NOS VICTORES FACIAS. Macrobius* I. 5.

Sed lucus Capenatis. *Priſc.* IV.

Inde eſt ferme mille paſſuum. *Gell.* I. 16.

XX. Veteres proſapias & multa alia apud multos. *Nonius, Proſapies.*

Propter id bellum coepit. Coelius Praetor Albanus oratores miſit Romam, eum. *Feſtus, Oratores pro legatis.*

Igitur tertio pedato bellum nobis fecere. *Nonius, Pedato pro repetitu.*

Fana in eo loco compluria fuerunt, ea exauguravit, praequam quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. *Feſtus, Nequitur.*

Nam

ſimilem ferente, M. Cato multa dixit, ut refert Cicero in Bruto. Idem forte autor Annalium. A. Popma.

Originum Lib. I. Clarorum virorum] Cicero in Oratione pro Plancio: *Etenim M. Catonis illud quod in principio ſcripſit Originum ſuarum ſemper magnificum & praeclarum putavi*, Clarorum virorum atque magnorum, *&c. Ad quod dictum Catonis reſpexit Columella lib. II. cap.* 22 *Tam otii quam negotii rationem reddere majores cenſuerunt.* A. Popma. Vide notas ad Catonem de Jure Civili. Wasse.

P. Scipionem] Idem in initio lib. II. de Officiis hoc dictum Scipionis refert e Catone: quod ad hunc lib. I. Originum pertinere, & cum praecedenti dicto conjungendum eſſe, plane mihi perſuadeo. A. Popma.

Plerus] Ἀ πλήρης. MS. autem Priſciani A. pro, *Aboriginum fuit*, habet, *frequens num fuit.* Utitur etiam Pacuv. in Doloreſte: *Pater Achaeus in Cupbareis ſaxis pieros perdidit.* ubi MS. B. *Achaeus.* &, in Teucro: *Periere Danai, piera pars peſſundata eſt*, vel, ut in Feſti fragmento habetur, *peſſundatur.* Aſellio adverbialiter profert, *fieri ſolet plerum.* Wasse.

Veteres proſapias] Sumſit hoc a Catone Salluſt. in Jugurth. *Hominem veteris proſapiae.* A. Popma.

Coelius praetor] Exiſtimo legend. *Cloelius.* Nam *Cloelii* principes Albanorum fuerunt, quos una cum Serviliis, Quintiis, Geganiis, Rex Tullus in Patres, ut eam quoque partem Reipublicae confirmaret, legit. Et quoniam nullum bellum Albanum memoratur, praeter quod cum C. Cluilio rege geſſit Tullus, de illo hic locus fortaſſis intelligendus eſt. A. Popma.

Praequam quod] Ita libri veteres Feſti: vulgati, *praeterquam quod*: de quo ſcripſi ad Bimargum

Nam de omni Tuſculana civitate ſoli L. Manulei beneficium gratum fuit. *Priſc.* VI.

Vehes ligni. *Cariſius* I.

Lib. II.

XXI. Lucum Dianium in nemore Aricino AEgerius Lesbius Tuſculanus dedicavit, Dictator Latinus. Hi populi communiter, Tuſculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Cocanus, Tiburtinus, Pomerinus, Ardeatis, Rutilus. *Priſc.* XIV. pag. 629.

Marſus hoſtem occidit priuſquam Pelignus: propterea Marrucini vocantur, de Marſo detorſum nomen. *Idem* XIX. pag. 871.

Si quis mortuus eſt Arpinatis, ejus haeredem ſacra non ſequuntur. *Idem* XIV. pag. 629.

In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuit, idem in montibus ſeruit: ibi hordeum idem iterum meſſuit. *Idem* X. & ſuper 12. AEn. pag. 1254.

Quaeſcunque Romae regnaviſſent. *Cariſ.* I.

In

gum Varronis, & lib. I. De uſu antiquae locutionis. A. Popma.

L. Manulei] Emendarim *Manilii*. Nam Manulei nulli ſunt in hiſtoria Romana. At Manliorum familia Tuſculana celeberrima, ex qua L. Manilius C. Nautio, L. Minucio Coſſ. civitate donatus, ob beneficium, credo, quod Cato hic rettulit. Livius lib. III. & Dionyſius. A. Popma. Putſchii Editio, *Manilii*. MS. A. pro *Lucii*, *Lucilii*. Wasse.

AEgerius Lesbius] Feſtus vocat Manium AEgerium: cum quo nomen commune habuit AEgeria Dea, quae Aricino lucui fontibuſque finitimis praeerat. Virgilius:

——— *Inſignem quem mater Aricia miſit,*
Eductum AEgeriae lucis.

Strabo lib. V. in deſcriptione nemoris Aricini, Τέτταρ δ' ἔστιν Ἀρτέμιδα παλαιὰ δήμου τινὸς ἐπώνυμα. Ita enim locus ille Strabonis emendandus mihi videtur, ex Ovidii XV. Metamorph. ubi eam mutari inducit in fontem a Diana, poſt Numae mortem. A. Popma. In ſeqq. errata ſunt operarum, ni fallor, nam Ed. Putſchii legit, *Coranus*, *Tiburtis*, *Pometinus*, cum qua fere conſentiunt III. Mſſ Codd. Bib. Publicae Cantab. Coranus ſane a Cora oppido in finibus Volſcorum de Catilli & Tyburti fratris nomine dictum. Et M. Capella pag. 286. Dardano conditum, narrat ex Solino, qui Plinium exſcripſit. Membranae tamen Cantab. legunt *Coronam*. Sed Oxonienſis cum Impreſſis conſentit. Vid. Solin. cap. 11. pag. 13. & Lucan. VII. 393. Florum III. 20. 5. *Cametia & Cora ad Auruncos deficiunt* Liv. IV. 16. Wasse.

Si quis mortuus] Nam ſoli cives Romani habebant ſacra haereditaria ex lege XII. Tab. *Sacra privata perpetuo manento*: qua cavebatur, ut pater filiuſque haeres eadem ſacra colerent. Unde cum de poteſtate filius exibat, non amplius paternis ſacris aſtringebatur. Ex eo Plaut. Captivis:

Sine ſacris haereditatem adeptus ſum effertiſſumam.

Mſ. A. *ſiquis mortuus eſt & Arpinatis*. Videndus Cicero lib. II. De legib. A. Popma.

In Campo Tiburti] Caſſius Hemina lib. II. Annalium hunc locum iiſdem plane verbis imitatur, cum ait, *in campo Tiburti, ubi hordeum demeſſuerunt*. Commendat autem fertilitatem agri Tiburtini, quem Strabo lib. V. nominat locum fertiliſſimum. Campus Tiburti, ut Virgilius, *Urbem Patavi*. Gellius lib. IX. cap. 14. *In Tiburti Bibliotheca*, pro Tiburtina. A. Popma.

Sa-

Digitized by Google

In maximumque decus atque in excelſiſſimam claritudinem ſublimavit. *Feſtus*, *Sublimavit*.

Ex ſali qui apud Carthaginenſes fit. *Priſc.* V. pag. 759.

Si indus naves putidas atque ſentinoſas [a] commeatum ponere volebant. *Nonius*, *Putidum*.

Itaque res huber fuit antequam vaſtaſſent legiones. *Priſc.* VI. pag. 747.

XXII. Qui aquatum ut lignatum videntur ire, ſecurim atque ſolum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loco conligatum auferunt. *Nonius*, *Gelus*.

Ligures omnes fallaces ſunt: ſed ipſi unde oriundi ſunt exacta memoria, inliterati, mendaces: quae ſunt & vera, minus meminere. *Servius* XI.

Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem & argute loqui. *Cariſius* II.

Papaver Gallicanus. *Idem* I.

Neque ſatis habuit quod eam in occulto vitiaverat, quin ejus famam proſtitueret. *Gellius* XVII. 13.

In his duobus bellis alteras ſtipendio agrique parte multari, alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato & ſecundo. *Cariſius* II.

Qui tantiſper nullae rei ſies dum nil agas. *Priſcian.* VI.

Lib. III.

XXIII. Haud eos eo poſtremum ſcribo quin populi & boni & ſtrenui ſint. *Gellius* XVII. 13.

Laſerpitium pro pulmentario ſuo habet. *Cariſius* I.

Multo pulmento uſi. *Ibidem.*

Equos

Salt] Putſchiana Ed. *ſale*, & ſic Mſſ. Wasse.

Is inde in naves] Libri veteres Nonii, *Si inde ignavus*. Ex quo Lipſius lib. V. Epiſtolic. fecit, *is indu naves*, *vel*, *endo*, & *nolebat*, ſed noſtra lectio propius ad antiquam accedit. *Sentinoſas*, a *ſentina*. A. Popma.

Legiones] Mſſ. A. B. F. *regiones*. Wasse.

Securim atque solum] Refert incolas regionis cujuſpiam frigidiſſimae, ob gelu laborantes aquae penuria, ita aquatum adornatos perinde ac qui lignatum eunt. *Solum* fortaſſis vocat ſuſtentaculum ligneum vel ſcorteum, bajulorum humeris dependens, in quo vecturas onerum impoſitas portant. Lipſ. lib. I. Epiſtolic. mutat *jubentur ire*, *ſecurim atque lorum*. A. Popma.

Qui tantisper] Sententia Catoniana, quae monet

[a] Commeatum ponere] VC. *Commeatu monere*; alii, *commeatum onerare*. Pontan.

Equos respondit, Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. *Festus, Oreae freni.*

Rhegini Taurocini vocantur de fluvio qui praeterfluit. Id oppidum Auranci primo possederunt: inde Achaei Troja domum redeuntes. In eorum agro fluvii sunt sex, septimus fines Rheginorum atque Taurinorum dispescens. Fluvio nomen est Taccolico. Orestem cum Iphigenia atque Pylade dicunt maternam necem expiatum venisse, & non longinqua memoria est cum in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur. *Probus in Bucolica Virgilii.*

Lib. IV.

XXIV. Non lubet scribere quod in tabula Pontificis Maximi est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumini caligo, aut quid obstiterit. *Gellius* II. 28.

Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione vindicta proximus cognatus ulciscitur. *Prisc.* VI.

Mapalia vocantur ubi habitabant. Ea quasi cortes rotundae sunt. *Festus, Mapalia.*

Deinde duodevicesimo anno post dimissum bellum quod quatuor & viginti annos fuit, Carthaginenses sextum de foedere decedere. *Nonius, Duodevicesimo, ita ut duodecimo.*

Compluriens eorum milites mercenarii inter sese multi alteri alteros in castris occidere, compluriens multi simul ad hostes transfugere, compluriens in imperatorem inpetum fecere. *Gellius* V. 21.

Igitur dictatorem Carthaginensium magister equitum monuit, Mitte me-

net omnes ingenii dotes & mentis agitationes inutiles esse, si nulla actio rerum consequatur, quae pertineat ad communem utilitatem. Similis illa Sapientis Hebraei: *Sapientiae recondidae, & thesauri absconditi, nullam esse utilitatem.* Item illa Graecorum ἄδηλα ἀφελῆ ἀφανὴ τὰ μυστικά, in qua exprimenda Gellius utitur verbis Catonianis. A. Popma.

Equos respondit] Apologus Stesichori poëtae, quem Horatius lib. I. Epistol. 10. breviter attingit, & Aristoteles in Rhetoricis prolixe refert. Significat autem libertatem a natura insitam servitute perire, ut equus, postquam ultro hominem sessorem equitemque recepit, deinceps semper ejus imperio paret, & freno regitur. *Oreas* Cato vocat frena, quod ori indantur. A. Popma.

In eorum agro] Idem refert Varro lib. X. Rerum humanarum, & hoc amplius fluviorum septem nomina ponit; de quibus ibidem dixi. A. Popma.

Si quis membrum] Est lex XII. Tabul. quae permittit parem vindictam: *Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto:* ad quam puto Catonem hic respexisse, etsi video Gellium & Justinianum tradere Decemviros poenas diversas sanxisse membro fracto, & osse rupto. Verba Justiniani sunt lib. IV. Institut. *Poena autem injuriarum ex lege XII. Tabul. propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum nummariae poenae erant constitutae, quasi in magno veterum paupertate.* Legend. Gellius lib. XX. cap. 1. A. Popma.

Deinde duodevicesimo] Dicit Carthaginienses, post dimissum bellum Punicum primum, quinquies defecisse, & sextum tum, cum bellum Punicum II. indictum est: de quo vidend. Livius Florus & alii. Inter bellum autem Punicum primum finitum anno DXII. & secundum incoeptum

mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio tibi coena cocta erit. Deinde Dictator jubet poſtridie Magiſtrum equitum arceſſi, Mittam te, ſi vis, inquit, cum equitibus. Sero eſt, inquit Magiſter equitum: jam reſcivere. *Idem* X. 24.

Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. *Idem* XI. 1.

Proelium factum, depugnatumque pro caſtris. *Idem* XI. 3.

Exſules duo lege publica exſecrati. *Priſc.* XIX.

Lib. V.

XXV. Scio ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis, atque prolixis, atque proſperis animum excellere, atque ſuperbiam atque ferocitatem augeſcere, atque creſcere: quod mihi nunc magnae curae eſt, quod haec res tam ſecunde proceſſerit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confricet, neve haec licentia nimis luxurioſe eveniat. Advorſae res ſe domant, & docent quid opus ſit facto: ſecundae res laetitia tranſvorſum trudere ſolent a recte conſulendo atque intelligendo. Quo majore opere dico ſuadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in poteſtatem noſtram redeamus. *Gellius* VII. 3.

Atque ego quidem arbitror Rhodienſes noluiſſe nos ita depugnare uti depugnatum eſt, neque regem Perſen viciſſe. Non Rhodienſes id modo noluere, ſed multos populos ac multas nationes idem noluiſſe arbitror. Atque haud ſcio an partim eorum fuerint, qui non noſtrae contumeliae cauſſa id noluerint evenire: ſed enim metuere, ſi nemo eſſet homo quem vereremur, & quidquid luberet faceremus, ne ſub ſolo imperio noſtro in ſervitute noſtra eſſent, libertatis ſuae cauſſa in ea ſententia fuiſſe arbitror. Atque Rhodienſes tamen Perſen publice numquam adjuvere. Cogitate quanto nos privatim cautius facimus. Nam unuſquiſque noſtrum, ſi quis adverſus rem ſuam quid fieri arbitratur, ſumma vi contra nititur ne adverſus eam fiat, quod illi tamen perpeſſi.

XXVI. Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquimus? Quod illos dicimus voluiſſe facere, id nos priores facere occupabimus?

Qui

ptum anno DXXXIC. interfuerunt anni XXII. Itaque legend. *duo & viceſimo*, & Nonius erravit. A. Porma.

Die quinti] *Extremam* (inquit ibi Gellius) *iſtius vocis ſyllabam tum per e, tum per i, ſcriptam legi.* Haverc.

Scio solere plerisque] Oratio pro Rhodienſibus habita in Senatu, Q. AElio, M. Junio Coſſ. anno DXCII. Ejus argumentum expoſuit, & virtutes luminaque verborum penſitavit Gellius lib. VII. cap. 3. Meminit Livius lib. LIV. A. Porma.

Qui acerrume advorſus eos dicit, ita dicit, hoſtes voluiſſe fieri. Et quis eſt tandem noſtrorum, qui quod ad ſeſe adtineat, aequum cenſeat quemquam poenas dare ob eam rem quod arguatur malefacere voluiſſe? nemo, opinor. Nam ego quod ad me adtinet, nolim.

Quid nunc? & quae tandem lex eſt tam acerba quae dicat? Si quis illud facere voluerit, mille nummi dimidium familiae multa eſto. Si quis plus quingenta jugera habere voluerit, tanta poena eſto. Si quis majorem pecudum numerum habere voluerit, tantum damni eſto. Atqui nos omnia plura habere voluimus, & id nobis inpune eſt.

Sed ſi honorem non aequum eſt haberi ob eam rem quod benefacere voluiſſe quis dicit, neque facit, tamen Rhodienſibus tale erit, non quod male fecerunt, ſed quod voluiſſe dicuntur facere.

Rhodienſes ſuperbos eſſe ajunt, id objectantes quod mihi a liberis meis minime dici velim. Sint ſane ſuperbi, quid id ad nos adtinet? idne iraſcimini, ſi quis eſt ſuperbior quam nos? *Ibidem.*

XXVII. Urbes inſulaſque omnes pro agro Illurico eſſe. *Idem* XI. 3.

Poſtridie ſignis conlatis aequo fronte, peditatu, equitibus, atque aliis, cum hoſtium legionibus pugnavit. *Idem* XV. 9.

Recto fronte. *Ibidem.*

Exercitum ſuum pranſum paratum cohortatum eduxit foras, atque inſtruxit. *Ibidem* XIII.

Illi polliciti ſeſe facturum omnia. *Priſc.* IX.

Quod eorum nemo quiſquam quidquam mihi ignoturus eſt. *Idem* X.

Origine fluvium Naronem magnum, pulcrum, piſculentum. *Nonius, Piſculentum.*

Sed protelo trini boves unum aratrum ducent. *Idem, Protelare eſt adjugare.*

Lá-

PEDITATU, EQUITIBUS ATQUE ALIIS] Nonne verius ſit, *atque alis? pugnare alis, aequo fronte, peditatu*, dicendi formulae militares ſunt. PONTAN.

EXERCITUM SUUM PRANSUM PARATUM] Mos educendi exercitum poſt curam corporis, notus ex hiſtoriis, de quo dixi ad Varronis Menippeam Pranſus Paratus. A. POPMA.

FACTURUM OMNIA] Genus loquendi antiquum, ut in Quadrigarii XVIII. Annal. *Deos bonis bene facturum.* Et in Ciceronis lib. V. in Verrem: *Rem praeſidio ſperant futurum:* in quibus *facturum*, & *futurum*, indefinito modo efferuntur, tribuunturque omnibus numeris & generibus, ut obſervavit Gellius, lib. I. A. POPMA.

QUOD EORUM NEMO QUISQUAM] Parcſcon veteribus uſitatum. Terentius Eunucho: *Nemo hercle quiſquam.* Et Hecyra: *Nemo quiſquam illorum ad te venit.* Sic *nemo unus, omnes univerſi*, & ſimilia, de quibus lib. II. cap. 10. De uſu antiq. locut. A. POPMA.

ORIGINE FLUVIUM NARONEM] Nar fluvius videtur a Catone appellari Naro, de quo Servius ad Virgilium: *In via Flaminia eſt civitas Narniá, in montibus poſita, quibus ſubeſt Nar fluvius, qui Tiberino conjungitur.* Silius: *Narque albeſcentibus albis, In Tiberim properans.* Sed potius hic eſt Naro fluvius in Dalmatia, cujus meminit Plinius lib. III. Ptolomaeus, Strabo lib. II. & ad bellum Illyricum pertinet, quod Cato hoc libro deſcripſit. A. POPMA.

Qui

Lapis candidior quam pilates. *Feſtus*, *Pilates lapidis genus.*

Lib. VI.

Itaque ego cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror. *Gellius* XX. 5.

Lib. VII.

XXVIII. Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos [a] mulleos, allucinatos, ceteri perones. *Feſtus*, *Mulleos genus calceorum.*

Mulieres opertae auro, purpuraque, [b] ars inhaeret diadema, coronas aureas, ruſſea facie, galbeas [c] lineas pallas, redimicula. *Idem*, *Ruſſium.*

Fluvium Iberum. Is oritur ex Cantabris magnus atque pulcer, piſculentus. *Nonius*, *Piſculentum.*

Sunt in his regionibus ferrariae argentifodinae pulcerrumae: mons ex ſale mero magnus, quantum demas, tantum adereſcit. Ventus Cer-

Qui magistratum curulem] Mullei calcei purpurei, ſunt dicti a *mullando*, id eſt fuendo, autore Feſto. Vopiſcus in Aureliano: *Calceos mulleos & caereos, & albos, & bederaceos viris omnibus juſtulit, mulieribus reliquit.* His primum uſi reges Albanorum, poſtea Senatores & Patricii. Unde & Calcei patricii appellantur in extremo inſcriptionis, quam C. Marius Coſ. poſuit *de manubiis Cimbricis & Teutonicis aedem Honori & Virtuti victor veſte triumphali calceis patriceis.* Papinius Silvar. V.

Primaque patricia claudit veſtigia luna.

Aluti calcei ſunt urbanae plebis, confecti ex aluta ſive nigris pellibus mollioribus. Juvenalis Sat. VII.

Appoſitam nigrae lanam ſubtexit alutae.

Perones ſunt calcei ruſticorum & militum e corio crudo, contra nives, imbreſque, & frigora: Virgil. lib. VII. AEneid.

—— *nudus tegit altera pero.*

A. Popma.

Mulieres operтae auro] Locus corruptus, quem Scaliger ita tentavit reſtituere *M. o. a. p. arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias.* Eſt autem Arſinium ornamentum capitis mulliebris, auctore Feſto. Mihi probatur: *M. o. a. p. arcivere & diadema, coronas aureas, ruſſea faſcia.* Optima ſententia: ut, inquit, Reges habent diademata, ſive candidas faſcias caput circundantes: ita mulieres ſibi adſciverunt coronas aureas, praeligatas faſcia ruſſea, quia rufo colore delectantur. Unde & capillum cinere ungitabant ut rutilus eſſet crinis, ut eſt in Originibus. Ruſſeus color idem qui rufus, rubeus. Gloſſae πυῤῥὸς, *rubeus, rufus, ruſſus.* Petronius, *Videmus ſenem calvum, tunica veſtitum ruſſea.* Apulejus lib. II. Metamorph. *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea faſciola praenitente.* Trebellius Pollio in Claudio: *Tunicas ruſſas militares, annuas.* A. Popma.

Fluvium Iberum] Idem dixit Plinius lib. III. cap. eodem. *Iberus amnis, navigabili commercio dives, oritur in Cantabris, haud procul oppido Juliobrigum.* Strabo lib. III. ὁ Ἴβηρ ἀπὸ Καντάβρων ἔχων τὰς ἀρχάς. A. Popma.

Sunt in his regionibus] Haec ſcribit de Hiſpanis Alpinis citra Iberum; quorum metallicas fodinas & ſales foſſiles etiam Strabo celebrat lib. III. Ventus Cercius eſt Boreas, qui, ut ait Diodorus, ſpirat ἀπὸ θερινῆς δύσεως ἐκ ἀρκτῶν, & Galliae Narbonenſi praecipue infeſtus eſt, quem etiam hodie illic ſentiunt tam impetuoſum, vix ut

a Mulleos allucinatos] A. Auguſtinus, *allutacinatos*, vel, *lunatos.* Scaliger, alii *uncinatos.* Pont.
b Ars inhaeret] Idem *arſinia, rete.* Pont.
c Lineas pallas] A. Auguſtinus, *pelles.* Pont.

Cercius cum loquare buccam inplet, armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit. *Gellius* II. 22. *Apulejus de Mundo.*

Jurum legumque cultores. *Cariſ.* I.

Multa me dehortata ſunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, ſenectus: verum enim vero cum tantam rem publicam agier arbitrarer. *Gellius* XIII. 23.

Eum dicit Jus Pontificium diſcere noluiſſe. Ego me nunc volo Jus Pontificium optume ſcire. Jam ne ea cauſſa Pontifex capiar? Jus volo Augurium optume tenere. Ecquis ob eam rem Augurem capiat? *Idem* I. 12.

De frumento utrobi, bona utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi paces. *Cariſius* I.

Ser. quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos parvulos in concionem deduxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. *Quintilian.* II. 15.

Secordia. *Feſtus*, *Secordia pro ſtultitia.*

Incerta ex quibus Libris Originum.

XXIX. Qui urbem novam condit, tauro & vacca aret: ubi araverit, moerum faciat: ubi portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portet, & portam vocet. *Servius AEn.* V. *Iſidorus* XV. 2.

Eodem nomine complures ex agro acceſſitavere. Eo res eorum auxit. *Gellius* XXIII. 12.

Si ques ſunt populi. Quium. *Serv. AEn.* I.

Mulieres noſtrae capillum flavo cinere ungitabant, ut rutilus eſſet crinis. *Idem* IV. *Cariſius* I.

Ora-

ut in equo ſedere poſſint. Plura Seneca lib. IV. Quaeſt. natural. Plinius lib. II. Strabo lib. IV. & Suetonius in Claudio. A. Poꝛma.

Multa me dehortata] Oratio in Ser. Galbam illum, qui praetor diripuit Luſitanos, quem Cato accuſavit natus annos XC. ut Plutarchus tradit, ſed manifeſto errore. Nam Cato annos V. & LXXX. natus exceſſit e vita, & eo ipſo anno contra Ser. Galbam orationem dixit: quam in Origines ſuas retulit. Cicero in Bruto, Plinius, & Paterculus. Hoc autem orationis initium imitatur Salluſt. Jugurth. *Multa me debortantur a vobis.* A. Poꝛma.

Jus volo augurium] Vulgo corrupte *ſi volo*. Jus augurium ut jus pontificium. Cicero in Catone, *Scientia juris augurii.* A. Poꝛma.

Mulieres nostrae] Mulieres Romanae plurimum delectabantur capillo rutilo ſive rufo: cujus rei gratia unguenta varia adhibebant. Cato ait, capillum cinere ungitaſſe; de quo Servius accipit illud Virgilii in Georgicis: *Inmundum cinerem.* Serenus vocat Unguentum cineris. Plinius lib. XXIII. cap. 11. *Faece aceti, addito lentiſcino oleo, illitum una nocte rufari capillum.* Sed matronae ſpectatae pudicitiae nigrum in capillis colorem probabant. Horatius:

Et Lycum nigris oculis.

&,

Nigroque crine decorum.

Martialis:

Sit mihi coma nigrior caduco.

A. Poꝛma.

Ora-

Oratores am terminum. *Macrob.* I. 16.

Dotes filiabus ſuis non dant. *Priſc.* VII.

Ne praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur. *Nonius*, *Tributus.*

Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in ſingula jugera dena cullea vini fiunt. *Varro de Re ruſt.* I. *Columella* IX. 2.

XXX. In Saurecte, Fiſcello, caprae ferae ſunt quae ſaliunt e ſaxo pedes plus ſexagenos. *Ibidem.*

Alae ex lupino. *Servius* ad *Georg.* I.

Q. Caeditius Tribunus ad conſulem venit, oſtendit exitium de loci oportunitate & hoſtium conſtantia. Maturum cenſeo, inquit, ſi rem ſervare vis, faciundum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes. *Gellius* III. 7.

Dii inmortales Tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit, cum ſaucius multifariam ibi factus eſſet, tum vulnus capiti nullum evenit: eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque ſpirantem, quod ſanguen defluxerat, cognovere. Eum ſuſtulere, iſque convaluit, ſaepeque poſtilla operam Reipublicae fortem atque ſtrenuam perhibuit: illoque facto, quod illos milites ſubduxit, exercitum ceterum ſervavit. Sed idem benefactum loco in quo ponas nimium intereſt. Leonidas Lacedaemonius laudatur, qui ſimile apud Thermopylas fecit. Propter ejus virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuae claritudinis inclutiſſumae decoravere monumentis, ſignis, ſtatuis, elogiis, hiſtoriis, aliiſque rebus gratiſſimum id ejus factum habuere. At Tribuno militum parva laus pro factis reddita, qui idem fecerat atque rem ſervaverat. *Ibidem.*

Biber Glis. *Cariſius* I.

XXXI.

Oratores am terminum] Macrobius hunc locum ita recitat, in quo illum errare, ſcripſiſſeque Catonem *Oratores amterminos*, rectiſſime Scaliger animadvertit. Feſtus: *Amtermini qui circa terminos populi Romani vicinitae manent.* A. Popma.

Ager Gallicus Romanus] Ager Gallicus, unde Senones Galli expulſi fuerant, quem C. Flaminius, Tribunus plebis, lege lata contra Senatus auctoritatem militibus divilit, ut refert Cicero in Catone. Plura dixi in Notis ad Varronem lib. I. de Re ruſt. A. Popma.

In Saurecte, Fiscello] *Saurelle* pro *Sorelle*, antique, ut *Saurex ſorex.* Eſt mons in agro Faliſcorum apud Irpinos, haud procul a Flaminia, de quo Strabo lib. V. Fiſcellus mons in agro Sabino, Plinius lib. III. cap. 12. A. Popma.

Alae ex lupino] Servius in Virgilium: *Nonnulli proprie calamos lupinorum Alas dici putant, ut AEtius. Alae ex lupino Surculi ſine foliis; Cato in Originibus: Alae ex lupino. Memini tamen Varronem de L. Lat. alam culmum fabae dicere.* A. Popma.

Dii inmortales] Res geſta in Sicilia, M. Atilio Calatino Conſule, a Tribuno militum Q. Caeditio, vel Laberio, vel Calpurnio Flamma: de quo adi Gellium lib. III. cap. 7. Plinium lib. XXII. cap. 6. Frontinum Strategematum lib. I. cap. 5. A. Popma.

In

XXXI. Suem triginta porculos peperiſſe in eo loco ubi nunc eſt Lavinium, cumque AEneas ibi urbem condere conſtituiſſet, propterque agri ſterilitatem metueret, per quietem ei viſa Deorum Penatum ſimulacra adhortantium ut perſeveraret in condenda urbe quam coeperat, nam poſt annos totidem, quot fetus illius ſuis eſſent, Trojanos in loca fertilia atque uberiorem agrum tranſmigraturos, & urbem clariſſimi nominis in Italia condituros. Igitur Latinum, Aboriginum regem, cum ei nuntiatum eſſet multitudinem advenarum claſſe advectam occupaviſſe agrum Laurentem, adverſum ſubitos inopinatoſque hoſtes incunctanter ſuas copias eduxiſſe; ac prius quam ſignum dimicandi daret, animadvertiſſe Trojanos militariter inſtructos, cum ſui lapidibus ac ſudibus armati, tum etiam veſte aut pellibus, quae eis integumento erant, ſiniſtris manibus involutis, proceſſiſſent. Itaque ſuſpenſo certamine per conloquium inquiſito qui eſſent quidve peterent, utpote qui in hoc conſilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac ſomniis ſaepe admonitus erat, tutiorem ſe adverſos hoſtes fore, ſi copias ſuas cum advenis conjunxiſſet. Cumque cognoviſſet AEneam & Anchiſen bello patria pulſos cum ſimulacris deorum errantes ſedem quaerere, amicitiam foedere iniſſe, dato invicem jurejurando, ut communes quoque hoſtes amicoſve haberent. Itaque coeptum a Trojanis muniri locum, quem AEneas, ex nomine uxoris ſuae Latini regis filiae, quae jam ante deſponſata Turno Herdonio fuerat, Lavinium cognominavit. At vero Amatam, Latini regis uxorem, cum indigne ferret Laviniam, repudiato Turno conſobrino ſuo, Trojano advenae conlocatam, Turnum ad arma concitaviſſe, eumque mox coacto Rutulorum exercitu tetendiſſe in agrum Laurentem, & adverſus eum Latinum pariter cum AEnea progreſſum, inter proeliantes circumventum occiſumque. *Auctor de Origine gent. Rom.* Cap. XIII.

XXXII. Turnum poſtea ad Mezentium confugiſſe ejuſque fretum auxilio bella renovaſſe, quibus AEneas Turnuſque pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcanium & Mezentium bella: ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe, & occiſo Mezentio Aſcanium Iulum coeptum vocari a prima barbae lanugine, quae ei tempore victoriae naſcebatur. *Servius AEn.* I. & IV.

Accipe quoties id fecerint & quidem ſemper bono publico. Jam a principio regnante Romulo, quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in

In Italia] Locus corruptus, quem docti viri varie reſtituunt. Ego in Notis ad Varronem monui mihi ſic legendum videri: *Inſaſta in ſerobes terna atque quaterna millia Galli ſuccidia bebere, ſus uſque adeo*, &c. Cujus emendationis rationes ibidem expoſui. A. Poma.

in foro ſignis conlatis dimicaretur, nonne intercurſu matronarum inter acies duas, proelium ſedatum eſt? Quid? Regibus exactis &c. *Liv.* XXXIV. 5.

Trojanos a Latino accepiſſe agrum, qui eſt inter Laurentium & caſtra Trojana, & habuiſſe jugera DCC. *Idem* XI.

Politem ad Italiam veniſſe, & ſegregatum ab AEnea condidiſſe oppidum Politorium a ſuo nomine. *Idem* V.

Civitatem, quam primo fecit AEneas, Trojam dictam. *Idem* VII.

Metabus pulſus a gente Volſcorum, quae Etruſcorum poteſtate regebatur. *Idem* XI.

Primo Italiam tenuiſſe quoſdam qui adpellabantur Aborigines. Hos poſtea, adventu AEneae Phrygibus junctos, Latinos uno nomine nuncupatos. *Idem* I.

XXXIII. Aſcanium triginta annis expletis Albam condidiſſe. *Ibidem.*

Romam quadringentis triginta duobus annis poſteriorem bello Iliaco. *Dionyſius* I.

Aboriginum gens Graeca fuit. *Ibidem.*

Capuam ab eiſdem Tucis conditam, ac ſubinde Nolam: ſtetisſe autem Capuam antequam a Romanis caperetur annis circiter CCLX. *Vellejus* I. *ubi Catonis errorem notat.*

Faliſca Argis orta. *Plinius* III. 5.

Interiiſſe Thebas Lucanas. *Ibidem* XI.

Ameriam ante Perſei bellum conditam, annis DCCCCLXII. *Ibidem* XIV.

Interiiſſe Boias, quorum tribus CXII. fuiſſe. *Ibidem* XI.

Novaria ex Vertacomacoris Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato exiſtimat) Ligurum.

Oppidum Orobiorum Barra. Unde Bargomates dictos. *Ibidem.*

Orobiorum ſtirpis eſſe Comum atque Bergomum, & Licini forum, & aliquot circa populos; ſed originem ſe ignorare. *Ibidem.*

XXXIV. Venetos Trojana ſtirpe ortos, Cenomannos juxta Maſſiliam habitaſſe. *Ibidem* XIX.

Latini juris Euganeae gentes, quorum oppida XXXIV. Ex iis Triumpilini venalis cum agris ſuis populus. Deinde Camani complureſque ſimiles finitimis adtributi municipiis: Lepontii & Salaſi Tauriſcae gentis. *Ibidem* XX.

Ideo Graviſcae dictae ſunt, quod gravem aërem ſuſtinent. *Servius* X.

Alpes muri vice tuebantur Italiam. *Ibidem.*

Larius eſt locus vicinus Alpibus, qui per LX. tenditur milſia. *Idem, Georg.* II.

A Philocteta condita jam pridem civitate Petilla murum tantum factum. *Idem AEn.* VII.

Haec Drepana, civitas Siciliae. *Ibidem.*

A laniis boves inmolatos priuſquam caederentur, profugiſſe in Siciliam. *Idem* X.

Quia is locus montibus praeſtet, Praeneſte oppido nomen dedit. *Idem* VII.

XXXV. Capenos Vejentum condidiſſe auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adoleviſſent, miſerat. *Ibidem.*

Sabinos a Sabo, loci daemone, trahere originem: Sabinorum etiam mores populum Romanum ſecutum. *Idem* VIII. & *Dionyſius* II.

Qui Piſas tenuerint ante adventum Etruſcorum negat ſibi compertum: ſed inveniri Trachonem, Tyrrheno oriundum, poſtquam eorumdem ſermonem acceperat, Piſas condidiſſe: cum ante regionem eamdem Teutones quidem Graece loquentes poſſederint. *Servius* X.

Albonem montem Albanum dictum. *Idem* XII.

Clypei Graecorum rotundi. *Idem* IV.

Tiburtum, ut Cato teſtimonium facit, a Catillo Arcade, praefecto claſſis Evandri, ſicut Sextius, ab Argiva juventute. *Solinus* IX.

Cato, cum imperatorum nomina Annalibus deſcriberet, eum (elephantum) qui fortiſſime proeliatus eſſet in Punica acie, Sutrum tradidit vocitatum, altero dente mutilato. *Plin.* VIII. 5.

Mos apud majores hic epularum fuit, ut deinceps qui adcubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. *Cicero in Tuſcul.*

Legiones Romanas in eum ſaepe locum profectas alacri animo & erecto, unde ſe numquam redituras arbitrarentur. *Idem, Catone.*

Multa auguria, multa auſpicia, ne negligentia conlegii amiſſa plane & deſerta. *Idem, de Divinat.*

Incerta ex quibus Orationibus aut Libris.

XXXVI. Tu, ſi verum ſubprimis, falſarius agnoſcereris, ſi falſa confingis, mendax eſſe videris. *Iſidor. Hiſp.* DCCLIV.

Quod tibi deërit a te ipſo mutuare. *Seneca* lib. V. de Benefic.

Qui nec orientem umquam ſolem viderunt, nec occidentem. *Idem* lib. XXII. *Epiſt.*

Vecti-

Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil. *Feſtus.*

Caduceatori nemo homo nocet. *Idem.*

Τὰς ἰσοχείας ἢ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ, καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως εὐθὺς ὑπάρχῃ τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι. Plutarch. in Catone pag. 348.

Qua arte natio ſua ſeparata ſeorſum.

Tertiato & quartato verba dicere prae metu. *Cariſius* lib. II.

Jure, lege, libertate, Republica communiter uti oportet: gloria atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit.

Tetre aetatem. *Cariſius* lib. II.

Malitioſe iſtorum jura. *Ibidem.*

Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxume ſitit. *Feſtus.*

Videor mihi in ſomnis laborare. *Seneca* lib. II. Declamat.

Praeda, quae capta eſt, viritim diviſa. *Feſtus.*

Imperabiliter. *Ibidem.*

AEſtate frigidum, hieme formidum. *Feſtus.*

Quod iter longius arduviuſque erat a curis. *Priſcianus* lib. III.

XXXVII. Speca adpoſita, qua aqua de via abiret. *Idem* lib. XV.

Quam molliſſimum eſt adoriuntur. *Servius AEneid.* IV.

Sub tela volantia. *Servius* XII.

Fenoribus coopertus eſt. *Gellius* lib. II. cap. 17.

Conſitoſus Victorioſus.

Mortualia gloſſaria. *Idem* lib. IV.

Et in Italia atras capras lacte album habere. *Cariſius* II.

Malum deligatum paraſtatae junctae (al. disligatum) *Iſidor.* XIX. 2.

In Italia Inſubrei terna atque quaterna millia Gallia ſuccidia habere; ſus uſque adeo pinguetudine creſcere ſolet, ut ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi uſquam. Itaque eas ſi quis quo trajicere velit, in ploſtrum inponit. *Varro* lib. II. *de Re Ruſt.*

Culignam in foeno Graeco ponito, ut bene oleat. *Feſtus.*

Ungulatos ungues. *Idem.*

Cloacale flumen. Veterina beſtia. *Idem.*

Aliorſum. Illorſum. Audacias. Ferocit. Fivere. Fruniſcor. Frunitum. Futare. Latitaverunt. Meritavere. Mihipte. Moſculis. Recipiem. Verberitate.

TERTIATO ET QUARTATO] Legendum *tertiata & quartata.* Apulejus lib. V. *Tertiata verba ſemianimi voce ſubſtrepens.* Servius interpretatur *rara*, ad illud Virgilii AEneid. III. *raris turbatur vocibus hiſco.* Ego puto eſſe dimidiata & truncata tertia quarta parte; qualia efferunt turbati & metuentes. A. PORTA.

ſitate. Uls. Vopte. His jugeris. Raro. Secundo. Ungulatus. Pecuum. Circuum circa. *Idem.*

Dicem, Faciem. *Serg. in artem Donati. Quint.* lib. I. cap. 12.

XXXVIII. Felices arbores, *Cato dicit*, quae fructum ferunt; infelices, quae non ferunt. *Idem.*

Ideo propinquos feminis oſculum dare, ut ſcirent an temetum olerent. *Plin.* XIV. & *Plutarch.*

Ad plebem, annonam inportunius flagitantem, hoc uſus eſt exordio. Χαλεπὸν μὲν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ἣ τὰ ὦτα οὐκ ἔχουσαν. *Plutarch.* in *Cat.* 340. b. *Plinius* lib. XIV. cap. 13.

Et in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. *Servius* in lib. I. *AEneid.*

Depoſita veſte purpurea, feminas uſas caerulea cum lugerent. *Idem* III.

De tribus partibus Politiae, Populi, Optimatium, Regiae poteſtatis, ordinatam fuiſſe Carthaginem. *Idem* IV.

Albonem montem, Albanum dictum. *Idem* XII.

Tribus univerſas jam regnante Tullio triginta fuiſſe. *Dionyſius* lib. IV.

Larentiam meretricem, quaeſtu locupletatam, poſt exceſſum ſuum populo Romano agros Turacem, Semurium, Litirum & Salonium reliquiſſe: & ideo ſepulcri magnificentia & annuae parentationis honore dignatam. *Macrob.* lib. I. cap. 10.

Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, vineamque haberet derelictui, non id ſine poena fuit. Si equum haberet gracilentum, *inpolitiae* notabatur. *Gell.* lib. IV. cap. 12.

Moris erat, ut qui magiſtratum petebant, hoc abſque togis in induſio facerent. *Plutarch.* Quaeſt. *Roman* XLIX.

XXXIX. Αὐτὸς ὁ Κάτων τὸν πατέρα Μάρκον, ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν σφέτερον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησιν, καὶ πεζὸς πολεμικὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα, τῷ τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δήμου δι' ἀνδραγαθίαν. Plutarch. in Catone 336.

Φησὶ γάρ, αὐτὸς, ἑπταακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τῷ πρώτῳ στρατεύσασθαι στρατείαν, ὅτε ἐν Ἀννίβας χρόνον ἀτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. Idem ibid.

Ἐσθῆτα μὲν γὰρ ἀδέπτῃ φησὶ φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν. πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν καὶ ὑπατεύοντα τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις. ὄψον δὲ ὠμοὺς κολάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσταρίων τριάκοντα· καὶ τοῦτο μὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύει τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας, ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κεκτήμην,

μῶ, δίθυς ἀποδίδοσθαι. Τῶν δ' ἐπαύλεων αὐτῷ μηδεμίαν εἶναι κεκτημένῳ· ἐδίνα δ' πώποτε πρίασθαι δέλεαρ ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν ἐ τρυφερῶν ἐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ σιτευτῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βουκολίων δεόμενον. Καὶ τούτους πρεσβυτέρους ἡγούμενος δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. ὅλως δ' μηδὲν ὄνειον εἶναι τ πωλητῶν, ἀλλ' ἔ τις ἀ. δεῖται, κἂν ἀσταφίδι πεπράσκηται, πολλῷ νομίζειν. κτᾶσθαι δ' τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα, μᾶλλον ἢ τὰ φυτευόμενα καὶ σαρόμενα. Idem 338.

Προτρέπων δ' τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι, τὸ μειῶσαί τι τ ὑπαρχόντων. Idem 349.

Ὥσπερ νεανιεύμενος ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸν ἵππον ᾧ πρὸς τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν, ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτῷ λογίζηται. Idem 339.

XL. Αὐτὸς δέ φησιν πλείονας εἰληφέναι πίλεις, ὧν διήγαγε ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ. Plutarch. in Cat. 342. a. confer Appian. & Polyb. de B. Hiſp. 466. Plutarch. Idem aliis verbis apud eundem in Apophthegm. 199.

Εἰς δ' αὐτὸν οὐκ τ ἁλισκομένων ἦδεν ἐλθεῖν λέγει, πλὴν ἴσα πίνοντα ἢ βέβρωκε. Καὶ οὐκ αἰτιῶμαι (φησὶ) τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις, ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἀμιλλᾶσθαι, καὶ τοῖς φυλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας.

Πλεῖον δ' ταῖς πράξεσι ταύταις ἔλκων περιέθηκε· καὶ φησὶ τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, θαρσῆναι, μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον ἴσον Κάτωνι τὸν δῆμον. αὐτὸν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τ νίκης οὕτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐτὸς, οὔτ' ἰσόμοιρος δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος διεργησίαις. Plutarch. 344.

Ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τίτθας κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν ἔχουσαν αὐτοφυῆς νομὰς καὶ ὕλας. ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα περισσὰ πολλὰ, μηδ' ὑπὸ Διὸς, (ὥς φησιν αὐτὸς,) βλαβῆναι δυναμένων. Idem 349.

Ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λαλὸν καὶ βίαιον ἡγούμενον ἐπιχειρεῖν ᾧ τρόπῳ δυναίμην ἦν, τυραννεῖν τ πατρίδος, καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἄγοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. τιὼ δ' Ἰσοκράτης Διατριβὴν ἐπισκώπτων, γηρᾶν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾄδῃ χρησομένους ταῖς τέχναις. καὶ δίκας ἐροῦντας. Idem pag. 350.

Ὁ δ' πρεσβύτερος υἱὸς ἐτελεύτησε στρατηγῶν. καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων, ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος. Plutarch. in Cat. 351.

M. Porcii Catonis de Re Militari Liber.

XLI. Scio ego, quae ſcripta ſunt, ſi palam proferantur, multos fore

 qui

qui vitilitigent: ſed ii potiſſimum qui verae laudis expertes ſunt: eorum ego orationes ſino praeterfluere. *Plinius in Praefatione.*

Quam gladiator diſciplinoſus. *Nonius*, *Diſciplin.*

Quom magiſtratus nihil audet imperare, ne quid conſul auſpicii peremat. *Feſtus*, *Peremere.*

Ut populus ſua opera potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus veneat. *Gellius* lib. VII. cap. 4.

Inde partem equitatus atque ferentarios praedatum miſit. *Nonius*, *Ferentarii.*

Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu cuſtodiae cauſſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt. *Feſtus*, *Procubitores.*

Ferentarios eos eſſe qui tela ac potiones militibus pugnantibus miniſtrabant. *Idem*, *Velites.*

Sive forte opus ſit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut ſerra, uti adoriare. *Idem*, *Serra proeliari dicitur.*

Tertia e caſtris eductio celeris properaque eſt. *Feſtus*, *Properam pro celeri*, *ac ſtrenuo.*

Una depugnatio eſt fronte longo, quadrato exercitu. *Nonius*, *Frons maſcul.*

Primo pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. *Jun. Philarg. in IV. Georg.*

Satis celeris ſis in tempore. *Priſc.* VII.

Adcenſos miniſtratores Cato eſſe ſcribit. *Varro de L. Lat.* IV.

In furto comprehenſis inter commilitones dextras eſſe praeciſas, aut ſi lentius animadvertere voluiſſent, [a] in principiis ſanguinem miſſum. *Frontinus* I. 4. *Strategem.*

M.

QUI VITILITIGENT] *Vitilitigo*, vitupero. Unde *vitilitigator*, ex vitio & litigator, ut *vitio pater*, qui e compreſſu alienae mulieris, non uxoris. Ovidius:

Ut vitio factus ſit pater ille meo.

Martialis:

Huic ſemper vitio pater fuiſti.

A. PORMA.

UNA DEPUGNATIO EST] Haec verba tranſcripſit Vegetius in lib. III. de Re militari, ubi VII. genera depugnationum explicat. A. PORMA.

ANTIBUS DUCAS] *Antes* vocat extremos ordines exercitus, inter quos ſtant duces, ſicut in vinea ſunt Antes στιχὲς ἀμπέλων apud Virgilium. Vegetius, Ibidem: *Dux qui praecipuam ſuſtinet poteſtatem inter equites & pedites in parte dextra ſtare conſuevit. Hic enim locus eſt, in quo tota acies gubernatur; ex quo rectus eſt liberque procurſus. Ideo autem inter utroſque conſiſtit, ut & conſilio regere, & auctoritate tam equites quam pedites ad pugnam poſſit hortari.* A. PORMA.

IN FURTO COMPREHENSIS] Poena ignominiae militaris gravior erat Dextrae praeciſio, in contuberniis inter commilitones: lenior, ſanguinis miſſio

[a] IN PRINCIPIIS SANGUINEM] Alii, *in principes, ſanguinem*, id eſt in principales milites. PONT.

M. Porcii Catonis de Liberis Educandis Liber.

XLII. Nutrix haec omnia faciebat in verbenis ac tuba, ſine hoſtiis, ut Deli ad Apollinis Genetivi aram. *Macrob.* lib. III. cap. 5.

M. Porcii Catonis Carmen de Moribus.

Avaritiam omnia vitia habere putabant: ſumtuoſus, cupidus, eligans, vitio inritus qui habebatur, is laudabatur. *Gell.* lib. XI. cap. 2.

Veſtiri in foro honeſte mos erat, domi quod ſatis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poëticae artis honos non erat. Si qui in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia adplicabat, is Graſſator vocabatur. *Ibidem.*

Nam vita humana prope uti ferrum eſt: ſi exerceas, conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo interficit. Idem homines exercendo videmus conteri: ſi nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio. *Ibidem.*

M. Porcii Catonis Praecepta ad Filium.

XLIII. Dicam de iſtis Graecis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſumum & indocile genus illorum; & hoc puta vatem dixiſſe: quandocunque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet: tum etiam magis, ſi medicos ſuos huc mittet. Jurarunt inter ſe, Barbaros necare omnes medicina: ſed hoc ipſum mercede faciunt, ut fides iis ſit, & facile diſperdant. Nos quoque pictitant Barbaros, & ſpurios, noſque ma-

miſſio in principiis coram concilio. Principia enim erant pars caſtrorum, ubi jus reddebatur, aquilae & ſigna adſervabantur. Utriuſque poenae, praeter Catonem, veteres autores meminerunt: illius Livius lib. XXXV. Valerius lib. II. cap. 7. Ammianus lib. XXIX. hujus Gellius lib. X. & alii. A. Popma.

Carmen de moribus] Hic liber non fuit ſcriptus verſibus, ſed habuit certa quaedam capita, brevibus verbis deſcripta, ut diſci & recitari poſſent. Ex eo titulus *Carmen*, ſicut apud Ciceronem II. de Legibus lib. XII. Tabul. appellatur *Carmen neceſſarium*. Et pro Muraena formulae Juriſconſultorum, Carmina, apud Livium *horrendi carminis lex*, Appii Caeci ſententiae, *Carmina*, in epiſt. De Republica ordinanda, ubi plura dixi in Scholiis Salluſtianis. Porro hujus libri titulus fortaſſis occaſionem dedit, ut Catoni inſcriberentur Diſticha de moribus, quae ſunt Dionyſii Catonis. A. Popma.

Grassator vocabatur] *Graſſari* antiqui ponebant pro adulari, teſte Feſto: qua notione dixit Horatius lib. II. Sat. V. *Obſequio graſſare*, & Livius lib. XLV. *qui aſſentando multitudine graſſantur*. Hinc *Graſſator* dicebatur, qui divites & potentiores quovis officii genere, non aperte, ſed quaſi ex inſidiis captabat, ut poëtae, paraſiti, & alii ſectatores epularum, quos Phocylides vocat τραπεζοκόρους, *menſarum tonſores*. A. Popma.

Praecepta ad filium] Praecepta erant diverſi generis. De cura valetudinis. De agricultura.

magis quam alios Opicos adpellatione foedant. Interdixi tibi de Medicis. *Plinius* lib. XXII cap. 1.

Subjicit qua medicina uſus & ſe, & conjugem uſque ad longam ſenectam perduxerit: profiteturque eſſe etiam Commentarium ſibi, quo medeatur filio, ſervis, familiaribus. *Ibidem.*

Rheticam uvam Cato praecipue laudat in libris ad filium. *Servius Georg.* II.

Lepus multum ſomni adfert, qui illum edit. *Diomed.* lib. I.

Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex alvo lavando. *Priſcianus* VII.

Senilem juventam praematurae mortis eſſe ſignum. *Plin.* lib. VII. cap. 2.

Ille Imperator; tu illi ac caeteris mediaſtinus. *Nonius.*

Orator eſt, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. *Seneca* lib. I. *Declamat.*

Vir bonus eſt, Marce fili, colendi peritus: cujus ferramenta ſplendent. *Servius Georg.* I.

M. Porcii Catonis Commentarii Juris Civilis.

XLIV. Mundo nomen inpoſitum eſt ab eo mundo, qui ſupra nos eſt. Forma enim ejus eſt, ut ex iis qui intravere cognoſci potuit, adſimilis illi. *Feſtus.*

M.

ra. De re militari. De arte dicendi; de qua Catonem primum aliquid praecepiſſe teſtatur Quintil. lib. I. A. Popma.

Opicos adpellatione fordant] Idem eſt in excerptis. Opici, ii qui & Oſci, fuere populi Italiae, foedi & infames frequentiſſimo uſu libidinum ſpurcarum, teſte Feſto. Auſonius: *Opicus Magiſter.* A. Popma.

Lepus multum] Hunc locum reſpicit Plinius lib. XXVIII. cap. 19. *Somnos fieri lepore ſumto in cibis Cato arbitratur.* Ex qua perſuaſione quidem conciliando ſomno leporinas aures pulvino ſupponunt, alii leporis pedes nocturno pileolo applicant. A. Popma.

Vir bonus] Citat ex *Orat.* Catonis ad filium. Sed alibi ex *Libro.* Wasse.

Commentarii] De Catonis vita vide Plutarchum, Nepotem, A. Victorem. Elogia ejus varia extant apud Plin. VII. 27. Vide Valer. Maximum VIII. 7. alioſque. Florere caepit Bello Punico II. in quo ſub ductu & auſpiciis Fabii illius Maximi ſtipendia meruit. Vitam produxit uſque ad Bellum Punicum III. Scripſit Origines ante Conſulatum, quem geſſit cum Val. Flacco anno U. C. DLIX. ut ex verbis Oppii apud Livium lib. XXXIV. colligitur. Corn. Nepos hoſce libros, *Hiſtorias* vocat, ideoque fruſtra eſt Colerus in notis ad I. Hiſt. Salluſtii, qui Orationem ejus de Bello Carthaginienſi diverſum ab Originibus opus exiſtimat, quam Epitomator Livii *Annalibus ejus inclusam* fuiſſe diſerte memorat. Unde apparet tam Nonium quam Chariſium (quum ad eandem Hiſtoriam provocant) Origines Catones deſignaſſe. Quaeſtor fuit Scipioni Africano annos natus XXIIX. U. C. DXLVIII. quadriennio poſt AEdilis plebis cum Cajo AElio, qui male in Nepotis fragmento C. Helvius appellatur. Sardiniam provinciam Praetor obtinuit U. C. DLV. Conſul cum Flacco Matronis cultum Oppia lege ademptum reſtituit, exſtat ejus Oratio hac de re apud Livium lib. 23. U. C. DLIX. De Sardinia triumphavit DLXII. Legatus Manii Acilii Glabrionis de

M. Porcii Catonis Epistolae.

Cato ad Popillium (*Sarisberienſis Pompilium. Forte P. AEmilium*) ſcripſit, ut ſi eum patiatur in exercitu remanere, ſecundo eum obliget militiae ſacramento: quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. *Cicero Offic.* I.

Ad M. Filium.

Scribit ſe audiſſe eum miſſum factum eſſe a Conſule, cum in Macedonia bello Perſico miles eſſet. Monet igitur ut caveat ne proelium ineat. Negat enim jus eſſe, qui miles non ſit, cum hoſte pugnare. *Ibidem.*

Καὶ Κάτων ὁ αὐτῷ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν, ὑπερφυῶς ἐπαινεῖ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ σπουδήν. Plutarch. in Catone.

Incerta ex qua Epistola.

Quia ſaepe utiles videntur praedonculi. *Feſtus*, in V.

Manſues ad. *Idem*, in V.

M.

de Thermopylarum jugis hoſtes depulit DLXIX. Cenſor, L. Q. Flamininum viri Conſularis fratrem, Lentulum, alioſque Senatu movit. DC. Galbam incuſavit. DCIV. Orationem habuit de Carthagine delenda. Nec eſt quod quis auctoritate Plutarchi motus harum fragmenta ſpuria eſſe contendat, ea enim Catonem minorem reſpiciunt. Vid. pag. 770. De ejus ſtylo extat inprimis Ciceronis judicium in Bruto & Oratione pro Plancio & Vell. Paterculi libro I. cap. 17. quibus adde Plutarchum pag. 337. & 339. Appianum pag. 464. & Suidam in V. Κάτων, cujus verba de Scipione (ut id obiter moneam) ex Plutarcho deſumta ſunt. Agellius denique lib. X. cap. 3. quaedam loca ex ejus Orationibus cum Graccho & Cicerone commiſcit. Librum ejus de re militari extitiſſe ſua aetate putabat Johan. Sarisberienſis lib. VI. cap. 19. deceptus, ut videtur, Vegetii verbis qui eundem tranſcripſit. Excerpta ex ejus Originibus ab Annio inter genuina fragmenta locum habere non conceſſi, quamvis ab Auſonio Popma hic inmerentibus honos habitus ſit. Quem porro adeat, qui bonas horas male collocare ſtudet. Wasse.

Ad M. Popillium] M. Popillius Laenas Coſ. Liguriam ſortitus provinciam, *ibi res bene geſſit*, ait Livius. In ejus exercitu Catonis filius tiro militabat. Quadriennio poſt, Paullo AEmilio Imperatore in Macedonia bello Perſico miles fuit; ut refert Cicero lib. I. Officiorum: etſi ejus verbis explicandis & reſtituendis docti viri valde laborant. A. Popma.

Pugnare] Locum exſcripſit Sarisber. apud quem non apparent, *Adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo.* Wasse.

Σπουδὴν] Hanc rem varie narrant Hiſtorici. Plutarchus dicit, eum non prius irruptionem in hoſtes tentaſſe, quam convocaſſet commilitones. Juſtinus equo delapſum narrat lib. XXXII. 2. quo in loco, pro, *citius corpore collecto*, Vincentius Bellovacenſis legit, *cisus*, & paulo poſt, *ad illum unum opprimendum*, inferius adhuc, *caeteri mirati & imitati*. Dein, paucis interjectis, *Samothraciam fertur*, poſtremo, *ad Conſules reduxit.*

M. Porcii Catonis. Orationes. Dierum Dictarum Consulatu suo.

XLV. Atque quamquam multa nova miracula fecere inimici mei: tamen nequeo desinere mirari eorum audaciam, atque confidentiam. *Carif.* lib. II.

Video te quanto secus ego fecerim. *Ibidem.*

Secus aetatem agerem, quam illi egissent. *Ibidem.*

Ei rei dant operam, ut mihi falso maledicatur. *Ibidem.*

Ego mihi monumenta haec sempiterno posui, quae cepi. *Ibidem.*

Egoque jampridem cognovi, atque intellexi, atque arbitor, Rempublicam curare industrie, summum periculum esse. *Ibidem.*

Omnia ab integro paranda erant. *Servius* Ecloga IV. *Carif.* II.

Laudant me maxumis laudibus, tantum navium exercitum, tantum commeatum non opinatum esse quemquam hominem maturrume comparare potuisse.

Tam maturrume comparavisse. *Ibidem.*

Deinde postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert: mare velis florere videres ultra angulum Gallicum.

Idem gladium manu excussum dicit, cui favet Plutarchus: Valerius autem Maximus III. 2. 16. & Frontinus IV. 5. e vagina elapsum. Verba Valerii sunt: *Qui cum ab hoste in acie vehementi periculo peteretur*; sed MS. Bib. Pub. Cantab. legit, *vehementer parvulo peteretur.* sequitur tamen, *periculo oppressus*: unde nihil temere de hac lectione statuendum. Alii equo etiam delapsum memorant. Wasse.

Orationes] M. Cato orationes scripsit adolescens, cum in foro & causis agendis versaretur, autore Cornelio Nepote. Itaque quod apud Ciceronem in libro de Senectute ita loquitur, anno antequam mortuus est: *Catonum illustrium quascunque defendi, nunc quam maxume conficio Orationes*: hoc ad eas orationes pertinet, quas in libris Originum inseruit, sane multas & luculentas, ut pro Rhodiensibus, In Serg. Galbam. Fuerunt autem orationes Catonis in universum CL. in quibus & pro se multa, & pro aliis, & in alios.

Nam vetus ille Cato dignum quemcumque lacessiit
Adpellare, quod ipse sibi non conscius esset.

Inquit Lucilius lib. XIV. Satyrae, quod est testimonium plenae & verae laudis. A. Popma.

Dierum Dictarum] Non uno titulo citatur haec Oratio. Nam Festus V. *mediastinus*, *In Consulatu*, & in *recto*, *In dissertatione Consulatus.* Cui Charisius pag. 179. & alibi frequenter addit, *dierum dictarum de C. S.* licet alibi bis omittat, pag. 195. & 196. Wasse.

Ego mihi monumenta] Extat hodieque in Hispania a Catone positi monumenti Inscriptio, sane digna immortalitate:

PALLADI VICTRICI SACRUM.
HIC HOSTIUM RELIQUIAS PROFLIGAVIT CATO UBI SACELLUM MILO ARTIFICIO CONDITUM ET AERAM PALLADIS EFFIGIEM RELLIQUIT.
PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATUS VEL POPULI ROMANI IMPERIUM DEORUM NUMINE ET MILITUM FORTITUDINE ET TUERI ET REGI. A. Popma.

Mare velis florere] Verbum *Florere* veteres ad varias res transtulisse annotavit Servius. Hinc Cato *mare velis florere videres*, Lucret. *florebat navibus pontus*; &, *urbes pueris florere videmus.* Virgil.

——— *florentes aere catervas.*

A. Popma.

Angulum Gallicum] Livius vocat *Sinum Gallicum*, ut Strabo Γαλατικὸν κόλπον: qui illum duplicem

cum. Ad illum enim atque Ruſcinonem deferimur. Inde noctu aura profecti ſumus.

Mihi atque claſſi obviam fiunt. *Ibidem.*

Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenaeum quos projicit in altum. *Gell.* lib. IV. cap. 17.

XLVI. Eas res non poſſe ſuſtineri, niſi eo praeſidia magna frumentumque mittatur. Nam ita dicunt palam neceſſe eſſe obturata. *Cariſius* lib. II.

Omnia tumultu plena, ſimul hoſtium copiae magnae contra me fedebant, uſquequaque laceſſebamur. *Ibidem.*

Interea ad ſocios noſtros ſedulo diſpertieram, alio frumentum, alio legatos, alio literas, alio praeſidium uſquequaque. *Ibidem.*

Poſtquam auſpicavi, atque exercitum adduxi pone vorſus caſtra hoſtium. Villa eſt patrui, hic age, eſt ubi ſtas. Pone verſum illac mare eſt. *Ibidem.*

Noſtros pone vorſus, hoſtes eſſe ab dextra parte. *Ibidem.*

Jam apud vallum noſtri ſatis agebant. *Ibidem.*

Id ego primo minus animadvorti, veniunt, iterum atque (etiam) tertium tumultuoſius. *Ibidem.*

Eam ego viam pedetentim tentabam. *Ibidem.*

Ridibundum magiſtratum gerere. pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci. *Feſtus.*

Me ſolicitum atque exercitum habitum eſſe, atque porro fore. *pro*, longius. *Cariſius* lib. II.

Itaque porro in Turtam proficiſcor, ſervatum illos. *Ibidem.*

Inde pergo porro ire in Turtam. *Ibidem.*

Item

plicem facit: unum majorem, quem excipit mare Italicum, claudens meridionale latus Galliae, in quo ſitae ſunt Maſſilia & Narbo urbes: alterum minorem illi oppoſitum, Britanniam verſus & ſeptentrionem. A. Porma.

Ruscinonem deferimur] Ita legitur apud Cariſium ex noviſſima editione Putſchii. Ruſcinonem fluvium & urbem cognominem memorat Strabo lib. IV. Ptolomaeus Ruſcionem fluvium vocat, urbem Ruſyonem, utrumque corrupte. Polybius per γ ſcribit Ῥουσκίων. A. Porma.

Eas res non posse] Forte loquitur de legatione Ilergetum, qui ad Catonem Coſ. miſerunt, querentes caſtella ſua ab Hiſpanis oppugnari, nec ſpem ullam eſſe reſiſtendi niſi praeſidio Romanus miles eſſet, Livius. A. Porma.

Postquam auspicavi] Idem refert Livius his verbis: *Nocte, media, cum auſpicio operam dediſſet, profectus, ut locum quem vellet priuſquam hoſtes ſentirent, caperet, praeter caſtra hoſtium circumducit, & prima luce acie inſtructa ſub ipſum vallum tres cohortes mittit.* A. Porma.

Satis] Hoc eſt *intente*, inquit Chariſ. Wasse.

Itaque porro in Turtam] Turditania, Hiſpaniae regio, quae & Baetica vocatur, Catoni hic dicitur *Turta*: ſicut incolae ejus ab Artemidoro nominantur Τύρδοι καὶ Τυρδητανοί, ut autor eſt Stephanus. Videnda Ptolomaeus, Strabo; & de bello in Turditania geſto, cujus hic mentio, Livius lib. XLIII. A. Porma.

Item uti a Thermopylis atque ex Aſia, maxumos tumultus matuſſime diſeci, atque conſedavi. *Ibidem.*

Recto fronte caeteros ſequi ſi norit. *Feſtus.*

Qui maxumis vocibus, ac viciſſim. *Cariſius* Lib. II.

Si cuperent hoſtes fieri, temere fieri non poſſent. *Ibidem.*

Cenſores qui poſthac fient, formidoloſius, atque ſegnius, atque timidius pro Republica nitentur. *Ibidem.*

QUOM IN HISPANIAM PROFICISCERETUR.

XLVII. NAVITÆ.... vinum atque oleum u.... *Feſtus.*

Tres ſervos ſolos ex urbe duxiſſe. Quoniam ad Villam Publicam venerat, parum viſum qui uteretur, juſſiſſe duos pueros in foro de menſa emi, eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe. *Apulejus in Apologia.*

PRO SE CONTRA C. CASSIUM.

Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per hujusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius miſerear, Quirites. *Gellius* Lib. X. Cap. 15.

PRO

ITEM UTI A THERMOPYLIS] Haec geſſit quadriennio poſt AEdilitatem, M. Attilio Coſ. Trib. militum, in bello contra regem Antiochum, ut Plutarchus fuſius narrat. Meminit & Cicero de ſenectute. A. POPMA.

NAVITÆ .... VINUM] Locus mutilus apud Feſtum. ita forte reſtituendus: *Navitae quod habebant vinum atque oleum, uſus tantum eo fuit.* Ad quem locum reſpexit Plinius lib. XIV. Cap. 13. cum inquit: *Cato cum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit: Non aliud*, inquit, *vinum bibi, quam reniges.* A. POPMA.

TRES SERVOS SOLOS] Plutarchus in Catone: *Ἦγεν δ' αὐτὸν διαβαίνοντες ἐπὶ σφαγὰς οὐκ αὐτοῦ μόνον εἰς, ἀλλὰ καὶ Πάπιριον, ἐξάγοντα τὸν αἰχμαλώτων μεῖον παιδάριον, &c.* p. 342. A. POPMA.

AD VILLAM PUBLICAM] Villa publica extra urbem erat hoſpitio magiſtratibus cum imperio in provincias exeuntibus, ut hic locus indicat, & Legatis exterarum gentium, vetitis urbem ingredi. Livius lib. XXXIX. de legatis Carthaginienſium: *Quibus vetitis urbem ingredi, hoſpitium in Villa Publica, Senatus ad aedem Bellonae datus eſt.* & lib XLIII. *Macedones deducti extra urbem in Villam Publicam, ibique iis locus, & lautia praebita.* Erat etiam intra Urbem in campo Martio, in quam magiſtratus qui comitiis praecrant, ſecedebant. Varro lib. III. de Re ruſtica: *Villae Publicae utamur umbra.* A. POPMA.

DE MENSA EMI] Erant in foro menſae publicae argentariorum, a quibus non modo pecuniae numeratio, ſed etiam rerum privatarum venditio fiebat. Apulejus lib. VIII. Metamorph. *Cellatitia ſtipe de menſa paratus.* A. POPMA.

QUINQUE] Sic Plutarch. in ejus Vita. 342. WASSE.

PRO SE CONTRA C. CASSIUM] Hanc orationem an intelligunt Livius & Plutarchus, cum tradunt Catonem LXXXVI. vitae anno cauſſam dixiſſe, ipſum pro ſe oraviſſe ſcripſiſſeque? Sane C. Caſſius Longinus circa id tempus in Republica fuit, idem Conſul, idem Cenſor. A. POPMA.

FACTUM ITUR] *Contumeliam facere* in oratione Antonii reprehendit Cicero, negatque Latine dici. Utitur tamen Cato hic; & Metellus Numidicus oratione De triumpho ſuo. *Majorem injuriam atque contumeliam facit.* Quin & Plautus Aſinaria, & Terent. Phormion. A. POPMA.

PRO

Pro L. Turio Contra Cn. Gellium.

Propter tenuitatem & plevitatem. *Nonius.*

Atque ego a majoribus memoria ſic accepi, ſiqui quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſſent, ſive boni, ſive mali eſſent, quod duo res geſſiſſent, uti teſtes non intereſſent, illi unde petitur ei potius credendum eſſe. Nunc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Turio, Ni vir melior eſſet Gellius quam Turius, nemo opinor tam inſanus eſſet, qui judicaret meliorem eſſe Gellium, quam Turium. Si melior eſt Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur. *Gellius* Lib. XIV. Cap. 9.

Pro Lucio Antonio.

XLVIII. Beneficii poſtridie juſſiſti adeſſe in diem, ex die non auſi recuſare. *pro* auſus ſum. *Priſc.* XX. pag. 868.

Pro L. Cæsare ad Populum.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Idem* lib. X.

Pro

Pro L. Turio] Vera hujus Orationis Epigraphe exſtat apud Gellium, XIV. 2. cujus verba, quoniam ad fragmenti elucidationem pertinent, adſcribam: *Utare M. Catonis, prudentiſſimi viri, conſilio: qui in Oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita eſſe a majoribus memoriae traditum, obſervatumque ait, ut ſi, quod inter duos actum eſt, neque tabulis, neque teſtibus planum fieri poſſit: tum apud judicem, qui de ea re cognoſceret, uter ex iis vir melior eſſet, quaeretur, & ſi pares eſſent, ſeu boni pariter ſeu mali, tum illi, unde petitur, crederetur, ac ſecundum eum judicaretur.* Ubi Salmaſ. pro, *ſi ambo* legit, *ſive ambo* & pro, *uti teſtes, ubi teſtes*, &, rationibus expenſis, contra Favorinum pronunciat. Hinc etiam emendes Nonium Marcellum in *plevitatem*, qui Catonis Orationem pro Veturio laudat, male, ni fallor, pro, *pro Turio*. Cato enim contra Veturium ſcripſit, ſive, ut ipſe Nonius in *duritudo*, *In Veturium*, in Lucium nempe illum, quem omiſſi ſacrificii reum fuiſſe colligimus ex Priſciano, Feſto, aliiſque. Huic conjecturae fidem facit Gellius XVII. 2. quem ſolens & more ſuo transcripſit Nonius, hoc eſt, ſumma incuria. Tu vero, Lector, pro, *imprudentiam*, repone *impudentiam*. Wasse.

Quod duo res geſſiſſent] Rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, ut ait Ulpianus tit. De verborum ſignific. cap. VI. unde *Res geſſiſſe* pro *contraxiſſe*: ſed differentiae cauſſa qui ſtipulatus, reus ſtipulandi, qui ſpondet, reus promittendi, qui credit, reus credendi, qui ſatis accipit, reus ſatis accipiendi, dicitur, titulo De verborum obligatione, & titulo De duobus reis. A. Popma.

Illi unde petitur ei potius] Veteres *Reum debendi*, a quo pecunia in judicio tanquam debita petebatur, vocabant, *unde petitur*. Cicero ad Trebatium libro VII. Epiſtolarum, & de Oratione libro I. *Poſtulabam ut illi, unde petitur, vetus atque uſitata exceptio daretur, cujus pecuniae dies fuiſſet.* Notandum autem hic exemplum geminatarum vocum: *Illi unde petitur ei.* Cui ſimile illud Scaevolae ad SC. Trebellianum, *Quaeſitum eſt, an Septicio filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicommiſſum, utrum pro portionibus haereditatis ad fratrem & ſororem ejus pertineat.* A. Popma.

L. Caesare] Cave confundas hanc Orationem cum illa quam, rogatu Lucii Caeſaris, in gratiam trecentorum Nobilium Catonem ſcripſiſſe narrat Plutarchus p. 791. nam illa erat Catonis minoris, & itle Lucius fuit Caji Caeſaris Dictatoris propinquus. Wasse.

Pro L. Caesetio.

Audite, ſultis, milites, ſi quis veſtrum in bello ſuperfuerit, ſi quis non invenerit pecuniam, egebit? *Feſtus.*

In Tib. Sempronium longum exsulem.

Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſet. *Gellius* lib. II. Cap. 14.

Si poſſet auctio fieri de artibus tuis, quaſi ſuppellectilis ſolet. *Priſcianus* lib. VI. pag. 724.

In Q. Minucium Thermum.

XLIX. Erga Rempublicam multa beneficia ratiſſuma atque gratiſſuma. *Feſtus.*

Sed a benefactis atque ab optumis artibus fugit quam maxuma fugela, perpetuiſſumo curriculo. *Priſcianus* lib. III.

Poſtquam diutius fitur. *Idem* lib. III.

Mortuus eſt, ſepelitus eſt. *Idem* lib. X.

In Q. Minucium Thermum de quaestione in Ptolomaeum minorem.

De Ptolomæo, rege optumo & beneficentiſſimo. *Idem* III.

Per

In Tiberium] Illum neſcio an intelligat Proconſulem, cujus legatus Cato in Thracia & ad Danubium fuit, teſte Plutarch. in Catone. 342. cujus etiam Elogium habes in Vita Marcelli p. 300. titulus ejus concipitur apud Gellium II. 14. in hunc modum: *In Libro vetere Marci Catonis, qui inſcribitur, Contra Tiberium exſulem.* Priſcianus unus illum integrum conſervavit lib. VI. p. 724. ubi MS. A. pro, *artibus tuis*, habet, *ſuis.* Wasse.

Quid si vadimonium] Significat reum fuiſſe criminis capitalis, aut turpis. Nam in periculo, vel re turpi, caput operiebant: de hoc teſtis Gellius, apud quem Julianus rhetor, amatorios verſus recitaturus, *Permittite mihi quaeſo*, inquit, *operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem feciſſe ajunt.* De iſto Plautus Moſtellaria:

Capite convoluto ut fugiat cum ſumma metu.

Livius lib. III. *In domum ſe, propinquam foro, inſcii adverſariis, capite obvoluto recepit. Vadimonium ſtitiſſe*, dicit Cato: *vadimonio ſiſtere*, Apuleius lib. IX. A. Porma.

Ratissuma atque gratissuma] Multa ſunt in his reliquiis verborum pariter & ſententiarum lumina, digna laude ac notatione. Contende haec cum illa Ciceronis pro Cluentio: *In hac calamitoſa fama quaſi in aliqua perniciosiſſima flamma.* A. Porma.

De Ptolomaeo minore] Hic eſt Ptolomaeus minor, cognomento Euergetes II. ſive Phyſcon, ſeptimus AEgypti Rex, ſucceſſor Philometoris fratris: de quo Livius in Epitom. Lib. XLVII. & LII. Juſtin. Lib. XXXVIII. Strab. ult. Athenaeus Lib. IV. & XII. qui teſtantur fuiſſe tyrannorum omnium crudeliſſimum. Cato hac oratione illum caagitavit, ſimul & Q. Thermum, qui miſſus Quaeſitor, malitioſe & negligenter quaeſtionem exercuit, quaſi Sequeſter inter regem & populum veniſſet. Itaque duplex orationis argumentum, de Ptolomaeo minore, de Thermi quaeſtione, ex Priſciano lib. VI. A. Porma.

Rege optumo] Ptolomaeo Philometori hoc elogium tribuit: cui Euergetes frater ſucceſſit.

Livius

Per deos inmortales nolite vos ſequeſtro ponere. *Gell.* lib. XX. Cap. 10.

Sed ſi omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae cauſſa fecit, ejuſmodi ſcelera nefaria, quae neque inſecendo, neque legendo audivimus, ſupplicium pro factis dare oportet. *Idem* lib. XIIX. Cap. 9.

Quantoque ſuam vitam ſuperiorem, atque ampliorem, atque antiquiorem animum inducent eſſe quam innoxiorem.

In Q. M. Thermum de suis virtutibus.

L. Ego jam a principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro colundo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerundis. *Feſtus.*

Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? *Idem.*

Primanus Tribunus. *Idem.*

M. Fulvio Conſuli Legatus miſſus ſum in AEtoliam, propterea quod ex AEtolia complures venerant, AEtolos pacem velle: de ea re Oratores Romam profectos. *Idem.*

Cum eſſem in provincia Legatus, quamplures ad Praetores & Conſules vinum honorarium dabant: numquam accepi, nec privatus quidem. *Iſidorus* lib. XX. *Orig.*

Aliud

Livius lib. LII. *Ptolomaeus in caput graviter vulneratur; inter curationem, dum oſſa medici terebrare contendunt, exſpiravit: atque ita in locum ejus frater, minor Ptolomaeus, qui Cyrenis regnabat, ſucceſſit. De ejus morte fortaſſis accipiendum Catonis fragmentum, Mortuus eſt, ſepelitus eſt.* A. Porma.

Ejusmodi scelera nefaria.] Haec ſcelera Ptolomaei minoris ſive Euergetis refert Juſtinus lib. XXXVIII. *Infeſtus omnibus, ſtatim ubi Alexandriam ingreſſus eſt, fautores pueri trucidari juſſit: ipſum quoque, die nuptiarum, quibus matrem ejus in matrimonium recipiebat, inter apparatus epulorum, & ſolemnia religionum, in complexu matris interfecit; atque ita torum ſororis caede filii ejus cruentus aſcendit. Poſt quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocaverant, fuit.* & mox: *Accerſitum maximum deinde a Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra ſe Regem crearent, interficit. Tunc populus ſtatuas & imagines ejus detrahit: quod factum ſtudio ſororis exiſtimans, filium, quem ex ea ſuſceperat, interficit, corpuſque in membra diviſum & in ciſta poſitum, matri, die natali ejus, inter epulas afferri curat.* A. Porma.

In parsimonia atque in duritia.] Hoc eſt quod Plutarchus refert Catonem dixiſſe, duobus generibus duntaxat quaeſtus ſe uſum, agricultura & parſimonia. Similiter Duritiam & Parſimoniam jungit Plautus, Moſtellaria act. I. Scen. 2. *Vititabam volupe parſimonia & duritia.* & Cornelius Nepos Alcib. *Sic duritiae ſe dediſſe, ut parſimonia victus atque cultus omnes vinceret. Adoleſcentiam abſtinui*, id eſt, remotam habui, abduxi, ſcilicet a luxu & deliciis, ſicut *culpam abſtineam*, Plautus Menaech. pro remotus ſim a culpa. quamvis ſint qui malint, *obſtinui*, vel *obſtinavi*: quos ſequatur qui volet. A. Porma.

M. Fulvio Consuli.] M. Fulvius Nobilior Conſul fuit cum Cn. Manlio Vulſione anno DLXIV. & poſt biennium à Conſulatu triumphum egit de AEtolis, Ambracibus, & Cephalenis. Videnda. Livius Lib. XLVIII. A. Porma.

Darent] MS. Codex. Brit. Acad. Cantab. *daretur.* Caeterum Fragm. hoc ex Catonis oratione de Innocentia ſua ab Iſidoro adducitur: *Age, ſiquis hoc ſaeculo vir illuſtris peltibus bacdinis pro ſtragulis utatur, tritoſque jervis comitatus Hiſpaniam regalis*

Aliud eſt Properare, aliud Feſtinare. Qui unum quid mature tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is feſtinat. *Gell.* lib. XVI. Cap. 14.

In Q. Minucium Thermum, De decem hominibus.

LI. Tuum nefarium facinus pejore facinore operire poſtulas; ſuccidias humanas facis; decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta cauſſa, injudicatis, indemnatis. *Idem* lib. XIII. Cap. 23.

Nervo, carcere, moletrina. *Nonius.*

Rumorem, famam flocci fecit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus flagitiis. *Feſtus.*

Aderant ne male . . . ſcelera nefaria fieri . . . . . ſacramento traderetur, lege aeſtimarentur. *Idem.*

In Q. Minucium Thermum, De falsis pugnis.

Dixit a Decemviris parum ſibi bene cibaria curata eſſe. Juſſit veſtimenta detrahi, atque flagris caedi: Decemviros Brutiani verberavere, videre multi mortales. *Gell.* lib. X. Cap. 3.

Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc ſervitutem ferre poteſt? Nemo hoc Rex auſus eſt facere; eane fieri bonis, bono genere natis, boni conſulitis? Ubi ſocietas, ubi fides majorum? Inſignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maxumam contumeliam, inſpectantibus popularibus ſuis, atque multis mortalibus, te facere auſum eſſe? Sed quantum luctum, quantumque gemitum, quid lacrumarum, quantumque fletum factum audivi? Servi injurias nimis aegre ferunt; quid illos bono genere

regat, & quingentorum aſſium ſumtu tranſmarinam provinciam petat, eodem cibo, eodemque vino quo nautae uti contentus ſit, nonne mirabilis exiſtimetur? atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato toleravit: Valer. Max. IV. ubi MS. pro *mirabilis*, *miſerabilis*. Wasse.

Intercutibus stupris obstinatus.] Priſcianus, *flagitatus*: quomodo Apulejus lib. VIII. Metamorph. *Juvenem execrandis uredinibus flagitabant.* Feſtus: *Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.* A. Popma.

De falsis pugnis.] Hunc titulum habent libri veteres Gellii, quem conſervavi; propterea quod animadverti Catonem in hac oratione praecipue egiſſe cauſam de plagis & verberibus inique provincialibus irrogatis a Q. Thermo. Si quis tamen malit, Lipſio autore, emendare, *De falſis poenis*, non admodum contra nitar. A. Popma.

Insignitas injurias plagas.] *Inſignitas injurias* dicit quae ſigna & indicia retinent, inſignire factas. Plaut. Caſina, *ut inſignites pueros aliquo vitio notatos.* Idem Milite: *inſignitas notas.* Cicero de Divinatione: *In quibus tanquam inſignitae notae veritatis apparent.* A. Popma.

In

nere natos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuiſſe, atque habituros dum vivent?

In Luc. Veturium, de Sacrificio commisso.

LII. Qui illius inpudentiam norat, & duritudinem. *Nonius, in Duritudo.*

Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata, ſolemnia, capite ſancta deſeruiſti. *Feſtus.*

Aquam Anienem in ſacrarium inferre oportebat. Non minus quam quindecim millibus Anien abeſt. *Priſcianus* lib. VI.

Graeco ritu fiebantur Saturnalia. *Idem* lib. XIX.

Domi cum auſpicamus, honorem me Dium inmortalium velim habuiſſe. Servi, ancillae, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem ſervo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere ſolet, ne is quidem mihi vitium facit. *Feſtus.*

Menſe Octobri fecimus, Novembris reliquos erat. *Priſcianus* lib. VI.

Hoſtem num icit? *Idem* lib. X.

Objicit hanc rem criminoſius. Equiti corpulentiam. *Gellius* lib. VII. Cap. 22.

In M. Coelium, si se Trib. Pleb. adpellavisset.

LIII. In Coloniam mehercules ſcribere nolim, ſi Triumvir ſim, ſpatiatorem, atque feſceninum. *Feſtus.*

Deſcen-

In L. Veturium] Hanc orationem habuit in Cenſura, cum L. Veturio equum ademit, quod ille ſacra ſtata, ſolemnia, capite ſancta, deſeruiſſet. Fuit autem Cenſor Cato cum L. Valerio Flacco anno ab U. C. DLXIX. Claudio Pulchro L. Porcio Licino Coſſ. A. Popma.

De sacrificio commisso] Legendum videtur *emiſſo*, ex fragmentis, in quibus ſacra deſerta arguuntur. A. Popma.

Aquam Anienem.] Ita Salluſt. lib. II. Hiſtoriarum: *dextrum flumen Turiam*, & lib. IV. *Contendit ad flumen Euphratem*: Caeſar, *Oceanum mare*: ne quis mutet *Aquam Anienam*, contra obſervationem Priſciani. *Anien* vocatur a Catone, qui ab aliis *Anio*, & quidem duplex, Vetus & Novus, item ſoeminino genere in veteri Inſcriptione: Item Anienem novam a mil. lxii. A. Popma.

Domi cum auspicamus] Intelligit genus auſpicii, quod poſt mediam noctem domi captabatur & appellabatur *Silentium*. Cicero lib. II. de Diviniatione: *Peritum eſſe neceſſe eſt eum, qui Silentium quid ſit intelligat. Id enim Silentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret.* Feſtus: *Silentio ſurgere dici, ubi quis poſt mediam noctem ſurgit auſpicandi cauſſa ex lectulo ſuo, hoc enim eſt Silentium, omnis vitii in auſpiciis vacuitas.* A. Popma.

In M. Coelium] Hunc M. Coelium Macrobius dicit Senatorem fuiſſe haud ignobilem. Gellius

Deſcendit de canterio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere. *Macrob.* lib. II. Saturn.

Praeterea cantat, ubi conlibuit; interdum Graecos verſus agit, jocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat. *Ibidem.*

Quid ego cum illo diſſertem amplius? quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum. *Feſtus.*

Numquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tamquam veternoſum bibendi atque dormiundi; quod ſi non conveniant, tum convocari jubet. Ita eſt cupidus orationis, ut conducat qui auſcultet. Itaque auditis, non auſcultatis, tamquam pharmacopolam, nam ejus verba audiuntur, verum ei ſe nemo committat, ſi aeger eſt. *Gellius* lib. I. cap. 15.

Fruſto panis conduci poteſt (M. Coelius) vel uti taceat, vel uti loquatur. *Ibidem.*

Et quis illi modi eſſe vult? *Priſcianus* lib. VI.

Si em percuſſi, ſaepe incolumis abii. Praeterea pro Republica, pro ſcapulis, atque aerario multum Reipublicae profuit. *Feſtus*, *Pro ſcapulis.* 207.

. . . . a porta Naevia atque ea. *Idem.*

IN

lius etiam Tribunum pleb. etſi apud illum corrupte legitur: *M. Cato Senatorem non ignobilem, Caecilium, ſpatiatorem & feſceninum vocat*: id quod ex Feſto deprehendimus, qui haec verba adducit ex oratione in M. Coelium: *In Coloniam mehercules, &c.* Idem Feſtus tamen emendand. in voce *Citeria*, ubi *Coecilium* pro *Coelium* legitur. A. POPMA. Titulus integer a Feſto eſt, licet ille alicubi mendoſe exhibeat: repone etiam pro, *Caecilium*, *Caelium* apud Priſcianum lib. VI. p. 694. invitis licet tribus MSS. Codicibus. WASSE.

SPATIATOREM ATQUE] *Spatiari* eſt otioſe ambulare. unde Cato *Spatiatorem* hic vocat, quem in lib. de Re ruſtica Cap. V. *ambulatorem*. *Villicus ne ſit ambulator*. Feſtus exponit *erratorem*. *Feſceninum* vocat hominem laſcivum & obſcaenum, a Feſceninis verſibus notae laſciviae. A. POPMA.

STATICULOS DARE] Similiter Plautus Perſa, *quin tibi ſaltem ſtaticulum dem*: id eſt, ſaltationem ſtatariam quandam, non perinde motoriam, ut Turnebus explicat. *Ridicularia* ſunt jocularia; qualia ante Mimos & Atellanas recitabantur vel canebantur a ſcurris, minis & urbicariis. A. POPMA.

IRE] Scalig. & Voſſ. in Etymol. WASSE.

SI EM] Scalig. *hoſtem* legit. WASSE.

PRO SCAPULIS.] Dicit ſe poenas verberum a multorum civium Romanorum corpore amoviſſe: id quod ex orationibus in Q. Thermum apparet. Tamen multo ante a P. Valerio Poplicola, deinde a M. Valerio, qui cum Q. Apulejo Coſ. fuit, lege Valeria conſultum populo, ut ne quis a magiſtratu necari aut verberibus affici poſſet, ne cui provocatio negaretur. Etiam Lex Porcia lata a M. Porcio Laeca, quam Plinius appellat *De jure virgarum*, Livius, *pro tergo civium latam*; cujus verba ſunt lib. X. *Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur, quod gravi poena ſanxit: Si quis verberaſſet necaſſetve civem Rom.* A. POPMA.

IN

In M. Fulvium Nobiliorem.

LIV. Nam principio quis vidit corona donari quemquam, quom oppidum captum non eſſet, aut caſtra hoſtium non incenſa eſſent? *Gellius* lib. V. 6.

Retricibus. *Feſtus.*

Cato Fulvio ut crimen objecit quod Conſul in provinciam poëtas duxiſſet. *Cicero Tuſc.*

In Lentulum apud Censores.

Quod majores ſanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere, advorſus cognatos pro cliente teſtatur: teſtimonium advorſum clientem nemo dicit patrem primum, deinde patronum proxumum nomen habere. *Gellius* lib. V. cap. 13.

In C. Pisonem.

Video hac tempeſtate concurriſſe omnis adverſarios meos. *Priſcian.* lib. X.

In L. Furium De multa.

De aqua Praetores ſecundum populum vindicias dicunt. *Feſtus.*

O quanti ille agros emit, qua aquam duceret! *Cariſius* lib. II.

Domi meae ſaepe fuit. *Ibidem.*

De aqua, quod adtinet ad ſalinatores aerarios, cui cura vectigalium reſignat. *Servius AEneid.* IV. *Cariſius* lib. I.

Pror-

In M. Fulvium] Hac oratione exagitavit Cenſuram M. Fulvii Nobilioris, quam ille geſſit cum M. AEmilio Lepido anno U. C. DLXXVI. autore Livio lib. L. etſi Valerius & Gellius AEmilii collegam in Cenſura nominant Fulvium Flaccum, manifeſto errore. A. Popma.

Retricibus] *Retrico* veteres dixerunt, ut *Intrico*, *Extrico*. inde *Retrices aquae*, quae vario & multiplici flexu circumquaque feruntur: quales Cato ait fuiſſe ſupra viam Ardeatinam, qua irrigabantur horti. Feſtus. A. Popma.

In L. Furium] Ex fragmentis apparet hanc orationem habitam in Cenſura, cum L. Curio multa dicta ob aquam publicam derivatam & averſam. Nam Cato & Valerius Cenſores *aquam publicam omnem & privatam aedificium, aut agrum ademerunt: & quae in loca publica inaedificata immolitave privati habebant, intra dies* XXX. *demoliti ſunt.* Livius. A. Popma.

Ad Salinatores aerarios] Vectigal ingens ex ſale Romanis fuit, quod qui accipiebat & referebat in aerarium publicum, is dicitur a Catone *Salinator aerarii*. *Reſignare* Feſtus interpretatur *reſcribere*, ut *reſignatum aes*, in tabulas relatum. Servius putat antique dici pro *damnare*. Sed Feſti interpretatio verior eſt. Nam & Cicero Tuſculanar. IV. *reſcribere* pro notare, & in literas referre dixit. *Cantus reſcripti ſenus.* A. Popma.

Cui cura vectigalium] Eſt ellipſis pronominis *Is*. *Is cui cura vectigalium*; ut Varro lib. IV. De Lingua Latina: *Quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macedonia*, pro, *ejus cui*. A. Popma.

Prorſus quodcumque videbat feciſſe, neque quemquam obſervaviſſe. *Cariſ.* lib. I.

Neceſſario faciundum fuit. *Ibidem.*

Die proximi. *Gellius.*

In L. Furium pro Lusitanis.

LV. Cato adcuſavit Ser. Galbam pro direptis Luſitanis, & L. Furium pro iiſdem, pro iniquiſſima aeſtimatione frumenti. *Aſconius in Divinatione, & Nepos in Vita Catonis.*

In Oppium.

Vinum redemiſti, praedia pro vini quadrantalibus ſexaginta in publicum dediſti, vinum non dediſti. *Feſtus.*

Contra Cornelium apud Populum.

Nec quis incultior, inreligioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior. *Idem* pag. 441.

In Pansam.

Pueri in ludo ſolent paſceolos furari. *Nonius.*

In Annium.

Nemo antea fecit ſuper tali re cum hoc magiſtratu utique rem. *Feſtus.*

In Q. Sulpicium.

Quotiens vidi trulleos, naſiternas, pertuſos aquales, matellas ſine anſis. *Idem.*

In

In publicum dedisti] Pignori ex lege mancupiorum: *Populo praediis praedibuſque canere.* Varro lib. IV. de Lingua Latina: *Praedia dicta item uti praedes a praeſtando, quod ea, pignori data publice, mancupi fidem praeſtent.* A. Popma.

Pueri in ludo] Libri veteres, *Pueris in ludo tellos paſceolos furare.* unde conjecerim *ocellos paſceolos*, ut Panſam incuſaverit, quod is furtis jam inde a pueritia ſuetus. Ocelli ſunt globuli, vel lapidei, vel plumbei, vel ex alia qua materia, in modum oculorum formati: quibus olim pueri ludebant, ut etiam nunc fit. Ocellatos vocat Suetonius in Auguſto, & Varro in Satyra Marcipore, ubi plura dixi. *Paſculus*, & per diminutionem *Paſceolus*, eſt ex aluta ſacculus, ſcorteum marſupium, a Graeco φασκόλιον & φάσκελον. Suidas φασκώλιον ἰσι μαρσίπιον. Vidend. Feſtus, & Nonius. A. Popma.

In

In M. Acilium.

I. II. III. ..

Poſtquam navitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis, piſcatores, penatores fiſcellarum dedi. *Idem.*

In L. Quintium Flaminium.

LVI. Catonis & aliae quaedam acerbae orationes exſtant in eos, quos aut ſenatorio loco movit, aut quibus equos ademit. Longe graviſſima in L. Quintium oratio eſt, *&c.* *Livius* lib. XLIX.

In Ser. Galbam, apud Milites.

Hiſtoria de Papyrio praetextato, *&c.* ſed Gellii verbis. *Gellius* lib. I. cap. 23.

De Lusitanis quum Galbam adcusavit.

Tamen dicunt deficere voluiſſe. Ego me nunc volo Jus Pontificium opti-

In M. Acilium] Acilii nequaquam praenomen Marci, ſed Manii habuere; quare virgula debet addi, ſic enim M/ id eſt, MAN. ſcribi ſolet. Haverc.

Penatores ficedularum] Feſti codex vetus *ficiſedarum*. unde forte legendum, *fiſcellarum*, ut ſint *Penatores* qui penum in fiſcellis geſtant. A. Porma.

Quintium] Senatu movit Quintium, qui ſeptem annis antea Conſul fuerat. Cauſam nobis conſervavit Liv. lib. XLIX. Cicero de Senectute; quorum teſtimoniis nixus eſt Plutarchus in Catone pag. 345. Cauſam his verbis narrat V. Max. II. 9. 3. *Quia in provincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicii, ad arbitrium & ſpectaculum mulierculae, cujus amore tenebatur, electo.* Quae apud Sarisberienſem leguntur ad hunc modum: *quia aliquem damnatum impie ſecuri percuſſerat, tempore tamen ſupplicii, ſed ad arbitrium & ſpectaculum convivantis mulierculae cujus amore tenebatur allectus.* verum potior recepta lectio. Wasse.

In S. Galbam] Galbam illum intellige, quem Nepos in Vita Catonis & Suetonius, Luſitanos diripuiſſe dicit, III. millibus (ut V. Max. ſeptem) eorum perfidia trucidatis, & Viriatini belli cauſam inde extitiſſe, eoque nomine merito in jus vocatum a Catone & Scribonio Libone. Qua vero aſtutia Judicum Sententiam evaſit, clare V. Max. IX. 6. & Cicero de Orat. I. 53. qui ſua ex ipſo Catone hauſerit, Oroſius IV. 21. & Appianus pag. 487. Lambinus, ad Nepotem, recte legendum putat *Servium* non *Sergium*, ut corrupte legitur apud Suetonium, Quintilianum II. 15. & Priſciani Codd. tam edd. quam MSS. cum Galba fuerit Sulpiciae non Serviae gentis. Plutarchus in vita AEmilii pag. 27. Servium Galbam, & in Catone 345. & 353. Servilium vocat, & ab eo in errorem inductus Appianus de B. Hiſp. pag. 485. Hanc orationem habuit quadragenarius; ſi Livium & Plutarchum audiamus, nonagenarius. At vero, mortuus eſt 85. annos natus, ut Cicero de Claris Orat. & Plin. IX. 5. nos certiores faciunt. Neſcio an fragmentum ex Catone in *fercia* (ſic enim apud Nonium legitur pag. 200. lin. 24.) huc referendum ſit. Wasse.

Tamen] Hiſce verbis reſpondit Cato ad Galbae excuſationem, quae hujuſmodi erat. Luſitanos caeſos confitetur, quod compertum habuerit, eos, equo atque homine ſuo ritu immolatis, per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe, ut patet ex ejus Oratione contra Cethegum, quam nobis conſervavit Epitomator Livii. Wasse.

optime ſcire. Jamne ea cauſa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis me ob eam rem augurem capiat? *Gellius* lib. I. cap. 12.

De Re Floria.

Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitavit e convivio: cum partim illorum jam ſaepe ad eumdem modum erat. *Gellius* lib. I. cap. 21.

Sed ſi qui palam corpore pecuniam quaereret, aut ſe lenoni locaviſſet, & ſi famoſus & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non aequom cenſuere adferri. *Nonius.*

De Agna Musta pascenda.

Citer ager adligatus ad ſacra erit. *Priſcianus* lib. III.

Uti Basilica aedificetur.

Antequam is villicare coepit. *Idem* lib. VIII.

De Indigitibus.

Sinunt ..... ut bona rapiant aut ..... ſequeſtro dent. *Feſtus.*

De Auguribus.

LVII. Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur, vir qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur; lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio conſumta eſt, ut ait M. Cato in ea oratione quae de Auguribus inſcribitur. Adjicit quoque virgines Veſtales ſacerdotio exauctoratas ..... *Idem.*

De AEdilibus vitio creatis.

Nunc ita ajunt, in ſegetibus & herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiam ſpem habere. Saepe audivi inter os atque offam multa intervenire poſſe. Verum inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum eſt. *Gellius* lib. XIII. cap. 16.

Neminiſque. *Feſtus.*

AEdiles Plebis sacrosanctos esse.

Sacroſancti ſunt Tribuni plebis, AEdileſque ejusdem ordinis. *Idem.*

De

Uti Basilica] Cato Cenſor, pecunia publica, ſub Curia foro adjunxit & fecit Baſilicam, quam Porciam ſuo nomine primus appellavit: quod cum adverſarii ipſius acriter repugnarent, habuit hanc orationem. Plinius & Plutarchus, in Catone, pag. 671. A. Porma.

In segetibus et herbis] Frumenta dicuntur *in herbis* eſſe, cum herbeſcens viriditas emergit de

De Tribunis Militum.

Expedito pauperem, plebejum, atque proletarium. *Nonius.*
Loca ardua, & cliva depreſſa. *Idem.*

De Moribus Claudii Neronis.

LVIII. Pecunia mea Reipublicae profuit, quam iſti modi uti tu es. *Priſc.* lib. VI.
Haruſpicen, fulguratorem, ſi quis adducat. *Nonius.*

De re Istriae Militari.

Pugnariolas. *Feſtus.*

De Triumpho ad Populum.

Aſperrumo atque arduiſſumo aditu. *Priſc.* lib. III.

De Signis et Tabulis.

Honorem emtitavere: malefacta benefactis non redemtitavere. *Feſtus.*

De Spoliis.

Ne Spolia figerentur niſi de hoſtibus capta.
Sed tum ubi ii diviſi ſunt, revortantur reſignatis vectigalibus. *Idem.*

De Praeda Militibus dividunda.

Fures privatorum furtorum in nervo, atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura. *Gellius* lib. XI. cap. 13.

Frau-

de ſemine occato, ut ait Cicero. Plinius lib. XVIII. cap. 7. *Frumenta hieme in herbis ſunt.* Virgilius Georgic. I.

——— *Frumenti quaereret herbam.*

Idem: *Meſſis in herba eſt.* Perſius:

Seges altera in herba eſt.

A. Popma.

De moribus Cl. Neronis] Cato, cum in Sicilia Tribunus militum fuiſſet, inde reverſus, C. Claudii Neronis Coſ. in bello contra Aſdrubalem caſtra ſecutus eſt, natus annos plus minus XXV. De cujus moribus haec oratio habita. Vidend. Livius lib. XXXVII. A. Popma.

Profuit quam isti modi] Eſt ἔλλειψις uſitata veteribus, cum omittunt particulam *magis*, *potius*. Plautus Caſina:

——— *ut quid vir velit,*
Fieri id facias, quam adverſere contra.

Rudente:

Tacita mulier eſt bona quam ſemper loquax.

Homerus:

Αὐτὰρ ἔχοντά γε βέλομ' ἰπνυφιμῷ ἤ τινα τ' Ἄλ.

A. Popma.

Honorem temptavere] Malim, *emtitavere*, ut ſit paronomaſia. A. Popma.

Uti

Fraudulenter, atque avariter. *Nonius.*
Tu dives fite. *Idem.*

Uti Praeda in Poplicum referatur.

LIX. Miror audere, atque religionem non tenere; ſtatuas Deorum, exempla earum facierum, ſigna domi pro ſuppellectile ſtatuere. *Priſcian.* lib. VII.

De Pecunia Regis Antiochi.

M. Cato ſuaſit rogationem Petiliam; exſtat oratio ejus de pecunia regis Antiochi. *Livius* lib. XLVIII.

Uti plura aera Equestria fierent, Suaſio in Senatu.

Nunc ego arbitror oportere reſiſti, quo minus duobus millibus ducentis ſit aerum equeſtrium. *Priſcian.* lib. VII.
De aeribus equeſtribus, de duobus millibus actum. *Ibidem.*
Adceſſit ager, quem privatim habent, Gallicus, Samnitis, Appulus, Brutius. *Ibidem.*

De Vestitu et Vehiculis.

Nam perinjurium eſt, quom mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus eſt, tum velle uti eos mutem, atque alii modi ſiem. *Idem* lib. VI.

De Habitu.

Sanguen demittatur. *Cariſius* lib. I.

De

Uti plura aera] Haec oratio habita eſt in Senatu; quam Plutarchus intelligit, opinor, cum ſcribit Catonem voluiſſe, ut a majori cenſu majus tributum penderent, ternoſque in millia aeris aſſes aſſignaviſſe ut inferrent: quo iis adjectionibus preſſi luxum deponerent. A. Poema.

De aeribus equestribus] Ni fallor, hunc locum in mente habuit Feſtus, cum annotaret Catonem dixiſſe *aeribus* pluraliter ab *aere*. Utitur Lucret. lib. II.

——— *pulſabant aeribus aera.*

Et Arnobius lib. III. *Occultaſſe perhibentur Jovis aeribus aliquando vagituri.* A. Poema.

De Vestitu et Vehiculis] Hanc orationem habuit in Cenſura, qua ſuaſit id quod Livius refert: *Ornamenta & veſtem muliebrem, & vehicula, quae pluris quam* XV. *millium aeris eſſent, in cenſum referre viatores juſſi.* Idem Plutarchus in Vita Catonis. A. Poema.

Mu-

Digitized by Google

De Dote.

LX. Vir cum divortium fecit, mulieri Judex pro Cenſore eſt; imperium quod videtur, habet. Si quid pervorſe tetreque factum eſt a muliere, multatur: ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. *Gellius* lib. X. cap. 23.

In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio inpune necares. Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere; neque jus eſt. *Ibidem.*

De Fundo Oleario.

Pulchralibus, atque dupediis. *Feſtus.*

De Feneratione Lege Junia, Diſſuaſio.

Tertio autem pedato item ex fenore diſcordia excreſcebat. *Nonius.*

Camerini cives noſtri oppidum pulchrum habuere, agrum optumum atque pulcherrumum, rem fortunatiſſumam. Quom Romam veniebant, prorſus divortebantur pro hoſpitibus ad amicos ſuos. *Feſtus.*

De Abrogandis Legibus.

Bovile. *Cariſius* lib. I.

Ne

Mulieri Judex pro Censore] Judex, ut Cenſor, mulierum delicta notabat, de qua re dixi ad Varronis Myſteria. Plinius lib. XIV. cap. 13. *Cn. Domitius, Judex, pronuntiavit: Mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſſa, viro inſciente, ac dote multavit.* A. Popma.

In adulterio uxorem] Hoc dicitur oratorie, vel Catonis aetate fortaſſis impune fuit. At poſtea lege Julia Auguſti, ſoli patri conceſſum eſt, filium & quemcumque adulterum, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidere: marito vero adulterum inhoneſtae conditionis, puta laenonem, ſcaenicum aut ſimilem, non etiam uxorem. Papinianus lib. I. De adulteriis: *Patri, non marito, mulierem & omnem adulterum permiſſum eſſe occidere, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: ceterum mariti calor & impetus, facile decernentis, fuit refrenandus. Et hoc ſic in deprehenſis obtinuit; in aliis poena adulterii nunquam fuit capitalis, ne regiis quidem temporibus,* ut recte Lipſius cenſuit. A. Popma.

Illa te, si adulterares] Idem fere dixit Plautus Mercatore:

Nam ſi vir ſcortum duxit clam uxorem ſuam,
Id ſi reſcivit uxor, impune eſt viro.
Uxor, viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro ſit cauſſa, exigitur matrimonio.

A. Popma.

Tertio autem pedato] Ita & Origin. I. & II. nec reſcribendum *pedatu*, ut eſt Plauti Ciſtellaria:

Niſi pedatu tertio omnis efflixero.

Nam veteres multa nomina ſecundo & quarto ordine indifferenter protulerunt. Eſt autem *Pedatus* acceſſus, incuſſuique quaſi per pedem, Gloſſae *Tertius pedatus*, τρίτον ἐμβεβηκώς. A. Popma.

Camerini cives] Sunt a Camerio urbe, quam inter vicinas Romae numerat Plinius. Nam Ca-

Ne Lex Baebia derogaretur, Suaſio.

Hoc potius agam quod hic rogat. *Feſtus.*
Pecuniam inlargibo tibi. *Nonius.*

Ne Legi Orchiae derogaretur, Suaſio.

LXI. Qui antea ... obſonitavere, poſtea centenis obſonitavere. *Feſtus.*

Percunctatum patris familiae nomen ne quis ſervum mitteret, lege ſancitum fuiſſe. *Idem.*

De Lege Voconia, Suaſio.

Principio nobis mulier magnam dotem adtulit: tum magnam pecuniam recipit, quam in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam. Poſtea ubi irata facta eſt, ſervom recepticium ſectari atque flagitare virum jubet. *Gellius* lib XVII. cap. 6.

Claſſicus. Infra claſſem. *Idem* lib. VII. cap. 13.

Agrum

merinum in Umbria huc non pertinet. A. Popma.

Ne legi Baebiae derogaretur] Baebia lex de praetoribus lata fuit L. Manlio Acidino, & Q. Fulvio Flacco Coſſ. anno DLXXIV. Ea jubebat alternis creari quaternos praetores, cum antea per aliquot annos ſeni fuiſſent. Sed & P. Cornelius Cethegus, M. Baebius Tamphilus Coſſ. anno DLXXII. ex autoritate Senatus ad populum tulerunt legem de ambitu, ut teſtatur Livius lib. XL. Hanc Catonem hac oratione ſuaſiſſe indicant fragmenta, quae ad ambitum pertinent. A. Popma.

Ne legi Orchiae] Videndus Macrobius lib. II. Saturnal. cap. 13. A. Popma.

Qui antea obsonitavere] Deeſt numerus convivarum ita forte reſtituendus: *Qui antea octoni obſonitavere, poſtea centeni obſonitavere.* Nam lege Orchia numerus tantummodo convivarum praeſcribebatur, de quo ipſe Cato in oratione querebatur, quod plures quam praeſcripto legis cavebatur, tunc ad coenam vocarentur, ut idem Macrobius ſcribit. A. Popma.

Percunctatum patris familiae] Suſpicor fuiſſe caput legis convivalis, ſive Orchiae, ſive alterius; cujus nulla mentio in veterum monumentis, quod ſciam. A. Popma.

Pro lege Voconia] Hac oratione legem Voconiam ſuaſit contra mulierum impotentiam, Coepione & Philippo Coſſ. cum eſſet quinque & ſexaginta annos natus, ut ipſe apud Ciceronem de Senectute praedicat. Fuit autem lex Voconia lata a Q. Voconio Trib. pleb. inter II. & III. Punicum bellum, habuitque duo capita; unum, ne, cui cenſus eſſet, virginem vel mulierem haeredem faceret: alterum, ne plus uni legaret quam ad haeredem haeredeſve perveniret. Adi Ciceronem in Praetura urbana; Gellium, & Juris conſultos. A. Popma.

Classicus. Infra classem] Haec verba pertinent ad interpretationem legis Voconiae, quadruntaxat tenebantur primae claſſis homines qui C. & XXV. millia aeris ampliuſve cenſi erant: quos ipſe vocat *claſſicos*, autore Gellio, Cicero *cenſos* in Praetura urbana, cum inquit, *Sanxit in poſterum, qui poſt eos Cenſores cenſi eſſent, ne quis haeredem virginem, neve mulierem faceret*, & mox: *Per legem Voconiam qui cenſus non ſit, licet.* ubi Aſconius *Cenſum*, interpretatur *pecunioſum*. A. Popma.

Agrum

Agrum quem vir habet, tollitur. *Servius AEneid.* I.

De Lege Maevia.

Rex Seleucus arma noſtratia facit. *Priſcianus* lib. XII.

De Lege Oppia, Suaſio.

Si in ſua quiſque noſtrum matre familias, Quirites, jus & majeſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum univerſis feminis negotii haberemus. Nunc domi victa libertas noſtra inpotentia muliebri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non potuimus, univerſas horremus, *&c.* *Livius* lib. XLIV.

De Lege Populi, Suaſio.

Quod compluriens uſu venit omni tempore ante ventum eſt; Rem publicam reddimus. *Nonius.*

De Lege Toria.

LXII. Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. *Idem.*

De Ambitu.

Sed ſunt partim, qui duarum rerum alterius utrius cauſſa magiſtratum petunt. *Priſcianus* lib. V. pag. 668. & pag. 693. 40.

Agrum quem vir] Servius lib. I. AEneid. hic obſervat mutationem caſuum, ut in illo Virgilii,

Urbem quam ſtatuo veſtra eſt.

Et Terentii,

Eunuchum quem dediſti quas turbas dedit.

A. Popma.

De lege Maevia] Forte *Maenia*: de qua Cicero in Bruto, & Varronis ſatyra inſcripta *Lex Maenia.* Sed nihil hic video. A. Popma.

De lege Oppia] Vide Livium lib. XLIV. meminit etiam Tacitus lib. III. Annal. A. Popma.

De lege Populi] Quae eſt Lex Populii opinor Porcia, pro ſcapulis, pro tergo civium lata; de qua hic ante dixi, & in Scholiis Salluſtianis. A. Popma.

De lege Toria] In Nonii vulgatis codicibus legitur, *Deletorio.* unde reſtitui de lege Toria; ad quam pertinet unicum fragmentum de paſtione pecoris. Eam legem tulit Sp. Torius ſive Thorius Trib. pleb. de quo Cicero lib. II. de Oratore, & in Bruto ita: *Sp. Torius ſatis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitioſa & inutili lege vectigali levavit.* Appianus lib. I. de Bello civili caput legis perperam refert. A. Popma.

Musimonem aut arietem] Cato *muſimonem* diverſum ab *ariete* facit, ſicut & Plinius lib. VIII. cap. 49. ubi ita deſcribit: *Genus muſimonum caprino villo quam pecoris velleri propius.* Quorum e genere & ovibus natos priſci *umbros* vocaverunt. At Strabo lib. II. & V. tradit in Hiſpania & Corſica naſci arietes, qui lanae loco

Ne quis iterum Consul fuat.

Dicere poſſum quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maxumo opere, citro, atque ebore, atque pavimentis Poenicis ſtent. *Feſtus.*

Imperator laudem capit, exercitum meliorem & induſtriorem facit. *Priſcianus* lib. II.

Ne Imperium sit Veteri ubi Novos venerit.

Siticines, & liticines, & tubicines, *Gellius* lib. XX. cap. 2.

De Achaeis.

Quomque Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret. *Gellius* lib. cap. 4.

De Macedonia Liberanda.

Idque perpetuius atque firmius repſit. *Priſcianus* lib. III.

Tumultu Macedoniae Etruriam, Samnites, Lucanos inter ſe natinari, atque factiones eſſe. *Feſtus.*

De Rege Attalo, et Vectigalibus Asiae, Diſſuaſio.

C. Licinio Praetore remiges ſcripti cives Romani ſub portiſculum, ſub flagrum conſcripti veniere paſſim. *Feſtus.*

De

pſilum ferant caprinum, & vocari *muſimones*. Quo nomine etiam vocarunt equos, mulos, alinos breves, teſte Nonio. A. Porma.

Pavimentis Poenicis] Marmor Numidicum in magno pretio & uſu veteribus fuit: ex quo fiebant illa quae Cato hic nominat *pavimenta Poenica*; & quas Propertius *columnas Poenas*.

Tota erat in ſpecies Poenis digeſta columnis.

Quas eaſdem intelligit Ovidius hoc verſu:

Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis.

Numidicae cruſtae ſpurcae, Epiſt. LXXXVII. & Petronio Satyrico. A. Porma.

De Achaiis] Fortaſſis eſt de exulibus Achaiae; de quibus cum magna controverſia in Senatu eſſet, exurgens Cato, *Quaſi non ſit*, inquit, *quod agamus, deſidemus hic totum diem de ſenibus Graeculis quaerentes, hic an in Achaia a ſandapilariis efferantur.* Tamen Achaei reditum impetrarunt, Plutarchus in Vita pag. 341. A. Porma.

C. Licinio Praetore] C. Licinius Craſſus Praetor fuit anno DLXXXI. C. Popilio Lenate P. AElio Ligure Coſſ. cui in bello Macedonico contra Perſeum, *Negotium datum ut ex veteribus quinqueremibus in navalibus Romae ſubauctis, quae poſſent uſui eſſe, reficeret, pararetque naves quinquaginta* Livius, lib. LII. A. Porma.

Apud

De Conjuratione.

Precem. *Idem.*

Ad Litis Censorias.

LXIII. Scio fortunas ſecundas negligentiam prendere ſolere: quod uti prohibitum irem quod in me eſſet, meo labori non parſi. *Idem.*

Periculatus ſum. *Idem.*

Apud Equites Numantiae.

Accipite ſi vultis hoc onus in voſtros collos. *Non. in Collum.*

De Bello Carthaginensi.

Majores ſeorſum atque divorſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alioſque honores. *Idem.*

Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis dum vivitis, non abſcedet. Sed ſi quae per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit; nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. *Gellius* lib. IV. cap. 1.

De Bello Carthaginensi.

Pueri atque mulieres extrudebantur famii cauſſa. *Idem* lib. XX. cap. 14.

Ho-

Apud equites] Haec oratio videtur habita in quaestura, cum in Africa Quaestor esset P. Scipioni Coss. ad bellum Punicum II. profecto. Id accidit sub annum DXLIX. Tuditano & Cethego Coss. Cicero in Catone, & Bruto. Nepos, & Livius. A. Popma.

Collos] Lucil. lib. XXVII. *modo furſum, modo deorſum tamquam collus cernui.* Accius Epigono: *Quid ceſſo ire ad eum? bem praeſto eſt camo collum gravem.* Et ſic Naevius in Colace. Plautus, aliique. Wasse.

Hastas donaticas] Haſtas puras intelligit, id eſt, haſtilia parva ſine ferro, quae militibus ob res egregie geſtas donabantur. De quo genere doni meminerunt Suetonius, Vopiſcus, alii. Vetus inſcriptio, DONIS DONATO AB IMP. NADR. HASTA PURA. Varro de Gente pop. Rom. *Haſta pura fuit praemium apud majores ejus qui tunc primum viciſſet in proelio:* quoniam, ut Feſtus, in *celibari*, explicat, haſta ſumma armorum & imperii ſignificabat. quamobrem captivi & proſcriptorum bona ſub haſta veniebant. A. Popma.

Cogitate cum animis] Locutio elegantiſſima, qua etiam uſus eſt Terentius Adelphis: *Haec tu facito cum animo cogites.* Cicero Oratione II. de Lege agraria: *Vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare.* A. Popma.

De bello Carthaginensi] Haec fuit noviſſima Catonis actio & oratio, qua funſit in Senatu bellum Punicum III. & Carthaginis excidium, autore Plutarcho 351, & eam Solinus lib. I. vocat orationem Senatoriam, ni fallor. A. Popma.

Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumpoſuerunt, ita interfecerunt. *Idem* lib. III. cap. 14.

Aures nobis caliſcerunt ad injurias. *Nonius.*

Incerta ex quibus Orationibus.

LXIV. Villas ſuas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem politas fuiſſe dicit, ad annum uſque aetatis ſuae ſeptuageſimum. *Gellius* lib. XIII. cap. 22.

Neque mihi aedificatio, neque vaſum, neque veſtimentum ullum eſt in manu pretioſum; neque pretioſus ſervos, neque ancilla. Si quid eſt quo utar, utor: ſi non eſt, ego ſum, quos per me uti atque frui licet. *Ibidem.*

Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia nequeunt egere. *Ibidem.*

Emo non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt: quod non opus eſt, aſſe carum eſt. *Seneca* lib. XCIV. Epiſt. 2.

Te C. Caecili diem prodidiſſe militibus legionis tertiae, cum proditionem non haberes. *Plutarch. Catone. Feſtus.*

Tu otioſus ambulas, qui apud regem fuiſti donicum, ille tibi interdixit rem capitalem. *Cariſ.* lib. II.

Vita Deum inmortalium. *Feſtus.*

Contumelias mihi dixiſti compluriens. *Idem.*

Neque fidem, neque jusjurandum, neque pudicitiam multifacit. *Idem.*

Magnificius. *Idem.*

Mina cogi ... *Idem.*

Munificior. *Idem.*

Paſcalis ovis vetuit. *Idem.*

Pelliculationem pro inductionem a pelliciendo, dixit Cato in ea Orat. quam ſcripſit de ..... *Idem.*

....lentis numquam cuiq..... ſupremam advocationem. *Idem.*

Inpudentiam praemioſam. *Idem.*

LXV. Cedo ſi vos in eo loco eſſetis, quid feciſſetis? *Quintil.* lib. IX. c. 2.

Communem rem agi putatote, ac vos huic rei praepoſitos eſſe. *Ibid.*

Sti-

Proditionem non haberes] Id eſt, jus producendi diem, quod habebant Trib. plebis. Livius lib. III. *In carcerem eſt conjectus, eique Tribunus diem prodixit.* Et: *adeoque conſtantia ſua & Tribunos obſtupefecit & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate prodicerent.* ita enim ibi legendum eſſe monuit doctiſſimus Joſ. Scaliger. A. Poema.

A.

Stiricidium. Cato pro C..... *Feſtus* in V.

Die? hanc. *Quintil.* cap. 4.

Tuburchinabundus. Lurchinabundus. *Idem* lib. I. cap. 10.

....nihilominus valuit ſemper.....re praeſenti cognoſcere. *Idem.*

Siremps. *Idem.*

..... ut ſolent.... ivios niſi qui ſempiterni ſunt quos ..... cant ne ſpiciunt neque ratos. *Idem.*

Coepiam ſeditioſa verba loqui. *Idem.*

Urbem iſtam, ut Cato in Oratione Senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Eliſa mulier exſtruxit, domo Phoenix, & Carthadam dixit, quod Phoenicum ore exprimit civitatem novam: mox ſermone verſo in morem Punicum, & haec Eliſſa, & illa Carthago dicta eſt. *Solinus* cap. 30.

Fidem in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi majores noſtri eſſe voluerunt. *Cicero* lib. III. *de Officiis.*

Catonis Cenſorii orationes aprinum exprobram callum. *Plin.* lib. XIX. cap. 51.

Exſtant Catonis in Cenſura vociferationes Mulieribus Romanis in provinciis ſtatuas poni. *Idem* lib. XXXIV. cap. 6.

Νόθον, qui non ſit legitimus, Graeci vocant; Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideoque peregrino utimur. *Quintil.* lib. III. cap. 6.

Grave eſſe eum qui aliis vixiſſet hominibus, apud alios crimina depellere. *Plutarch. in Vita Catonis.*

LXVI. A. Postumii Albini Annalium Lib. I.

Ea cauſa ſeſe ſtultum brutumque faciebat, groſſulos ex melle edebat. *Macrob.* XI. 16.

Historia Graeca.

Neminem ſuccenſere ſibi convenire ſi quid in his libris parum compoſite, aut minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum, inquit, homo Romanus,

A. Postumii Albini] Fuit aequalis aetati Catonis, cujus in eum jocus exſtat apud Gellium. Cicero in Bruto: *A. Albinus, qui Graece ſcripſit Hiſtoriam, qui Conſul cum L. Lucullo fuit, & litteratus & ajertus fuit.* Alius item Albinus, poſterior aetate, Rerum Romanarum libros verſibus ſcripſit: quorum Priſcianus hos tres verſus adducit, pag. 741.

Ille, cui ternis Capitolia celſa triumphis,
Sponte Deum patuere, cui freta nulla repoſtos
Abſcondere ſinus, non tutae moenibus urbes.

Quibus celebrat tres triumphos Pompeji, unum ex Afri-

manus, natus in Latio. Graeca oratio a nobis alieniſſima eſt; ideoque veniam gratiamque malae exiſtimationis, ſi quid eſſet erratum, poſtulavit. *Gellius* XI. 7.

De Adventu AEneae Liber.

Mezentium fugam facere coëgerunt, & poſtea per legatos amicitiam ſocietatemque Latinorum inpetravit. *Autor de Orig. Gent. R.*

Baiani Euxini comitis AEneae nutrice, & ab ejus nomine Baias vocatas. *Servius* IX. 710.

Cn. Gelli Annalium Lib. I. ... II.

Deabus ſupplicant. *Cariſius* I.

Multitudo puerorum jam erat ex raptabus. *Ibidem.*

Lib. III.

LXVII. Herſiliam, cum apud T. Tatium verba faceret, pacemque oraret, ita precatam eſſe: Neria Martis, te obſecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis & proſperis uti, quod de tui conjugis conſilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos ſibi & ſuis poſteris patriae pararent. *Gellius* XIII. 12.

Capite cum aliis paucabus conſilium. *Cariſius* I.

Lib. IV. V.

Puellabus. *Ibidem.*

Lib. VI. VII.

Pro duabus pudicabus.

Lib. XV.

Anno ab Urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Coelio, Poſtumio, conlegiſque eorum, in Senatu tractatum quid eſſet pro-

Africa de Hiarba rege, alterum ex Hiſpania de Sertorio, tertium de Mithridate & piratis. A. Popma. Anno U. C. DCIII. Conſul fuit cum Licinio Lucullo. Tres illos verſus quos ex ejus lib. primo rerum Romanarum adducit Priſcianus, a noſtro prorſus abjudicat Voſſius de Hiſt. Lat. cap. VI. Vide Plin. VII. 10. Wasse.

Cn. Gellii] Cicero lib. I. de Divinatione Gellios jungit Fabiis, & ante Coelium ſcripſiſſe indicat. Curium vixiſſe circa annum urbis DC. ex fragmentis apparet. Meminit ejus Vopiſcus in Probo. A. Popma.

Anno ab Urbe] Reſtituo numerum *anno CCCLXV.* tum nomina Tribunorum, *Virginio*, *Manlio*, *Cornelio*, *Poſtumio*. Sex enim Trib. milit. Conſulari poteſtate iſto anno fuerunt, L. Valerius Poplicola, L. Virginius Tricoſtus, P. Cornelius Coſſus, A. Manlius Capitolinus, L. AEmilius Mamercinus, L. Poſtumius Albinus, Falti. A. Popma.

Cal-

propter quod totiens inter paucos annos male eſſet adflicta Reſpublica, & ex praecepto Patrum L. Aquinium aruſpicem in Senatum venire juſſum, religionum requirendarum gratia, dixiſſe: Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam adverſus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie Idus Quinctilis. Item apud Cremeram, multiſque aliis temporibus & locis, poſt ſacrificium die poſtero celebratum, male ceſſiſſe conflictum. Tunc Patres juſſiſſe, ut ad conlegium Pontificum de his religionibus referretur, Pontificeſque ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros dies habendos, ut hi dies neque proeliares, neque puri, neque comitiales eſſent.

Lib. XXX.

Calvariaeque ejus ipſum oſſum expurgaverunt, inauraveruntque. *Cariſius* I. *Priſc.* VII.

Lib. XCVII.

Portabus. Oleabus. *Cariſ.* I.

INCERTA.

LXVIII. Fora navium. *Ibidem.*

Regerum. Lapiderum. Calchae. *Ibidem.*

Poſtquam tempeſtas ſedavit, Atherbal taurum inmolavit. *Gellius* pro *Adherbal.* XVIII. 12.

Deliquium Solis, & Deliquionem. *Servius* VIII.

Senatum decreſſe, ut aedes Saturni fieret, eique rei L. Furium Tribunum militum praefuiſſe. *Macrob.* I. 12.

Fannia lex lata eſt anno poſt Romam conditam DLXXXVIII. *Idem* II. 13.

Cum bello Latino ludi Votivi Maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata, &c. *Cicero de Divinat.* I.

Quartos ludos Saeculares poſt annum factos tertium, C. Cornelio Lentulo,

Calvariaeque ejus] P. Licinius Craſſus Mucianus Coſ. in Aſiam ad debellandum Ariſtonicum profectus, cum praedae quam bello intentior eſſet, circumventus ab hoſtibus, caeſo exercitu periit. Caput mortui Ariſtonico oblatum fuiſſe tradunt Hiſtorici; Gellius hoc amplius, Calvariam ejus expurgatam inauratamque, nimirum in contumeliam & notam avaritiae, vel in uſum poculi, ex more barbararum gentium, de quo Petronius Satyrico. A. Popma.

Regerum, Lapiderum] Haec ſunt, opinor, verba, quae a Cn. Gellio non uſitate collocata obſervaverat Gellius Noct. Atticar. lib. VIII. cap. 13. fortean etiam illa, *Portabus*, *Oleabus*, *Pudica-*

tulo, L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorin. de Die natali.*

Doxius, Coeli filius, lutei aedificii inventor, exemplo ſumto ab hirundinum nidis. *Ibidem.*

Soli, Oceani filio, medicinae quoque inventionem & mellis adſignat. *Ibid.*

Menſuras & pondera Palamedes invenit. *Ibidem.*

Cadmus ex Phoenice in Graeciam, inde Evander in Italiam adtulit literas. *Victorin. de Orthograph.*

Sabinos a Sabo Lacedaemonio trahere originem. *Servius* ad VIII. *AEn.* 638.

LXIX. Ταῦτα ᾗ γράφεσθαι τινὲς μὴν γεγράφασι καὶ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς Ῥωμύλου ἀρχῆς. Γναῖος ᾗ Γέλλιος καὶ τὸν τέταρτον. Dionyſ. Halicarn. lib. II. pag. 100. lin. 16. de Raptu Sabinorum loquitur.

Παράδειγμα ἔλαβεν ὧδε τῆς Ἀρδεατῶν πόλεως. De Inſtitutione Saliorum Dionyſ. lib. II. pag. 131. lin. 9.

Numa reliquit θυγατέρα μόνην, ἐξ ἧς ἐγένετο Ἄγκος Μάρκιος, ὁ τέτταρος ἀπ' ἐκείνου γενόμενος Ῥωμαίων βασιλεύς. Idem lib. II. pag. 136. 4.

Παραγίνεται δ' εἰς Ῥώμην (Tarquinius Priſcus) Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος, καὶ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem IV. pag. 211. lin. 41.

Licinius & Gellius ἀδὲν ἐξητακότες, ὅτε τῶν εἰκότων, ὅτε τῶν δυνατῶν, αὐτὸν εἰσάγουσι τὸν βασιλέα ταρκύνιον ἀγωνιζόμενον ἐφ' ἵππου καὶ τετρωκόμενον, ἄνδρα ἐνενηκοντάετει ἔτεσι πρεσβύτην. Idem lib. VI. pag. 349. lin. 13.

Sex. Gellii Origo Gentis Romanae.

Lavinia, ab AEnea gravida relicta, metu, veluti inſecuturi ſe, Aſcanii, in ſilvam profugit ad magiſtrum patrii pecoris Tyrrhum, ibique enixa eſt puerum, qui a loci qualitate Silvius eſt dictus. *Auctor de Origine Gent. Rom.*

Agellii Historiarum Lib. I.

Et quod bubo in columna aedis Jovis conſpectus eſt. *Nonius, Bubo maſcul.* L.

dicabus. vide aliud Fragm. poſt Salluſtium. A. Popma.

Sabinos a Sabo Lacedaemonio] Ita ſcripſi, ſecutus fidem Servii: quam tamen requiro in eo quod ait, Catonem idem referre. Non enim Cato hoc retulit, ſed refutavit, ut commentum Graecorum; quod apparet ex Dionyſio lib. II. & excerptis Originum: ideo ibi in fragmentis ſcripſi, *a Saboleri daemone.* Strabo lib. V. ait Tarentinorum figmentum eſſe, Sabinos a Lacedaemoniis ortos, quo finitimos ac praepotentes Samnites ſibi conciliarent. A. Popma.

Agellii Historiarum] Sic habent libri Nonii, ſed corrupte, pro A. Gelli, vel Gelli, ſcilicet Cn. Gellii. Antonius Auguſtinus legit *Aſellio*: quod minime probo. A. Popma.

Et quod bubo] Bubo in urbibus aut omnino in luce viſus, dirum oſtentum erat. Ut M. Plautio

L. Calpurnii Pisonis Frugi Censorii Annalium Lib. I.

LXX. Eumdem Romulum dicunt ad coenam vocatum ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negotium haberet. Ei dicunt, Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant, vinum vilius ſit. Is reſpondit: Immo vero rarum, ſi quantum quiſque volet, bibat. Nam ego bibi quantum volui. *Gellius* II. 14.

Cujus unius praemio multorum adlicuit animos. *Priſcianus* X.

Italia a vitulis. *Varro de Re ruſt.* Lib. I. cap. 1.

Sabino bello quod fuit Romulo & Tatio, virum fortiſſimum, Metium Curtium Sabinum, cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte inpreſſionem feciſſet, Curtium in locum paluſtrem, qui tum fuit in foro, antequam cloacae ſunt factae, ſeceſſiſſe, atque ſuos in Capitolium recepiſſe. Ab eo lacum inveniſſe nomen. *Idem de L. Lat.* IV.

LXXI. Janualis porta dicta ab Jano, & ideo ibi poſitum Jani ſignum, & inſtitutum a Numa Pompilio ut ſit clauſa ſemper, niſi cum bellum ſit. *Ibidem.*

Fulmen evocatum a Porſena rege, & ante eum a Numa ſaepius hoc factitatum. *Plin.* II. 53.

Tullum Hoſtilium regem ex Numae libris eodem quo illum ſacrificio Jovem coelo devocare conatum, quoniam parum rite quaedam feciſſet, fulmine ictum. *Idem* XXVIII. 2.

Millia pondo argenti ſepoſita in aedificationem Capitolii. *Livius* I.

Ὁ Νομᾶς ἐτελεύτησεν, οὐ ταχείας οὐ δ' αἰφνιδίου γηρωμένης αὐτῷ τὴν τελευτὴν, ἀλλὰ καθὰ μικρὸν ὑπὸ γήρως καὶ νόσου μαλακῆς ἀπομαρωμένου. Plutarch. in Numa pag. 47. B.

Κελεύσαντος Ἀμυλίου τὰ βρέφη λαβόντες, &c. vid. Fabium P. D. Halicarn. lib. I. pag. 64. lin. penult.

Ταρπείαν καλεῖ πρόμαχον ἐπιθυμίᾳ γυμνὰς τὰς σκιπασηρίων ὤμους ἀναδοῦναι τοῖς

tio Hypſaeo Q. Fulvio Flacco Coſſ. anno DCXXVIII. & triennio poſt Cn. Domitio Ahenobarbo C. Fannio Coſſ. in Capitolio viſus, Gracchanas ſeditiones portendit, teſte Julio Obſequente. A Popma.

L. Calpurnii Pisonis] L. Calpurnius Piſo Frugi, primus cognomen id ob frugalitatem accepit. Conſul fuit cum P. Mucio Scaevola anno DCXX. Cenſor poſt ſeptem annos cum L. Metello Calvo. Annales ſuos ſcripſit circa annum Urbis ſexcenteſimum, ut ipſe indicat lib. VII. De illo ſic Cicero in Bruto: *Ipſe etiam Piſo & cauſſas egit, & multarum legum aut autor aut diſſuaſor fuit, iſque & orationes reliquit, quae jam evanuerunt, & Annales exiliter ſcriptos.* Gellius ſimpliciſſima orationis ſuavitate uſum praedicat. Plinius lib. II. *L. Piſo gravis autor.* A. Popma.

τοῖς πολίταις τοὺς πολεμίους. *Idem* Lib. II. pag. 105. lin. 38. De Tarpeja confer pag. 106. lin. 12. 37. pag. 107. 8.

Οὐχ ἡὰς εἶναι Ταρκυνίᾳ γεάφω τὰς παίδας, ἀλλ' ἡώνας, Λουκίῳ Πίσωνι τῷ Φρυγὶ συγκαταθέμενος. *Idem* Lib. IV. pag. 213. lin. 20.

Ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀναγράφει ἱστορία. Βαλέριος καὶ τὸν ἐν ἄστει διαλεμβόντων τὸ πλῆθος εἰδέναι τῶν τε γινωμένων καὶ δοκιμαζόντων, καὶ τῶν εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένων, ἔταξεν ἴσον ἑκάστοις νομίσματος καταφέρειν ὑπὲρ ἑκάστου τὰς προσήκουσας, εἰς μὲν τὸν τῆς Ἐλευθερίας θησαυρὸν, ὃν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἄερα φορτοφόρον, ὑπὲρ τῶν γινωμένων· εἰς δὲ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένον, ὃν προσαγορεύουσι Λιβιτίνην, ὑπὲρ τῶν δοκιμαζομένων, εἰς δὲ τὸν τῆς Νείκης, ὑπὲρ τῶν εἰς ἄνδρας ἀρχομένων συντελεῖν· ἐξ ὧν ἤμελλε διαγινώσεσθαι καθ' ἕκαστον ἑαυτὸν ὅσοι τε εἰσὶ σύμπαντες ἦσαν, καὶ τίνες ἐξ αὐτῶν τινὲς στρατεύσιμον ἡλικίαν εἶχον. *Idem* IV. 220. lin. 40.

LIB.

ΤΑΡΠΕΙ'ΑΝ] Si haec, a Livio etiam memorata hiſtoria, vera eſſet, ratio in promtu eſſet, cur Tarpejae Virginis effigies in aede Jovis Metellina conſervaretur, uti nos docet Feſtus. Sed haec in medio relinquo, quoniam, ut Livii verbis utar. *Quae ante conditam urbem, poëticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere in animo eſt.* Et ſane, ſi id maxume vellem, turbaret omnia Servius ad AEn. I. v. 450. *Cautum erat poſt proditum a Tarpeia Virgine Capitolium ut aerei cardines fierent, quo ſtridor ſonantius audiretur, neque eſſet locus inſidiis.* Caeterum Serviana illa Commentatio ad, *Hinc foribus Cardo ſtridebat abenis*, in mentem revocat Iſidorum, qui verſum hunc adducit, ut exinde probet aes eſſe nullius pretii. *Inter omnia metalla*, inquit, *viliſſimum eſt & maximae poteſtatis, ideo & aenea limina: unde & Virgilius. Hinc foribus Cardo ſtridebat abenis*, quid pote ineptius? Si haec vera, deleamus Homeri locum, quo meminit χαλκῶ θεσπεσίοιο. Inducantur illa Herodoti, Χάλκου apud AEthiopes τιμιώτατον, Thalia XXIV. & haec Plinii initio libri XXXIV. *Proxima dicantur aeris metalla, cui & in uſu proximum eſt pretium: imo vero ante argentum, ac paene etiam ante aurum, Corinthio. Stipis quoque auctoritas, hinc aera militum, obaerati & aere diruti.* Quid quod idem narrat, Camillo crimini datum a Carvilio Quaeſtore, quod aerata oſtia haberet in domo, nempe quia hoc regifici luxus erat & privatae opulentiae modum per leges ſumtuarias ſtatutum excederet. Iſidorum ergo non ſinam incurrere crimen laeſae majeſtatis Reginae pecuniae, cujus perſonam toties ſuſtinuit aerea materies. Scribe itaque ex membranis, *Inter omnia metalla aes vocaliſſimum eſt.* Nam ita me amet Juno Moneta, ut haec vera ſit lectio, & licet de metallo viliore, auro contra cara. Neque haec aeris proprietas Homerum latuit. Nam de Junone, quae Stentoris imaginem induerat, hoc pacto memorat, Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ. Sequitur Homerum Lucretius, *AEraque quae clauſtris reſtantia* vociferantur. II. 450. Εὔφωνος καὶ λάλος ὁ χαλκός. Plutarch. Sympoſ. VIII. Quaeſt. 3. ubi interpres male reddit *aes mutum, inane nihil in ſe habet*, cum ideo Plutarchus vocale eſſe dixerit quod multum inanitatis in ſe haberet. Hinc aera Ovidio, *tinnula*, Silio Italico *arguta*, Claudiano *ſonora*. Flamen Dialis aereis cultris tondebatur, aut quia *vocalius* caeteris metallis &c. Servius. Favet etiam Lucanus, ſi lectio MS. Codicis, qui ſervatur in Bib. Publica, recipiatur. Lib. VI. c. 427.

Nec quaeſiſſe libet primis quid frugibus altrix,
AEre Jovis Dodona ſonet.

ubi editi plerique, *Ore Jovis*, at ſi MStum audias, poëta qui *tripodas Deli* & *Pythia antra*, ſuperius dixerat, eandem loquendi formulam ſervabit, & evadet ſui ſimilior, quaſi oracula non iis quae Delius immediate inſpiraſſet, ſed adjunctis, ut loquuntur, remotioribus deſignare voluerit. Nam aenei lebetes futura non aperuere, ſed dum reſponſa edebantur paribus ad numerum canentium vatum intervallis ictus ſuos attemperarunt. Quam in rem exſtat inſignis Auſonii locus:

Nec Dodonaei ceſſat tinnitus abeni,
In numerum quoties radiis ferientibus ictae,
Reſpondent dociles modulato verbere pelves.

Epiſt. XCVII. WASSE.

Re-

Lib. II.

LXXII. Tarquinium, conlegam ſuum, quia Tarquinium nomen eſſet, *metuere*, *eumque* orat uti ſua voluntate Roma concedat. *Gellius* XV. 39.

Quodcumque deliquiſſet ignoſciturum adfirmabat. *Priſcian.* X.

Coeliae ſtatuam ab iis poſitam qui una obſides fuerant, redditis a Porſena in honorem ejus. *Plinius* XXXIV. 6.

A. Poſtumius Dictator apud lacum Regillum caſtris Latinorum expugnatis, ei, cujus maxime opera capta eſſent, hanc (auream) coronam ex praeda dedit. *Idem* XXXIII. 2.

In Aventinum ſeceſſionem factam eſſe. *Livius* LVIII.

Tum primum tributis comitiis creati Tribuni ſunt, numero etiam additi tres, perinde ac duo ante fuerint, Cn. Siccium, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium. *Ibidem.*

Lib. III.

LXXIII. Cn. Flavius, patre libertino natus, ſcriptum faciebat, iſque in eo tempore AEdili Curuli adparebat, quo tempore AEdiles ſubrogantur; eumque primae tribus AEdilem Curulem renuntiaverunt. At AEdilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere qui ſcriptum faceret, eum AEdilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe: iſque AEdilis Curulis factus eſt. Idem Cn. Flavius Annii F. dicitur ad conlegam veniſſe viſere aegrotum, & in conclave poſtquam introivit, adoleſcentes ibi complures nobiles ſedebant. Hi contemnentes eum, adſurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Annii F. id adriſit. Sellam curulem juſſit ſibi adferri. Eam in limine adpoſuit, ne quis eorum exire poſſet; utique ii omnes inviti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem. *Gellius* VI. 9. & *Valer. Maximus* II. 5. 2.

Roma condita, anno DXCVI. ſaeculum accipit his Conſulibus, quis pro-

Roma concedat] Gellii libri, *Romam contendat*. Corrupte, & contra fidem hiſtoriae. Wasse.

Annii filius] V. C. *Anei filius*. Popma *Cn. filius*, ex Cicerone ad Atticum IV. & Livio IX. etſi apud Plinium quoque eſt, *Annii filius*. Wasse.

Adolescentes] Mſ. Pemb. Gellii, ſupra *Collegium*, & hic, *adoleſcens*. Wasse.

Anno DXCVI.] Faſti Capitolini hoc anno edunt Conſules Sex. Julium Caeſarem, L. Aurelium Oreſtem, quibus proximi ſunt ſuperioris anni Coſs. Lepidus, Popilius II. quorum meminit infra. A. Popma.

proximi ſunt Conſules M. AEmilius, M. F. Lepidus, C. Popilius II. abſens. *Cenſorinus, de Die natali.*

INCERTA.

LXXIV. Turnum matruelem Amatae fuiſſe tradit, interfectoque Latino, mortem ipſam ſibimet conſciviſſe. *Auctor de Origine Gent. Rom.*

Quem locum Deus Lycoreus, ſicut *Piſo* ait, curare dicitur. *Servius* ad AEn. II. 761.

Creati Coſſ. L. Poſtumius, T. Minucius. Hos Coſſ. Piſo, Q. Fabio & P. Decio ſuggerit, biennio exemto. *Livius* IX.

Eo anno AEdiles Curules fuiſſe C. Domitium Cn. F. Calvinum, & Sp. Carvilium Q. F. Maximum. *Idem* X.

Quinque millia hominum, cum Mago cedentes noſtros effuſe ſequeretur, caeſa ex inſidiis. *Idem* XXXV.

Victoria L. Metelli Pont. anno II. elephanti CXLII. fuere tranſvecti. L. Piſo inductos dumtaxat in circum, atque ut contemtus eorum increſceret, ab operariis haſtas praepilatas habentibus, per circum totum actos. *Plinius* XX. 6.

Papirium Maſſonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corſis, myrto coronatum ludos Circenſes ſpectare ſolitum. *Idem* XV. 29.

Contra Hieronem regem CCXX. naves effectas diebus XLV. *Idem* XVI. 39.

Ab Aquileja ad XII. lapidem deletum oppidum, etiam invito Senatu, a M. Claudio Marcello. *Idem* III. 19.

M. AEmilio, M. Popilio II. Coſſ. a Cenſoribus P. Cornelio Scipione M. Popilio, ſtatuas circa forum eorum, qui magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes, praeter eas quae populi aut Senatus ſententia ſtatutae eſſent. Eam vero quam apud aedem Telluris ſtatuiſſet ſibi Sp. Caſſius, qui regnum adfectaverat, etiam conflatam a Cenſoribus. *Idem* XXXIV. 6.

LXXV. Triclinia aerata, abacoſque, & monopedia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo, quem duxit Urbis anno DLXVII. *Ibidem* III.

Romae

QUEM LOCUM] Agitur ibi de Aſylo Romuli apud Servium, ex quo Fragmentum hoc, a nobis huc relatum fuit. SIGEB. HAVERCAMP.

LUDOS

Romae in Capitolio in ara Jovis bello Perſei enata palma, victoriam triumphoſque portendit. Hac tempeſtatibus proſtrata, eodem loco ficus enata eſt, M. Meſſalae C. Caſſii Cenſorum luſtro: a quo tempore pudicitiam ſubverſam Piſo gravis auctor prodidit. *Idem* XXVII. 15.

C. Furius Cretinus, e ſervitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albino Curuli die dicta metuens damnationem, cum in ſuffragium Tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum adtulit, & adduxit filiam validam, atque, ut ait Piſo, bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderoſos, boves faturos. Poſtea dixit, veneficia mea, Quirites, haec ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliaſque, & ſudores. Omnium ſententiis abſolutus eſt. *Idem* XVIII. 6.

Queritur adoleſcentes peni deditos eſſe. *Cicero Epiſt.* IX. *ad Paetum.*

LXXVI. Quartos ludos Saeculares poſt annum factos tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorinus de Die natali.*

Quar-

LUDOS SAECULARES] De Ludorum origine circumfertur lüdori locus, ſed a librariis peſſime habitus, quod quia non adverterunt illi qui de ludis ex profeſſo egerunt, in medium jam adducam, ut a me in integrum reſtituatur: *Ludorum origo haec traditur: Lydii ex Aſia transeuntes, in Hetruria conſederunt duce Tyrrheno qui fratri ſuo ſucceſſerat in regno. Contentione ergo in Hetruria inter caeteros ritus ſuperſtitionum ſuarum ſpectacula quoque religionis nomine inſtituerunt.* Sed primo falſum eſt Tyrrhenum fratri in regno ſucceſſiſſe. deinde ſequentia, *Contentione ergo in Hetruria* &c. intelligi non poſſunt. Rectius membranae, *Sic L. e. t. Lydos ex Aſia tranſvectos in H. conſeſſiſſe d. T. qui fratri ſuo ceſſerat regnum. Conſeſſione ergo in H.* exſcripſit hoc in loco Tertullianum de Spectaculis cap. V. (cujus nomen more ſuo ſupprimit,) cum quo conſentit MS. Codex, niſi quod pro *fratri ſuo ſucceſſerat regni contentione. f. f. f. r. conſeſſione* exhibet perperam exhibet. Reliquum eſt ut Tertulliano addam ſuffragatores, ne mendum illi demum imputetur. Timaei opus, quod citat doctiſſimus Pater, dudum interiit, ſed nihilominus ex aliis hiſtoricis faciam, ne laboret Auctoris citantis fides. Sed Plutarchus in Romulo p. 18. *Hetruſcos in Italiam commigraſſe tradit.* De tota re Herodotum audiamus. Ἐξ Ἄτυος (Κότυος vocat Lib. IV. cap. 45. & ſic Dionyſ. Halicarn.) δὲ Μάνης βασιλεύσαντος ἐν Λυδοῖς ἔτη πολλὰ καὶ τὸν Λυδῶν πᾶσαν γενέσθαι, τὴν τοὺς Λυδοὺς τότε μὲ ἀφόρητον λιμοφθορίας, μέρος δ' ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἄκρον διζῆσθαι· ἄλλον δ' ἄλλο ἐπιμηχανᾶσθαι αὐτῶν· ἐξευρεθῆναι δὴ ἐν τότε κύβους, καὶ ἄλλων πάσιν παιγνίων τὰ εἴδεα ποιῆσαι· ἐπὶ δὲ τούτοις τὸν λιμὸν ἐξενεῖκαι· τὸν μὲ ἐπίσης τὴν ἡμερῶν παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητῆσιν· τὸν δ' ἐπίσης σιτίοις πανευθηνίας τε παρεῖναι. Paulo poſt: Ἐπεὶ τε δ' οὐκ ἀνίεσαν τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιάζεσθαι, ἔνθα δὴ τὸν βασιλέα κατὰ δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληροῦσαι τὸν μὲ ἐπὶ μονῇ τῶν δ' ἐπὶ ἐξόδῳ εἶναι τοῦ χώρου· καὶ ἐπὶ τῇ μὲν οἱ κλῆρον λαχόντα τὸν μονέειν, ἑωυτὸν δὲ βασιλέα αἱρεθῆναι, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ τὸν ἑωυτοῦ παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν, &c. denique, ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς. Tyrrhenus iſte fuit Hercule & Lyda genitus, ſecundum Pauſaniam in Corinth. cap. 21. At D. Halicarnaſſ. p. 21. lib. I. Vell. Paterculus I. 1. & Tacitus IV. 55. quam proxime ad Herodoti ſententiam accedunt. Poſtremo accedit Servius ad

Quartam Sibyllam Cumaeam in Italia nominat. *Lactantius* I. cap. 6.

Commentariorum Lib. I.

In his libris ſcripta erant Philoſophiae Pythagoricae, eoſque combuſtos a Q. Petilio Praetore, quia Philoſophiae ſcripta eſſent. Sed libros ſeptem juris Pontificii totidemque Pythagoricos fuiſſe. *Plinius* XIII. 13. *Liv.* XL. *Lactant.* I. 22. *Plutarch. in Numa.*

INCERTA.

Pilumnum dictum quia pellat mala infantiae. *Servius* X. 76.

Uxorem Vulcani Majeſtam, non Majam vocari. *Macrobius* I. 12.

LXXVII. Vitulam Victoriam nominari, cujus rei hoc argumentum profert, quod poſtridie Nonas Julias re bene geſta, cum pridie populus a Tuſcis in fugam verſus ſit, unde Populifugia vocantur, poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio. *Idem* III. 2.

Novenſiles Deos eſſe novem in Sabinis, apud Trebiam conſtitutos. *Arnobius* III.

Lutatii Communium Historiarum. Lib... I... II...

Recordatum AEneam, quod aliquando ei reponſum eſſet: urbi condendae quadrupedem futuram ducem. Tum ſimulacris deorum Penatium proſecutum, atque illum ubi illa procubuit, enixaque eſt porculos triginta, ibidem auſpicatum. *Auctor de Origine Gent. Rom.*

tum

ad AEn. II. *Dictus Lydius a fratre Tyrrheni, Thuſci enim a Lydis originem ducunt. Nam Lydus & Tyrrhenus, duo fratres, cum eis provincia una non ferret, ſorte miſerunt, ut divifis copiis proficiſceretur unus ad novas ſedes quaerendas* &c. p. 642. Confer etiam Dionyſium in Perieg. 347. & ejus Schol. qui aliter narrat hanc fabulam. Eſt & alius Iſidori locus XVIII, 23. de ludis Circenſibus. *Quibus equos a Mercurio diſtributos hiſtoriae docent*, lege ex Tertulliano de Spectaculis, cap. IX. *Steſichorus docet.* Pro, *communis uſus reus non erat*, Iſidorus habet, *communis uſus reatus non erat.* Apud quem lege ex MS. & Servio ad AEn. VIII. v. 636. *Circenſes autem ludi vel a circumeundo, vel quod ubi nunc metae ſunt, olim gladii ponebantur.* Wasse.

Lutatii] Hunc Varro conjungit Piſoni: nec aliud quidquam de eo mihi conſtat. Nam qui putant eſſe Q. Lutatium Catulum majorem, collegam Marii in IV. Conſulatu, falluntur. Is enim non Hiſtorias Romanorum, ſed librum de Conſulatu & de rebus geſtis ſuis ſcripſit, ut teſtatur Cicero in Bruto. Meminit Suetonius, in libello De illuſt. Grammaticis, Lutatii Daphnidis, liberti Q. Catuli minoris: *quem Hiſtorias ſcripſiſſe incompertum, & Varronem uſum teſtimonio Grammatici, aequalis aetati ſuae parum veriſimile eſt.* A. Porma. A Plutarcho vocatur Κάτλος Λυτάτιος, Conſulatum geſſit cum Cajo Mario quartum Conſule A. U. C. DCLI. inquit Voſſius in H. Lat. Wasse.

Cr-

Lib. III.

Latinum pariter cum AEnea progreſſum inter proeliantes circumventum occiſumque. Nec tamen, amiſſo ſocero, AEneas Rutilis obſiſtere deſiit. Namque & Turnum interemit, hoſtibus fuſis fugatisque, victor Lavinium ſe cum ſuis recepit, conſenſuque omnium Latinorum Rex declaratus eſt. *Ibidem.*

Poſt eum (Latinum Silvium) regnavit Tiberius Silvius, Silvii filius. Qui cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet, inter proeliantes depulſus in Albulam flumen deperiit, mutandique nominis exſtitit cauſſa. *Ibidem.*

Lib. IV.

LXXVIII. Cumanos incolas a parentibus digreſſos Parthenopen urbem condidiſſe, dictam a Parthenope Sirena, cujus corpus etiam poſtquam ob locorum ubertatem amoenitatemque magis coeptum ſit frequentari, veritos ne Cymaeam deſererent, iniſſe conſilium Parthenopen diruendi: poſt etiam peſtilentia adfectos ex reſponſo Oraculi urbem reſtituiſſe, ſacraque Parthenopes cum magna religione ſuſcepiſſe. Nomen autem Neapoli ob recentem reſtitutionem inpoſuiſſe. *Philargyrius in* IV. *Georgic. ad* V. 564.

INCERTA.

LXXIX. Non modo Antenorem, ſed etiam ipſum AEneam proditorem patriae fuiſſe. *Auctor de Origine gent. Rom.*

Ba-

Cymaeam] Pro, *Cumaeam*, recte. Silius Italicus XIII. 494. *At gravida arcanis Cymes anus &c.: Miratur ſonitum quieta Cyme.* Sylv. IV. v. 65. 498. *Cymaeo in antro.* Statius. Val. Flaccus in principio lib. I. *Si Cymaeae mihi conſcia vatis ſtat caſſa cortina domo*, & alibi. Ubi N. Heinſius ita in antiquis Virgilii & Ovidii Codicibus exaratum ſe conſtanter inveniſſe teſtatur. Et ſane Graecis, inquit, Κύμη, non Κύμα. at apud Ptolomaeum invenio Κῦμαι. Cave autem de hoc loco accipias Iſidorum Lib. XVI. cap. 1. *Creta Cimolia candida eſt a Cimaea Italiae inſula.* MS. omittit *Creta*, rectius, ut videtur, nam *Cimolis* abſolute ponitur apud Plinium alioſque. Sed quis unquam de Cymaea Italiae inſula vel fando audiverit? ſic tamen omnes editi & Mſſ. quibus invitis ſic legendum cenſeo, *a Cimolo* Italiae *inſula*. Ovid. Met. VII. 464. *Cretoſaque ruta Cimolii.* de hac inſula loqui Iſidorum manifeſtum eſt, quia infra dicit, *veſtimentorum pretioſos colores emollit*, quae verba habentur apud Plinium XXXV. 18. cum hujus inſulae meminit, a quo etiam pro, *confricato ſulphure*, apud Iſidor. lege *contriſtates*. Vox autem *Inſula* in Utopiam ablegandam puto, quae ex gloſſatore nata eſt, qui quum in exemplaribus mendoſis inveniſſet *Cymaea*, *Italiae* de ſuo addidit. Dicaearchus inſulam hanc modo ex Sporadibus, modo ex Cycladibus eſſe dicit. Scylax & Strabo inter Cycladas reponunt. Wasse.

Bajani Euxini comitis AEneae nutrice & ab ejus nomine Bajas vocatas. *Servius* IX. 710.

Eum locum esse fulguritum, & ex Senatusconsulto septum esse, idque factum esse a Curtio consule, cui M. Genutius fuit conlega, Curtium adpellatum. *Varro de L. Lat.* IV.

Romam conditam Olympiadis VII. anno II. *Solinus.*

L. Coelii Antipatri Annalium, sive, Historiarum Belli Punici Secundi, ad AElium Stilonem, Lib. I.

Ne aut trajiciantur aperte, quo melius aut cadat, aut volvatur oratio: quod se L. Coelius Antipater in pröoemio belli Punici, nisi necessario, facturum negat. *Cicero in Oratore.*

Legati quo missi sunt veniunt, delicant mandata. *Nonius, Delicare.*

Cum jure sine periculo bellum geri poteratur. *Idem, Poteratur.*

Qui cum iis ita foedus icitis. *Prisc.* X.

Neque ipsi eos alii modi esse atque Hamilcar dixit ostendere possunt aliter. *Idem* XII.

Antequam Barcha perierat alii rei caussa in Africam est missus. *Ibidem.*

Qui intelligunt, qui faciunt, dissentiuntur. *Idem* VIII.

Quarto Coss. *Gellius* X. 1.

LXXX.

A Curtio Consule.] M. Genutius Augurinus & C. Curtius Philo Coss. fuerunt anno Urbis CCCVIII. licet vulgati Livii & Cassiodori codices edant P. Curiatium, & Dionysii Halicarnassaei, M. Minucium, & C. Quintium: qui ex Varronis lib. IV. de L. Lat. emendandi. A. Popma.

L. Coelii Antipatri.] Cicero in Bruto: *L. Coelius Antipater, scriptor, quemadmodum videtis, fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister.* Et Pomponius de Origine juris: *Fuit & eodem tempore Coelius Antipater, qui Historias conscripsit, sed plus eloquentiae quam scientiae juris operam dedit.* Spartianus refert Hadrianum Imperatorem Coelium praetulisse Sallustio: in quo illum judicio lapsum fuisse indicat Ciceronis testimonium de Antipetro, quod est de Legibus I. de Oratore II. etsi M. Brutus dignum censuit, quem in Epitomen redigeret. Cicero ad Atticum XIII. *Epitomen Bruti Coelianorum velim mihi mittas.* A. Popma. Fannio aetate conjunctus, inquit Cicero I. de Legibus. Sisenna autem antiquior, Paterculus Lib. II. Gracchorum temporibus vixisse patet ex Val. Maximo I. VII. §. 6. quo in loco, ut id obiter moneam, pro, *vitare posse ut eo fato non periret*, MS. Bib. Publicae legit, *ne eo fato*, & sequentia, *propulsus e Capitolio* omittit, & ante principium hujusce sectionis penultima pro, *laetiorem status spem*, habet, *laetioris.* de hujus Historici dictione Cicero in Bruto, & secundo de Oratore. Idem etiam in Epist. ad Attic. XIII. 8. narrat Brutum hujus opus in compendium redegisse. Adduxit fragmentum Caecilii ex Strabone Popma, & pro Καικίλιος legit Κοίλιος, quod ego auctoritate Vossii fretus, induxi. Intelligendus enim est Καικίλιος ὁ ῥήτωρ, qui historiam edidit belli Civilis. vid. Athenaeum VI. 2. Wasse.

Ad L. AElium.] Est L. AElius Stilo Grammaticus; de quo Cicero in Bruto, Suetonius De claris Grammaticis, & nos ad Varronis de L. Lat. lib. IV. A. Popma.

Delicant 45.] Hoc est, explanant. Caecilius Obolo late: „ Si linguas decem habeam, vix „ habeam satis qui *delicem.*" Idem Pausimacho: „ Imo vero id ante, soli dum sumus, *delica.*" Accius Alphesiboea: „ Advereor cum te esse „ Alcmaeonis fratrem fictis *delicet.*" Wasse.

Perierat.] *Pergeret* MS. Codex Prisciani B.

Sem-

LXXX. Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit viſere locum ubi exercitum exponat. *Cariſ.* II.

Duodecies C. mil. paſſuum longe. *Ibidem.*

Commodum eſſe ſatis videtur. *Ibidem.*

Saguntinorum. *Idem* I.

Dextimos in dextris ſcuta jubet habere. *Priſcian.* III.

Armis & magno commeatu, & praeda ingenti copiantur. *Nonius, Copiantur.*

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia fruniſci. *Idem, Fruniſci*

Arma plerique abjiciunt, atque [a] inermi in latebras ſe inlatebrant. *Idem, Inlatebrare.*

Et Latini ſubnixo animo [b] ex victoria inerti conſilium ineunt. *Idem, Subnixum.*

Primum malo publico gratias ſingulatim nomina. *Idem, Singulatim.*

Lib. II.

LXXXI. Si vis mihi equitatum dare, & ipſe cum caetero exercitu me ſequi, die quinti Romae in Capitolium curabo tibi [c] cena ſit cocta. *Gellius* X. 24. *Macrob.* I. 4.

Lib. III.

Imperator conclamat de medio, ut velites e ſiniſtro cornu removeantur, Gallis non dubitatim inmittantur. *Nonius, Dubitatim.*

Lib. IV.

Cuſtodibus diſceſſis multi interficiuntur. *Priſcian.* IX.

Lib. V.

Morboſum factum, ut ea quae oportuerint, facta non ſint. *Idem* VIII.

Nullius alius rei niſi amicitiae eorum cauſſa. *Idem* XIII. p. 960.

At aliquam huic bello finem facere. *Nonius, Finis feminin.*

Lib.

Sempronius Lilybaeo] Tib. Sempronius Gracchus Conſul, dux exercitus in Sicilia contra Annibalem: de cuius adventu Lilybaeum narrat Livius XXX. & Polybius III. A. Porma.

Si vis mihi equitatum] Hoc dictum iiſdem fere verbis refert Cato lib. IV. Originum: unde Coelium ſumſiſſe monet Gellius. A. Porma.

a Inermi in latebras] V. c. *inermis*, id eſt *inermes*.

b Ex victoria inerti] V. c. *inerti*, Fulvius, *victoriae certi*, minus recte. *Iners victoria* eſt incruenta, ſine magna conflictatione parta, &, ut ait Ennius, *ſine ſanguine & ſudore.*

c Cena sit cocta] Macrobius, *cenam cectam.* Pontan.

Lib. VI.

Conſulto non paucies arceſſitum. *Idem, Paucies.*

Omnes ſimul terram cum claſſi adcedunt, navis atque ſcaphis egrediuntur, caſtra metati ſigna ſtatuunt. *Idem, Metati.*

Ipſe cum caetera copia pedetentim ſequitur. *Idem, Pedetentim.*

Lib. VII.

LXXXII. Reſpublica amiſſa, exfundato pulcerrumo oppido. *Idem, Exfundare.*

Duos & ſeptuaginta lictoris domum deportaviſſe faſcis, qui ductoribus hoſtium ante ſoluerint ferri. *Idem, Soluerint.*

Ipſe regis eminus equo ferit pectus advorſum, congenuclat percuſſus, dejecit dominum. *Idem, Congenuclare.*

Ita uti ſeſe quiſque * vobis ſtudeat aemulari in ſtatu fortunae Reipublicae, eadem re geſta, topper nihilo minore negotio acto, gratia minor eſſet. *Feſtus, Topper, fortaſſe.*

Conſuetudine uxoris indulgitate libertum. *Servius Georgic.* II.

INCERTA.

Ex ſcriptis eorum qui veri arbitrantur. *Priſcian.* VIII.

Ubi Senatus intellexit populum depeculari. *Ibidem.*

Nullae

Cum classi adcedunt] *Accedo tibi*, i. e. in tuam ſententiam, i. e. ad te venio, inquit Chariſius. *Sonantes acceſſis ſcopulos* Virg. *Accedere periculum* Plautus. Dares vero Phrygius, *applicant claſſem ad oppidum.* vid. cap. 15. quo in loco, lege ex Mſ. *Argivis Achilles eadem in concilio refert. Illi gaudent, Calchantem ovanter recipiunt.* Et paulo poſt, pro, *legatos ad Priamum vellet Heleſiam ei reſtituere*, lege, *mittit ſciſcitans ab eo.* Wasse.

Castra metati signa statuunt] Ex more & diſciplina militari, caſtris metatis, primo ſigna haſtis impoſita ſuis locis intra caſtra ſtatuebantur: quia nihil erat venerabilius eorum majeſtate militibus, ut ait Vegetius lib. III. A. Popma.

Ipse cum caetera] Noniani libri, *A navi ipſe*, corrupte, pro, *Annali* VI. *Ipſe cum.* A. Popma.

Depeculari] Hoc eſt ἀπονοσφίζειν, exponente Priſciano; licet fortaſſe nunquam extra hunc locum paſſive inveniatur. Vis verbi ex Lege Julia optime innoteſcet, qua cavetur, ne quis ex pecunia ſacra aut publica auferat, neve intercipiat, neve in rem ſuam vertat, neve faciat quo quis auferat, niſi cui lege licebit, neve quis in aes publicum quid indat, neve immiſceat, neve quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo quo id pejus fiat. Labeo definit, pecuniae &c. furtum non ab eo factum cujus periculum fuit, & ideo aedituum in his quae ei tradita ſunt, peculatum non admittere. *& Martianus*, illum praedam ab hoſtibus captam furripuit, Ulpian. etiam illum, qui

2 Vobis studeat aemulari] V. c. *nobis.* Hoc dicit: *Etiamſi homines plebei principum Reipublicae virtutes ſtudeant aemulari, & res non minus praeclaras gerant quam illi, tamen ipſorum facta eadem non aeque grata & glorioſa erunt.* Quod Cato in Originibus confirmat exemplo Leonidae ducis Lacedaemonii, & Caeditii Trib. militum. Pontan.

Digitized by Google

Nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias, tam brevi ſpatio datas arbitror, quam vobis. *Idem.*

Tantum bellum ſuſcitare conari adverſarios contra belloſum genus. *Nonius, Belloſum.*

Publicatos quippe faſtos omnes, & libros a Fulvio Nobiliori ſcripta retuliſſe. *Cariſius* I. p. 112.

Nucerum. Dii, pro diei. *Ibidem.*

Subinde. *Idem* II.

LXXXIII. Parricidatum. *Quintilian.* I.

Pelia cincinnatus. *Idem* X.

Delinquere frumentum, Sardiniam hoſtes tenere. *Servius AEneid.* IV.

Mauruſii qui circa Oceanum colunt. *Ibidem.*

Eſt in fano ſignum Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV. *Idem* VI.

Calvaria. *Caper de Orthographia.*

Qua

qui aliquid in tabulis publicis induxerit, hoc crimine teneri aſſerit. Ejus poena primo, litis aeſtimatio in quadruplum, vid. Gellium II. 18. & Catonem in Praef. ad Lib. de Re Ruſtica: ſecundo, deportatio: tertio ultimum ſupplicium. Peculatus judicium in eos datur, inquit Hiſpalenſis, qui fraudem aerario faciunt, ubi Mſ. Codex bis *peculatum* exhibet. Verum ne illum inemendatum praeteream, pro, *Ambitus judicium eſt qui largiorem honorem capit & ambit*, uti vulgo circumfertur, lege ex membranis, *qui largitione honorem capit.* In ambitus crimine quaenam formula ſit ſervata, vide apud Aſconium in Divinationem. Ex Suetonio in Aug. patet, *eum ambitus teneri, qui turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, ſervos advocaverit, alienamve quam multitudinem conduxerit.* & ex Modeſtino in L. Unica ff. ad l. Juliam de ambitu: *Si quis reus, vel accuſator domum Judicis ingrediatur, item ſi municipio contra hanc legem magiſtratum quis petierit, item ſi novum vectigal inſtituerit.* Wase.

Publicatos quippe] Fulvius Nobilior Faſtos in aede Herculis Muſarum, quam in circo Flaminio ex pecunia Cenſoria fecerat, poſuit, ut autor eſt Macrobius lib. I. cap. 12. A. Popma.

Nucerum] Id eſt *nucum*, ut *Regerum*, *Lapiderum*, pro *regum*, *lapidum*, Cn. Gellius: quae non tam nove, quam vitioſe & abſurde prolata ſunt. A. Popma.

Circa Oceanum colunt] Hoc eſt qui juxta, vel ad Oceanum habitant. Nepos X. 4. *Sed non paſſi ſunt hi qui circa erant. Colentes ultra Tanaim* Curt. VII. 46. formula à Graecis tracta, qui per περὶ & κύκλῳ efferunt. Et eodem fere ſignificatu uſurpatur, quo *attingere ad* vel *in aliquid*, V. 9. Mela cap. 14. aut apud eundem *appoſita tuti Boeotiae* II. 7. aut *pertinere ad*, pro *pertingere*, pro quibus omnibus uſitatius invenitur verbum *jungere*. ut apud Plin. V. 18. *Jungitur ei latere Syriae Decapolitana regio.* licet haec vox non ſem per *contactum* ſed *vicinitatem* denotet, ut alicubi apud Livium, *Vineae moenibus junctae*, hoc eſt, admotae propius urbem. Utcunque ſe res habet, certum eſt τὸ jungere cum *contra* nunquam inveniri. Proinde locus ille Iſidori mihi ſemper de mendo ſuſpectus eſt: *Creta Graeciae pars eſt jungens contra Peloponnenſem*, Orig. XIV. 6. Nullum tamen hic in MSS. aut Editis praeſidium, omnes quaſi data opera in errorem conjurare videntur. Verum abfuit quin legiſſem, *jacens contra Pel.* quemodo locutus eſt Mela II. 7. Sed hoc eſſet longius ab Exemplarium veſtigiis recedere. Paula itaque mutatione ſcribe, *ingens.* Eodem auctore Mela cap. 11. *Ingens & centum urbibus habitata Crete.* Solinus etiam cap. 11. Inter ortum porrigitur & occaſum *tractu longiſſimo.* quo in loco Codex MS. quo uſus ſum, pro, *pronius eſt Cretam dicere*, ut habetur in Ed. Salmaſii, legit, *plus eſt*; & in ſpatio interlineari, *promptius*, quod Salmaſianis ſectionibus praefero. Pro, *Gnoſon*, item *Cynoſontbera*, de qua ampliandum pronuncio, pro, *prima mari potuit*, *prima potuit remis & jagittis*, cui hac in re aſtipulatur Iſidorus. Sic enim ille, *prima etiam haec inſula remis & jagittis claruit.* ſunt & alii qui magnitudinem praedicant; inter quos

Qua tempeſtate Poenus in Italiam venit. *Cicero in Bruto.*

Annibalem cum columnam auream, quae eſſet in Fano Junonis Laciniae, auferre vellet, dubitaretque utrum ea ſolida eſſet an extrinſecus inaurata, perterebraviſſe: cumque ſolidam inveniſſet, ſtatuiſſe eam tollere. Secundum quietem viſam eſſe ei Junonem praedicere ne id faceret, minitarique, ſi id feciſſet, ſe curaturum ut eum quoque oculum quo bene videret, amitteret; idque ab homine acuto non eſſe neglectum. Itaque ex eo auro quod exterebratum eſſet buculam curaſſe faciendam, & eam in ſummo columnae conlocaviſſe. *Idem, de Divinat.* I.

Cum bello Latino ludi Votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repente eſt excitata. Itaque ludis intermiſſis Inſtaurativi conſtituti ſunt &c. *Ibidem.*

LXXXIV. C. vero Gracchus multis dixit, ſibi in ſomnis quaeſturam petenti Tiberium fratrem viſum eſſe dicere, quam vellet cunctaretur, tamen eodem ſibi leto quo ipſe interiſſet, eſſe pereundum. Hoc antequam Tribunus plebis Gracchus factus eſſet, & ſe audiſſe, & dixiſſe multis. *Ibidem.*

Eo ipſo tempore cum hoc calamitoſum fieret proelium, quo C. Flaminius occiſus eſt, tantos terrae motus in Liguribus Galliae compluribuſque inſulis, totaque in Italia factos eſſe, ut multa oppida conruerint, multis locis labes facta ſit, terraeque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque amnes mare influxerint. *Ibidem.*

Per Cremonis jugum tranſiſſe Annibalem. *Livius* XXI. 38.

Servati Conſulis P. Scipionis decus ad ſervum, natione Ligurem, delegat. *Ibidem.*

Magonem cum equitatu & Hiſpanis peditibus flumen extemplo tranſnaſſe: ipſum Annibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe, elephantis in ordinem ad ſuſtinendum inpetum fluminis oppoſitis. *Ibidem.*

Fa-

Seneca, *Urbibus centum ſpatioſa Creta.* Dionyſius V. 502. Καὶ ἡ τῶν μίγιστος εὐρύτατον. Homer. Odyſſ. ξ. 10. Ἐυμήκεα καὶ μὲν Κρήτάνν γλῶς ἴκομαι. Et, Κρήτη τὸ Δώριον. Apud M. Heracleotem ob magnitudinem nonum inter inſulas locum obtinet, ſeptimum vero apud Agathemerum. Donatus ad verſum Virg. *medio jacet inſula ponto*, putat poëtam ſignate per vocem, *jacet*, immenſam Cretae latitudinem demonſtrare voluiſſe. Cujus ſententiae quo minus accedam faciunt illa Pomponii, *in orbem jacent Cyclades.* Ovidii, Quinque *jacent* terrae (Echinades) nimirum, Met. VIII. 577. & Priſcian. Perieg. V. 303. E regione *jacet* locus hic Symplegados arctae. 430. *cujus* jacet *iſthmus imago.* Dionyſio 405. τῶν ἰσθμῶν, & 464. Continuoque *jacent* Gymneſiae. Dicaearchus: Παλαιγία, Σκόρδων. Καὶ Εὐδοσίων δὲ ἱερὰν κεφάλαν. Herodian. VI. Τὴν ἀνδρεφόνον Ἥπειρον Εὐρώπης. & IV. Λέβης τι τὸ ἀσπιδόμορφον. Poſſem contra ſententiam Servianam teſtes ſexcentos producere, ſed, Οὐκ ἐμὸν ἔργον τοῦτο· πάρες δὲ μοι ἄλλα μεμηλεν. Et haec ni fallor ad Iſidorum ſufficiant. Repone aut in apud P. Sabinum in locum Virgilii ſupra laudatum *Philiſſides* pro, *Philiſtocles.* Wasse.

AE-

Fabium Dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe. Etiam eum primum a populo creatum Dictatorem. *Idem* XXII. 31.

Romam euntem ab Ereto divertiſſe eo Annibalem tradit, iterque ejus ab Reate, Cutiliiſque, & ab Amiterno orditur. Ex Campania in Samnium: inde in Peligños perveniſſe, praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe: inde Albenſi agro in Marſos: hinc Amiternum Foruloſque vicum veniſſe. *Idem* XXVI. 11.

LXXXV. Eiſdem diebus naves onerarias Poenorum ad LXXX. circa Sardiniam ab C. Octavio, qui provinciae praeërat, captae. Eas frumento miſſo ad Annibalem, commeatuque onuſtas tradit. *Idem* XXXVIII.

Quantum militum in Africam transportatum ſit *a P. Scipione*, non parvo numero inter auctores diſcrepat. Coelius, ut abſtinet numero, ita ad inmenſum multitudinis ſpeciem auget, volucres ad terram delapſas clamore militum ait, tantamque multitudinem conſcendiſſe naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. *Idem* XXIX.

Praeterquam quod non merſas fluctibus naves, ceteros omnes coeleſtes maritimoſque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Aegimurum inde aegre conrectum curſum, & prope obrutis navibus, injuſſu Imperatoris, ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram evaſiſſe. *Ibidem.*

Captum Hannonem tradit. *Ibidem.*

Vidiſſe ſe qui navigaſſet ex Hiſpania in AEthiopiam, commercii gratia. *Plinius* II. 17. *Capella Philolog.* Lib. VI.

Alpes in longitudinem decem millia paſſuum patere a ſupero mari ad inferum. *Idem* III. 19.

Coelius Trojanum Capyn condidiſſe Capuam tradidit, eumque AEneae fuiſſe ſobrinum. *Servius in AEneid.* X. 145.

Duos elephantos Antiocho regi in bellicis uſibus celebres etiam cum nominibus fuiſſe, noviſſeque ea. *Idem* VIII. 5.

In Averno etiam folia ſubſidere. *Idem* XX. 11. 12.

Equus

AETHIOPIAM] Martiani verba haec ſunt, *Cael. Antip. ſe hominem vidiſſe confirmet, qui* navigationis *ardore in AEthiopiam ex Hiſpania navigaſſet:* at longe rectius veterrimae Corporis Chriſti & Bib. publicae membranae (quibus in hoc auctore purgando ſum uſus) exhibent *negotiationis.* Nec ſecus Codex vetus Bibliothecae Bodleianae cujus, variantes Lectiones beneficio doctiſſimi & humaniſſimi viri J. Hudſon DD. in meam gratiam exſcripſit erudit us Juvenis. Hanc lectionem confirmant Plinius & quem ſequitur, Mela, Lib. II. cap. 66. *Navigaſſet ex Hiſpania in AEthiopiam commercii gratia.* confer hac de re Straboncm p. 98. & Herodotum 237. Sed procedit Martianus, *Idem Cornelius poſt captes Indos per Germaniam navigavit.* Quod falſum eſſe evincit Plinius hiſce verbis: *Idem Nepos &c. tradit, Q. M. Celeri Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſa navigantes, tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti.* Mela habet, *a rege Bactorum.* vide Harduin. ad Lib. II. §. 60. a quo locus Martiani refingendus. WASSE.

ALII

Equus Trojanus machinamentum bellicum fuit quod equus adpellatur, ut aries & teſtudo, quibus muri vel diſcuti, vel ſubrui ſolent. *Servius in AEneid.* II.

Alii *ſubnixam* ideo capiunt, quia inpoſita eſt excelſo muro, ut Coelius hiſtoricus ait. *Servius ad AEn.* III. 393.

Q. AElii Tuberonis Historiarum Lib. I.

LXXXVI. Si quid a parentibus acceptum protinus antiquae memoriae tradiderunt. *Nonius, Protinus.*

Cum Aſcanius ab univerſo populo ad reſtituendam Laviniam cogeretur, juraretque ſe neque interemiſſe, neque ſcire ubi eſſet, Tyrrhum, petito ſilentio, in illa concionis frequentia profeſſum indicium: Si ſibi Laviniaeque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur; tumque eum acceptam Laviniam in urbem cum filio reduxiſſe. Poſt haec Aſcanius completis in Lavinio triginta annis, recordatus novae urbis, &c. *Auctor de Origine Gent. Romanae.*

Servium Tullium Regem populi Romani cum illas quinque claſſes juniorum cenſus faciendi gratia inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab anno ſeptimo decimo, quod idoneos jam eſſe Reipublicae arbitraretur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annum quadrageſimum ſextum Juniores, ſupraque eum annum Seniores adpellaſſe. *Gellius* X. 28.

Lib. IV.

Inimiciter iraſcendum non eſt. *Cariſius* II.

Lib. XIV.

LXXXVII. Pars omnis luxuriabat. *Nonius, Luxuriabat.*

IN-

Alii subnixam] Agitur ibi de urbe Petilia a Philoctete condita, vel muris cincta, de qua ibi Virgil.

Parva Philoctetae ſubnixa Petilia muro.

Haverc.

Q. AElii Tuberonis] Q. AElius Tubero Juriſperitus fuit, vita ſeverus & durus, ex inſtituto Stoicae diſciplinae, quam Panaetio magiſtro ſectabatur. Meminit ejus Cicero Pro Muraena, in Bruto, de Oratore 3. & de jure civili in artem redigendo, *Nec vero ſcientia juris majoribus ſuis Q. AElius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit.* Dionyſius virum gravem, & diligentem in hiſtoriis praedicat. Vidend. & Pomponius tit. *De Origine juris.* A. Poema. Vid. Judicium D. Halicarnaſſ. de ejus hiſt. Lib. I. Antiq. Wasse.

P.

INCERTA.

Προσιόντες οἱ τῶν Νομίτωρος θύσοντας τὰ λύκαια τοῖς νεανίσκοις τῷ Πανὶ, τὴν Ἀρκαδικὴν, ὡς Εὐάνδρου κατεσήσατο, θυσίαν, ἐπήρδυσαν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τῆς ἱερουργίας, ἡνίκα ἐχρῆν τοὺς περὶ τὸ Παλάντιον οἰκοῦντας τῶν νέων ἐκ τῶν Λυκαίων τεθυκότας περιελθεῖν δρόμῳ τὴν κώμην γυμνοὺς, ὑπεζωσμένους τὴν αἰδῶ τῇ δορκίδι τῶν νεοθύτων· ἐν ᾧ τούτῳ τῷ χρόνῳ τοὺς ἱεροποιοὺς νεανίσκους οἱ βουλόμενοι, λοχήσαντες κατὰ τὸ στενόπορον τῆς ὁδοῦ, ἐπειδὴ πρῶτον τάγμα τὸ σὺν τῷ Ῥώμῳ κατ' αὐτοὺς ἐγίνετο, τὸν ἀμφὶ Ῥωμύλον τε καὶ ἄλλων ὑστερίζοντων· τειχῶν γὰρ ἐνεπίμπλντο, καὶ ἐκ διασήματος ἔθεον· οἱ περιμείναντες τοὺς λοιποὺς, ὁρμῶσιν ἐπὶ τοὺς πρώτους ἐμβοήσαντες ἅθροοι, καὶ περισάντες ἔβαλλον, οἱ μὲν ἀκοντίοις, οἱ δὲ λίθοις, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι διὰ χειρὸς εἶχον· οἱ δ', ἐκπλαγέντες τῷ παραδόξῳ τοῦ πάθους, καὶ ἀμηχανοῦντες ὅτι δράσειν πρὸς ὡπλισμένους ἄοπλοι μαχόμενοι, κατὰ πολλὴν ἀπάτειαν ἐχειρώθησαν. (de Remo ab hostibus capto & Albam perducto) *Dionys. Halic.* lib. I. p. 67. lin. 10.

M. Manlium & Q. Sulpicium Consules in eum annum edunt. *Livius* IV.

Q. Fabium Consulem ipsum auctorem fuisse differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum. *Idem* X. 9.

Bello Punico primo Atilium Regulum, Consulem, in Africa castris apud Bagradam flumen positis, proelium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem illic stabulantem, inusitatae inmanitatis: eumque magna totius exercitus conflictione, ballistis atque catapultis diu obpugnatum, ejusque interfecti corium longum pedes centum & viginti Romam misisse. *Gellius* VI. 3.

Eumdem Regulum rediisse Carthaginem novisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit; In atras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant, ac diu post, ubi erat visus Sol ardentissimus, repente educebant, & adversus ictus Solis obpositum continebant, atque intendere in coelum oculos cogebant, palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant. *Ibidem* IV.

De Officio Judicis Liber.

Praecepta AElii Tuberonis super officio judicis. *Idem.* XIV. 2.

Ad C. Oppium Liber.

Si generalis species occecurrit. *Idem* VII. 9.

IN-

INCERTA.

LXXXVIII. Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. *Donatus in Phorm. Terent.*

Nam delinquet aut ſuperet aliquid tibi. *Servius AEneid.* IV. *Delinquere, Deficere.*

Nullum Senatusconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta: quia in omnibus Senatusconſultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria. *Gellius* XIV. 7.

Praefectum Urbi Latinarum cauſſa relictum Senatum habere poſſe. *Ibidem* VIII.

P. RUTILII RUFI HISTORIARUM LIBRI.

INCERTA.

Ἰδίᾳ δ' τῷ Μαρίῳ περσκευρκὼς, φησὶν, ὡς καὶ τ' ἔκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύρεον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολὺ καὶ πεμάμενος, τὸν Μέτελλον ἐκκρῦσαι τ' ἀρχῆς, Οὐαλέριον δ' Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τ' ὑπατείας λαβεῖν. [ὡς δ' Ρωτίλιος ἱστορεῖ] Plutarch. in Mario pag. 422. A.

LXXXIX. Admirationi fuiſſe Philoſophorum trium ſui cujuſque generis facundiam; violenta & rapida Carneades dicebat, ſcita & tereta Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. *Idem* VII. 14. *Paulo aliter Macrob.* I. 5. *Plin.* VII. 30. *Pauſan.* 216. *Lact.* XV. 17. *Gellius* VII. 14.

Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo jure, ad mercatum legeſque accipiendas Romam venirent; & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quae trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis noſcebantur. *Macrobius* I. 16.

Scipionem hoc anno [DLXXI] mortuum. *Livius* XL.

P.

P. RUTILII RUFI] Hic vir clariſſimus, Quaeſtor ſive Legatus Mucii Scaevolae Proconſ. Aſiae fuit, Conſul cum C. Manilio anno urbis DCXLVIII. Poſtea in judicium repetundarum nomine vocatus, damnatuſque Equitum ſententiis, qui tum Gerebant res judicia obtinebant, in exilium Smyrnam abiit. Ejus integritatem & conſtantiam praedicat Cicero in Bruto, de Officiis III. Seneca ubique, Ovidius:

Nec grave magnanimi robur mirare Rutili.

A PERMA. Tacit. in Agric. Athenaeus VI. & IV. Minutius Felix. WASSE.

Da

De Vita sua Lib. I.

Pompejus elaboravit uti populum Romanum noſſet, eumque artificioſe ſalutaret. *Cariſius* II.

Lib. II.

Animo conſtante. *Idem* I.

Lib. III.

Pro L. familiare veniebam. *Ibidem.*

Lib. IV.

Vectigalium. *Ibidem.*

Lib. V.

Ex orbi terrarum. *Ibidem.*
Ardile. *Ibidem.*

ANNIBALICA.

XC. Ὁ δὲ Ῥετίλιον Ῥοῦφον, συγγραφέα τῶν ἐργων ἐκείνων &c. (de bello Annibalico.) *Appian.* p. 522.

INCERTA.

Quod ſi me invitum abire ſiniſſet. *Diomed.*
Uni una oſtentata eſt. *Ibidem.*

De Modo AEdificiorum Oratio.

Orationes Q. Metelli de prole augenda, & Rutilii de modo aedificiorum. *Suetonius in Auguſto.*

Pro

De vita sua] Multi praeſtantes viri de Vita ſua libros ſcripſerunt, ut hic P. Rutilius, M. Scaurus, M. Varro, Auguſtus Caeſar, cujus de Vita ſua XIII. libros memorat Suetonius. A. Popma.

Pompejus elaboravit] In petitione magiſtratuum prima cura erat, ut petitor ſuo quemque civem nomine appellaret, ac ſalutaret. Unde Pompejus, cupientiſſimus honorum & imperii, elaborabat, ut ſingulos cives noſſet, eorumque nomina teneret. Contra Scipio AEmilianus objicienti Appio Claudio, ſuo in Cenſura competitori, quod is neminem civium noſſet, reſpondit: ſe dediſſe operam ut a civibus ſuis cognoſceretur, non ut ipſe eos cognoſceret. A. Popma.

Artificioſe salutaret] Artificium ſalutationis erat, magnificis & blandis nominibus cives ſalutare, & appellare patrem, fratrem, amicum, prout cujuſque dignitas, aetas, ingenium ferebat, quod Horatius praecipit nomenclatori:

——— ——— *Frater, Pater adde:*
Ut cuique eſt aetas, ita quemque facetus adopta.

A. Popma.

Pro L. Caerucio ad Populum.

Quod ego me ſpero oſtenturum. *Diomed.* I.

P. Sempronii Asellionis Historiarum Lib. I.

Verum inter eos, qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas a Romanis perſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabant, id eſt, eorum quaſi qui diarium ſcribunt quam Graeci ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronuntiare, ſed etiam quo conſilio quaque ratione geſta eſſent, demonſtrare. *Gellius* V. 18.

XCI. Nam neque alacriores ad Rempublicam defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciundum Annales libri commovere quidquam poſſunt.

Scribere autem bellum quo initum Conſule, & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, exque eo libro quae in bello geſta ſint iterare, non praedicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quae lex rogatione lata ſit, neque quibus conſiliis ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. *Ibidem.*

Lib. III.

Fieri ſolet plerum, ut in victoria mitior manſuetiorque fiat. *Priſcianus.* V.

Lib. IV.

Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere: L. AEmilium Paullum, nimis bonum Imperatorem, ſignis conlatis non decertare, niſi ſumma neceſſitudo, aut ſumma ei occaſio data eſſet. *Gellius* XIII. 3.

Ut

Quod ego me] Hoc Priſcianus citat ex oratione Catonis pro L. Caeſare ad populum, ut neſcias, Diomedes an Priſcianus corruptus ſit; an Cato & Rutilius idem dixerint: quod ego quidem puto. A. Poema.

P. Sempronii Asellionis] De hoc Gellius II. cap. 13. *Is Aſellio ſub P. Scipione Africano Trib. milit. ad Numantiam fuit, reſque eas, quibus gerundis ipſe interfuit, conſcripſit.* Cicero in Bruto, poſt Coelium hiſtorias ſcripſiſſe, nec ſe illi aequare potuiſſe indicat. A. Poema. Caepit autem Bellum Numantinum Anno U. C. DCXIV. Q. Servilio Caepione & C. Laelio Sapiente, Coſſ. Dionyſius Lib. I. Wasse. Antiquitas eum cum Catone reponit inter Ἀρχαιοτάτους τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων. Servius ad XII. Æn.

—— —— *pilataque plenis*

Agmina,

citat ad hunc modum: *Aſellio Hiſtoriarum tritarum.* Sed pro, *tritarum* Voſſius legendum putat, *Romanarum.* Exſtat ſub eius nomine liber de Diviſione Italiae & Origine Urbis Romae, ſed Titulus auctorem mentitur. Wasse. Vide quae notamus pag. ſeq. 333. Haverc.

Ut

Ut major invidia Lepido gliſceretur. *Nonius*, *Gliſcitur*.

LIB. V.

XCII. Nam Gracchus domo cum proficiſcebatur numquam minus terna aut quaterna millia hominum ſequebantur. *Gellius* II. 13.

Orare quidem coepit id ut ſe defenderent, liberoſque ſuos, eum quem virilis ſexus [a] tum in eo tempore habebat produci juſſit, populoque commendavit prope flens. *Ibidem*.

LIB. VIII.

Triariorum quartum ſignum adcedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat. *Servius* XII. 121.

LIB. XI.

Tam pulcrum opus, tamque artificioſe factum, paſſus eſt dirui. *Cariſius* II.

LIB. XIII.

Facta ſua [b] ſpectare oportere, non dicta, ſi minus facundioſa eſſent. *Gellius* IV. 9.

LIB. XIV.

Crepidarium cultellum rogavit a crepidario ſutore. *Idem* XIII. 20.

Ne poſſent aut ſtationes facere hoc ſecus. *Cariſius* II.

IN-

UT MAJOR INVIDIA LEPIDO] Forte M. Æmilius Lepidus Porcina, qui Coſ. fuit anno DCXVI. cum C. Hoſtilio Mancino. Proconſul adverſus Vaccaeos male rem geſſit. Livius in epitoma lib. LVI. Eum celebrat Cicero, ut ſummum oratorem. A. POPMA.

TRITARUM QUARTUM] Prior vox in Servio adhaeret titulo, *Aſellio Hiſtoriarum tritarum*, male. Nam *tritarum* intelligitur *viarum*, quarum exploratio ſignis fiebat, ſive *pilatim*, id eſt denſe, ſive paſſim & laxe exercitus ducendus eſſet. A. POPMA. Repoſuimus hoc Fragm. ſuo loco. Pertinet enim ad lib. VIII. veraque ejus lectio ex melioribus Servii libris patet, quae haec eſt: *Aſellio, Hiſtoriarum VIII. Triariorum quartum* &c. non *Tritarum*, omiſſo libri numero. HAVERC.

TAM PULCRUM OPUS] Theatrum intelligit, quod inchoatum a L. Caſſio Cenſore etiam paene abſolutum, L. Scipio Aſiaticus Coſ. anno DCLXX. demolitus eſt: quoniam hoc quoque videretur novarum ſeditionum materia, vel quod exiſtimaret non eſſe e republica populum Graecanicis voluptatibus aſſueſcere. Appianus de Bellis civilibus Lib. I. Velejus lib. II. ad quem in Scholiis plura notavi. A. POPMA.

FACTA SUA SPECTARI] Ex oratione C. Marii Coſ.

[a] TUM IN EO TEMPORE] Fulvius, *tum* habebat. Mſ. Pembr. nihil movet. PONTAN.

[b] SPECTARI OPORTERE, NON DICTA] Alii, *ſpectari oportere, dicta non*. PONTAN.

INCERTA.

XCIII. P. Craſſum Mucianum quinque habuiſſe rerum bonarum maxima, & praecipua ; quod eſſet ditiſſimus, quod nobiliſſimus, quod eloquentiſſimus, quod juris conſultiſſimus, quod Pontifex Maximus. Is cum in conſulatu obtineret Aſiam provinciam, & circumſedere, obpugnareque Leucas oppidum pararet, opuſque eſſet firma ac procera trabe, qui arietem faceret, quo muros ejus oppidi quateret, ſcripſit ad magiſtrum Architectonem [a] molis Athenienſium, ſociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret. Tum magiſter Architecton comperto quamobrem malum deſideraret, non uti juſſus erat majorem, ſed quem eſſe magis idoneum aptioremque faciendo arieti, facilioremque portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, & cum interrogaſſet, Cur non quem juſſerat miſiſſet ? cauſis rationibuſque quas dictitabat ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit, virgiſque multum caecidit, corrumpi atque diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſi quis ad id quod facere juſſus eſt non obſequio debito, ſed conſilio non deſiderato reſpondeat. *Gellius* l. 13.

C. Licinii Rerum Romanarum Lib. III.

XCIV. Pleminium ludis Votivis, quos Romae Africanus iterum Conſul faciebat, conatum per quoſdam, quos pretio corruperat, aliquot locis Ur-

Coſ. deſignati, cujus ſententiam ita Salluſtius expreſſit in Jugurthino : *Non ſunt compoſita verba mea, parvi id facio. Ipſa Virtus ſe ſatis oſtendit.* A. Popma.

Molis] Salmaſ. corrigit, *ad m. a. Eleatenſium* Mſ. Cod. Pembrochienſis omittit *Architectonem*, & pro *Elatenſium*, reponit *Athenienſium*, dein, *virgiſque multis*, legit. Wasse. Mirum ſane, neque aliquem ex Gellii interpretibus, neque ipſum Joſeph. Waſſe, qui ſtudioſe ſatis Jo. Sarisberienſem legit, incidiſſe in memorabilem locum Polycratici ejuſdem, qui exſtat lib. VI. cap. 12. ubi nomen Architectonis invenitur, videlicet Magni Gaji. Sed dignus eſt locus qui exſcribatur, prout ibi legitur pag. 356. *Scripſit ad Magnum Gajum majorem Athenienſium*, &c. *Tunc Magnus Gajus comperto quamobrem*, &c. Ex quibus patet vera lectio, videlicet: *Scripſit ad Magnum Gajum, Architectonem Athenienſium*, &c. *Tunc Magnus Architecton, comperto*, &c. corrupto nomine viri apud Gellium in *magiſtrum* atque *molis*, & muneris ejusdem pariter corrupto apud Sarisberienſem in *majorem*. Haverc.

Clodii Licinii] Hunc Clodium fortaſſis ſignificat Cicero de Legibus I. 2. ubi cum de Coelio dixiſſet, ſubjicit: *Succeſſere huic Clodius, Aſellio, nihil ad Coelium, ſed ſatius ad antiquorum languorem atque inſcitiam :* quo loco nonnulli pro *Belli* perperam reponunt *Gelli*, qui ante Coelium ſcripſit, ut ſupra dixi. Niſi forte apud Ciceronem legendum ſit, *Claudium*, & de Quadrigario accipiendum. A. Popma. Voſſius putat eundem deſignari a Nonio in *patibulo*. Neſcio interim an Sextus Clodius ſit ab hoc diverſus, cujus meminere Lactant. I. 22. Arnob. I. 5. vide etiam Tzetzem Chil. II. VI. 960. Cave tamen confundas cum Servio Clodio equite Romano, qui, tradente Varrone apud Plin. XXV. 3. prae doloris magnitudine crura podagroſa veneno perunxit,

[a] Molis Athenienſium] H. Stephanus, *Moleatenſium*. Pontan.

Urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendique haberet occaſionem, patefacto dein ſcelere delegatum in Tullianum S. C. *Livius* XXXIX. & *Valer. Maximus* lib. I. cap. 1. §. 21.

C. Licinii Macri Annalium Lib. I.

Auſpicia pulcra & luculenta commemorat. *Nonius*, *Luculentum.*

Non minimo opere milites quietes volebant eſſe. *Priſcian.* VI.

Fauſtuli conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem eſſe. Hanc, regnante Romulo, Tarturio cuidam Tuſco diviti denuptam, auctamque haereditate viri, quam poſt Romulo quem educaſſet, reliquit, & ab eo Parentalia diemque feſtum pietatis cauſſa ſtatutum. *Macrob.* I.

Contentionis illius pernicioſum exitum fuiſſe. Namque ibidem obſiſtentes Remum & Fauſtulum interfectos. *Auctor de Orig. Gentis Rom.*

Lib. II.

XCV. Nequaquam ſui lavandi reluant arma lue. *Nonius*, *Lues.*

Perverſam eſſe alii modi poſtulare. *Priſcian.* VI.

Lib. XVI.

Omnium veſtrum neglegerit auctoritatem. *Diomedes* I. *Priſcianus* X.

IN-

unxit, aut cum Sexto illo e Sicilia Rhetore, de quo Sueton. VI. Cicero Philip. VII. 16. aut Turrino, de quo Seneca Controv. XXXI. &c. qui idem ſorte cum illo cujus librum de Diis citat Arnob. pag. 168. & Lactant. I. 22. Wasse.

C. Licinii Macri] Docti viri putant hunc eſſe C. Licinium Macrum oratorem, qui repetundarum reus, Cicerone Praetore judicium exercente, veritus damnationem, fudario ore & faucibus artatis poenam morte praevenit, ut narrant Valerius & Plutarchus, & meminit Cicero ad Atticum I. & in Bruto. Ego arbitror hunc hiſtoricum eſſe alium ab illo oratore, & quidem antiquiorem. Non enim Cicero ſiluiſſet de ejus Hiſtoriis. A. Popma. At in Ciceronis de Legibus pro, *quid Accium memorem*, in quibuſdam Codicibus eſt, *Asrum*, unde Sigonius legit *Macrum*. Fulv. etiam Urſinus auctor eſt *Macrum* ſe reperiſſe emendatum in libro quem cum MS. contulerat Vir doctus. Sic legit & P. Manutius, & ſic ſcribi debere putat Voſſius de H. L. lib. I. pag. 74. quod nempe de illis agit Cicero, qui ſoluta oratione ſcripſerunt; & quod temporum ratio refragatur quo minus ille Siſennae amicus eſſe potuerit. Scripſit Licinius Annales, ut eos vocat Nonius in *lues* & *luculentum*: ſive *rerum Romanarum libros*, prout *idem in patibulo* nominat. Facile interim aſſentior Mercero, pro, *Licinio*, *M. AEmilio* apud Nonium in *Profecto* reponenti, & proinde expunxi tria fragmenta ab Auſonio Popma ex Macri Ornithogonia adducta. Adeat Lector Plinium XXXII. 1. & XXXII. 2. Obiit noſter triennio poſt Virgilium, ut ex Hieronymi Chron. patet. Wasse.

Nequaquam sui lavandi] Fuit, credo, lex militaris pro tempore lata ad cohibendum nimium uſum lavationum in caſtris, Ne milites ſui lavandi gratia exuerent arma. Eſt autem in illo *ſui lavandi*, ellipſis nominis *cauſſa*, *gratia*, de qua dixi lib. II. de Uſu antiq. locutionis. A. Popma.

Omnium nostrum neglegerit] Praeteritum a praeſenti, ut Philippica XIII. ex epiſtola Antonii;

INCERTA.

Quo die Magiſtratum obiit, repente celeri gradu per forum ſe in Capitolium contendit. *Nonius*, *Contendere.*

Pars magna laevis clypea portant. *Idem*, *Clypeus neutro.*

Intercalationis originem Romulo adſignat. *Macrobius* I.

Annum vertentem ſtatim ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de Die natali.*

Et in foedere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetae inventos. *Liv.* IV.

Magiſtratum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae citat identidem auctores. *Ibidem.*

Eoſdem Conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum. *Ibidem.*

Comitiorum habendorum cauſſa & ab Licinio Conſule dictum *Dictatorem*, quia conlega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. *Ibidem* VII.

XCVI. Eodem anno [a]C. Flavius Cn. F. Scriba patre libertino, humili fortuna ortus, &c. quem antea deſiſſe ſcriptum facere arguit, tribunatu ante geſto triumviratibuſque nocturnis altero, altero coloniae deducendae. *Idem* IX.

Tertia etiam clade quae ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam Curiam facit. *Ibidem.*

Cum Q. Fabium Conſulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipſum auctorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus. *Idem* X.

Amulium patruum, Rheae Sacerdotis, amore ejus captum, nubilo caelo obſcuroque aëre, cum primum inluciſcere coepiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum in luco Martis, compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. *Auctor de Origine Gentis Rom.*

Οὐ μὴν Ῥωμύλῳ ὠφελήσαντι, ἀλλὰ χάριν ἱερῶν, ἀλλὰ μόνῳ, ὡς πείσαντι τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς διώκουσι τὴν ὀργήν. ἀγανακτήσαντές τε ἡ πλῆθος ἐπὶ τῷ μὴ ὠφε-

tonii: *Confugere Alexandriam neglegiſti.* Sic *ſini* a *ſino*, Rutilius de Vita ſua, & Terentius Andria: *Sini animum ut expleret ſuum.* A. Popma.

Linteos in aede repositos Monetae] Bibliothecae autem tum demum inſtitutae cum a Paulo AEmilio Perſe devicto vis librorum ingens Romam allata eſt. Hoc enim ſtudium ab Athenienſium & AEgypti Regibus fero ſe in Latium diffudit, uti narrat inter alios Iſidor. VII. 3. apud quem tamen male legitur, *Philadelphus, cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum aemularetur, non ſolum* ſcripturas, *ſed etiam &* divinas literas *in Bib. ſuam contulit.* Supple ex membranis *non ſolum ſcripturas* gentium, *ſed &c.* Interim non abs re erit obſcurum Arnobii locum in lucem protrahere: *Unde quaeſo eſt vobis tantum ſapientiae*

a C. Flavius] Popma, *Cn. Flavius*, ut in Piſone, Cicerone, Valerio Maximo. Pontan.

πεπαιδεῦσθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας, ὥστε Ῥωμύλῳ δικαίωσε καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἔκρινε βουλὴ, καὶ τῶν συσκηνούντων τοῖς τεθνεῶσι καλὰ πλήθους ὁρμησάντων ἐπ' αὐτὸν, ἀδύνατος ἦν ἔτι διαφυγεῖν τὴν ἐκ χειρὸς δίκην, καταλαβοῦσα ἐπ' αὐτῶν ἀποθνήσκει. de morte Tatii. Dion. Halicarn. lib. II. pag. 115. lin. 30.

Tarquinius Priſcus παρεγένετο εἰς Ῥώμην Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος καὶ τὸν ἔγδοον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem IV. pag. 211. lin. 40.

Παρ' Ἀλβανῶν οἴεται τὸν δικτάτωρα Ῥωμαίους εἰληφέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμυλίου καὶ Νομίτορος θάνατον, ἐκλειπούσης τὴν βασιλικῆς συνηθείας, ἐνιαυσιαίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι, τοῦτο αὐτοῦ ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν ἢ αὐτοὺς Δικτάτωρας. Idem lib. V. pag. 337. lin. 32.

De Ovationis inventione Menenii tempore. Τότε πρῶτον τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θεσμὸν τῆς βουλῆς. Idem lib. V. pag. 314. lin. 4.

οὐδὲν ἐξητασμένοις, &c. Idem VI. pag. 349. lin. 14. Vide Licinium, & confer lib. VII. pag. 14. lin. 38.

Pro Thuscis.

XCVII. Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam relliquias averrerunt. *Priſcian.* X. pag. 900.

Epistola ad Senatum.

Illi ſuam vitam mecum contendunt [a] quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitae, novae citatrici ut locus non ſit. *Nonius, Condere.*

ORNITHOGONIA.

——— *Vulcani toſta vapore,*
Cum virgis projecta ferunt.

Idem, Projecta.

Ce-

tiae traditum? *quia fornicem Lucullianum & Marſyam Pomponii obſignatum memoria continetis?* Quidni *fornicem Lucullanam*? de Bibliotheca nempe Luculli. *Marſyam* vero non *Pomponii*, ſed *Pompilii*, vel *Pompeji*; fuit enim admodum vetuſta ſtatua & ſignum liberae civitatis, teſte Servio. ut ſit ſententia, vos vero ideo ſapientes, quia per Bibliothecarum forulos reptantes, leges & morem fori (ubi erat Marſyas & ad quem declamitare ſolebant) ad amuſſim tenetis? Nam ſcholae & Bibliothecae in fornicibus ſive porticibus erant, ut in porticu Octaviae ſororis Auguſti regione Urbis nona, in qua etiam & horti Lucullani. De Luculli vero Bibliotheca omnibus aperta, fuſe Plutarch. in ejus vita, circa finem. Cic. de Fin. III. 1. Sed nihil temere ſtatuo. Wasse.

Quos oportuit] Legendum *Quis*: niſi antiquorum more poſuit *Hiſce* pro *his*, ut Plautus *Milite*, *Nam hercle hiſce hominis*. Terent. Eunucho: *hiſce hoc munere arbitrantur*. A. Porma. At III. Mſſ. noſtri nihil movent Wasse.

Ornithogonia] Nonius hunc librum tribuit Li-

[a] Quorum in corpore] Fulvius, *quojus in corpore ita crebra ſunt vulnera, uti novae cicatrici locus non ſit.* Pontan.

INCERTA.

Quo die Magiſtratum obiit, repente celeri gradu per forum ſe in Capitolium contendit. *Nonius*, *Contendere.*

Pars magna laevis clypea portant. *Idem*, *Clypeus neutro.*

Intercalationis originem Romulo adſignat. *Macrobius* I.

Annum vertentem ſtatim ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de Die natali.*

Et in foedere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetae inventos. *Liv.* IV.

Magiſtratum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae citat identidem auctores. *Ibidem.*

Eoſdem Conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum. *Ibidem.*

Comitiorum habendorum cauſſa & ab Licinio Conſule dictum *Dictatorem*, quia conlega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. *Ibidem* VII.

XCVI. Eodem anno [a]C. Flavius Cn. F. Scriba patre libertino, humili fortuna ortus, &c. quem antea deſiſſe ſcriptum facere arguit, tribunatu ante geſto triumviratibuſque nocturnis altero, altero coloniae deducendae. *Idem* IX.

Tertia etiam clade quae ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam Curiam facit. *Ibidem.*

Cum Q. Fabium Conſulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipſum auctorem fuiſſe differendi ſibi conſulatus. *Idem* X.

Amulium patruum, Rheae Sacerdotis, amore ejus captum, nubilo caelo obſcuroque aëre, cum primum inluciſcere coepiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum in luco Martis, compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. *Auctor de Origine Gentis Rom.*

Οὐ μὴ Ῥωμύλῳ ὠφελήσαντες, ἀδὲ χάριν ἱερῶν, ἀλλὰ μόνον, ὡς πείσαντες τοὺς ἀδικηθέντας ἀφεῖναι τοῖς διδασκάσι τὴν ὀργήν. ἀγανακτήσαντές τε ὁ πλῆθος ἐπὶ τῷ μὴ ὠφε-

tonii: *Confugere Alexandriam neglegiſti.* Sic *ſini* a *ſine*, Rutilius de Vita ſua, & Terentius Andria: *Sini animum ut expleret ſuum.* A. Popma.

Linteos in aede repositos Monetae] Bibliothecae autem tum demum inſtitutae cum a Paulo AEmilio Perſe devicto vis librorum ingens Romam allata eſt. Hoc enim ſtudium ab Athenienſium & AEgypti Regibus ſero ſe in Latium diffudit, uti narrat inter alios Iſidor. VII. 3. apud quem tamen male legitur, *Philadelphus, cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum aemularetur, non ſolum* ſcripturas, *ſed etiam* & divinas literas *in Bib. ſuam contulit.* Supple ex membranis *non ſolum ſcripturas* gentium, *ſed* &c. Interim non abs re erit obſcurum Arnobii locum in lucem protrahere: *Unde quaeſo eſt vobis tantum ſapientiae*

a C. Flavius] Popma, *Cn. Flavius*, ut in Piſone, Cicerone, Valerio Maximo. Pontan.

παραδεδόσθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας, ὥστε Ῥωμύλῳ δικαίωσι καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἔκρινε βουλὴ, καὶ τῶν συσκήνων τοῖς τεθνεῶσι καλὰ πλήθῳ ὁρμησάντων ἐπ' αὐτὸν, ἀδύνατον ἔτι διαφυγεῖν τὴν ἐκ χειρὸς δίκην, καταλυθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀπεθνήσκει. de morte Tatii. Dion. Halicarn. lib. II. pag. 115. lin. 30.

Tarquinius Priſcus παραγίνεται εἰς Ῥώμην Ἄγκου Μαρκίου βασιλεύοντος καὶ τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας. Idem IV. pag. 211. lin. 40.

Παρ' Ἀλβανῶν οἴεται τὸν δικτάτορα Ῥωμαίους εἰληφέναι, τούτους λέγων πρώτους μετὰ τὸν Ἀμυλίου καὶ Νομίτορος θάνατον, ἐκλειπούσης τῆς βασιλικῆς συνηθείας, ἐνιαυσιαίους ἄρχοντας ἀποδεῖξαι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσι, καλεῖν δ' αὐτοὺς Δικτάτορας. Idem lib. V. pag. 337. lin. 32.

De Ovationis inventione Menenii tempore. Τότε πρῶτον τοῦτον ἐξευρούσης τὸν θεσμὸν ἡ βουλῆς. Idem lib. V. pag. 314. lin. 4.

Οὐδὲν ἐξητακότες, &c. Idem VI. pag. 349. lin. 14. Vide Licinium, & confer lib. VII. pag. 14. lin. 38.

Pro Thuscis.

XCVII. Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam relliquias averrerunt. *Priſcian.* X. pag. 900.

Epistola ad Senatum.

Illi ſuam vitam mecum contendunt [a] quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitae, novae citatrici ut locus non ſit. *Nonius, Condere.*

ORNITHOGONIA.

——— *Vulcani toſta vapore,*
Cum virgis proſecta ferunt.
Idem, Proſecta.

Ce-

tiae traditum? *quia fornicem Lucullianum & Marſyam Pomponii obſignatum memoria continetis?* Quidni *fornicem Lucullanam?* de Bibliotheca nempe Luculli. *Marſyam* vero non *Pomponii*, ſed *Pompilii*, vel *Pompeji*; fuit enim admodum vetuſta ſtatua & ſignum liberae civitatis, teſte Servio. ut ſit ſententia, vos vero ideo ſapientes, quia per Bibliothecarum forulos reptantes, leges & morem fori (ubi erat Marſyas & ad quem declamitare ſolebant) ad amuſſim tenetis? Nam ſcholae & Bibliothecae in fornicibus ſive porticibus erant, ut in porticu Octaviae ſororis Auguſti regione Urbis nona, in qua etiam & horti Lucullani. De Luculli vero Bibliotheca omnibus aperta, fuſe Plutarch. in ejus vita, circa finem. Cic. de Fin. III. 1. Sed nihil temere ſtatuo. Wasse.

Quos oportuit] Legendum *Quis*: niſi antiquorum more poſuit *Hiſce* pro hi, ut Plautus *Milite*, *Nam hercle hiſce homines.* Terent. Eunucho: *hiſce hoc munere arbitrantur.* A. Porma. At III. Mſſ. noſtri nihil movent Wasse.

Ornithogonia] Nonius hunc librum tribuit Li-

[a] Quorum in corpore] Fulvius, *quojus in corpore ita crebra ſunt vulnera, uti novae cicatrici locus non ſit.* Pontan.

Cetero moriuntur totidem diebus quod vixerit lepus: incertique temporis veneficium id esse. *Plinius* XXXII. 1.

Murenas tantum faeminini sexus tradit & concipere e serpentibus: ob id sibilo a piscatoribus tamquam serpentibus evocari & rapi, pingueſcere lactatu, fuste non interimi, eaſdem ferula protinus. *Ibidem* II.

Licinii Rerum Romanarum Lib. XXI.

Deligare ad patibulos, deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur. *Nonius*, *Patibulus*.

L. Cassii Heminae Annalium Lib. I.

Et cum quo irent nescibant, ilico manserunt. *Nonius*, *Ilico*.

Prudens perplexim [a] scottino scribit. *Idem*, *Perplexim*.

Homerum & Hesiodum ante Romam conditam vixisse, Silviis Albae regnantibus, annis post bellum Trojanum plus centum, atque sexaginta. *Gell.* XVII. 21.

XCVIII. Eo *Evandro* regnante forte Recaranus quidam, Graecae originis, ingentis corporis, & magnarum virium pastor, quia erat forma & virtute ceteris antecellens, Hercules adpellatus, eodem venit. Cumque armenta ejus circa flumen Albulam pascerentur, Cacus, Evandri servus, nequi-

Licinio Macro, & ad eundem fortassis pertinent ea quae Plinius ex Licinio descripsit: sed an sit Macri historici, nescio. Diomedes citat AEmilium Macrum Ornithogonias lib. II. & Theriacum IV. Is est poëta, Ovidii amicus & familiaris, qui de avibus, serpentibus & herbis scripsit, & Iliaca ab Homero relicta pertexuit, ut in libris de Tristibus & de Ponto testatur. Ejusdem Macri nomine circumfertur libellus de Herbis; sed adulterinus & suppositicius. A. Popma.

Licinii] Ita libri Noniani plerique, ut non constet, an sint Clodii Licinii Macri. Alii tribuunt Varronis Rerum humanarum lib. XXI. ubi quae notavi vide. A. Popma.

L. Cassii Heminae] De aetate Cassii indicium facit Censorinus, qui illum vixisse refert ludis saecularibus quartis, C. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coss. anno Urbis DCVIII. tum titulus lib. IV. Annalium, quo descripsit bellum Punicum III. coeptum anno DCIV. A. Popma. Plin. XIII. 13. citat Cassium Pompon. Sabinus ad Georg. I. *perfusa papavera somno*. Sed is (ut ex ipso Fragmento patet) est Cassius Dionysius Uticensis Magonis interpres, qui tametsi Graece scripsit, a Varrone Latine citari certum est. Et haec verba sunt ipsius Varronis I. 38. de R. R. a quo, post, *palustrium* adde *ac nantium*. interim non audiendus est Simlerus qui Cassium scripsisse ad Tiberium putat, hoc enim esset Heminam cum Cassio Severo confundere. Wasse.

Prudens perplexim scotino] *Scotino* est *obscure*, *εἰς αἰνίγματα*, ut loquitur Cicero, vel leg. *Scotinos*, id est obscuros sermones, ut aenigmata, gryphos, quos vetustiores Latini scrupos dixerunt. A. Popma.

Atque sexaginta] Additur in Vulgg. *Annis ante Romam conditam*. Verum illa apud Gellium ad Nepotis fragmentum spectant. Haverc.

Pro-

[a] Scottino scribit] Fulvius & Popma *festinus*: id est, obscurus. Pontan.

nequitiae verſutus & praeter cetera furaciſſimus, Recarani hoſpitis boves ſubripuit, ac ne quod eſſet indicium, averſas in ſpeluncam traxit. Cumque Recaranus, vicinis regionibus peragratis, ſcrutatiſque omnibus ejuſcemodi latebris, deſperaſſet inventurum, utcunque aequo animo diſpendium ferens, excedere his finibus conſtituerat. At vero Evander excellentiſſimae juſtitiae vir, poſtquam rem uti acta erat comperit, ſervum noxae dedit, boveſque reſtitui fecit. Tum Recaranus, ſub Aventino, Inventori Patri aram dedicavit, adpellavitque Maximam, & apud eam decimam ſui pecoris profanavit. *Auctor de Orig. Gent. Rom.*

Lib. II.

XCIX. Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerat aequaliter imperio Remum & Romulum, ita ut de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta; cui rei fecerunt fanum Laribus grundilibus. *Diomed.* I.

Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia coepiſſet. *Servius AEneid.* I. 60. ad, *circum clauſtra fremunt.*

Cenſuit ſeſe regem Porſenam occidere. *Nonius, Cenſere.*

Et in area in Capitolio ſigna quae erant, demoliuntur. *Idem, Moliri.*

[a]Tunc Marcus praeco proletarios armavit. *Idem, Proletarii.*

Quae

Profanavit] Id eſt, *polluxit.* nam, profanatum, ſecundum Varronem de L. Lat. quod in ſacrario pollutum. eodem verbo uſus eſt Maſſurius Sabinus memoralium lib. II. B.

Monstrum fit] Hoc Romulo & Remo accidiſſe unus Caſſius memorat. Nam Cato & alli tradunt hoc monſtrum AEneae indicaſſe locum condendae Urbis. De Laribus grundilibus, dictis a grunnitu ſuis, videndi Diomedes & Nonius. A. Popma.

Et in area in Capitolio] Vetus editio Nonii: *Etiam aurea in Capitolio*: quod mihi quidem non diſplicet. Caſſius refert Regum Romanorum, & illuſtrium triumphaliumque virorum ſtatuas in Capitolio aereas fuiſſe: neque poſtea aureas vel argenteas factas, & ſi quae factae erant, eas Cenſores, ad quos pertinebat cura templorum, ſignorum & tabularum, dejeciſſe. De regum ſtatuis aereis in Capitolio teſtis Plutarchus, qui aeream L. Bruti mediam inter Regias ſtrictum gladium exſerentem, memorat: de aliis Livius & Obſequens, cum tempeſtatibus ſigna aerea in Capitolio dejecta inter prodigia notant. Quamvis iſtae aereae pleraeque fuerunt inauratae, unde turma inauratarum equeſtrium in Ciceronе ad Atticum VI. Poſt Caſſii demum aetatem oppreſſa republica aureae & argenteae ſtatuae ambitioſis Imperatoribus poſitae, ut teſtantur hiſtorici & Inſcriptiones. Non auſim tamen rejicere vulgatam lectionem, cum ſciam in area Capitolina numerum ingentem ſtatuarum humanarum fuiſſe, quarum multitudo forte Cenſores offendit, ſicut Auguſtum, quem ſtatuas virorum illuſtrium ex Capitolina area, propter anguſtias, in Martium campum contuliſſe tradit Suetonius Caligula cap. XXXVI. A. Popma.

Tum Marcus praeco] Locus corruptus, de cujus emendatione nihil poſſum ſtatuere: tantum

[a] Tum Marcus praeco] Lipſius, *Martius Praetor.* P. Merula ad Ennii Annal. III. *Manius proco.* Popma, *Marcus Praetor.* Pontan.

Quae nata ſunt ea omnia denaſci ajunt. *Idem*, *Denaſci*, *Decreſcere.*

C. Idque admiratum eſſe gaviſi. *Priſc.* IX.

Numa conſtituit, ut piſces qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucerent; parſimonia commentus ut convivia publica & privata coenaeque ad polvenaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum emerent pretio minus parcerent, eaque praemercarentur. *Plinius* XXXII. 2.

Numa inſtituit far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam, niſi toſtum. *Idem* XVIII. 2.

Servium Tullium feciſſe nundinas, ut in urbem ex agris convenirent, urbanas ruſticaſque res ordinaturi. *Macrob.* I. 16.

Decemviros qui decem tabulis addiderunt de intercalando populum rogaſſe. *Ibidem* XIII.

Anno ab Urbe condita CCCLXIII. a Tribunis militum Virgilio, Manlio, Coelio, Poſtumio conlegiſque eorum in Senatu tractatum, qui eſſet propter quod, *&c.* *Ibidem* XVI.

Lib III.

Cl. In campo Tiburti ubi hordeum demeſſuerunt. *Priſcian.* X.

Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens. *Idem* XII.

Nemo vicinus conſedo. *Nonius*, *Conſedo.*

Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat. *Idem*, *Cymbaliſſare.*

Homo mere literoſus. *Idem*, *Literoſus.*

Lib.

tum ſuſpicor legend. *Tum Marcus Praetor.* Ut ſit, M. Livius M. F. C. N. Denter, Druſus, praetor, C. Fabricio Luſcino Q. AEmilio Papo Poſſ. anno. CDLXXI. quae bello Gallico, duce hoſtium Druſo cominus trucidato, ſibi poſterisque ſuis cognomen invenit: deinde Propr. aurum ex provincia Gallica retulit, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum. Hunc primum iſto bello Gallico difficillimo proletarios cives armis inſtruxiſſe ex publico, verſimile eſt, eo quod Auguſtinus de Civit. Dei lib. III. 17. ſcribit, proletarios armatos paulo ante bellum Tarentinum, quod incidit in annum CDLXXII. Quamvis Ennius in Annalibus tradidit Tarquinium regem bello Sabino primum proletarios armaſſe: cuius opinionem forte refutavit Caſſius, & ea occaſione de proletariis egit lib. II. in quo res geſtas regum Roman. deſcripſit. Alii legunt, *Tum Marius primus Conſul primum.* qui non animadvertunt Caſſium multo ante Marium Conſulem vixiſſe & hiſtoriam ſcripſiſſe, & Marium armaſſe capite cenſos, non proletarios. A. Poꝛma.

Quae nata sunt] Expreſſit proverbium Graecum, πᾶν τὸ γηράσκον παρὰ τοῖς ἐφιλόσοφει. *Denaſci* eſt *interire*, ut Graecorum ἀπογιγνῶν. quod Lucretius *aboriri quaeque creata.* Varro De L. Lat. IV. *Omne quod naſcitur igneſcit, ideo calet, ut qui denaſcitur ignem eum amittit, ac frigeſcit.* A. Poꝛma.

Numa constituit ut pisces] Idem tradit Feſtus his verbis: *Pollucere diis merces quas luceat ſunt far, polenta, vinum, panis fermentarius, ficus, paſſa, ſuilla, bubula, agnina, caſei, ovilla, alica, ſeſama, & oleum, piſces quibus eſt ſquama, praeter ſquarum.* De pollinctu videndus Varro. IV. A. Poꝛma.

Mulier cantabat] Pertinet ad ritum ſacrorum Megaleſiorum, quae primum inſtituta & celc-

Lib. IV.

Bellum Poenicum posterior. *Prisc.* VII.

Scriba Pontificius, qui cum eabus stuprum fecerat. *Ibidem.*

In Hispania pugnatum bis, utrasque nostri loco moti. *Nonius, Utrasque, pro, utrimque.*

Ex Tiberi lacte haurire. *Idem, Lacte.*

Qua fini omnis res, atque omnes artes humanitasque aguntur. *Idem, Humanitas.*

Cn. Terentium scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romae regnavit, situs fuisset. In eadem libros ejus repertos, P. Cornelio L. F. Cethego, M. Baebio Q. F. Pamphilo Coss. ad quos a regno Numae conliguntur anni DXXXV. & hos fuisse e charta, majore etiamnum miraculo quod tot insossi duraverint annis. *Plinius* XIII. 13.

Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuissent. Ille ita rationem reddebat, Lapidem fuisse quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo versus. In eo lapide insuper libros inpositos fuisse, propterea arbitrarier eos computruisse, & libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse. *Ibidem, & Livius.*

In his libris scripta erant Philosophiae Pythagoricae. Eosque combustos a Q. Petilio Praetore, quia Philosophiae scripta essent. *Idem.*

IN-

lebrata fuerunt temporibus belli Punici II. Magna matre Deum in Urbem recepta. Ea sacra peragebant vir & mulier Phryges, qui illa per Urbem circumducebant, congregantes matronas, decantantesque ad tibias carmina, tympana tenentes, ut scribit Dionysius lib. II. a quo paulum dissentit Hemina, qui duas mulieres sacrificas fuisse scribit, alteram tibiis cantatie, alteram cymbala pulsasse. Unde manst in iltis sacris usus tibiarum & cymbalorum. Lucretius lib. II.

Tympana tenta tonant palmis & cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.

Tibias autem Phrygias dicit, quod iis incinebantur modi Phrygii, qui religiosi habebantur. Apulejus Floridor. l. *AEolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* A. Popma.

Scriba Pontificius] Livius lib. XXXI. (L. Cantilius scriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat, a Pontifice Max. eo usque virgis in comitio caesus erat, ut inter verbera expiraret:) ubi dissentit ab Hemina, qui scribam cum duabus Vestalibus stuprum feciise tradidit. Sed hoc factum bello Punico II. & ideo lib. III. collocandum, non IV. in quo descripsit Punicum posterius. A. Popma.

Qua fini omnes res] *Qua fini, hac fini*, antique pro *quatenus, hactenus*, notavi ad Catonem de Re rustica. Mox legend. *humanitus* aguntur, ex Nonio de indiscretis adverbiis. A. Popma.

Pamphilo] Monent nos nummi Familiae Baebiae, & hic, & apud Plinium, reponi debere Tampilo, id enim Baebiorum cognomen fuit. Haverc.

Lapidem fuisse quadratum] Livius lib. L. non meminit illius lapidis quadrati, sed (duo fasces, inquit, candelis involuti septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie.) Cur autem involuti candelis caereis, ac non caera, quae ipsa omnem humorem ac putredinem arcet, & artissime vincit) An ad indi-

INCERTA.

CII. Quicunque propter plevitatem agro publico ejecti ſunt. *Nonius, Plevitatem.*

His perſuadet ut ilico manerent: pars ilico manet. *Idem, Ilico.*

Sinueſſae magalia addenda, murumque circum eam. *Servius* ad *AEn.* I. 425.

Adulatique erant ab amicis & adhortati. *Priſcian.* VIII.

Tarquinium Superbum, cum cloacas populum facere coëgiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe, corpora eorum cruci adfigi. Tum primum turpe habitum eſt mortem ſibi conſciſcere. *Idem* XII. 603. ad, *Et modum informis lethi.*

Ab *Evandro* Faunum Deum adpellatum, ideoque aedes ſacras faunas primo adpellatas, poſtea fana dicta: & ex eo qui futura praecinerent fanaticos dici. *Servius* in I. *Georg.* 10.

Samothracas Deos, eoſdemque Romanorum Penates, proprie dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστοὺς, θεοὺς δυναſτούς. *Macrob.* III. & IV. *& forte ex eo Servius ad AEn.* I. 382. Samothracum deos apud nos Penateis dici.

Siculum quemdam, nomine uxoris ſuae, Clytemneſtrae, condidiſſe Clytemneſtrum, mox corrupto nomine Cruſtumerium dictum. *Servius* VII. *AEn.* 631.

Primum e medicis veniſſe Romam Peloponneſo Archagatum, Lyſaniae filium, L. AEmilio, M. Livio Coſſ. anno Urbis DXXXV. eique jus Quiritium datum, & tabernam in computo Acilio emtam ob id publice. Vulnerarium eum fuiſſe e re dictum. *Plinius* XXIX. 1.

Quar-

candam religionem librorum? quia candelae etiam ſimulacris deorum & funeribus apponebantur. A. Popma.

Hac pag. incerta quaedam Caſſii Heminae ponuntur, inter quae referendum etiam illud, *Adulatique erant ab amicis & adhortati*, ex Priſciani lib. VIII. annotatum Riccobono. Pontan.

Sinuessiae magalia] Vide Servium AEneid. I. & Feſtum. Pontan. Forte prior vox eſt *Punica*, denotans civitatem, munitionem, aut regiam, ut *Attegia* apud Juvenalem, *Dirue Maurorum attegias. Magalia* & *Mapalia*, quae ſunt ſuburbana aedificia, cortes. A. Popma. Servius caſtigatior legit *Sinueſſae*, prout repoſui. Havrec.

Tum primum turpe] Infames habebantur omnes, qui deſperatione in afflictis rebus ſibi mortem conſciſcebant, in primis tamen ſuſpendioſi, de quibus in Pontificalibus libris cautum erat, ut inſepulti abjicerentur, &, ne juſta ipſis fierent, ſed ſuſpenſis oſcillis, velut per imitationem mortis, parentaretur, ut tradunt Varro, Plutarchus, & Servius ad illud Virgilii XII.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Sed viri militares, duces ac imperatores, bello victi, ne ad ludibrium morerentur victorum, adferebant ſibi manus, idque cum laude fortitudinis & magnanimitatis. Nimirum carebant agnitione veri Dei, qua illuminati, nullis periculis, calamitatibus aut ignominiis ad ſpontaneam mortem

Quartos ludos Saeculares poſt annum factos, tertium, Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coſſ. id eſt, DCVIII. anno. *Cenſorin. de Die natali* cap. 17.

Omnes ergo non tantum Poëtae, ſed Hiſtoriarum quoque ac rerum antiquarum ſcriptores, hominem fuiſſe conſentiunt, qui res ejus in Italia geſtas memoria prodiderunt. Graeci Diodorus & Thallus, Latini Nepos & Caſſius & Varro. *Lactantius* lib. I. cap. 13. & ſimiliter *Minucius Felix* in *Octavio.*

Q. Claudii Quadrigarii Annalium Lib. I.

CIII. [a] Cominius qua eſcenderat deſcendit, atque verba Gallis dedit. *Gellius* XVII. 2.

Cum his conſermonabatur. *Ibid.*

Convalles & arboreta magna erant. *Ibid.*

Putabant eos, qui foris atque qui in arce erant, inter ſe commutationes & conſilia facere. *Ibid.*

Seſe ne id quoque, quod tum ſuaderet, facturum eſſe. *Ibid.*

Nam M. Manlius, quem Capitolium ſervaſſe a Gallis ſupra oſtendi, cujuſque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exſuperabilem Reſpublica ſenſit: is & genere, & vi, & virtute bellica nemini concedebat. Simul forma, factis, eloquentia, acrimonia, confidentia pariter praecellebat, ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe atque in ſe ad Rempublicam evertendam habere. *Ibidem.*

Poſtquam nuntiatum eſt, ut pugnatum eſſet in Gallos, id Civitas graviter tulit. *Ibidem.*

CIV. Cum interim Gallus quidam, nudus praeter ſcutum & gladios duos, torque atque armillis decoratus proceſſit, qui & viribus, & magnitudine, & adoleſcentia, ſimulque virtute ceteris antiſtabat. Is maxume proelio commoto, atque utriſque ſummo ſtudio pugnantibus, manu ſigni-

tem adiguntur, certiſſimam ſpem habentes ſe poſt aerumnas hujus miſerrimae vitae aliquando tandem migraturos in illud caeleſte domicilium, ubi quies, pax, & vita ſempiterna manent. A. Popma.

Q. Claudii Quadrigarii] Claudium Quadrigarium fuiſſe aequalem Siſennae refert Vellejus, Hiſtoriam, exorſum a bello Gallico & Urbe capta, perduxiſſe ad Sullanam tyrannidem; ſcripſiſſeque ſimplici & incomta orationis antiquae ſuavitate indicant fragmenta. A. Popma. Ambigit Voſſius hic ne an alius ſit Claudius ille, qui Annales Acilii Latine tranſtulit, ut narrat Livius lib. XXV. Wasse.

Qui-

a Cominius qua escenderat] A. Auguſtin. *aſcenderat*: ſed alterum antiquius. De Pontio Cominio idem refert Livius V. Pontan.

Digitized by Google

ſignificare coepit: utrimque [a]quieſcerent pugnae. Facta pauſa eſt extemplo. Silentio facto, cum voce maxuma conclamat: Si quis ſecum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat, propter magnitudinem atque immanitatem facies. Deinde Gallus inridere, atque [b]linguam exertare. Id ſubito perdolitum eſt cuidam T. Manlio, ſummo genere nato, tantum flagitium [c]Civitati accedere; e tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, proceſſit, neque paſſus eſt virtutem Romanam a Gallo turpiter ſpoliari, ſcuto pedeſtri & [d]gladio Hiſpanico cinctus contra Gallum conſtitit. Metu magno [e]ea congreſſio in ipſo ponte, utroque exercitu inſpectante, facta eſt. Ita ut ante dixi conſtiterunt. Gallus ſua diſciplina, ſcuto projecto [f]cautabundus; Manlius animo magis quam arte confiſus, ſcutum ſcuto percutit, atque ſtatum Galli conturbavit. Dum ſe Gallus iterum eodem pacto conſtituere ſtudet, Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterum dejecit. Eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit. Dein continue humerum dextrum eodem conceſſu incidit, neque receſſit uſquam donec ſubvertit, ne

QUIESCERENT PUGNAE] Locutio antiqua, ut *Levare religionis*, Livius. *Abſtinere irarum calidaeque rixae*, Horatius. *Liberare curae & tutelae*, Ulpianus. A. POPMA. Mſ. Pembr. *quieſcerent pugnare*. WASSE.

LINGUAM EXERTARE] Ita libri vulgati, ut Plinius lib. XXXV. cap. 4. *Pictum inficetiſſime Gallum exerentem linguam*. Veteres nonnulli *lingua exertare*, quod eſt per irriſum extra os projicere atque retrahere linguam. A. POPMA.

MANLIO SUMMO] Eutropius II. 11. *Hi* Galli *ab Urbe quarto milliario trans Anienem fluvium conſederant. Nobiliſſimus de Senatoribus T. Manlius, &c.* MS. Codex, quo uſus ſum, *Senatorius Juvenis*. Recte quidem, ſic enim Livius VII. 9. *Galli ad tertium lapidem*, &c. *diu inter primores* Juvenum *Romanorum ſilentium fuit*. deinde, *Armant inde* Juvenem Manlium *aequales*. Sed & Metaphraſtes, ἀπ' ἄκρης ναυὸς Μάνλιον. Fuit autem Tribunus militum ut nos docet A. Victor. de V. Illuſtr. cap. WASSE.

SCUTO PEDESTRI ET GLADIO HISPANICO] Scuta communia fuerunt peditum & equitum, ſed diverſae magnitudinis; pedeſtria longa pedes quatuor, lata duos cum dimidio, equeſtria breviora, ut ex Polybio conſtat. Gladius Hiſpanicus fuit longus & levis: nde ejus uſus Veliti. Livius lib XXXVIII. *Gladio Hiſpanienſi eſt cinctus*. Polybius lib. VI. *Enſis pendet ad dextrum femur, Hiſpanienſem vocant, anceps eſt, mucrone eximio, defertur violenter, eo quod obeliſcus ejus firmus ſtabiliſque exiſtit*. A. POPMA.

GALLUS SUA DISCIPLINA, SCUTO PROJECTO] *Projecto ſcuto* eſt *ſcuto oblongo*. Vide Macrobium lib.

a QUIESCERENT PUGNAE] Alii *quieſcerent. pugnae facta pauſa eſt, extemplo ſilentio.*

b LINGUAM EXSERTARE] Lipſius, *linguam exerrare.*

c CIVITATI ACCEDERE] H. Stephanus, *accidere.*

d GLADIO HISPANICO] V. c. *Spanico:* quomodo librarii e vulgato idiotiſmo ſcribebant *Spani* pro *Hiſpani*, & *Spanico* pro *Hiſpanico*. PONTAN.

e EA CONGRESSIO] V. c. *Eam congreſſionem in ipſo ponte utroque exercitu inſpectante factum eſt*. Lud. Carrio Antiquar. lect. II. PONTAN.

f CAUTABUNDUS] H. Stephanus *contabundus*, vel, *cantabundus*, ex more Gallorum, de quo, praeter hiſtoricos, Attius in AEneadis:

Gallei voce canora, fremitu, peragrant minitabiliter. PONTAN.

Digitized by Google

ne Gallus inpetum icti haberet. Ubi eum evertit, caput praecaedit, torquem detraxit, eamque ſanguinolentam ſibi in collum inponit. Quo ex facto ipſe poſterique ejus Torquati ſunt cognominati. *Idem* IX. 13.

CV. Cajum Pontium, Samnitem, a Dictatore Romano ſex horarum inducias poſtulaſſe. *Idem* I. 25.

Ea Lucani ubi reſciverunt, ſibi per fallacias verba data eſſe. *Idem* II. 19.

Id ubi reſciverunt propinqui obſidum quos Pontio traditos ſupra demonſtravimus, eorum parentes cum propinquis capillo paſſo in viam provolarunt. *Ibidem.*

Perſuadent cuidam adoleſcenti Lucano, qui adprime ſummo genere natus erat, ſed luxuria & nequitia pecuniam magnam conſumſerat. *Idem* VII. 11.

Quum tantus arrabo penes Samnites populi Romani eſſet. *Idem* XVII. 2.

Ea dum fiunt, Latini ſubnixo animo ex victoria inerti, conſilium ineunt. *Ibidem.*

Arma plerique abjiciunt, atque inermi inlatebrant ſeſe. *Ibidem.*

Domus ſuas quemque ire jubet, & ſua omnia fruniſci. *Ibidem.*

Et Romani multis armis, & magno commeatu, praedaque ingenti copiantur. *Ibidem.*

Sole occaſo. *Ibidem.*

Nos in medium relinquemus. *Ibidem.*

Nihil ſibi divitias opus eſſe. *Ibidem.*

CVI.

lib. VI. Saturn. ad illud Virgilii, *Projectaque ſaxa Pachyni.* Ammianus Marcellinus imitatus eſt, lib. XXIV. *Manipuli peditum obtectis ſcutis oblongis & curvis.* Sed eo praecipue loco Ammianus Siſennam aſpexerit, qui ſimiliter Marſis ejuſmodi ſcuta ad protectionem tribuit: *Marſi*, inquit, *propius ſuccedunt, atque ita ſcutis projectis tecti, ſaxa certatim levia manibus conjiciunt in hoſtes.* Ita enim legenda Siſennae ea verba alias commonuimus. *Levia ſaxa*, ſunt *lapides manuales*, ut appellat idem Siſenna libro III. Vulgo *lenta*, non *levia* editum. PONTAN. *Projectum ſcutum* quid ſit, notavi ad Siſennae lib. III. Cautabundus eſt compoſitus ad evitandas petitiones adverſarii, ut *vitabundus.* Alii malunt, *cantabundus*, vel *cantabundus*: quibus non adſentior: etſi non ignoro receptum fuiſſe ex more patrio cantum Gallorum ineuntium proelium, de quo ad Siſennam. A. POPMA. Imo vero Livius lib. VIII. cap. 10. Gallum *ſtolide laetum* dixit: at, ubi de Manlio loquitur, addit: *non cantus, non exſultatio, armorumque agitatio vana &c.* Corrige igitur *cantabundus.* HAVERC.

PECTUS HAUSIT] Virgilius AEneid. X.

Per tunicam ſqualentem auro latus hauſit apertum.

Ubi Servius: *Modo ferit ſignificat. Quidam Italicam locutionem putant. Cum enim a latere quis aliquem adortus occidit, Hauſit illum, dicunt.* A. POPMA.

CAPUT PRAECAEDIT] Hoc retinent libri veteres, ut *Amcaeſum*, Feſtus, *Exquaero*, *inaequius*, pro *exquiro*, *iniquius*, Plautus. de quibus lib. I. cap. XV. de Uſu antiquae locutionis. A POPMA.

EA DUM FIUNT LATINI] Quatuor fragmenta, quae ordine ſequuntur. Nonius recitat ex Coelii Annal. I. unde puto Quadrigarium ſumſiſſe; ſicut Coe-

CVI. Nam [a] haec maxime verſatur Deorum iniquitas, quod deteriores ſunt incolumiores, neque optimum quemquam inter nos ſinunt diurnare. *Ibidem.*

Et compluriens in laboribus miſerrumas vitas exegerunt. [b] Et hic minus in otiis conſumtus eſt. *Ibidem.*

Tanta ſanctitudo fani eſt, ut numquam quiſquam violare ſit auſus. *Ibidem.*

Apud aras quae vocabantur Neptuniae. *Servius AEneid.* I.

Cum non poſſetur decerni utrius putaretur victoria. *Nonius, Poſſetur.*

Prius hiſce auctoribus inde reticula galearia. *Idem, Reticulum.*

Lib. I.

His de ſubito utriſque nuntiatur ipſorum copias adeſſe. *Idem, De ſubito.*

Comprehenſare ſuos quiſque ſervare, amplexare. *Priſcianus* VIII.

Et qui erant, non [c] ignaviter potando eum diem pro meliore habuerunt. *Idem, Ignaviter.*

Inde poſtquam aliquantum receſſit, offendit montem, loca munita,

res

Coelius & Hemina pleraque e Catonis Originibus acceperunt, ut ſuo loco monui. *Iners victoria* eſt, quae ſine magna conflictatione obvenit. A. Popma.

Aras] De Etymologia vocis, *arae*, vide omnino Varronem Lib. IV. de Lingua Latina, & etiam Iſidorum IV. 15. quem locum adducam ſecundum Vulcanii & Pariſienſes Edd. vel eo nomine ut ne diutius mendoſe circumferatur: *Alii aras dicunt a precationibus, id eſt, quas Graeci ἀρὰς vocant, unde contra imprecatio* Sarara *dicitur.* MS. Codex ſic exhibet: *Alii a. d. a. praedicationibus, id eſt, quas Graeci a. dicunt u. c. i.* Satura *dicitur.* & ad veram lectionem quaſi manu ducit. Scribe itaque, *unde contra imprecatio κατάρα.* & cum hae preces quae tactis aris concipiebantur iram deorum in capita inimicorum derivare putarentur, ideo *dirae* audiebant apud antiquos. Iſidorus Originum Lib. X. *Dira dicitur quod divina refertur ira.* lege cum membranis, *infertur.* Wasse.

Prius hisce auctoribus] Lipſius Epiſt. I. mutat *priviſque auctoribus indit*: ſed nulla opus mutatione. Vult auctoribus clandeſtini conſilii aut facti contra hoſtes, prius indi reticula galearia, ne agnoſcerentur. A. Popma.

Dum hi conciderentur] Vulgati codices Gellii haec tribuunt Annali CL. cum ſint ex III. in quo deſcripſit finem belli cum Pyrrho, & initium Punici primi, Q. Fabio Maximo, L. Mamilio Vitulo Coſſ. Eo bello celebratur factum Caeditii, ſive Valerii, Tribuni militum, cujus haec verba ſunt, quae Gellius paulo fuſius refert. A. Popma.

Non

a Haec] Mſ. Pembr. *hoc.* & *inquit Laberius* pro, *laboribus.* Wasse.

b Et hic minus] V. c. *minus.* Riccobonus & Auguſt. *motus.* Utrumque perperam. Ait bonos & honeſtos viros aut cito mori, aut in laboribus miſerrimam vitam exigere: contra mimos & ludiones in otiis facillime & diutiſſime vivere: quod deorum iniquitati tribuit; ignorans arcana providentiae Dei. Pontan.

c Ignaviter potando] V. c. *putando*: Fulvius & Popma *pugnando*: ſed proxima fragmenta indicant *potando* rectum eſſe. Pontan.

res omnes habere quae militibus opus ſunt, ligna, aquam, pabulum. *Idem*, *Offendere.*

Eo Conſules properatim exercitum reducunt. *Idem*, *Properatim.*

• Perverſum eſſe alii modi poſtulare Pyrrhum in te atque in ceteris fuiſſe. *Priſcianus* XIII.

Lib. III.

CVII. Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* I.

Illic occiditur mille hominum. *Gell.* I. 16.

Dum hi conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum. *Idem* I. 7.

Non Caeditio nomen fuiſſe, ſed Valerio. *Idem* III. 7.

Non Timocharem ſed Niciam adiſſe ad Conſulem, neque Legatos a Senatu miſſos, ſed a Conſulibus, & Regem populo Romano laudes atque gratias ſcripſiſſe, captivoſque omnes quos tum habuerit, reſtituiſſe & reddidiſſe. *Ibidem* VIII.

Conſules Romani ſalutem dicunt Pyrrho regi: Nos, pro tuis injuriis continuo animo ſtrenue [b] commoti, inimiciter tecum bellare ſtudemus, ſed [c] communis exempli & fidei ergo viſum eſt uti te ſalvum velimus, ut eſſet quem armis vincere poſſimus. Ad nos venit Nicias, familiaris tuus, qui ſibi pretium a nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet. Id nos negavimus velle, neve ob eam rem quidquam commodi expectaret. [d] Et ſimul viſum eſt, ut te certiorem faceremus, ne quid ejuſmodi ſi adcidiſſet, noſtro conſilio civitates [e] putarent factum; & quod nobis non placet [f] pretio, aut praemio, aut dolis pugnare. Tu niſi caveas, jacebis. *Ibidem.*

Idem

Non ignaviter potando] Sic habent libri vulgati, ut ſit *melior dies*, feſtivus, luculentus, quomodo Plautus Epidico: *hunc hodie diem luculente habeamus.* Et Catullus, de Saturnalibus: *optimo dierum.* Vetus editio *putando.* unde forte legend. *pugnando*, & *melior dies*, eſt, felicior priore, quo male pugnatum fuerat: ſicut, *melior victima*, ſuccidanea, quae, cum prima non litaſſet, immolabatur. Virgil. XII.

Hoc habet, haec melior magnis data victima Divis.

A. Popma.

Ver-

a Perversum esse alii] Priſcianus: *Perverſum eſſe eis alii.* Male. Sumſit enim a Macro lib. II. ubi *eis* omiſſum. Pontan.

b Commoti] Sarisb. delet *ſtrenue.* Wasse.

c Cum muniis] Sarisberienſis. Wasse.

d Et] Omittit & Sarisberienſis, & poſt, *expectaret*, addit, *denunciavimus.* p. 278. Wasse.

e Civitates] *Civitatis quod.* Sarisber. Wasse.

f Pretio] *Aut pr. aut d.* Sarisber. Wasse.

Idem gaudium atque aegritudinem alternatim ſequi. *Nonius, Alternatim.*

Adeo memorari vix poteſtur, ut omnes ſimul ſuum quiſque negotium adorti eſſent. *Idem, Poteſtur.*

Fabius de nocte coepit hoſtibus caſtra ſimulare obpugnare, eum hoſtem delectare, dum conlega id caperet quod captabat. *Idem, Delectare.*

Lib. IV.

CVIII. Et ita rebus praeclariter geſtis Romam reverterunt. *Idem, Praeclariter.*

Sed circiter horas duas gravi praelio urſerunt, deinde in fugam ſunt conjecti. *Idem, Urgere.*

[a] Pluvia, imbri, lutus erat multus. *Idem, Lutus.*

Ut videret ac reſpueret, verminaret [b] literis addivalis, quod verminatione ad cancer pervenerit. *Priſcianus* VI.

Inter venas ſaxi abſtruſum, latentem, & quaſi divinitus abſconditum. *Servius Georg.* I.

[c] Is ubi Dacium cognovit, & patriae eum recordavit. *Nonius, Recordavit.*

Et dicerent caſtra capta eſſe, atque hos cohortarent uti maturent. *Idem, Cohortarent.*

Cladem illam vaſtiſſimam pugnae Cannenſis factam ante diem quartum Nonas Sextil. *Gellius* V. 17.

Lib.

Verminaret literis addivalis] Locus deſperatus, cui non medeor. Poſſet fieri *lituris adipatis*, id eſt, *linimentis, pinguibus, fuccoſis*, quibus tabes corpore diffluens verminaret, quoad verminatione perveniret ad cancrum. *Quod*, pro *quoad*, antiq. A. Popma.

Inter venas saxi] Inter oppida Sallentinorum, quae ad Annibalem defeciſſe ſcribit Livius, fortaſſis fuit Egnatia, ubi erat admirandum ſaxum, cujus ita meminit Plinius lib. II. cap. 107. *In Sallentino oppido Egnatia, impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exiſtere.* Idem videtur retuliſſe Quadrigarius in narratione rerum iſtic geſtarum, & exiſtimaſſe, ignem eſſe inter venas ſaxi latentem & divinitus abſconditum. At nos lib. III. Cauſarum naturalium longe aliam reddidimus rationem, quam operae pretium eſt hic adſcribere: *Saxum illud Egnatianum fuit bituminoſum, ut bodieque in agro Mutinenſi & Neapolitano ſunt ſaxa, e quibus manat aut eruitur bitumen oleaceum, quod dicitur petroleum, quaſi petrae oleum. Lignum autem fuit ignitum, vel calida aqua bituminoſa tinctum, quod a ſaxeo bitumine protinus accendebatur.* A. Popma.

Acto-

a Pluvia, imbri] Fulvius: *pluviae*: ſed *pluvia imber* pro *imbrica*, ut *Troja gaza* & ſimilia. Pontan.

b Literis addivalis] Popma, *lituris adipatis*. Pontan.

c Ubi Dacium] A. Auguſtin. *Decium*. *Dacius* gentile, ex *Dacia*. Pontan.

Lib. VI.

CIX. Actorius Taureae dexterum humerum ſauciat, atque ita reſiliit. *Priſcianus* X.

Deinde facti Conſules Sempronius Gracchus iterum Q. Fabius Maxumus, filius ejus qui priore anno erat Conſul. Ei Conſuli pater Proconſul obviam in equo vehens venit, neque deſcendere voluit, quod pater erat. Et, quod inter eos ſciebant maxuma concordia convenire, lictores non auſi ſunt deſcendere jubere. Ubi juxta venit, tum Conſul ait: Deſcendere jube. Quod poſteaquam lictor ille, qui adparebat, cito intellexit, Maxumum Proconſulem deſcendere juſſit. Fabius imperio paret, & filium conlaudavit, cum imperium quod populi eſſet, retineret. *Gellius* II. 2.

Paene factum eſt quin caſtra relinquerent, atque cederent hoſti. *Idem* XVII. 13.

Ne nos ad certationem cenſeas haec incepiſſe. *Nonius*, *Cenſere.*

Aliquantiſper pugnato nihil promovet Poenus. *Idem*, *Aliquantiſper.*

Lib. VII.

Animos eorum habentia inflarat. *Idem*, *Habentia.*

Lib. VIII.

CX. In eo loco populus murmurari coepit. *Idem*, *Murmurari.*

Romam venit, vix ſuperat quin triumphus decernatur. *Gellius* XVII. 13.

Quin prior bellum, quod cum his geſtum erat, meminiſſent. *Priſcianus* VII. pag. 767.

Ubi decreverunt, commemorant Graccho foedus prior Pompejanum non eſſe ſervatum. *Ibidem.*

Flacco

Actorius Taureae] Jubellius Taurea Campanus eques fortiſſimus, de quo Livius lib. XXIII. A. Popma.

Aliquantiſper pugnato] Genus loquendi antiquum, pro, *cum pugnaviſſet*, ut Salluſt. Hiſtor. V. *Comperto*, *audito*, id eſt, *cum comperiſſet*, *audiviſſet*. Priſcianus lib. XVIII. A. Popma.

Animos eorum habentia] *Habere* veteres interdum uſurpant ἀπλῶς; omiſſo divitiarum aut opum nomine. Cicero ad Nepotem: *Qui habet, ultro appetitur; qui non habet, ultro aſpernatur.* Hinc Quadrigario *Habentia*, pro divitiarum copia, abundantia, qua homines plerumque ferociunt & ſuperbeſcunt. Sed eſt in nonnullis libris *inflammarat*: cui verbo magis conveniret *baventia*, id eſt, cupiditas, ab *baveo*. A. Popma.

Graccho foedus prior] Legendum *Gracchi*, ut dicat, Hiſpanos queſtos, Gracchi foedus primum, alterum Pompeji, non eſſe ſervatum. Nam

Flacco oſpicatur. *Diomedes* I.

LIB. XII.

Quinque priſtis, navigium forma a marina bellua dictum eſt. *Nonius, Priſtis.*

LIB. XIII.

Concione dimiſſa, Metellus in Capitolium venit cum multis mortalibus. Inde cum domum proficiſceretur, tota civitas eum reducit. *Gellius* XIII. 27.

LIB. XV.

Grundibat graviter pecus ſuillum. *Diomed.* I. *Nonius, Grundire.*

LIB. XVI.

Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus. *Nonius, Hinnibunde.*

LIB. XVIII.

CXI. Si pro tua bonitate & noſtra voluntate tibi valetudo ſubpetit, eſt quod ſperemus Deos bonis benefacturum. *Gellius* I. 7.

LIB. XIX.

Sagittarius cum funditore utrimque ſummo ſtudio ſpargunt fortiſſume: ſed ſagittam atque lapidem deorſum an ſurſum mittas, hoc intereſt.

Tiber. Sempronius Gracchus, ſucceſſor Flacci, Hiſpania foedus cum Celtiberis certis conditionibus fecit, quibus in populi Rom. amicitiam accipiebantur; poſtea Q. Pompejus Coſ. victis Termantinis, cum eiſdem, ut Numantinis, iniquum foedus iniit. Livius & Appianus A. POPMA.

FLACCO OSPICATUR] Lego, (A Flacco oſpicatur,) ſcilicet commemorationem bellorum cum Celtiberis. Q. Fulvius Flaccus, is, qui cum imperio in Hiſpania fuit, & Celtiberos debellavit. *Oſpicatur* pro *auſpicatur*, ut *borio, plodo, plostrum*, pro *baurio, plaudo, plaustrum*, antiquorum more. Apud Diomedem corrupte legitur: *quod nos ſuſpicatur, veteres oſpicatur dixerunt.* A. POPMA.

CONCIONE DIMISSA METELLUS] Eſt, opinor, Q. Metellus Macedonicus, fortunatiſſimus & honoratiſſimus, qui Conſul, Cenſor, Augur, triumphalis, & duobus luſtris princeps Senatus, filios & nepotes habuit Conſulares & triumphales multos. De quo praeter ceteros Vellejus lib. I. A. POPMA.

SI PRO TUA BONITATE] Hoc dedi Annali XIIX. ſecutus vetuſtum codicem Fulvii. Vulgati dant XII. Fortaſſis eſt initium epiſtolae Senatus ad imperatorem Romanum, ut Metellum Macedonicum: quod ſine diverſum eſt ab eo quo communiter uſi (Si vales, bene eſt.) vel, (Si tu, exercituſque valetis, bene eſt.) A. POPMA. Hunc Quadrigarii locum non ex decimo octavo, ut

eſt. Nam neutrum poteſt deorſum vorſum recte mitti ; ſed ſurſum utrumque optume. Quare milites Metelli ſauciabuntur multo minus, & quod maxume opus erat, a pinnis hoſtes defendebant facillume funditores. *Idem* IX. 1.

Tum Sulla conatus eſt, & tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interpoſuit ligneam, incenderet; venit, adceſſit, ligna ſubdidit, ſubmovit Graecos, ignem admovit. Satis ſunt diu conati, numquam quiverunt incendere ; ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine. Quod Sulla atque milites mirabantur, &, poſtquam non ſuccendit, reduxit copias. *Idem* XV. 5.

C. Marium creatum ſeptimo Conſulem. *Idem* X. 1.

C. Mari, ecquando te noſtrum & Reipublicae miſerebitur? *Idem* XX. 5.

Faciem pro ſtatura dicit. *Idem* XIII. 29.

Lib. XXI.

CXII. Eum enim cum partim copiis hominum adoleſcentium placentem ſibi. *Idem* X. 13.

Crudeliter ille, nos miſericorditer, avariter ille, nos largiter. *Nonius, Avariter.*

Lib. XXII.

Cum obſideretur Grumentum, & jam ad ſummam deſperationem ventum eſſet, duos ſervos ad hoſtem transfugiſſe & operae pretium feciſſe : deinde urbe capta paſſim diſcurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua ſervierant praecucurriſſe ; & dominam ſuam ante ſe egiſſe, & quaerentibus quaenam eſſet, dominam, & quidem crudeliſſimam ad ſupplicium ab ipſis duci profeſſos eſſe. Eductam deinde extra muros ſumma cura celaſſe, donec hoſtilis ira conſideret. Deinde, ut ſatiatus miles ad Romanos mores cito rediit, illos quoque ad ſuos

ut hic, ſed ex duodecimo Annalium adducit Gellius, & ait libri principium fuiſſe. Verba Gellii lib. I. cap. 7. haec ſunt : *In duodecimo Annali ejusdem Quadrigarii, principium libri ſic ſcriptum eſt:* Si pro tua bonitate, &c. Pontan.

Tempore] Lipſius legit, *opere magno.* Lambecius in Lucubration. Gellianis : *Cum Sulla conatus eſſet magno tempore, eduxit* &c. Wasse.

Faciem pro statura] Hoc dixit lib. I. in pugna Manlii : nec tamen auſim apud Gellium reponere, *in primo*, ubi libri habent, *in undecimo*, vel, *undeviceſimo* ; potuit enim idem diverſis locis dixiſſe. A. Popma.

Cum obsideretur Grumentum] Civitas Lucaniae, cujus meminerunt Livius, Florus, Appianus, Ptolomaeus. Alii legunt *Aorumentum*, contra omnes libros veteres. Hiſtoriam narrat etiam Macrob. lib. I. Saturnal cap. 11. quam pertinere ad bellum ſociale indicat ſeries librorum Quadrigarii. A. Popma.

Operae pretium] Sic *curae, exitus, conſcientiae pretium* apud Plin. Epiſt. 159. lib. VIII. & Tacitum, *Mereri operae pretia.* Liv. *& op. pretium habent libertatem civitatemque.* qui operam alicui locat ob mercedem, ille dicitur illam habere *pretium operae.* Pro, *operam dare* aliquando

ſuos rediſſe, & dominam ſibi ipſos dediſſe. Manumiſit utrumque e veſtigio illa. *Seneca, de Beneficiis* III. 23.

Lib. XXIII.

Sed idcirco me feciſſe; quod utrum neglegentia partim magiſtratuum, an avaritia, an calamitate populi Romani eveniſſe dicam, neſcio. *Gellius* X. 13.

INCERTA.

CXIII. Exercitu inſtructo pedetentim milites ducere coepit. *Nonius, Pedetentim.*

Ita

do *operari* invenire eſt apud Auctores, ſed rarius. Valer. Max. VIII vii. 4. *Quo magis vacuo animo ſtudiis literarum eſſet operatus.* At MS. Codex pro, *eſſet operatus*, exhibet, *vacaret*. ſed male. Nam Valer. Max. VI. vi. 1. utrumque verbum uſurpat, *integerrimi viri ſanctitatem Reipublicae uſibus & ſaeris* operatam *externae procurationi* vacare *voluit*. Tacitus: *liberalibus ibi ſtudiis* operatam, Annal III. 43. Plin. XXVI. 2. *Sedere in ſcholis auditioni* operatos *gratius erat*. Tertullian. Adverſus gentes cap. I. *domeſticis judiciis nimis* operata. Caeterum, *quod ad crudelitatem videretur* operari, pro *facere*, Latinum non eſt. Vide Jul. Capitolinum in Maximin. cap. XIII. Sed quo evidentius pateat lectionem, quam nobis propinat MS. Codex, eſſe ex Interprete, quamvis prima fronte facile, ut probae latinitatis, blandiatur, unum etiam aut alterum locum apponam, unde evidenter apparebit, Librarios pro voce Valeriana, ſed minus uſitata, aliam ea notiorem ſubſtituiſſe. *Hic*, inquit, *cum ejus ſtudii eſſet, cujus profeſſores Sophiſtae vocantur: ineptae & mordacis* opinationis *Apollinem irridendi cauſa conſuluit*. MS. pro *opinationis*, *opinionis*: neque defuturos puto, qui huic codici calculum addent: & ſane *opinio* apud Capitolinum in Antonin Philoſ. cap. XII. ſi ſanus ſit locus, pro *opinatione* ponitur, ut etiam apud Ambroſium ad Virginem lapſam. Verum neque tanti eſt Codicis MS. aut horum apud me auctoritas, ut aliquid in recepta lectione novandum cenſeam. *Graviter* ergo *opinari* de aliquo, in hujus aevi ſcriptoribus idem ſonet, ac famam alicujus dicto mordace lacerare. *Coſmum ſervum, graviſſime de ſe* opinantem, *non ultra quam compedibus coërcuit*. Sueton. in Aug. cap. I. XVII. Supra dixerat: *Neque dolore diſſimulato, ſi parcius, aut citra honorem verborum: neque gaudio, ſi grate pieque quis ſe proſecutus fuiſſet.* Idem cap LI. vim hujuſce verbi liquido oſtendit: *Cum AEmilio AEliano Cordubenſi inter caetera crimina, vel maxime objiceretur, quod* male opinari *de Caeſare ſoleret: converſus ad Accuſatorem: Velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam ſciat AElianus &* me linguam habere: *plura enim de eo* loquar. Eodem ſignificatu *exiſtimatione laedere* apud eundem & Senecam Epiſt. LXVIII. *Quid autem tecum loquaris?* (MS. Cod. *loqueris*) *quod homines de aliis libentiſſime faciunt, de te, apud te, male exiſtima. aſſuefce & dicere verum & audire.* Itaque *opinari* non tantum denotat *intra te ſequius de aliquo ſentire*, verum *ſermone & lingua exprimere*. Sed & Juſtinus XII. v. 58. *In unam cohortem, eos qui de rege durius opinati fuerant*, contribuit. & ſic MS. quo uſus ſum. ſed & Florus II. 7. *Opinatiſſima Rhodus*, i. e. ſecundis hominum rumoribus celebratiſſima, licet aliter ſentiat Pighius in notis ad IV. 8. Sed iterum ab Interprete laborat Valerius Max. V. v. 3. *Mortaliumque frequentia defectum.* ubi membranae, *affectum*, & ſic liber Danielis, qui in tantum arridet Oliverio, ut roget, an referibendum? *mortaliumque infrequentia adfectum*, etſi Phaedrum & Terentium ſic locutos agnoſcat. Verum miſſis Columella, Seneca & Apulejo, apud quos occurrit, audiamus Valerium Max. IV. 6. *loquendi uſu* defectum. & III. i. 1. *Vir ampliſſimus atque prudentiſſimus ſuo conſilio* defectus. iterum III. vii. 2. *Quia perfecta ars fortunae lenocinio* defecta, *fiducia juſta non exuitur*. VII. vi. 2. *alimentorumque facultate* defectos. VIII. vii. 4. *acie oculorum* defectus. Denique, *lateris etiam firmitate* defectus, VIII. vii. 1. In omnibus hiſce locis cum vulgata lectione conſentiunt omnes Mſſ. Codd. & editi, ad quorum fidem textus hujusce auctoris conſtitutus eſt. Sic enim Campenſis, Atrebatenſis, Cauchianus, Gemblacenſis, Suſianus, Liber etiam Danielis, cum quo ſaepe faciunt

Digitized by Google

Ita per ſexennium vagati, Apuliam atque agrum Campanum quod his per militem licebat, exſpoliabantur. *Idem*, *Spolior*.

Agrum Nolanum populare coeperunt. *Idem*, *Populat*.

Facite exempla eorum, ut vos cum illis congermaneſcere ſciatur. *Idem*, *Congermaneſcere*.

Senatus cenſuit referentibus Suffetis. *Feſtus*, *Suffes*, *Conſul*, *lingua Poenorum*.

Pugna acriter commiſſa multis utrimque interitis. *Priſcianus* IX.

Ad CCCL. ex conjuratis vinctos Romam miſſos, eamque deditionem ab Senatu non acceptam, quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum cenſuerint. *Livius* VIII.

Foedere pax Caudina facta eſt. *Livius* LX.

Poſthumium, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruria res geſtas, eumque triumphaſſe. *Idem* X.

Bis pugnatum in Olympo monte: ad XL. millia hominum caeſa. *Idem* XLVII.

Ad XV. millia Thracum praecedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae occurrerunt, quadringenti equites fuerant Numidae, &c. *Ibidem*.

In

ciunt Membranae Cantab. Tam nulla cauſa erat cur vulgatam lect. ſollicitaret Vir doctus, idemque Valerii Editor. Verum ne a ſolis gloſſatoribus doleret noſter, fecit, quantum in ſe erat, Epiſcopus Belvacenſis, deturbato nempe quem non caperet pleonaſmo, elegantiam ſuo ſaeculo dignam in ejus ſedem repoſuit, & pro *poſtquam deinde*, exhibuit, *cumque poſtmodum*. Verba auctoris habentur lib. I. cap. 7. §. 6. At ne obtineat Vincentiana lectio pugnant Mſſ. omnes, quos me videre contigit. Quibus ſuffragatur Plautus, apud quem in Menechm. Act. III. *poſt deinde* invenitur, & multa alia ad eandem formam, ut *pol profecto*, Aul. III. III. 5. *una ſimul* Moſtel. IV. III. *merito jure optime* ibid. III. III. 2. *ergo igitur* Trin. III. III. *etiam quoque* Pſeud. I. III. *propere celus* Ciſt. III. *vetus vetuſtum vinum* Curc. I. II. *protinus continuo* & ſexcenta ejuſmodi. Agellius alicubi *poſt deinde*, quam lectionem etiam agnoſcit Codex Pembroch. Sed en tibi optimum tui interpretem Valerium III. III. 2. Poſtquam deinde *apud illum plus conſuetudinem dominationis, quam conſilii ſalubritatem valere animadvertit*. Unam dumtaxat addam ejuſdem autoris formulam, propterea quod vix alibi reperiatur: *Perſeverantique poſtulatione* extuderunt *ut exequiarum apparatus ſeſtertio nummo*, Mſ. *numniorum*,

ipſis praebentibus addiceretur Mſ. ni fallor, melius, *adduceretur*. Sed pro, *extuderunt*, *extulerant*. At potior apud me recepta lectio, ut qui probe ſciam illam apud Plautum inveniri, Moſtell. I. III. 64. *Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, ut impetravi, atque olim, priuſquam id* extudi, *quam illi ſubblandiebar*; & apud Afranium in Epiſtola. Vide Nonium in voce. Sed & Suetonius in Veſp. cap. II. *Ea demum* extudit, *magis convicio quam precibus vel auctoritate*. ubi Torrentii liber, *excuſſit*, Gryphii Editio, *extrudit*. Auctor Dial. de Oratoribus cap. IX. *Cum toto anno, magna noctium parte, unum librum* extudit *& elucubravit, rogare ultro & ambire cogatur, ut ſint qui dignentur audire*. meditatſdo nempe *extudit*, ut loquitur Maro, quod quidem in aliquibus exemplaribus depravatum eſt in *excuderet*, teſte Pierio. At e contra Petrenſis Codex, & in hoc, & verſu ſequente legit: *extunderet*. adeo verum eſt verbum vetus: *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt*. Sed jam tempus eſt, ut ad ipſum Valerium provocemus, qui litem dabit ſecundum nos, IV. IV. *Vixque* extuderunt *corvi, ut domum redirent*. WASSE.

ITA PER SEXENNIUM] Refero ad bellum Punicum, quo Annibal per multos annos Apuliam & Campaniam tenuit ac ſpoliavit, ut tradunt

In proelio Marcelli contra Inſubres & Comenſes captos aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis in Capitolio Jovi donum in aede poſitum. *Ibidem.*

Quae arae a Siſenna propitiae vocantur. *Servius AEneid.* I. 112.

Rubellius Blandus & Quadrigarius, hiſtorici, dicunt Gargarim flumen vocari in finibus Thurinis. Ad illud fuiſſe oppidum mediocre, quod Garga nunc vicus eſt, quem Troës obſcuri centum quinquaginta, ignoto & incerto duce, inſederunt; ſcilicet nomine a vertice Idaeo tranſlato, a quo civitas etiam in finibus Troicis Gargara adpellatur. *Servius Georgic.* I. 103.

Claudii Oratio in Quintium Gallum.

CXIV. Quorum jacent muraena, ulla horrea, curiaque & tabulariae publicae. *Nonius, Horrea feminino genere.*

Q. Valerii Antiatis Annalium Lib. I.

Amulius regnum obtinuit: quod ut firmiſſime poſſideret, Numitoris fratris ſui filium in venando interimendum curavit: Tum etiam Rheam Silviam, ejus ſororem, ſacerdotem Veſtae fieri juſſit, ſimulato ſomnio, quo admonitus ab eadem Dea eſſet ut id fieret; cum revera ita faciendum ſibi exiſtimaret, periculoſum ducens, ne quis ex ea naſceretur, qui avitas perſequeretur injurias. *Auctor de Origine Gent. Rom.* cap. 19.

Pueros, ex Rhea Silvia natos, Amulium regem Fauſtulo ſervo necandos dediſſe: ſed eum a Numitore exoratum, ne pueri necarentur. Accae Larentiae amicae ſuae nutriendos dediſſe: quam mulierem eo quod pretio corpus eſſet vulgare ſolita, Lupam dictam. *Ibidem* cap. 21.

Lib II.

Mater cum noviſſime aegrotaſſet, inquit, voviſſe fertur. *Cariſ.* II. Nu-

Hiſtorici. Quo etiam pertinet verſus Lucilii lib. XXXIX.

Hoc tum ille habebat, & fere omnem Apuliam.

A. Popma.

Quorum jacent muraena] Lego, *Quorum jacent muri, nec ulla horrea.* Quod poſtremum, ſingulari numero & genere feminino poſitum, Nonius perperam cenſet: An autem hujus Orationis autor ſit Quadrigarius, an alius Claudius, neſcio. A. Popma.

Q. Valerii Antiatis] De hoc Vellejus lib. II. *AEqualis Siſennae Rutilius, Claudiuſque Quadrigarius, & Valerius Antias fuit.* Meminit & Plinius in Indice lib. II. 3. 13. 21. 28. Livius ſcribit illum in augendo numero immodicum & intemperantem eſſe ſolere. A. Popma.

Pa-

Numam Pompilium ſacrorum cauſſa intercalationem inveniſſe. *Macrob.* I. 12.

Agonaliorum repertorem Numam Pompilium. *Ibidem* IV.

CXV. Numam illum regem, cum procurandi fulminis ſcientiam non haberet, eſſetque illi cupido noſcendi, Egeriae monitu, caſtos duodecim juvenes apud aquam celaſſe cum vinculis, ut cum Faunus & Martius Picus ad id locorum veniſſent hauſtum (nam illis aquandi ſolemne iter huc fuit) invaderent, conſtringerent, conligarent; ſed quo res fieri expeditius poſſet, regem pocula non parvi numeri vino, mulſoque compleſſe, circaque adceſſus fontis inſidioſam venturis obpoſuiſſe fallaciam. Illos more de ſolito bibendi adpetitione conreptos, ad hoſpitia nota veniſſe. Sed cum liquoribus odoratis offendiſſent fragrantia pocula, vetuſtioribus antepoſuiſſe res novas, invaſiſſe aviditer dulcedine potionis captos, hauſiſſe plus nimio, obdormiviſſe factos graves: tum bis ſenos incubuiſſe ſopitis, injeciſſe madidatis vincula, expergitoſque illos ſtatim perdocuiſſe regem, quibus ad terras modis Jupiter poſſet ſacrificiis elici: & accepta regem ſcientia rem in Aventino feciſſe divinam, elexiſſe ad terras Jovem, ab eoque quaeſiſſe ritum procurationis & morem: Jovem diu cunctatum, Expiabis, dixiſſe, capite fulgurita, regem: reſpondiſſe caepicio: Jovem rurſus, humano: retuliſſe regem, ſed capillo; Deum contra, anima: piſcis, ſubjeciſſe Pompilium. Tunc ambiguis Jovem propoſitionibus captum extuliſſe hanc vocem, Decepiſti me, Numa; nam ego humanis capitibus procurari conſtitueram fulgurita, non capillo caepicio: quoniam me tamen tua circumvenit aſtutia, quem voluiſti habeto morem: & his rebus, quas pactus es, procurationem ſemper ſuſcipies fulguritorum. *Arnobius* V. *circa principium. Et Plutarch. in Numa.*

Lib. VI.

Hoc Senatus conſultum prior factum eſt. *Priſcian.* V.

Lib. XII.

Tiberius Gracchus, qui Quaeſtor C. Mancino in Hiſpania fuerat, & ceteri qui pacem ſpeponderant. *Gellius* VII. 9.

Lib.

Piscis] Haec vox abeſt a Codice Romano & membranis. Lectio vetus fuit, *Deum contra animali jubjeciſſe Pompilium*, pro qua Gelenius illam alteram ſubſtituit, quam ſequimur; verum Plutarchus locum ſic repraeſentat, Ἀντικαταβάς ὁ Ζεὺς ἐμψύχοις, ἀντ' ἀγνῶν ἀνθρώπων κεφαλῶν. unde non male conjiciunt viri docti ſic legendum: *Deum contra animali:* ſubjeciſſe Pompilium, *mac-*

Lib. XXII.

Quod noviſſime nobiſcum foedus feciſſent. *Cariſ.* II.

Lib. XXIV.

Si hae res divinae factae, riteque perlitatae eſſent, aruſpices dixerunt, omnia ex ſententia proceſſurum eſſe. *Gellius* I. 7.

Lib. XLV.

Denique Licinius, Tribunus plebis, perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem a Q. Marcio Praetore popoſcit. *Idem* VII. 9.

Lib. LXXIV.

Eo omnes hoſtiae, vituli XXVII. conjecti, & ita omnia adulta ſunt. *Priſcian.* IX.

Lib. LXXV.

Deinde funere locato ad focum deſcendidit. *Gellius* VII. 9.

INCERTA.

CXVI. Compluria. *Gell.* V. 21.

Ambracienſis quiſpiam Tymochares, regis Pyrrhi amicus, ad C. Fabricium Conſulem furtim venit, ac praemium petivit, &, ſi de praemio conveniret, promiſit regem venenis necare. *Idem* III. 8.

Eam puellam captivam non redditam patri; ſed retentam a Scipione, atque in deliciis amoribuſque ab eo uſurpatam. *Idem* VI. 8.

Poſt Africani mortem interceſſionem iſtam pro Scipione Aſiatico factam eſſe a Tib. Graccho, neque multam inrogatam Scipioni, ſed damnatum

ua. Et pro *Numa*, &c. *Non autem capillo c.* Wasse.

Et comitii diem] Comitiis centuriatis judicium perduellionis agebatur ex lege illa XII. Tabul. *De capite civis niſi per maximum comitiatum ne ferunto.* (Id eſt, centuriata comitia) Et diem comitiorum accuſator petebat a Praetore urbano, ut hic Antias indicat. A. Porma.

tum eum peculatus ob Antiochenam pecuniam; quia praedes non daret, in carcerem duci coeptum, atque ita intercedente Graccho exemtum. *Idem* VII. 19.

Acca Larentia teſtamento Romulum regem bonis ſuis haeredem fecit. *Idem* VI. 7.

Valerio Maximo inter alios honores domus quoque publice aedificata eſt in Palatio, cujus exitus, quo magis inſignis eſſet, in publicum verſus declinaretur, hoc eſt, extra privatum aperiretur. *Aſconius Pedian. in Pi-ſonianam.*

Factum id eſſe ludis Romanis, quos fecerunt AEdiles Curules, Atilius Serranus, T. Scribonius Libo, id eos fecisſe juſſu Cenſorum Sex. AElii Paeti, C. Cornelii Cethegi. *Idem in Cornelianam.*

Ita inſtitutum eſſe, ut centeſimo quoque anno fierent (ludi Saeculares) *Cenſor. de Die nat.*

CXVII. Primos ludos Saeculares, exactis Regibus, poſt Romam conditam annis ducentis quadraginta quinque, a Valerio Publicola inſtitutos eſſe. *Ibidem.*

Secundos ludos anno poſt Urbem conditam CCCV. *Ibidem.*

Tertii ludi fuerunt P. Claudio Pulchro, Junio Pullo Coſſ. *Ibidem.*

Quartos ludos relatos eſſe L. Marcio Cenſorino M. Manilio Coſſ. poſt Romam conditam anno DCVIII. *Ibidem.*

L. Marcium, in Hiſpania interemtis Scipionibus concionantem, & milites ad ultionem exhortantem, arſisſe ſimili modo. *Plin.* II. 107.

Oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege; ex cujus praeda is Capitolium in fine refecerit. *Idem* III. 5.

Δώδεκα μὲν εἶναι βίβλους (Numae ſcilicet) ἱεροφαντικὰς, δώδεκα δ' ἄλλας Ἑλληνικὰς φιλοσόφους εἰς τὸν σοφὸν συντεθείσας. Plutarch. in Numa pag. 74. E.

Ἀρπαθῆναι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, Οὐαλέριος δ' Ἀντίας, ἑπτὰ, καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσιάς. (de numero Sabinarum) Idem in Romulo pag. 25. E.

Romanos cecidisſe in Hernico agro V. millia, ac CCCC. ex praedatoribus AEquorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Poſthumio Coſ. duo millia & CCCC. caeſos, ceteram multitudinem praedam agentem, quae inciderit in Quintium, nequaquam pari defunctam eſſe caede. Interfecta inde IV. millia, & exſequendo ſubtiliter numerum CC. ait & XXX. *Liv.* III.

M. Manlium & Q. Sulpicium Conſules in eum annum. *Idem* IV.

Una caſtra Magonis capta: ſeptem millia caeſa hoſtium; altero proe-

lio eruptione pugnatum cum Aſdrubale, decem millia occiſa; quatuor millia trecentos triginta captos. *Idem* XXV.

Maiorum ſcorpionum ſex millia, minorum XIII. capta: Armem praefuiſſe Punico praeſidio deditumque Romanis. *Idem* XXVI.

Praedam Etruſcam, Ligurumque montanorum captivos Carthaginem portantes, captos tradit. *Idem* XXVIII.

CXVIII. Captum Hannonem tradit. *Idem* XXIX.

Annibalem primo proelio victum eſſe a Scipione, quo duodecim millia armatorum in acie ſunt caeſa, mille & ſeptingenti capti. Legatum cum aliis decem Legatis in caſtra ad Scipionem veniſſe. *Ibidem.*

Ipſum Syphacem in caſtra Romana ad conloquium veniſſe. *Ibidem.*

Intraſſe ſaltum Villium, quia recto itinere nequierit, omnibus a rege inſeſſis, inſecutum vallem per quam mediam fertur Aous amnis, ponte raptim facto, in ripam, in qua erant caſtra regia, tranſgreſſum, acie conflixiſſe, fuſum fugatumque regem, caſtris exſutum, &c. *Idem* XXXII.

In proelio Marcelli ſupra quadraginta millia hominum caeſa, & quingenta ſeptem militaria ſigna capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos. *Idem* XXXIII.

Quaternum millium pondo argenti vectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo & ducenta, praeſens viginti millia pondo. Attalo abſenti AEginam inſulam, elephantoſque dono datos, & Rhodiis Stratoniceam Cariae, atque alias urbes quas Philippus tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas Pharan, Imbrum, Delum, Scyron. *Ibidem.*

Supra XL. millia hoſtium caeſa eo die. *Idem* XXXIV.

Et in Siciliam navigaſſe delectus cauſſa, C. Flaminium; & ex Sicilia Hiſpaniam petentem, tempeſtate in Africam delatum, vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe, his duarum provinciarum delectibus, tertium in Hiſpania adjeciſſe. *Idem* XXXV.

LX. millia militum fuiſſe in regio exercitu, (Antiochi) XL. inde millia cecidiſſe; ſupra V. millia capta cum ſignis militaribus CCXXX. *Idem* XXXVI.

Ludos ob dedicationem ejus (aedis Matris Magnae Ideae) factos primos ſcenicos fuiſſe, Megaleſia adpellatos. *Ibidem.*

Duodetriginta millia hoſtium caeſa: capta tria millia & quadringentos: ſigna militaria CXXIV. equos mille ducentos triginta: carpenta ducen-

ducenta quadraginta ſeptem: ex victoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidiſſe. *Ibidem.*

CXIX. Rumorem celebrem Romae fuiſſe & pene pro certo habitum, recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſſa Conſulem L. Scipionem & cum eo P. Africanum in conloquium evocatos regis, & ipſos comprehenſos eſſe, & ducibus captis confeſtim ad caſtra Romana exercitum ductum, eaque expugnata, & deletas omnes copias Romanorum fuiſſe: ob haec AEtolos ſuſtuliſſe animos, & abnuiſſe imperata facere, &c. *Idem* XXXVII.

Ad quatuor millia captivorum, quia belli minas timuerunt, ex tota inſula reddita, eamque cauſam Fabio, cum rem nullam aliam geſſiſſet, navalis triumphi ab Senatu impetrandi fuiſſe. *Ibidem.*

Non plus decem millia (in Olympo monte caeſa.) *Idem* XXXVIII.

Q. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt. *Ibidem.*

Placentiae famoſam mulierem, cujus amore deperiret (L. Flaminius) in convivium accerſitam. Ibi jactantem ſe ſcorto inter cetera retuliſſe, quam acriter quaeſtiones exercuiſſet & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet. Tum illam infra eum adcubantem, negaſſe umquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem, & pervelle id videre. Hic indulgentem amatorem unum ex illis miſeris adtrahi juſſum, ſecuri percuſſiſſe. *Idem* XXXIX.

Q. Naevius Praetor ad duo millia hominum (veneficorum) damnavit. *Ibidem.*

Scipionem mortuum Appio Claudio M. Sempronio Coſſ. *Ibidem.*

Annibalem hoc anno DLXXI. deceſſiſſe: legatis ad eam rem ad Pruſiam miſſis, praeter T. Quintium Flaminium, cujus in ea re celebre eſt nomen, L. Scipione Africano & P. Scipione Naſica Coſſ. *Ibidem.*

Numae libros Pythagoricos fuiſſe. *Idem* XL.

Attalum, Eumenis regis fratrem, legatum veniſſe Romam his Coſſ. ad deferenda de Perſeo crimina, indicandoſque adparatus belli. *Idem* XLII.

Nec claſſe adjutum ab eo (Eumene) praetorem eſſe, cum ſaepe eum literis accerſiſſet, &c. *Idem* XLIV.

Ocreſiam Virginem a Vulcano ſeu Lare adamatam & inde natum Servium narrant. οἱ δὲ περὶ Ἀντίαν οὐχ ὅτω λέγεσιν, ἀλλὰ τυχεῖν μὲν τῷ Σερβίῳ τὴν γυναῖκα Γεταν[illegible] θνήσκουσαν, αὐτὸν δὲ, τῆς μητρὸς παρούσης, εἰς ὕπνον ἐκ δυσθυμίας καὶ λύπης ἀποκλιθῆναι, καὶ καθεύδειν· αὐτοῦ, ταῖς γυναιξὶν ἐφθῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πυρὶ περιλαμπόμενον, ὅπερ ἦν μαρτύριον αὐτῷ († αὐτοῦ) τὸ ἐκ πυρὸς

πυρὸς ῥώμεως, σημεῖον ἢ χρηστὸν ἐπὶ τῷ ἀπροσδόκητον ἡγεμονίαν, ἧς ἔτυχε μετὰ τὸν Ταρκυνίου τελευτὴν, Τανακυλλίδου σπαδασάσης. *Plutarch. de Fortuna Romanorum* pag. 323. Ed. Francof.

Cn. Aufidii Historia Graeca.

Cicero Tuſcul. V.

Aufidii Epitomae.

CXX. Aremulum Silvium non fulmine ictum, ſed terrae motu prolapſum, ſimul cum eo regiam, in Albanum lacum. Poſt illum regnavit Aventinus Silvius. *Auctor de Orig. Gentis Rom.*

L. Cornelii Sisennae Historiarum Lib. I.

Si quae celeriter ſolvi poterat [a] in altum remulcat. *Nonius*, *Remulcare.*

Nocte conſumta poſtero die per incertas vias AEſerniam, inde Romam protinus profugerant. *Idem*, *Protinus.*

Lib.

Cn. Aufidii] Cicero Tuſculan. V. *Pueris nobis Cn. Aufidius, praetorius, & in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Graecam ſcribebat hiſtoriam, & videbat in literis.* A. Poema. Ubi Mſ. pro *Druſi*, *Abuſi.* Wasse.

L. Cornelii Sisennae] De Siſenna exſtat judicium & teſtimonium Salluſtii in Jugurthino, Ciceronis in Bruto, de Legibus I. in Verrem II. & IV. Varronis in titulo Logiſtorici: Siſenna, vel, de Hiſtoria. Praetor fuit inter cives & peregrinos, M. Lepido, Q. Catulo Coſs. habuitque filium, Cn. Cornelium Siſennam. Hiſtoriarum libros quatuor, an quinque, priores ſcriptit de Bello Marſico, poſteriores de Bello civili Sullano. A. Poema. Vide etiam de ejus aetate Vell. Paterculum II. 9. qui cap. 14. ejuſdem libri meminit cujuſdem Statilii Siſennae, quod quidem cognomen invenitur in Gabiniis apud Valer. Maximum VIII. 1. & Dionem XXXI. ſed noſtrum *e gente Cornelia* fuiſſe docet Feſtus in *Scrupea.* Pighius ad annum DCLXVI. non inepte colligit, eum Lilybaetanum fuiſſe Praetorem, ex Ciceronis Verrinis. Wasse.

In altum remulcat] *Remulcare*, & *Remulco trahere*, eſt, navem depreſſam vel fractam remigio alterius, cui ea alligata, protrahere. Caeſar de Bello civili II. *Poſtquam relictam in littore navem conſpexit, hanc remulco abſtraxit*; & III. *Submerſamque navem remulco, multiſque funibus abduxit.* Livius lib. XLVII: *Claudas mutilaſque naves apertis navibus remulco trahentes.* Plaut. quoque Bacchid. illo verſu: *homines remigio ſequi*, nonnulli legunt *remulco*, ſed perperam, contra vim verbi & mentem poëtae. Graeci utuntur verbo affini ῥωμαλκεῖν, *loris trahere.* Strabo IV. ῥωμαλκεῖται δ' ἱμᾶσιν. Porro in Nonio eſt, *remulcare trahit*, quod puto ipſius gloſſema eſſe, *remulcat*, *remulco retrahit.* Etiam numerus libri variat I. aut II. A. Poema. In ora codicis adſcriptum a Viro docto inveni, *Remulcat* omiſſum apud Nonium. Scribe: *in altum remulcat.* Haverc.

Scutis

[a] In altum remulcat] Nonii libri *remulcare trahit*, A. Auguſt. *remulco retrahit.* Pontan.

Lib. II.

Et Marſi propius ſuccedunt, atque ſcutis projectis tecti, ſaxa certatim lenta manibus conjiciunt in hoſtes. *Macrob.* VI. 4.

Vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum projectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat. *Ibidem.*

Lib. III.

CXXI Nolitote mirari quam deſperata voluntate ad unam belli faciendi viam. *Nonius*, *Nolitote.*

De virtute eorum accuſanda proloqui ſuperſederunt. *Nonius*, *Superſedere.*

Egregias, & longe praeſtantes, ac metuendas adverſariorum opes eſſe *Nonius*, *Longe.*

Diſſipatis imbricum fragminibus ac teſtis tegularum. *Nonius*, *Imbricum.*

Inermos armati, inpeditos expediti, ſine ullo ſuorum vulnere, cunctos interficiunt. *Nonius*, *Expediti.*

Senatus auctoritate ſagaria nunc. *Nonius*, *Sagaria.*

Mu-

Scutis projectis tecti] *Projecta ſcuta* dixit objecta telis hoſtium, & obtenta longaque ad corporis protectionem, ut Quadrigarius I. & Virgilius AEneid. VIII.

Scutis protecti corpora longis.

Erat autem ſcutorum longitudo pedum quatuor, latitudo curvae ſuperficiei pedum duorum ſemis, autore Polybio. A. Popma.

Saxa certatim lenta] Reſcribo, *levata* vel *lecta*: qualia ſunt ſaxa minora, quae manibus jaciuntur, cum majora per onagros dirigantur: maxima vero pondere formaque volubili demiſſa per praeceps devolvantur in ſubeuntes. Vegetius lib. IV. cap. 8. Sed veram loci hujus lectionem tetigit & indicavit jam olim in Notis Macrobianis Iſaacius Pontanus, legendo *levia* pro *lenta*. Eum vide ad Macrobii librum VI. cap. 4. A. Popma.

Arbor ilex] Pari forma Valer. Max. IX. XIII. 4. *Inſtituit (Dionyſius) ut candentium juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.* At Mſ. Codex, *glandium nucum*, & Vincentius Bellovacenſis, *glandium etiam nucum*. Scio Ciceronem *juglandium* ſcripſiſſe. Puto autem Valerium reliquiſſe *nucum juglandium*. Sic ſane locutus eſt Plinius V. VI. I. 903. & Macrob. II. 14. nulla ſaltem neceſſitas erat cur Pighius, *nucum*, quaſi a gloſa natum, amandaret. Eodem in loco, pro *Cloridis* Bellovacenſis legit, *Doridis*, & ſic Plutarch. in Dione, & AElianus Var. Hiſt. lib. X. Wasse.

Nolitote mirari] Verba legatorum aut ducum Italicorum, ſollicitantium populos vicinos ad belli ſocietatem. Nam, ut ait Florus, Popedius Marſos, & etiam Latinos, Afranius Umbros, totum Senatum & Conſules Samnitium Lucaniamque Teleſinus adſcivit. A. Popma.

De virtute eorum accusanda] Emendo *ac uſu bellandi*: quo praeſtabant populi Italici, inprimis Marſi, ut praeter alios teſtatur Strabo lib. I. & Silius VIII.

——— ——— ——— *Marſica pubes*
Et bellare manu, ac chelydris cantare ſoporem.

A. Popma.

Diſſipatis imbricum &c.] Tria fragmenta, quae hic conjunxi, puto referenda eſſe ad caedem Romanorum in oppido Aſculi initio belli factam, quam Livius in Epitoma lib. LXXII. ita narrat: *Q. Servilius Proconſul in oppido Aſculo cum omnibus civibus Romanis, qui in eo oppido erant, occiſus eſt. Saga populus ſumſit.* Ubi Servilius Proconſul nominatur, qui Vellejo Praetor. A. Popma.

Sagaria nunc] Suſpicor legend. *ſaga ſumuntur* vel *ſumta*, ex Livio & Vellejo. Saga autem ſume-

Mulierem missa fide ac pietate propter amoris nefarii libidinem exstitisse. *Nonius*, *Mittere.*

Quod loca palustria quae erant, ea alte multifariam confossa. *Nonius*, *Multifariam.*

Atque armis de vita certatim dimicare nitebantur. *Nonius*, *Certatim.*

Romanos inpetu suo protelant, [a] projectos persequuntur. *Nonius*, *Protelare.*

Dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati. *Nonius*, *Dispalare.*

Pericilitantur tormenta ac tela, multaque genera machinamentorum. *Nonius*, *Periculum.*

Si-

bat populus, Senatu decernente, ut testatur Sisenna hic, & Cicero Philipp. V. & VI. soli consulares togas retinebant. Philipp. VIII. *Consulares togati esse solent, cum civitas est in sagis.* A. Popma. Colerus in Notis ad Sallust. Fragm. legit *sage induunt.* Vir doctus in ora codicis adscripsit, lege, *Saga rejecta sunt.* Haverc.

Mulierem missa fide] An haec fuit mulier meretrix, quae Ser. Galbam a Lucanis comprehensum servavit: de qua Livius in epitoma: *Ser. Galba a Lucanis comprehensus, undis foeminae opera ad quam tenebatur, captivitate exemtus est.* De Fannia muliere impudica, simile fidelitatis exemplum exhibitum C. Mario captivo Minturnis, refert Plutarchus in Vita. A. Popma.

Quod loca palustria] Haec quatuor fragmenta fortasse pertinent ad cladem Romanorum, quam Presentejus dux Italicus intulit. Appianus lib. I. *P. Presenteius Perpernam cum X. M. obviam sibi factum fugavit, caesisque ad quater mille reliquorum armis majore ex parte potitus.* A. Popma.

Alte confossa] Eodem significatu quo Lactantius Lib. VI. cap. 4. quae ex officina Hack. prodiit 1660. *Cum ventum fuerit ad extremum (vitae) unde jam regredi non licet; cum omni sua pulchritudine tam subito praeciditur; ut non ante quis fraudem prospicere possit, quam praecipitatus ex altitudine in profunda cadat.* Sic Thomasius & Isaeus, ex Codice Coenobii S. Salvatoris Bononiensis contra omnium Mss. & Edd. fidem reposuerunt. Illi omnes habent, *in* altitudinem *profundam cadat*, quod est manifesta contradictio, inquit Gallaeus. Miseret me sane Lactantii, qui ad hunc usque diem vindicem idoneum expectat. sed sic solent de Variis Lectionibus sententiam ferre nulla veterum lectione instructi. Non est de nihilo quod toties ex nuperis editoribus audias, illos non scripturos exercitationes, non de quavis vocula in consilium ituros, auctoris doctrinam vendituros, non suam. Caute & sapienter! Doctorum tantum *hoc opus hic labor est.* Donec ergo appareat qui hoc agat, ipse veram Lectionem, pro virili, Firmiano afferam. En ergo inprimis Virgilium tibi, Georg. II. 231. alteque *jubebis In solido puteum dimitti.* Cicero II. de Divin. *Quum terra araretur, & sulcus* altius *esset impressus.* Plaut. in Menechm. altus *puteus* pro *imus.* Plin. N. Hist. Lib. IX. cap. 24. eodem plane sensu, *quod decideret in* altissimos *puteos.* Columella: *Opertae (fossae) rursus obcaecari debebunt, sulcis in* altitudinem *tripedaneam depressis.* Lib. II. cap. 2. praecaltum *specus* Valer. Max. II. II. 1. & II. IV. 5. *Quam animose in profundam se* altitudinem *maris aut abscissae rupis immisisset.* Senec. Epist. LXX. sed fortasse puduit hominem Theolog. in Ethnicis immorari. Audiamus ergo Lactantium ipsum Lib. III. cap. 27. *Democritus quasi in puteo quodam sic* alto, *ut fundus sit nullus, veritatem jacere demersam.* Lego itaque cum Codicibus, *in altitudinem profundam*, & Lactantio gratulor quod vel hoc loco integer evaserit, cum ex omni retro memoria extiterint Thomasii. Wasse.

Protelant] I. e. *Longe propellunt.* Turpilius Lemniis: *Propter peccatum pauxillum indignissime patria* protelatum *esse saevitia patris.* Terent. Phorm. *Ne te iratus suis saevitiis protelet.* Apulejus lib. VIII. *Sed hanc ipsam cladem vestris* protelamus *manibus.* Symmachus, I. 90. *vereor* protelare *testimonium meum.* Wasse.

Signum

[a] Projectos persequuntur] Fulvius, *protelatos*, Popma, *projectos.* Pontan.

Digitized by Google

Signum nactus a Papio quod inter eos tolli convenerat. *Nonius*, *Convenire.*

Omnia quae diximus loca ſtatim potitus. *Nonius*, *Nominativus pro Ablativo.*

Protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit. *Nonius*, *Populat.*

Agilem dari facilemque victoriam, neque foſſas aut vallum remoraturum. *Nonius*, *Agilem.*

CXXII. Convictus tamen ex tempore ſingula conſtituit, & ſicut ſteterant manipulos obverti juſſit. *Nonius*, *Manipuli.*

Ac poſt armatos funditores & ſagittarios ponit. *Nonius*, *Funditores.*

Sparis ac lanceis eminus peterent hoſtes. *Nonius*, *Sparus.*

Galli materibus, [a] Suevi lanceis configunt. *Nonius*, *Lancea.*

Alii ſaltui ac velocitati certare. *Nonius*, *Dativus pro Ablativo.*

Poſtquam ſonu ſignorum proelium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. *Nonius*, *Sonus.*

Adoriuntur adverſos, ut apertis lateribus. *Nonius*, *Apertum.*

[a] Et

SIGNUM NACTUS A PAPIO] C. Papius, unus ex ducibus Italicorum, per proditionem occupavit Nolam, urbem Romanorum, duobus millibus, qui in praeſidio erant, per caduceatorem ad ſe traſeundi poteſtate oblata. Appianus lib. I. Eo forte pertinet ſignum proditionis datum a Papio. A. POPMA.

OMNIA QUAE DIXIMUS] Idem Papius poſt Nolam captam, Stabias, Minturnas, Salernumque, Romanam coloniam, cepit, captorum oppidorum cives una cum ſervis adſcripſit in militum ſuorum numerum: pervaſtato deinde omni circum Nuceriam agro, finitima oppida ſimilis injuriae metu ad eum deſciverunt. Appianus. A. POPMA.

AGILEM DARI] Sex ſeptem fragmenta, quae hic ordine ſequuntur, forte referenda ad narrationem magni illius proelii inter Papium & L. Caeſarem prope Acerras: cujus hoc initium, quod Papius temerario auſu caſtra Conſulum oppugnabat, & vallum convellebat, ſuos prius hortatus his verbis, *Agilem dari &c.* A. POPMA.

CONVICTUS TAMEN] L. Caeſar Conſul convictus a Papio, vallum exſcindente ut pugnare cogeretur. Alii reponunt *convixus tamen ex tempore ſigna conſtituit.* Quod non improbo. A. POPMA.

GALLI MATERIBUS] In exercitu L. Caeſarie erant Gallorum peditum decem millia, ut refert Appianus. Unde Siſenna memorat Gallos & materas, jaculi ſeu teli genus proelio ipſis proprium: cujus meminit Caeſar lib. I. Livius lib. VII. & Autor ad Herennium lib. IV. Strabo lib. IV: ubi tamen lanceas quoque Gallis tribuit, ut & Diodorus Siculus: ſed uterque, opinor, ſignificat lanceas breviores, quas vulgo *Hallebardas* dicimus. Siſenna autem lanceas longas dat Suevis, Varro lib. XIV. Rerum humanarum, Hiſpanis. A. POPMA.

POSTQUAM SONU] Nonius hic obſervat *ſonu* quarta inflexione, ut *ſonnu*, *domu*, *ſuſurru*, & ſimilia, quae notavi lib. I. de Uſu antiq. locut. Mox *clamore virorum* ſuſpicor legend. *utrorum* pro *utrorumque*, ut *pleri* pro *plerique*. Quadrigarius Annal. I. *Utri ſummo ſtudio pugnantibus.* Vellejus lib. II. *Aliorum utrius ordinis virorum*; ut eſt in libro Manuſcripto, ubi vulgo *utriusque*. A. POPMA.

ADORIUNTUR ADVERSOS] An huc pertinet quod Appianus refert? cum Papius caſtra oppugnaret, jamque partem valli convelleret, Conſulem per averſam portam emiſſo equitatu caecidiſſe circiter ſex millia hoſtium, & inſignem victoriam adeptum: de qua ita Epitome Liviana: *L. Caeſar Coſ. feli-*

[a] SUEVI LANCEIS] V. c. *Sani*, pro *Spani*, id eſt, *Hiſpani*, ut in Quadrigario. PONTAN.

[a] Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. *Nonius, Permittere.*

Quod fortaſſean ex voluntate ſua ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet. *Nonius, Claritudo.*

Sublatus laetitia nimia, atque inpotentia animi commotus. *Nonius, Inpotentiam.*

Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit. *Nonius, Maceria.*

Occulte tacitique advenientium cohortium praeſtolari occipiunt. *Nonius, Praeſtolari.*

Iiſdemque temporibus AEſernini, duplici foſſa valloque circumdati, frumento adeſo, quod ex areis in oppidum portatum eſt. *Nonius, Adeſum.*

CXXIII. Requieſcendi ſpatium nacti, condenſiores manipulatim reſiſtere hoſtibus inſtituiſſent. *Nonius, Manipulatim.*

Poſt principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae ſe mandant. *Nonius, Mandare.*

Ad binum millium numero ſauciis utrimque factis. *Nonius, Binum millium numero.*

Partem cohortium propter mare conlocat in littore. *Nonius, Propter.*

Otacilium Legatum cum ſcaphis ac lembis. *Nonius, Lembus.*

Praeter catapultas ſedecim, quatuor baliſtas, viginti plauſtra, coriis ac minoribus ſagittis onuſta. *Nonius, Catapultas.*

Lon-

liciter contra Samnites pugnavit, ob tam victoriam Romae ſupplicia poſita ſunt. A. Popma.

Et inde equum concitatum] Tria fragmenta accipio de Caepione Legato Rutilii Coſ., qui obſeſſus cum proſpere per aciem hoſtilem erupiſſet, & ob eum ſucceſſum aequatum ei cum C. Mario Legato eſſet imperium, temerarius factus & circumventus inſidiis a Popedio, fuſo exercitu, cecidit. Livius in Epitoma lib. LXXIII. qui ſimiliter locutus alibi: *Concitant equos, permittuntque in hoſtes.* A. Popma.

Quod fortassean] Antiqua particula, qua etiam uſus Varro de Re ruſt. Gellius, & alii, quos laudavi lib. I. de Uſu antiq. locut. A. Popma.

Macerias ac parietinas] Parietinae ſunt *parietum ruinae.* Cicero ad Memmium: *Neſcio quid illud Epicuri parietinarum.* Ad Sulpitium: *In tantis tenebris, & quaſi parietinis reipublicae.* A. Popma.

Occulte tacitique] Lego, *Occulte taciteque adventientium. Adventientia*, pro *adventu*, Siſenna, ut Quadrigarius, *Habentia*, Salluſtius, *Properantia*, Plautus, *Serventia*, Lucretius, *Variantia*, Gellius *Imparientia*, & alii alia. A. Popma.

Iisdemque temporibus] AEſernini obſeſſi ab Italicis, perſtabant in fide populi Romani, ſed fame coacti tandem deditionem fecerunt. *Appianus*, & *Livius* in Epitoma. A. Popma.

Coriis ac minoribus] Nihil muto, etſi alii malint *floriis.* Coriorum enim uſus in bello fuit prohibendis impediendiſque telis, ut apud Curtium lib. IV. & machinis muniendis ac tegendis adverſus ignem, teſte Vitruvio lib. X. cap. 21. *Storiae* autem tantum fuerunt avertendis telis, quas Caeſar lib. II. Belli civilis ita deſcribit: *Storias ex funibus ancorariis tres in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes fecerunt, eaſque ex tribus partibus, quae ad hoſtes vergebant, eminentibus trabibus circum turrim praependentes, religaverunt.*

[a] Et inde equum concitatum] Alii, *incitatum.* Pontan.

Longius ſcorpios, catapultas concitat. *Nonius*, *Scorpio.*

Manualis lapides diſpartit, propterea quod is ager omnis ejuſmodi telis indigebat. *Nonius*, *Tela.*

Servulum ejus praemio libertatis inductum magno cum tumultu conventum in populum produxit armatum. *Nonius*, *Populum.*

CXXIV. Tum ſubito tacuit, atque metu & ſuſpicione propriam capere non poterat quietem. *Nonius*, *Proprium.*

Baſſus adſiduitate indulgitate victus. *Nonius*, *Indulgitate.*

L. Calpurnius Piſo ex Senati conſulto duas novas tribus. *Nonius*, *Senatus & Senati.*

Lib. IV.

Quondam Sabini feruntur voviſſe, Si res communis melioribus locis con-

runt: quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti, nullo telo neque tormento trajici poſſe. A. Popma. *Coricis* in ora codicis ſui Scaliger. Recte: nam cum ſagittis & arcu junguntur. Nonius in *Corici* Virgilii locum adducit: *Corici, leve miſſile in modum ſagittarum. Virgil.*

Coricique leves humeris, & letifer arcus.

Virgilii locus exſtat AEncid X. 179. ibique non *Corici* ſcribitur, ut legit Nonius, ſed *coryti*; proprie autem ſunt arcuum & ſagittarum thecae; ſed Nonius, ut alia, perperam accepit, quaſi *leve miſſile* ſignificarent. Haverc.

Longius scorpios, catapultas] *Scorpius* hic ſumitur pro *telo* ſive *ſpiculo*, quod ea machina emittitur ac depellitur, ut Scorpio apud Salluſtium lib. III. Tertullianus Scorpiaco: *Bellicam machinam & retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant. Id & ſpiculum & fiſtula eſt, paulla tenuitate intrinſus & virus qua figit, effundit.* Similiter *Catapulta* pro *telo*, ut Plaut. Curculione: *Nam illae ad me catapultae crebro commeant.* A. Popma.

Conventum in populum] *Conventum populum* nove dixit, pro eo qui convenerat: ſicut Plautus, Ciſtellaria: *Patres conventos*, qui ad meretrices conveniunt; *convenas*, ex quibus nati liberi *Spurii* vocantur: *Illa te ut ego hanc mihi educam, ex patribus conventis.* Similiter *Adventus bono* qui *advenit*, Terent. Andria:

Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.

A. Popma.

L. Calpurnius Piso] Hic fuit Conſul cum C. Mucio Scaevola anno DCXXIV. mox, ut videtur, Cenſor ex Senatus conſulto duas novas Tribus adlegit; ſicut poſtea bello ſociali anno DCLXII. cum Tuſcis, Umbris, Gallis, & reliquis Ciſpadanis populis civitas data eſſet, lege Julia octo vel decem Tribus a Cenſoribus P. Licinio Craſſo & L. Julio Caeſare additae fuerunt, in quas novi cives conjicerentur. Sed nec illae duae quas Siſenna refert Piſonem adlegiſſe, nec aliae octo diu manſerunt, novis illis civibus in veteres XXXV. diſtributis. Vidend. Vellejus, Appianus lib. I. & Strabo lib. IV. A. Popma. Apud Plinium lib. XIII. §. 27. Caius perperam appellatur, ut in indice libri II. & XIII. & Libro ſecundo §. 54. ut & Mſſ. R. I. Colb. II. ſine compendii nota, *Lucius Piſo*, ſcribitur. Eodem plane modo, quo apud D. Halicarn. Non tamen confundendus eſt hic noſter cum illo altero Piſone, quem Plutarchus *ἀνδρα ἰσχυρὸν* vocat. Is enim de Mario ſcripſit, & proinde aetate poſterior. Wasse.

Quondam Sabini] Strabo lib. V. refert Sabinos hoc voviſſe cum adverſus Umbros diutino bello confligerent, ſecutoſque morem Graecis uſitatum, atque etiam Barbaris, ut teſtatur Dionyſius lib. I. Solinus Polyhiſtore, cap. 2. *Catillus, Amphiarai filius, poſt prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei juſſu, cum omni ſe u vere ſacro miſſus tres liberos procreavit.* A. Popma.

Si res communis] Formula conceptionis voti, cui par & gemina illa apud Livium: *Si eadem ſtatu reſpublica ſtaret; ſi in decem annos reſpublica eodem ſtetiſſet ſtatu*; & Ciceronis: *ſi reſpublica ſtetiſſet*: ut notavi in Commentario & Catilinationibus Epiſt. ad Atticum lib. XV. *Res communis* pro *publica*, ut *communis ſalus*, *commune malum.* A. Popma.

conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. Quo voto damnati, fetum omnem dicuntur ejus anni ſtatim conſecraſſe. *Nonius*, *Ver ſacrum.*

Perfuſe atque abunde ſemper uſi magnum pondus auri & argenti. *Nonius*, *Abunde.*

Utrumne Divi cultu erga ſe mortalium laetiſcant, an [a] ſupernae gentes humana neglegant. *Nonius*, *Laetiſcere.*

Nam clandeſtina celeriter tranſigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari .... crebritudine. *Nonius*, *Crebritudinem.*

Ipſi Legati, concubia nocte oppido digreſſi, jam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt. *Nonius*, *Concubia Nocte.*

Itaque poſtero die Legatos Iguvium redeuntes apiſcitur. *Nonius*, *Apiſci.*

C. Titinnius quidam, cui minus [b] proprietas mentis ab natura tradita videretur, primo ante teſtudinem conſtitit: deinde apud Conſulem cauſſam atque excuſationem praeferre coepit. *Nonius*, *Teſtudines.*

Tum poſtquam apud Iguvinos ac Peruſinos ejus facti mentionem projecit. *Nonius*, *Projicere.*

CXXV. De contrario ſilentium oritur. *Nonius*, *Silentium.*

Inpedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur. *Nonius*, *Amoliri.*

Ju-

VER SACRUM FACTUROS] *Ver ſacrum* erat pecus, quod vere naſcebatur inter Kalend. Martias & pridie Kalend. Mart. quo cum potuiſſent voto ſatisfacere Sabini, hoc amplius omnem totius anni fetum conſecrarunt, ut Siſenna & Strabo tradunt. Vovendi autem faciendique Veris ſacri ritus praeſcribit Livius lib. XXII. & XXIV. A. POPMA.

QUO VOTO DAMNATI] Nonius *Damnati* perperam interpretatur, *liberati*, cum ſit, obſtricti ad exſolvendum, ubi voti compotes ſunt, ut in legatorum formula apud Juriſconſultos: *Dare damnas eſto*, pro *damnatus* & *obſtrictus*. Agroctius de Orthographia: *damnas iſtius, & iſtud legatum dicitur, hoc eſt ſolvendo eſſe, quod ſolvi omnibus modis neceſſe eſt, etſi res aliena legetur.* A. POPMA.

PERFUSE ATQUE ABUNDE] Dicit Sabinos in cultu Deorum magnificos fuiſſe, & profuſe atque abunde in ſacris uſos auro & argento. Plinius: *Sabini, ut quidam exiſtimavere, a religione & Deorum cultu Sabini appellati.* A. POPMA.

UTRUMNE DIVI] Ex Epicuraeorum ſecta, quam Siſennam ſectatum fuiſſe licet colligere ex Cicerone de Natura deorum. Mox libri vulgati *ſuperne agentes*, quod non diſplicet. A. POPMA.

NAM CLANDESTINA CELERITER] Salluſt. Catilina: *Ubi conſulueris mature facto opus eſt.* Mox ubi lacuna eſt, deſideratur, *ſermonum*, vel *verborum*, aut ſimile quid. A. POPMA.

LEGATOS IGUVIUM REDEUNTES] Iguvium oppidum Umbriae, cujus meminit Caeſar, lib. I. Belli civilis, Cicero ad Atticum lib. VII. Plinius lib. III. Silius VIII.

——— *Infeſtum nebulis bimentibus olim*
Iguvium.

A. POPMA.

C. TITINIUS QUIDAM] Hic videtur fuiſſe tranſfuga & index conſiliorum, quae Legati Italici ad Umbros perferebant: de quibus mox Siſenna, Livius Epitoma lib. LXXVII. *Caeſis a M. AEmilio Scauro Legatis Italicis.* A. POPMA.

APUD IGUVINOS] Vulgo corrupte *AEginos* vel *Alginos*. Nam Iguvini & Peruſini vicini ac finitimi, cum Iguvium a meridie proximam habeat Peruſiam. Vetus lapis: ITEMQUE IGUVINORUM SPLENDIDISSIMUS ORDO. A. POPMA.

INPEDIMENTUM OMNE] Haec & ſequentia aliquot fragmenta pertinent ad narrationem obſidionis & expugnationis Aſculi oppidi, de qua ita Flo-

a SUPERNAE GENTES] V. c. *ſuperne agentes*, vel, *ſuperna*; quod melius eſt, ut opponat *ſuperna* & *humana*. PONTAN.

b PROPRIETAS MENTIS] V. c. *menis*, alii *metus*. PONTAN.

Digitized by Google

Jumenta, pecuda, locis trepidare compluribus. *Nonius*, *Pecuda.*

Quod hoſtem non dubitatim cum pluteis ac ſcalis iter facere cernebat. *Nonius*, *Dubitatim.*

Formidine obpreſſus, quod humilem caementis inſtructum oppidi murum ſciebat. *Nonius*, *Caementa.*

Populabundus agros ad oppidum pervenit. *Gellius* XI. 15.

Armati dextera ducti, magiſque in latitudinem diſcedunt. *Nonius*, *Diſcedere.*

Multitudinem hoſtium procul conſtare viderunt. *Nonius*, *Conſtat.*

Tum in muro virile ac muliebre ſexus, populi multitudine omni conlocata. *Nonius*, *Sexus neutri generis.*

Cuſtodiae in muro ſtatuuntur cataphractorum. *Nonius*, *Cataphracti.*

Falces injectas comminuunt, pluteos propius conlocatis harpagis dejiciunt e turribus. *Nonius*, *Falces.*

De quibus partim malleolos, partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes. *Nonius*, *Malleoli.*

CXXVI.

Florus lib. IV. *Strabo vero Pompejus, omnia ferro flammaque populatus, non prius finem caedium fecit, quam Aſculi everſione manibus tot exercituum Conſularium direptarumque urbium Diis litaret* v. A. Popma.

Quod hostem non] Cernebat Indacilius, dux Italicus, Romanos iter facere cum pluteis & ſcalis, inſtrumentis obſidionalibus. Plutei militares ſunt crates viminеae, ciliciis vel coriis obductae, quae trinis rotulis more carpentorum adigi ſolent & defigi, forma in unam partem devexa, ſicut aedificiorum appendiculae. Earum objectu tecti milites opus facere, ſagittas, miſſilia mittere, defenſores de propugnaculis oppidi exturbare, & ſcalis muros adſcendendi occaſionem habere poſſunt. Quem uſum monſtrat Caeſar bello Gallico. Alias etiam Plutei ſunt tabulae ſive afferes, quibus aliquid praeſepitur aut imponitur, ut plutei in quibus ſcribimus, aut libros reponimus. Unde conjectabat illos ad obſidionem & oppugnationem Aſculi, patriae ſuae, contendere. Ulpian. tit. de act. emt. *Reticuli circa columnas, plutei circa parietes.* Juvenalis Sat. II.

Et jubet archetypos pluteum ſervare Cleanthas.

A. Popma.

Populabundus agros] Surt, qui putant, hoc fragmentum idem eſſe cum illo, *Protinus agros populabundus Nuceriam convertit*: ſed errant. Nam illud refert Papii iter ad Nuceriam, hoc Indacilii ad Aſculum: de quo Appianus lib. I. *Aſculanus erat Indacilius: quapropter timens patriae cum esto cohortibus ſuccurrit.* A. Popma.

Virile ac muliebre sexus] Nonius, *Sexus neutro genere*, ut Salluſtii Hiſtor. III. Cariſius & Probus, *Secus*: quod per omnes caſus integra forma declinatur. *Virile & muliebre ſecus*, pro *virilis & muliebris ſexus*, uſurpant Plautus, Gellius & alii, quos citavi libr. I. de Uſu antiquae locutionis. A. Popma.

Falces injectas] Falces murales & pluteos tribuit oppugnatoribus urbis, harpagas defenſoribus ad convertendos & reſcindendos pluteos, eas Livius vocat *harpagones*, & *manus ferreas*, lib. XXVI. *Cum belli apparatu ſtrepant, ferreae quoque manus, harpagones vocant, quas operibus hoſtium injicerent, praeparabantur.* Quae ſeparat Caeſar lib. I. Belli civilis: *Manus ferreas atque harpagones paraverunt.* Et differunt forma & uſu, licet eadem ſint materia. Nam harpagones ſunt leviores, & celeriter emittuntur & retrahuntur, injectaeque convellunt: manus ferreae graviores cum pondere decidunt, comprehenduntque & retinent, ut conſtat ex Dione & Appiano lib. V. in deſcriptione Harpagonis ab Agrippa inventae. A. Popma.

De quibus partim] Ut incenderent machinas ligneas oppugnantium, vel ut aſcendentes vallum adurerent. Huic enim uſui erant Malleoli: quos praeter Nonium & Feſtum, unus omnium optime deſcribit Marcellinus lib. XXIII. Hiſtoriar. *Malleoli autem, teli genus, figurantur hac ſpecie: Sagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinem multifido ferro coag-*

CXXVI. Funes expediunt clauſtra foribus inpoſita periclitantur. *Nonius*, *Expedire.*

Multi praemiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. *Nonius*, *Permittere.*

Multi plagis adverſis icti & congenulati Romanis praecipitatis, ipſi ſupra voluti in caput. *Nonius*, *Congenulare.*

Neque porta, neque ullum foramen erat quo poſſet eruptio fieri. *Nonius*, *Foramen.*

Cohors una poſt concitata, qua murus erat interruptus, evadit. *Nonius*, *Evadere.*

Submoti, & intra moenia rurſum coacti. *Nonius*, *Cogere.*

Ultro citroque integrant in oppido caedem. *Nonius*, *Integrare.*

Quid in Rempublicam ſuam maxume conducere videretur. *Nonius*, *Conducere.*

Denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret. *Nonius*, *Civitas.*

Terrore perturbatam multitudinem ſubigunt. *Nonius*, *Subigere.*

Ab armis te recedere praeſidia de locis deducere. *Nonius*, *Deducere.*

Id me neque metu, neque calamitatis neceſſitudine inductum facere. *Nonius*, *Neceſſitudo.*

CXXVII. Agmen perturbatum pedites inſinuant, ac loco commovent. *Nonius*, *Inſinuari.*

Duae cohortes de ſubſidio procedunt atque equites protelant. *Nonius*, *Protelare.*

Exercitum diſpartiunt, ad confligendum ſe componunt. *Nonius*, *Componere.*

Ja-

coagmentata, quae in muliebris coli formam, quo nentur lintea ſtamina, concavatur, ventre ſubtiliter & pluriſariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquo ſuſcipit alimento, & ſic emiſſa lentius arcu invalido (ictu enim rapidiore extinguitur) ſi haeſerit uſquam, tenaciter cremat; aquisque conſperſa acriores excitat aeſtus incendiorum, nec remedio ullo quam ſupra jacto pulvere conjopitur. A. Popma.

Praecipitatis] De muro & ſtatione dejectis, pro quo Valerius Max. *abjectis* nove utitur. V. 1. 8. ubi Mſ. Codex *dejicere*, ſed male. Idem enim III. 11. 5. *fortis & animoſa Civitas jacet armis noſtris* abjecta. &, VIII. 1. 7. Abjecerat *inimicum eundem, dum pro certo peſſundatum credidit, erexit*: V. VIII. 5. *Nonne M. Cicero in ipſis eloquentiae ſuae caſtris teſtis* abjectus *eſt.* & III. 11. 2. *unumque ex iis, magis obſcuro loco* abjectum, *corporis pondere urgeret.* I. v. 8. abjectumque *Macedonica pugna.* Neque aliter Plin. Tom. II. III. 13. & Sueton. Wasse.

Id me neque metu] De Indacilio accipio, nolente Aſculi deditionem facere, & jam in exitium vitae ruente, quod narrat Appianus: *Deſperato incolumitate civium, primum inimicos, cum ob priſtinam ſimultatem, tum ob recentem culpam, quod mandata ipſius aſpernati, caeteris ejuſdem contumaciae fuiſſent autores, contrucidavit: mox in templo rogum exſtruxit, eique lectum impoſuit, & cum amicis epulatus, poſt prolixam compotationem venenum hauſit; quo facto decubuit, hortatus amicos ut faces jubderent, atque ita vitam finiit, ne ſuperſtes eſſet Patriae.* A. Popma.

Insinuant] Sic Lucret. *Sol aeſtum* inſinuat *per ſepta domorum.* VI. 113. *Caeſar*: inſinuare *je in equitum turmas.* IV. B. G. *inſinuare alicui*, inclinante Latinitate,

Jaculis celeriter conſumtis ad gladios certationem revocaverunt. *Nonius*, *Certatio.*

Alii materibus aut lanceis, tamen medium perturbant agmen. *Nonius*, *Lancea.*

(Galli) contra magno cum molimento, ac perpetuo ſono procedunt. *Nonius*, *Molimentum.*

Conglobati, & conlecti concrepant armis. *Nonius*, *Crepare.*

Inpedimenta conlocant omnia, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt. *Nonius*, *Carra.*

Simul & tormenta contenduntur. *Nonius*, *Contendere.*

Praetor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxuma pedites conduxit. *Nonius*, *Feſtinatim.*

Denique exinanitis caſtris, Romani qui clauſo ſe loco potuerant expedire. *Nonius*, *Exinanita.*

Pleriſque inermis in caſtra perfugiunt. *Nonius*, *Inermis; pro inermibus.*

Ca-

nitate, pro, *indicare.* Inſinuare ſe animo, ad amicum, in amicitiam aut conſuetudinem alterius. Eo plane ſenſu quo *inſerere* apud Plautum: *Et illud autem* inferendum *eſt conſilium vernaculum.* Et apud Livium, *unde & inſerere Deos minimis rebus.* Valerio etiam Maximo hoc verbum ex Membranis Cantabr. reſtituendum puto. Verba, ut in Edd. habentur, haec ſunt: *Quid Trebellius Claca (Mſ. Chaldia) quam aſſeveranter ſe Clodium tulit! & quidem dum de bonis ejus contendit*, &c. Mſ. *dum bonis ejus ſe* inſerere *contendit.* Lectio pura puta Valeriana. Hac enim voce libenter utitur. Verbi gratia, I. 6. *Latinis* inſerta *literis*, &c. *audientium pectoribus.* VIII. 94. *Si huic miraculo* inſeruiſſet *oculos*, id eſt, Si hoc miraculum uſurpaſſet oculis, III. 3. quam formam uſurpat Ovid. Met. II. 93.

—— *Utinamque oculos in pectora poſſes*
Inſerere!

Graviſſimis virorum operibus inſerens, III. VIII. VI. ſic lib. VI. cap. 3. §. 1. *hujus ſupplicio aeternae memoriae nota* inſerta *eſt.* VIII. VII. VII. *tantorum virorum laudibus non impudenter ſe perſona hiſtrionis* inſeruit. & magis ad hanc rem appoſite IX. IV. *Craſſum & Hortenſium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis haeredes* inſeruiſſent. (*Mſ. inſeruiſſet.*) Et ſic apud Sueton. inſertus *familiae & Caeſarum imaginibus.* Et apud Tacitum Hiſt. II. 64. inſerere *ſe fortunae.* Ovid. Metam. XIII. 31.

—— *Quid ſanguine cretus*
Siſyphio, furtiſque & fraude ſim!!mus ill!,
Inſerit *Aeacidis alienae nomina gentis.*

Idem, Metam. III.

—— *Nec te Civilibus* inſere *bellis.*

WASSE.

JACULIS] Ita emendarunt pro *accelis.* Vir doctus in marg. Poſſis, inquit, etiam ſcribere, *ac telis.* HAVERC.

GALLI CONTRA MAGNO] Hi Galli fuerunt inter auxilia L. Cluentii, ducis Italici, quibus ille inſtructus, cum Sulla juſta acie conflixit, ſed victus ante moenia Nolae urbis occubuit. Appianus. A. POPMA.

PERPETUO SONO PROCEDUNT] Eundem morem Gallorum notat Liv. lib. XLVIII. *Cantus ineuntium praelium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem, horrendus armorum crepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorem.* Et Diodorus Siculus lib. V. idem refert. A. POPMA.

CONSTRUUNT CARROS] Hoc omnibus Barbaris, non modo Gallis, tribuit Vegetius lib. III. cap. 10. *Omnes Barbari carris ſuis in orbem connexis ad ſimilitudinem caſtrorum, ſecuras a ſuperevenientibus exigunt noctes.* Ea autem conſtructio carrorum, quae pro munimento erat, appellabatur *Carrago*: qua voce etiam hodie Galli utuntur. Ammianus lib. XXXI. de Gothis: *Incenſis malleolis ad carraginem, quam ipſi ita appellant.* Vopiſcus in Aureliano: *Quaerere praeterea ubi carrago ſit hoſtium.* A. POPMA.

PRAETOR FESTINATIM] Praetor fuit Coſconius, qui Samnites acie vicit, compluraque eo-

Caſtra de planitie convertit in montes, ut crebro ferculis protinus procedundo, poſſet intra fines AEſculapiorum pervenire. *Nonius*, *Protinus.*

Et partim fera vite, partim lauro & arbuſto, ac multa pino ac myrtetis abundant. *Nonius*, *Fera vite poſitum pro agreſti.*

Victoribus proprie ſpem, [a]victis adverſae fortunae majorem formidinem objecit. *Nonius*, *Proprium.*

CXXVIII. Popedius, opinione fruſtrata. *Nonius*, *Opinio.*

Quod oppidum tumulo in excelſo loco propter mare parvis moenibus inter duas fluvias intra Veſuvium, conlocatum. *Nonius*, *Fluvius femin.*

Tranſgreſſus fluviam, quae ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat. *Nonius*, *Ibidem.*

Et prope mediam ad finem ripae pervenerant. *Nonius*, *Finis femin.*

Subito mare ſubhorreſcere, caecoſque fluctus in ſe provolvere leniter coepit. *Nonius*, *Coecum.*

Dum priſtinum vitium apud ignem per ſudorem [b]corpore exhauſerunt. *Nonius*, *Apud.*

In-

rum oppida in deditionem accepit, Salapiam vi captam incendit. Livius in Epitoma, & Appianus. A. Popma.

Ut crebro ferculis] Quae ſunt haec fercula? an pompa agminis? ut ſpolia hoſtium, ſigna, vexilla, coronae & id genus alia, ferri ſolita ante agmen, victoriae oſtentandae: ſicut in pompa triumphali, in ludis, in ſacris fercula praeferebantur. A. Popma.

Intra fines AEsculapiorum] Ita vulgo. unde alii fecerunt *Aſculanorum*, quod non placet, ſed *Salapiorum*. Salapia oppidum in Apulia, Annibalis amore meretricio inclutum, propinquum Canuſio & Siponto, Plinius lib. III. cap. 11. Strabo VI. A. Popma.

Popedius opinione] Q. Popedius Silo, dux Marſorum, autor belli ſocialis, cecidit in proelio quo Caecilius Metellus Apulos vicit. Livius & Appianus. A. Popma.

Quod oppidum] Herculaneum, vel Pompeji, oppida maritima Campaniae, intra Veſuvium montem fumoſum. Strabo lib. V. & Plinius lib. III. *Herculaneum Pompeji haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne.* Utrumque poſtea Tito Veſpaſiano imperante funditus, caſu repentino, periiſſe refert Dion. A. Popma.

Transgressus fluviam] *Tranſgreſſum* dixit eum qui tranſierat, tranſmiſeratque navibus, ut Salluſtius Hiſtor. I. apud Gellium. Fluvium autem intelligit Sarnum, quem Herculaneum & Pompejos alluere praeter Plinium, teſtatur etiam Strabo lib. V. A. Popma.

Coecosque fluctus] Caecos fluctus vocat latentes & tacitos, nec murmurantes ſonantesque, quales vento quieto & non ſtrepente excitantur, futurae tempeſtatis praenuncii. Homerus vocat κώφους κυμάτους. Eleganter vero & apte Siſenna dicit Mare in ſe provolvere caecos fluctus, quos premit, nec effert: at fluctus aperti ventis ſurgentibus volvunt mare. Varro Seſquiulyſſe: *Adverſi venti ceciderunt, quod ſi pergunt diutius mare volvere.* A. Popma.

Dum pristinum vitium] Libri ſcripti & excuſi plerique *vinum*: quod rectum arbitror. Narrat aliquos milites manipulares vino ebrios in flumine navem evertiſſe, cum aliis militibus & tormen-

a Victis proprie] Fulvius, *propriae*, Popma *propriam*, ex Nonio. Pontan.
b Corpore exhauserunt] Fulvius *corpora*. Non male. Pontan.

Innoxios trementibus artubus repente extrahit, ſiſtitque in labro ſummo fluminis, coelo albente. *Nonius*, *Labra*, *margines vel fines.*

Macerata gravia bellica manipulorum. *Nonius*, *Manipuli.*

Baliſtas quatuor talentarias. *Nonius*, *Baliſtae.*

Prorae actuariae, trahi grandes, ac faſeli primo. *Nonius*, *Faſelus.*

Naveſque triginta, biremes ac totidem myoparones. *Nonius*, *Myoparones.*

Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur. *Nonius Centones*, *&*, *Cilicia.*

Quibus occiſis actuarias ad viginti, naves item complures onerarias incendunt. *Nonius*, *Onerarias & Actuarias.*

CXXIX. Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores, hujus ordinis, omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio. *Nonius*, *Enixim.*

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparaverunt. *Nonius*, *Comparare.*

Qui tamen quibus litibus foedera majorum ſuum diſſoluta. *Nonius*, *Accuſativus ſingularis pro genitivo plurali.*

Armis, equis, commeatibus nos magis juvarunt exleges & minus honore dignos putabitis? *Nonius*, *Exleges.*

Tamen Tudertibus Senati conſulto & populi juſſo dat civitatem. *Nonius*, *Juſſo.*

Mili-

mentis bellicis: illos extractos aquis fuiſſe igni admotos, ut vinum prius ingurgitatum per ſudorem exhaurirent, alios innoxios in ſumma fluminis ora ſoli expoſitos. A. Popma.

Macerata gravia] Ita emendavi, cum vulgo legeretur, *matereta* vel *maturata*. Cohaerent enim haec cum praecedentibus: in illis narrat milites aquis immerſos vitae diſcrimen adiiſſe, in his corrupta madore fuiſſe tormenta bellica, quae apud manipulos erant. A. Popma.

Baliſtas quatuor talentarias] Baliſtae talentariae jaciebant ſaxa talenti pondo, id eſt, pondo quadraginta, ut Centenariae, ſaxa centum pondo. Lucillius lib. XXVIII. A. Popma.

Quid sic baliſtas jacis talentarias] Quod mihi videtur proverbii forma dici in grandiloquum & jactabundum, perinde ac illud Horatianum,

Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba.

A. Popma.

Prorae, actuariae] Forte *proreae*. Refert enim navigia minora primo loco in conflictu fuiſſe. *Propraetae naves*, parvae ſpeculatoriae, a Graeco verbo προφαίνω, eaedem quae Feſto, *Profuniae*, a *profumendo*. *Trabi*, genus navigii oblongum, ut videtur, a *trabendo* dictum, niſi potius *Tragi*, τράγοι, a forma. A. Popma.

Puppes aceto] Vegetius lib IV. teſtatur machinas bellicas contra incendia muniri tegique centonibus & ciliciis. Siſenna naves in proelio opertas fuiſſe centonibus aceto madefactis, inſuper ciliciis obductis: quoniam acetum intenſa frigiditate igni maxime reſiſtit, ut docui lib. III. Cauſar. natural. A. Popma.

Eos] Nonii codices quidam Salluſtio adſcribunt, ſed male. A. Popma.

Tamen Tudertibus] Tudes oppidum Umbriae, ſitum in colle ac loco edito: cujus cives Tudertes, bellicoſi, Strabo lib. V. & Silius:

——— *Haud parci Martem coluiſſe Tudertes,*

Idem lib. X.

Milites, ut lex Calpurnia conceſſerat, virtutis ergo civitate donati. *Nonius*, *Ergo.*

Lucium Memmium, ſocerum Gaji Scribonii, Tribunum plebis, [a] quem Marci Livii conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. *Nonius*, *Callet ſignificat ſcit.*

Quoniam neque mea nex, neque interceſſio, poſſe videtur illorum dementem reprimere audaciam. *Nonius*, *Nex.*

CXXX. Cum complures menſes barba inmiſſa & intonſo capillo, lugubri veſtitu, populum vicatim flens una cum liberis circumiret, inperitum ſuſcitat vulgum. *Nonius*, *Mittere*, *& Vicatim.*

Neque aetatis granditatem, neque ea merita, nec ordinis honeſtatem aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi. *Nonius*, *Granditatem.*

Judicium falſe factum. *Cariſius* II.

Ciſtaſque quae erant legum ferendarum gratia paratae, dejecerunt. *Nonius*, *Ciſtae.*

Idemque perſeveraverunt, ut lex perveniret ad Quaeſtorem, ac judi-

——— ——— *Pauperque Penatum,*
Sed domus haud obſcura Tuder, notuſque per Umbros
Bellator populus.

A. Popma.

Ut lex Calpurnia conceſſerat] Lex Calpurnia, de Civitate Italicis danda, fortiſſis lata fuit ab eodem illo C. Calpurnio Piſone, a quo duas novas tribus ex Senatuſconſulto adlectas dixit lib. II. A. Popma.

Lucium Memmium] L. & C. Memmii fratres, clari Oratores Sullanis temporibus: de quibus ita Cicero in Bruto: *Tum etiam C. L. Memmii fuerunt Oratores mediocres, accuſatores acres atque acerbi. Itaque in judicium capitis multos vocaverunt; pro reis non ſaepe dixerunt.* L. Tribunus plebis hic nominatur. Cajus in petitione Conſulatus a Saturnino, Tribuno plebis, in ipſis comitiis fuſte interemtus eſt. De cujus facundia Salluſt. in Jugurtha. A. Popma. At Merceri Nonius habet, *Licinium.* Wasse.

Caji Scribonii] Hic eſt C. Scribonius Curio, qui Coſ. fuit cum Cn. Octavio anno Urbis DCLXXV. Orator bonus, & perpetuus improborum hoſtis, Cicero in Vatinium, Verrina II. pro Lege Manilia, pro Rabirio, Officiorum II. De eodem loquitur Salluſtius Hiſtoriarum I. & III. Valerius Max. IX. ubi Curionem omnibus honoribus abundantem praedicat. A. Popma.

Ciſtasque quae erant] Cum populus legum ferendarum gratia convenerat, proponebantur in pontibus duae ciſtae oblongae, e quibus tabellae ſuffragiorum miniſtrabantur, ſingulis binae, una cum litera A, quae legis antiquationem & rejectionem ſignificabat, altera cum notis V. R. id eſt, *Uti rogas*, qua lex accipiebatur, ut legiſlator rogaverat. Miniſtratis in prima pontis parte binis tabellis in extrema reddebatur una, quae pro ſuffragio valebat. Erant autem pontes conſtructionis ligneae, in modum pontium anguſtorum factae, Tributis comitiis XXV. Centuriatis XCIII. per quos cum populus tranſibat *Suffragium ferre* dicebatur. Sed accidebat interdum, ut qui volebant legiſlationem aut judicium impedire, pontes occuparent ac diſturbarent, ciſtas dejicerent, tabellas aut nullas aut unam pro libito darent. Quod indicat hic Siſenna, & Cicero lib. I. ad Atticum Epiſt. XII. Auctor Rhetoricorum ad Herennium lib. I. *Pontes diſturbat, ciſtas dejicit, impedimento eſt quo ſecius feratur lex.* A. Popma.

Ut lex perveniret ad Quaestorem] Ut Quaeſtor cognoſceret de lege, quae pro reſtitutione rei damnati lata erat. Quaeſtor hic eſt, qui judicium publicum & quaeſtionem de criminibus exercebat, eratque interdum ordinarius, ut Praetor, aliquando extraordinarius e Conſulibus aut magiſtratibus, aut plebiſcito conſtitutus. Sic Quae-

[a] Quem Marci Livii] V. c. *quem Marcilii* VII. M. Livius Druſus notus ex Hiſtoriis. Pontan.

judices, quos vellent, inſtituerent, praefeſtinatim & cupide. *Nonius, Praefeſtinatim.*

Lib. VI.

Nos una aeſtate in Aſia & Graecia geſta idcirco literis continentia mandavimus, ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. *Gellius* XII. 15. *Nonius, Saltuatim.*

[a] Quam maxume celeratim poterat in inſidiis ſuos diſponit. *Gellius, Ibidem. Nonius, Celeratim.*

Marius oſtio Liris evehitur, atque AEnariam ſuos continuatur. *Nonius, Continuare.*

Romanos inferendae pernici cauſa veniſſe. *Gellius* IX. 95. *Nonius, Pernici. Et P. Sabin. ex eo ad Virg. AEneid.* I. 6. *Munera laetitiamque Dii.*

Lib.

Quaeſtores parricidii apud Feſtum, & Pomponium de Origine juris; Nonius Quaeſtor majeſtatis judicium exercens, Suetonii Julio; *Europae Quaeſtor* pro *Quaeſitor*, qui ad Europam quaerendam miſſus erat, Plauti Milite. *Quaeſitor* ſaepius appellatur. A. Popma.

Judices, quos vellent] Quaeſitori dabantur Judices, ut judicium publicum communi conſilio exercerent. Cicero pro Muraena: de Quaeſitore peculatus, *cogendi, judices, inviti retinendi.* Similiter Judici quaeſtionum aderant & parebant alii judices. Sed ut Quaeſitor & Judex quaeſtionum diverſi, hic magiſtratus ille non, ſic & eorum judices. In Vatinium: *Diſturbato judicio, Judices, quaeſtionum de proximis ſubſelliis eſſe depoſitos.* A. Popma.

Nos una aestate] Hoc Nonius tribuit lib. I. Gellius VI. quo collocari omnino debet: Nam Sulla, profligato & pulſo Italia Mario, ſtatim profectus eſt contra Mithridatem, ejuſque praefectos, & eadem aeſtate res in Aſia & Graecia geſſit, quas ſe conjunxiſſe refert hoc libro VI. ſcilicet univerſi operis, ſed Belli Civilis primo. A. Popma.

Marius ostio Liris] Cum a Sulla intra moenia urbis victus profugeret, & Minturnis cederet Italia. Liris eſt fluvius Campaniae, qui ab Appennino monte per Veſtinos lento curſu delapſus Minturnas urbem interfluit, & per proximum lucum, Maricae ſacratum, exit in paludes, Strabo lib. V. Plinius III. Horatius Carminum I. & III.

Umbroſae Liris per regna Maricae.

A. Popma.

Atque AEnariam] Legendum *adque*: vel potius eſt ellipſis praepoſitionis, *ad, circa, in*, ut Plautus Curculione: *Rogas, quid veniam Cariam.* Virgilius, *Italiam venit*: Apulejus, *Macedoniam profectus.* Plutarchus & Velleius referunt Marium, cum e cuſtodia Minturnenſium evaſiſſet, conſcenſa navi, forte delatum in AEnariam Inſulam, ibi filium & amicos ſuos inveniſſe: mox in Africam contendiſſe. Eſt autem AEnaria Inſula in ſinu Puteolano, dicta a ſtatione navium AEneae, teſte Plinio & Feſto. Refertur inter Inſulas ardentes, ut montes, AEtna, Veſuvius. Cornelius Severus in AEtna:

Dicitur inciliis flagrans AEnaria quondam,
Nunc exſtincta ſuper.

Sic illum locum legendum & reſtituendum cenſeo. A. Popma.

Suos continuatur] Id eſt, adſequitur, ut Velejus: *Adſecutus circa AEnariam filium. Continuo* & *continuor* pro *convenio, adſequor, adſector*, frequens Apulejo & poſterioris aevi ſcriptoribus. A. Popma.

Pernici] Ad quem verſum multa veterum auctorum teſtimonia citat Sabinus. Sed mendoſe, ex

[a] Quam maxime celeratim] Gellius *celatim.* Pontan.

Lib. VIII.

CXXXI. Caelum caligine ſtat. *Nonius*, *Stat.*

Lib. XII.

Procul ſibilus ſignificare conſuli coepit. *Priſcianus* VI.

Multi populi, plurimae conciones Dictaturam omnibus animis & ſtudiis ſuffragaverunt. *Nonius*, *Refragabunt.*

Urbe condita juxtim Numicium flumen obtruncatur. *Nonius*, *Juxtim.*

Tanto plures paſſim diſpalantur. *Nonius*, *Diſpalare.*

Hoſtes loca ſuperiora potiti. *Nonius*, *Potitus loca.*

Simul & Senatui Conſultis clariſſumis amplificati. *Nonius*, *Senatui.*

Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit. *Priſcianus* VIII. pag. 793.

Sic in eam paludem multi piſcium ſaliendorum cauſſa navibus ſemionuſtis commeant. *Idem* X.

Curſim. Properatim. *Gellius* XII. 15.

Solum Antenorem prodidiſſe Ilium. *Servius AEneid.* I.

CXXXII. A Latino agrum conceſſum Trojanis. *Idem* XI.

Cum Sulla in agro Nolano inmolaret ante Praetorium, ab infima ara ſubito anguis emergebat, cum quidam C. Poſtumius aruſpex oraret illum,

ex Catone. *Pueri atque mulieres extra dabantur famii cauſſa.* Sed ex Gellio, quem tranſcripſit, legendum, *extrudebantur*, pro *Magius*, *Matius*. pro lib. XIII. XX. & *fami* pro *famii*, apud Lucilium. Wasse.

Coelum caligine] Coelum *caligine ſtare* dixit, cum caligine quadam ſive nube obduceretur, ſicut Virgilius AEneid. XI. *pulvere coelum ſtare videt.* cum pulvis ferretur ſurſum, ejuſque caligine continua caelum obtegeretur. A. Popma.

Multi populi] Loquitur de Sulla Dictatore dicto: ſed parum libero ore locutus videtur, ut ait Salluſtius. Hoc autem fragmentum apud Nonium in vulgatis codicibus ex lib. XXII. adducitur, recte an ſecus neſcio, quoniam de numero librorum Siſennae nihil certi conſtat. Illud unum ex reliquiis video colligere, priores quatuor an quinque fuiſſe de Bello Marſico ſive Sociali, poſteriores de Bello civili Sullano, & Rebus geſtis Sullae: illos Siſennam juvenem, hos ſeniorem ediditſe indicat Vellejus. A. Popma.

Suffragaverunt] Apud Nonium *refragabunt*, in Edit. Quod mutarunt eo, quia Nonius dicit: *Refragabunt pro ſuffragabunt* poni: Ubi legunt *ſuffragant*, pro *ſuffragantur*. Forte in Nonio legi debet: *Refragabunt*, pro *refragabuntur*, ut in Siſennae verbis nil ſit mutandum. Ita Vir Doctus in marg. Haverc.

Urbe condita] Urbe Lavinio condita AEneas circa Numicium flumen interiit, ſive obtruncatus, ut Siſenna ait, ſive tempeſtatis ſubitae confuſione interceptus. Unde hoc fragmentum puto fuiſſe in principio lib. I. ubi ſcripturus Bellum Marſicum cum populis Italicis geſtum, prius narravit adventum AEneae in Italiam, quod ipſum quoque fecit Alexander Epheſius lib. I. Belli Marſici, quem laudat Autor de Origine gentis Romanae. A. Popma.

Mile-

lum, ut in expeditionem exercitum educeret. Id cum Sulla feciſſet, tum ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. *Cicero, de Divinatione* I.

Caeciliae Q. filiae ſomnio modo Marſico bello templum eſt a Senatu Junoni Soſpitae reſtitutum. Quod quidem ſomnium mirifice ad verbum cum re conveniſſe. *Ibidem.*

Somniis credi non oportere. *Ibidem.*

Initio belli Marſici, & Deorum ſimulacra ſudaviſſe, & diſceſſiſſe caelum, & ex occulto auditas eſſe voces quae pericula belli nuntiarent, & Lanuvii clypeos, quod aruſpicibus triſtiſſimum viſum eſſet, a muribus eſſe deroſos. *Ibidem.*

Praelio, quo ad Janiculum adverſus Cinnam pugnatum eſt, Pompejanus miles fratrem ſuum, dein cognito facinore, ſeipſum interfecit. *Tacitus Hiſtoriar.* III. 3.

CXXXIII. Arae, id eſt, ſaxa, inter Africam, Siciliam & Sardiniam, & Italiam, a Siſenna Propitiae vocantur. *Servius AEneid.* I.

L. Cornelii Sisennae Milesiarum Lib. I. II.

Non dignus in quem debeam Satyram calente vi adingerere. *Idem.*

Lib. XIII.

Niſi cominus excidiſſet, Quanti dantur? Tanti, inquit, Olympias. Simul haec dicens ſuavium dedit, ut ſcilicet ſubſonaret quanti pretii. *Cariſius* II.

Proin dato aliquid quod domi habebis, inquit, quod tibi non magno ſtabit. *Ibidem.*

Confeſtim ſecuta eſt. *Ibidem.*

Eamus ad ipſum, atque ipſe commodo de parte ſuperiore deſcendebat. *Ibidem.*

Obviam venit. *Ibidem.*

Te iſtuc heſterno quoque haeſiſſe oportuerat, Ariſtaee. *Ibidem.*

Quid

Milesiarum] Mileſiaci ſermones, & Mileſiacae fabulae dicebantur amatoriae, leviuſculae, a populis Mileſiis, deliciis & amoribus unice deditis. Quo genere Mileſiacum apud Graecos ſcripſit Ariſtides, quem Siſenna in Latinum convertit. Ovidius de Triſtibus lib. II.

Vertit Ariſtidem Siſenna, nec obfuit illi
Hiſtoriae turpes inſeruiſſe jocos.

Meminit Ariſtidis fabularum Plutarchus in Craſſo, Lucianus in Amoribus. A. Porma. Vide Voſſium de Hiſt. Graecis. Wasse.

Halo-

Quid nunc os tuum ſcalpis? quid tergiverſaris, nec bene naviter is? *Ibidem.*
Nocte venimus. *Ibidem.*
Ut eum penitus utero ſuo recepit. *Ibidem.*

Commentarius in Plautum.

In Amphitruonem.

CXXXIV. Examuſſim pro examinato. Amuſſis enim eſt tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat. *Ibidem.*

Quaecumque nomina E litera ablativo ſingulari terminantur, I litera finita adverbia fiunt, ut mani, luci.

Tractim pro lente. Tuatim, ut noſtratim. *Ibidem.*
His quatuor generibus quintum adcedit. *Ruſinus, de Metris.*
De genere verſuum qui non ſunt uniuſmodi. *Ibidem.*

In Aululariam.

Haec ſcaena anapaeſtico metro eſt, ſed conciſa ſunt, ut non intelligas. *Ibidem.*

In Captivos.

CXXXV. His ornatus, S literam metri cauſſa omiſit. *Ibidem.*

In Poenulum.

Halonium Poeni dicunt Deum, & producenda ſyllaba metri gratia exigit iambum. *Ibidem.*

In Rudentem.

Furit extente prima ſyllaba metri cauſa. *Ibidem.*
Habiliore metro uſus eſt, ut ſolet in mulierum oratione. *Ibidem.*
Latronem producit metri cauſſa. *Ibidem.*

Incerta Sisennnae.

Adſentio. *Varro, De L. Lat.* VII. *Quintil.* I.
Mediterrea. *Feſtus, melius quam Mediterranea dici putat.*

Pa-

Halonium] Forte *Halatum*, ut ita Poeni dixerint pro אלוהים. Vide Petitum in Miſcellaneis. V. D. *in ora Codicis ſui.* Havercamp.

Ac-

Patres familias. *Cariſius* X. *Varro* VII. & *ex iis P. Sabinus ad* XI. *AEneid.*

L. Accii Annales, ſive Historia. *Cicero, de Leg.* I.

Maxima pars Grajum Saturno, & maxime Athenae
Conficiunt ſacra, quae Cronia eſſe iterantur ab illis.
Eumque diem celebrant, per agros urbeſque fere omnes
Exercent epulis laeti: famuloſque procurant
Quiſque ſuos: noſtrique itidem, & mos traditus illinc
Iſte, ut cum Dominis famuli epulentur ibidem.
Macrobius Saturnal. I. 7.

C. Sallustii Crispi Historiarum Libri.

Ὁ ἢ ὅτι νέως ὢν, περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμετρίαζε διὰ τὴν πενίαν, ὅτι γηρᾶσας, διὰ τὴν ἡλικίαν· ἀλλὰ τὰς περὶ γάμων καὶ σωφροσύνης εἰσηγεῖτο νόμους τοῖς πολίταις, αὐτὸς ἐρῶν καὶ μοιχεύων, ὡς φησι Σαλλούστιος. (de Sylla) *Nec Juvenis libidines refrenavit ab inopia, nec ab aetate ſenex, verum leges connubiales & ſumtuarias tulit civibus, cum ipſe interim amoribus & adulteriis indulgeret. Plutarch. in Sylla* p. 476. *Ed. Francof.* 1620.

(*Jupiter*) *illic nutritus eſſe*, quod, ut Salluſtius dicit, ideo fingitur, quia primos Cretenſes conſtat inveniſſe religionem. *Servius* ad *AEn.* III. v. 104.

S. Gellii incerta.

CXXXVI. Literas apud AEgyptios a Mercurio repertas. *Plin.* VII. 56.

Clo-

Accii Historia] Cicero lib. I. de Legibus: *Nam quid Accium memorem? cujus loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, ſed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multus & ineptus ad ſummam impudentiam. Siſenna, ejus amicus, omnes adhuc noſtros,* &c. ubi nonnulli reponunt *Macrum.* Ego puto reſcribendum *Caſſium*, ſcilicet Heminam, Hiſtoricum conjunctum aetati Siſennae, ut ante dixi. A. Popma.

Νόμους] Ex ejus lege ſumtuaria jus poteſtaſque erat, ut Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum, & feriis quibuſdam ſolennibus, *HS.* tricenos in coenam liceret inſumere; caeteris autem diebus non amplius ternos. Gell. II. 24. Macrob. III. 17. tulit etiam legem de Sumtibus funerum, notante Plutarcho. Wasse.

Mercurio] De literarum Inventoribus fuſe Hermannus Hugo & Voſſius de Art. Gram. I. 10. quorum ſcrinia compilare non eſt animus. Iſidorum tamen a me alibi ſexcentis in locis emendatum ex ingenio & veteribus membranis, hac occaſione data, inſigni gloſſemate liberabo. *Graecarum*, inquit, *literarum uſum primi Phoenices invenerunt, unde & Lucanus*: Phoenices *primi, famae ſi creditur* &c. Sequitur deinde apud Iſidorum, ut ſuſpicor, magiſtelli interpretamentum ad poëtae locum: (*Phoenices dicti a rubro mari, quod profluit in Syriam, qui Sidonem urbem inibi condiderunt,*) quam gloſſam excipiunt, *Hinc eſt quod & Phoenicio colore librorum capita deſcribuntur* &c. quae ſane verba cum verſu ſupra laudato optume cohaerebunt, ſi inſititia illa, falſa, & non ſatis Latina, ex fide Codicis Mſ. in Bib. Publica

CLODII INCERTA.

Κλώδιός τις ἐν Ἐλείῳ χρόνων (ἦτω γάρ πως ἐπιγέγραπται τὸ βιβλίον) ἰχνεύζεται τὰς μὲν δεχαίας ἐκείνας ἀναγραφὰς (vetusta acta) ἐν τοῖς Κελτικοῖς πάθεσι.

& auctoritate Vincentii Bellovacenſis in ſpongiam incumbant. Neque me movet quod idem Vincentius omittit & haec - - *Poſt quem Simonides miles* (*f. Melicus*) *ſimiliter tres alias adjecit* ξ. θ. ψ. aut quod, pro *ſignificat*, ubique exhibet, *ſignat*, pro, *adhuc necdum*, pro, *ab adoleſcentia incipit*, *adoleſcentiam ſignificat*, cum ſit illi in more poſitum teſtimonia non ex omni parte integra proferre, ſed potius ſenſum, quam verba repraeſentare. Eſt & alius Iſidori locus de Mercurio aeque mendoſus, lib. VIII. 11. *Alas ejus in capite & in pedibus ſignificare volucrem* (Mſ. B. Pub. *voluerunt*) *fieri per aëra ſermonem.* Sic editi omnes, ſic citat Martinius in Lexico ſuo. Sed his non obſtantibus, pro *fieri*, legendum omnino cum MS. *ferri*. Dixerat enim ſupra: *Mercurius quaſi medius* currens, *quod ſerme* currat *medius*. Et paulo poſt, *quia citius verba* diſcurrunt; unde de velocitate & motu, non autem de cauſa & origine vocis accipio. Confirmat hanc lectionem Cornutus: πίλλα δ φέρει πίλεωτὰ, καὶ δι' ἀὴρ φέρῃ, συμφώνως τῷ Ὁμήρῳ· κατάπτη αἴρῃ τὲ ἴκτα πλεγίῃσι. Sed & Servius, quem ſubinde exſcribit Iſid. ad, *Vobis Mercurius pater eſt &c.* AEn. IV. *Quidam hunc in petaſo & in pedibus pinnas habere volunt; propter Orationis, cujus auctor eſt*, velocitatem. Denique Auguſtinus, unde haec depromta ſunt, qui & ipſe Arnobium praeëuntem habuit, cum ſcripto Codice conſentit lib. VII. cap. 13. de Civ. Dei. Quo in loco membranae Reginenſes, *fieri* illud exhibent cum duplici *r*, & punctо ſub ſecunda litera appoſito, quo eam prorſus tollendam innuit librarius. Reſtat jam ut duobus Servii locis plane depoſitis, at quos haec in re ſtrict m tangit Iſidorus, medicinam faciam. Prior h. betur pag. 1246. AEn. VIII. *Manus illi* (Mercurio) *amputaverunt, unde etiam Hermas vocamus quaſdam ſtimulos, in modum ſignorum ſine manibus.* Lege *quaſdam ſtelas*, vel, ſi mavis, *tumulos*. Priori favent Macrobius qui Saturn. IV. cap. 19. Mercurii ſimulachra quadrato ſtatu figurari ſolo capite inſignita dicit, quo habitu plura ejuſmodi ſe vidiſſe auctor eſt Pauſanias, atque etiamnum Romae & alibi ſupereſſe norunt antiquitatis cultores. Macrobio fidem facit Plutarchus in libro, quo quaeritur, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, pag. 797. Alteri vero lectioni favent Heſychius, Suidas, Harpocratio, qui *tumulos* huic Deo conſecratos ἑρμαϊκοὺς λίθους appellant, Iſidorus ipſe in Gloſſis diſerte vocat *Hermas*; &, gentes acervos hoſce imaginis juſtae loco habuere, ut patet ex Sibylla: Καὶ παρὰ δὴ λίθων συγχώσωσι τάφῳ σὺν ἐθνεῖ. Alter Servii locus, qui medicam manum expectat, hic eſt: *Quartum, Cyllenii filium, cujus mater non proditura, quo arcu clam occiſa eſt, qui hoc metu in AEgyptum profugit, & ibi inveniſſe primum diſciplinam literarum & numerorum dicitur, qui lingua AEgyptiorum vocatur, de cujus nomine etiam menſis dictus eſt.* Lege & diſtingue, *Cujus mater non proditur, a quo Argus clam occiſus eſt &c. vocatur Thoth.* vereor ut haec conjectura in omnibus ſe doctis probet; addam itaque rationes, & primo oſtendam contra mythologorum vulgus, Cyllenium fuiſſe hominem, ejuſque uxorem ſcriptores latuiſſe; ſecundo, Cauſam profectionis in AEgyptum hujus oculeiſſimi caedem fuiſſe. Tertio, nomen Thoth a Servio excidiſſe. De Cyllenio ſive Cyllene, nam utroque modo effertur, nos certiores faciat Pauſanias, ſecundum quem Elati cujuſdam filius fuit, qui nomen Cyllenae monti dedit, Lib. VIII. 17. Quod ejus uxor Grammaticorum notitiam effugerit, ſuadent haec, quia Servius, Ampelius cap. 9. Cicero de Nat. D. III. 20. & Corvilius, ſive Carvilius, apud Scholiaſtam Statii, ad Lib. IV. Thebaidos, qui Mercurios enumerant, iiſque patres matreſque deſignant, cum ad AEgyptium illum pervenerint, patrem ſolummodo memorant, non tamen eundem, hic enim Nilum, ille Perſeum, alter Cyllenium nominat. de matre interim ne gry quidem. Cauſam vero exilii non eſt ut pluribus exponam, cum ad manum ſint Xanthi Hiſtorici verba ab Etymologo in V. Ἑρμῆς adducta. Quae, ut ut mutila & imperfecta, ad hanc rem ſpectant: Ἀποκτείναντος Ἑρμῆ τὸν Ἄργον, καὶ δίκας εἰσπραξαμένης &c. dicam illi a Junone Diis Deabuſque caeteris conſcriptam narrat. Sed clarius Cicero de N. D. lib. III. §. 20. *Quintus, quem colunt Phenеatae* (Arcadiae populi non procul a Cyllene monte) *qui & Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam AEgyptum profugiſſe, atque AEgyptiis leges & literas tradidiſſe.* Cui ſuccinit Lactantius Placidus. Poſtremo vocem *Thoth* adpoſui, Cicerone, Servio & Lactantio fretus: Sic enim ille: *Hunc AEgyptii Thoth appellant: eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Quem locum ob oculos habuiſſe Servium, quum haec

θεσι δ' πόλεως (Romae ſcil.) ἠφανίσθαι· τὰς δ' νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συνηνέχθαι, δι' ἀνδρῶν χαμεζομένων τισὶν, εἰς τὰ πρῶτα γῆν καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας οἰκίας ἐξ ὧν προσηκόντων εἰσθιαζομένους. *Plutarch. in Numa* p. 59. lin. 5.

Clodius ſcribit, Commentariorum IV. ſe ex arboribus fomenta excidiſſe. *Serv.* ad *AEn.* I. 180. *Rapuitque in fomite flammam.*

Aſſulae ambuſiae, (ambuſtae,) ligna excavata a fungis nomine accepto. *Ibid.*

Clodeus, (Clodius,) ſcriba Commentariorum: *inſinuo ut intro eam penitus.* Servius ad AEn. II. 290.

Cassii Heminae incerta.

CXXXVII. Cumque antea moris eſſet, uti homines decimam fructuum regibus ſuis praeſtarent; aequius ſibi ait videri, Deos potius illo honore impartiendos eſſe, quam Reges; inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos eſſet, ſecundum quod Plautus, *In partem*, inquit, *Herculaneam*, id eſt, decimam. Conſecrata igitur ara Maxima, profanataque apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmentis invitata, ad id ſacrum non adfuiſſet; ſanxit, ne cui feminae fas eſſet veſci ex eo, quod eidem arae ſacratum eſſet: atque † ab ea re divina feminae in totum remotae. *Auctor de Orig. Gent. Rom.* cap. 6.

M. Terentii Varronis Annalium Lib. I. II. III.

Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt, is quatuor ſcriptulis major fuit quam nunc eſt. *Cariſ.* I.

Ἐν Ῥώμῃ δ' τὸ παλαιὸν, δέρυ φησὶν γεγονέναι ξ' Ἄρεος τὸ ζῶον. Clemens Alexand. pag. 22. Ed. L. Bat. 1616.

Fa-

haec ſcripſerit, caecus ſit ipſe, oportet, qui non videt. Confer item Lactantium de Falſa Relig. lib. I. cap. 6. Wasse.

Maxima] De hac appellatione vide Servium ad VIII. AEneid. V. 270. *Cuſtos Pinaria Sacri.* Et confer cum ejuſdem Comm. ad lib. III. *Magnis diis.* Herculis Magni aedes fuit in Regione IX. quam Sulla ex Carmine Sibyllino aedificaſſe dicitur. De Carano Heraclida nonnulla Schottus ad locum, *Carranum vero, qui Cacum ſuſtulit, ſicco pede praeterit.* Audi itaque ſuper hac re Servium ad AEn. VIII. pag. 1255. Ed Baſ. 1613. *De Caco, interemto ab Hercule, tam Graeci quam Romani conſentiunt. Solus Valerius* (legendum *Verrius*) *Flaccus dicit Garanum* (*Caranum* vellem) *fuiſſe paſtorem magnarum virium, qui Cacum adflixit, omnes autem magnarum virium, apud veteres, Herculis dictos.* Cur feminae a ſacris Herculis arceantur, aliam cauſſam ex Varrone aſſignat Macrob. Sat. I. cap. 12. Wasse.

Nummum argentrum] Nummi viles & minimi pretii fuerunt regiis temporibus, quippe Numa Pompilius ligneos ſcorteoſque nummos pro congiario populo diviſit. Primus Servius Rex & aes

Fabii Pictoris incerta.

οὕτω λέγει ἄρχουσι Ῥωμαίων μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ σφετερίσασθαι ἐκ τῆ δημοσίᾳ ἀτιῶν. Suidas in Φάβιος, ex Polybio, ut putat Valeſius.

Q. Hortensii Ortali Annales.

Fannium, qui ſcripſit hiſtoriam, generum eſſe Laelii. *Cicero ad Atticum* XII.

De virtutibus Minatii Magii. *Vellejus* II.

Oratio pro C. Rabirio.

Cicatricum mearum. *Cariſ.* I.

Oratio pro C. Verre. *Quintil.* X.

Poemata. *Gell.* XIX. 9.

INCERTA.

CXXXVIII. Abuſis jam ab omnibus locis. *Priſc.* VIII.

Cervicem. *Quint.* VIII.

T. Pomponii Attici Annales.

Quibus Coſſ. Carneades & ea legatio Romam venerit. *Cicero ad Atticum* XII.

Duos

ſignavit nota pecudum, & nummum argenteum conflavit, ut eo appenſo & rudi uterentur, ſicut antea ſolebant aere. Nam argentum demum ſignatum eſt anno Urbis conditae CDLXXXIV. Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore Coſſ. quinque annis ante primum Bellum Punicum, ut tradit Plinius lib. XXXIII. A. Popma.

Q. Hortensii Ortali] Hortenſiorum cognomen Ortalus fuit, ut patet ex Cicerone ad Atticum lib. IV. & Tacito Annal. II. ubi de quodam Ortalo loquitur, hujus Hortenſii oratoris nepote. Videndi Cicero in Bruto, & Quintilianus. A. Popma. Cum Caecilio Metello Conſul fuit, inquit Aſconius. De ejus Annalibus Vellejus Paterculus lib. II. 16. Ejus facundiam celebrat M. Seneca in praefatione ad Controverſias. Sumtuoſum fuiſſe, & in veſtitu mollem, docent Varro de R. R. III. 6. & alibi, Plinius IX. 55. Gellius I. 5. Obiit L. AEmilio Paulo & C. Claudio Marcello Coſſ. Wasse.

Poemata] Haec erant amatoria, laſciva, ut teſtatur Ovidius in Elegiis:

Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Servi
Carmina; quis dubitet nomina tanta ſequi?

Apud Gellium lib. XIX. cap. 9. Graeculi quidam Hortenſii carmina, ut invenuſta, notant. A. Popma.

Pomponii Attici Annales] Cicero ad Atticum lib. XII. Epiſt. XXIII. non *Annales*, ſed *Annale* vel *Annalem* videtur vocaſſe. Ita enim de eo loquitur: *Scriptum eſt in tuo Annali.* Nec aliter idem Epiſt. XXX. ad Att. lib. XIII. de Libone

Duos Tribunos plebis primum creatos esse. *Pedianus in Cornelianam.*

Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, quae postea dicitur Lucillii poëtae fuisse. *Idem in Pisonianam.*

Romam conditam Olympiadis sextae anno tertio. *Solinus Polyhistore.*

DE ROMANIS FAMILIIS LIBRI. *Nepos in Vita.*

DE CONSULATU CICERONIS LIBER GRAECUS. *Ibidem.*

CORNELII NEPOTIS CHRONICORUM.

LIB. I.

Homerum vixisse ante Romam conditam annis circiter centum & sexaginta. *Gell.* XVII. 21.

Archilochum, Tullo Hostilio Romae regnante, jam tum fuisse poëmatis clarum. *Ibidem.*

M. Manlius, damnatus capitis, verberando necatus est. *Ibidem.*

EXEMPLORUM.

LIB. I.

LIB. II.

A virgine Vestale. *Carisi.* I.

LIB. III.

LIB. IV.

LIB. V.

Multis in Senatu placuisse, ut ii qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur, &c. *Gell.* VII. 18.

DE VIRIS INLUSTRIBUS.

LIB. II.

Subinde. *Carisius* II.

LIB.

ne loquitur. *Sed in Libonis Annali; Tredecim annis post Praetor est factus Tiditanus.* (Et statim Epist. XXXII. *Eum vide in Libonis Praeturem P. Popillio* Coss. &c. PONTAN.

Lib. XV.

Partum. *Idem.* I.

Lib. XVI.

A fratre patruele. *Ibidem.*

DE VITA CATONIS MAJORIS, *ad T. Pomponium Atticum* LIBER. Nepos lib. II. de Vita excellent. Imperat. DE DISCRIMINE LITERATI ET ERUDITI LIBELLUS.

Literatos quidem vulgo adpellari eos, qui aliquid diligenter, & acute, ſcienterque poſſint aut dicere, aut ſcribere: caeterum proprie ſic adpellandos Poëtarum interpretes, qui a Graecis Grammatici nominantur, eoſdem Literatores vocatos. Suetonius de Inluſtr. Grammat.

Primus omnium libertinorum ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoquo ſcribi ſolitam. Suetonius de Claris Rhetoribus, de L. Octacilio.

Non amplius ter bibere eum ſolitum ſupra coenam in caſtris apud Mutinam. Idem in Auguſto.

INCERTA.

Graecam hiſtoriam Albini cum legiſſet M. Cato, Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluiſti culpam deprecari, quam culpa vacare, &c. *Gellius* II. 7.

Epistola ad Ciceronem.

Tantum abeſt ut ego magiſtram eſſe putem vitae philoſophiam, beataeque vitae perfectricem, ut nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtris vivendi, quam pleriſque qui in ea diſputando verſantur. Video enim magnam partem eorum, qui in ſchola de pudore & continentia praecipiant argutiſſime, eoſdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. *Lactantius* III. 15.

DE VITA CICERONIS.

Lib. I.

Ciceronem tres & viginti annos natum primam cauſam judicii publici egiſ-

egiſſe, Sextumque Roſcium patricidii reum defendiſſe. *Gellius* XV. 28.

INCERTA.

Omnes ergo non tantum Poëtae, ſed hiſtoriarum ſcriptores, hominem fuiſſe conſentiunt, qui res ejus in Italia geſtas memoriae prodiderunt; Graeci, Diodorus & Thallus: Latini, Nepos & Caſſius & Varro. *Lactantius de Falſa Relig.* I. pag. 38.

At inter duos Boſporos, Thracium & Cimmerium directo curſu, ut auctor eſt Polybius, D. M. paſſuum interſunt. Circuitu vero totius Ponti vicies ſemel centena quinquaginta M. ut auctor eſt Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius *trecenta millia quinquaginta* adjicit. *Plinius Natur. Hiſtor.* IV. 12.

Ultra quem gens Paphlagonia, quam Pylaemeniam aliqui dixerunt, incluſam a tergo Galatia. Oppidum Maſtya Mileſiorum, deinde Cromna. Quo loco *Henetos* adjicit Nepos Cornelius, *a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos* credi poſtulat. *Plinius Natur. Hiſtor.* VI. 4.

AEdis Martis eſt circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio. *Priſc.* VIII.

Me juvene violacea purpura vigebat; cujus libra denariis centum venibat, nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter AEdilis Curulis primus in praetexta uſus, inprobabatur: qua purpura quis non jam tricliniaria facit? *Plin.* IX. 39.

Eudoxum quemdam ſua aetate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico ſinu egreſſum Gades uſque pervectum. *Idem* II. 67.

Q. Metello Celeri, C. Afranii in conſulatu conlegae, ſed tum Galliae proconſuli, Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii cauſa navigantes tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. *Ibidem.*

Fauces Oceani patere latitudinis, ubi minimum, VII. millia paſſuum, ubi vero plurimum, X. millia. *Idem* III.

Melpum, opulentia praecipuum, ab Inſubribus, & Goiis, & Senonibus deletum eſt eo die quo Camillus Veios cepit. *Ibidem* XVII.

Iſtro ex adverſo Padi fauces, contrario eorum percuſſu mari interjecto dulceſcente. *Ibidem* XVIII.

Alpes in latitudinem patere C. millia paſſuum. *Ibidem* XIX.

Ab Tingi aliam a colonia Julia. *Idem* V. 1.

Inter Pontem & Caſpium mare intereſſe CL. mill. *Idem* VI. 11.

Cer-

Cernem inſulam abeſſe ex adverſo maxime Carthaginis a continente paſſus mille. *Ibidem* XXXI.

Praecipuam auctoritatem fuiſſe lupo & aſellis. *Idem* IX. 17.

Turdos paullo ante coeptos ſaginari: ciconias magis placere quam grues. *Idem* X. 23.

Loton brevem eſſe. *Idem* XIII. 17.

Vinum expreſſum loto ultra denos dies negat durare, baccaſque contuſas cum ſiliqua ad cibos doliis condi. *Ibidem.*

Scandula contectam fuiſſe Romam uſque ad bellum Pyrrhi, annis quadringentis ſeptuaginta. *Idem* XVI. 10.

Ante Sullae victoriam duo tantum triclinia Romae fuiſſe argentea. *Idem* XXXIII. 2.

Cleophantum pictorem ſecutum in Italia Demaratum, Tarquinii Priſci Romani regis patrem. *Idem* XXXV. 3.

Primum Romae parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuae in Coelio monte Mamurram, Formiis natum, Equitem Romanum. Eum primum totis aedibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe, omnes ſolidas e Caryſtio aut Lunenſi. *Idem* XXXVI. 6.

Magno fuiſſe miraculo cum P. Lentulus Spinter amphoras ex onyche, & urceos magnitudine cadorum oſtendiſſet: poſt quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidiſſe. *Ibidem* VII.

Romam conditam olympiadis VII. anno ſecundo. *Solinus* II.

Annibal Marcelli reliquias in argenteam conditas urnam, injecta aurea corona, remiſit ad filium. Quum autem in ferentes urnam Numidae quidam delati molirentur eam auferre, repugnantibus illis, vi eripuerunt projeceruntque oſſa. Quo nuntiato, ad adſtantes Annibal: Quam nihil, inquit, poteſt fieri invito Deo! Numidas inde ſupplicio adfecit, neque ultra deferendorum oſſium vel conligendorum fuit ei cura. *Plutarch. in Marcello.*

Fuſum fugatumque aliquot pugnis a Marcello Annibalis exercitum. *Ibidem.*

Non ſenio vel morbo Lucullo mentem motam, ſed quod veneno eſſet a liberto Caliſthene potionatus. Dediſſe Caliſthenem illi venenum, ut inpenſius ab eo diligeretur, quod amatorium exiſtimabat eſſe; at ita id ſolviſſe & alienaſſe mentem ejus, ut viventis etiam procuraret negotia frater. *Idem in Lucullo.*

Non Craſſi, ſed Bruti, qui de Luſitanis triumphaverat, Cajum Graccum filiam in matrimonio habuiſſe. *Idem, Graccis.*

L.

L. Fenestellae Annalium Lib. I. II.

Et quaedam exta praesente suis, quaedam absente projecissent. *Nonius, Praesente nobis.*

Lib. XXII.

Itaque ut magistratum Tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adolescens & audax, nec inparatus ad dicendum, initionibus adsiduis invidiam & Ptolomaeo, qui jam profectus ex Urbe erat, & P. Lentulo Consuli, paranti jam iter, concitare secundo quidem populi rumore coepit. *Nonius, Rumor.*

In Archaicis.

CXXXIX. Hic primum venator fuit: cui cum ferinae caedis cruenta vastatio & solitudinum vagabunda errando cursilitas displiceret, plusquam etiam videns contheroletas suos, miserandae necis functos interitu, artis pristinae adfectui mittens repudium, agriculturam adfectatus est, &c. *Fulgent.* lib. III. cap. 9.

INCERTA.

Fascem pectoralis reticulus. *Idem, Reticulum masc.*

Quidam captum esse existimant (Terentium) quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet: quum inter finem secundi belli Punici & initium tertii natus sit & mortuus. Nec si a Numidis Gaetulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, coepto. *Suetonius in vita Terentii.* Idem ibidem de Scipione & Laelio.

Epi-

L. Fenestellae] Vixit sub Augusto, & obiit novissimo Tiberii Caesaris principatu, ut ait Plinius. Vel, ut Eusebius, Cumis decessit sub Augusto. Circumfertur hodie eius nomine libellus de Magistratibus, qui est Andreae Fiochi Florentini. A. Popma. Fenestellam in Archaicis citat Fulgentius lib. III. Mythol. sed locus, ni fallor, est corruptus; sex enim Edd. & Codex Leidensis, pro *Archaicis*, legit, *Martialis*, &, consente Savarone, designat illum, cujus meminit Sidonius lib. IX. Ep. XIV. & sane stylus aetatem sequiorem sapit. Auctorem hunc Lactantius I. 6. de Falsa Relig. vocat *diligentissimum scriptorem.* Vide etiam Plinium VIII. 7. 9. 17. 35. 15. 1. 31. 11. de Pseudo-Fenestella vide Flavium Blondum in Hetruria sua, & Gyraldum de Poëtis Dial. IV. Wasse.

Initionibus adsiduis] Alii, *Concionibus*, ego, *injectionibus*, propius ad antiquam scripturam & historiam. Nam Cato Tribunus plebis, adsidue *injiciebat* Senatui religionem, prolato e Sibyllinis versibus oraculo, *Ne Rex cum multitudine re-*

 duce-

Epitomarum Lib. II.

Quemadmodum Caeſar a piratis captus ſit, utque eos ipſe poſtea ceperit, & decollaverit. *Diomedes* l.

INCERTA.

Fruſtratus igitur a ſpe, devictus in caſtra ſe recepit. *Priſc.* VIII.

CXL. Apud quem vadatus amicitiae nodulo tenebatur. *Fulgent. Vadatus, obſtrictus.*

AEmiliam virginem XV. Kalend. Januar. eſſe damnatam. *Macrob.* I. 10.

Sequebantur eum diem Saturnalia. *Ibidem.*

Poſtero autem die, qui fuit XIII. Kalend. Januariarum, Liciniam virginem, ut cauſſam diceret, juſſam. *Ibidem.*

Defenſus eſt Catilina a M. Cicerone. *Pedianus in Catil. & Antonium. Gellius* XV.

Rutilium Attilium Nudum adpellatum, ſocerum Piſonis patris. *Idem in Piſon.*

Ad XIV. Kal. Februar. Milonem Lanuvium profectum. *Idem in Milon.* pag. 618. *Ed. Gronov.*

Ciceronem ſexto viceſimo aetatis anno pro Sex. Roſcio dixiſſe. *Gellius* XV. 28.

Annum vertentem Romae ab initio XII. menſium fuiſſe. *Cenſorin. de Die natali.*

Romae pugnaſſe *Elephantos* primum omnium in circo Claudii Pulcri aedilitate curuli, M. Antonio A. Poſtumio Coſſ. anno Urbis DCLV. *Plinius* VIII. 7.

Togas raſas Phrygianaſque divi Auguſti noviſſimis temporibus coepiſſe. *Ibidem* XLVIII.

No-

duceretur. Unde factum eſt alterum Senatuſconſultum, referente de religione Marcello Conſule, *Regem cum multitudine reduci periculoſum Reipublicae videri*: de quo SC. meminit Cicero epiſt. II. lib. I. ad Q. Fratrem. His ergo *infectionibus* concitabat invidiam, quaſi rem malo publico futuram agerent, & Ptolomaeo Auleti Regi, & P. Lentulo Spintheri Coſs. exeunte anno paranti iter in Ciliciam provinciam ſuam. *Injicere, Objicere, Rejicere religionem*, notae locutiones. De reductione Ptolomaei vide Ciceronis epiſtolas ad Lentulum. A. Poema.

Epitomarum] Eſt Epitoma Annalium Feneſtellae recentiori aevo facta, ut indicat verbum *Decollare*, pro *capite truncare*, quod ea notione Feneſtellae aetate minime receptum. A. Poema.

Apud quem] Mſ. Codex Sidneienſis, *penes quem*, & pro, *nodulo*, *nudula*. Wasse.

Nomen his *mullis* a colore mulleorum calceamentorum datum. *Idem* IX. 17.

Oleam omnino non fuiſſe in Italia, Hiſpania atque Africa, Tarquinio Priſco regnante, ab annis populi Romani CLXXIII. *Idem* XV. 1.

CXLI. Calpurnium & Manilium, qui Legatus C. Marii fuerat Jugurthino bello (annulos ferreos habuiſſe.) *Idem* XXX. I.

Repoſitoriis argentum addi ſua memoria coeptum. Sed eo teſtudinea tum in uſu veniſſe. Ante ſe autem paullo lignea rotunda ſolida, nec multo majora quam menſas fuiſſe. Se quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro coepiſſe. Mox additum argentum in angulis, lineaſque per commiſſuras. Tympana vero, ſe juvene, adpellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas adpellaverant. *Idem* XXXIII. 11.

Sibyllas multas fuiſſe, plurimi & maximi auctores tradiderunt: Graecorum, Ariſto Chius, & Apollodorus Erythraeus; noſtrorum, Varro & Feneſtella. Hi omnes praecipuam & nobilem praeter caeteras Erythraeam fuiſſe commemorant. *& infra*: Feneſtella etiam legatos Erythras a Senatu eſſe miſſos refert, ut hujus Sibyllae Carmina Romam deportarentur, & ea Conſules Curio & Octavius in Capitolio, quod tunc erat, curante Q. Catulo, reſtitutum, ponenda curarent. *Lactant. de Ira Dei.* cap. 21. & lib. I. cap. 6.

Ἔνιοι δὲ φασιν (ὧν καὶ Φενεστέλλας ἐστὶν) οὐδὲ αἰσθέσθαι τὴν μάχης τὸν Μάριον, ἀλλ' ἐξ ἀγρυπνιῶν καὶ κόπων, ὑπὸ σκιᾷ τινι, χαμαὶ κατακλινέντα, καὶ συνθήμασι δοθέντος, ἐνδοῦναι πρὸς ὕπνον, εἶτα μέλις ἐξεγείρεσθαι, τὴν φυγῆς ἡγεμόνης. (de pugna cum Sylla.) Plutarch. in Sylla pag. 470. B.

Διὸ καὶ τῶν ὀνομάτων πολλὰ τοῖς παλαιοῖς, Σύλλαι καὶ Βαβόλκοι καὶ Πόρκιοι ἦσαν, ὡς Φενεστέλλας εἴρηκεν. Idem in Quaeſt. Romanis pag. 275.

Τούτων φησὶ τὰ ὑπὲρ ἤδη πρεσβύτην οὖσαν ὁ Φενεστέλλας ἰδεῖν αὐτὸς, καὶ πολλάκις ἀκοῦσαι μεμνημένης ταῦτα καὶ διεξιούσης πρεσβύμως. (de puellis loquitur quae cum Craſſo fuerunt in Spelunca) Plutarch. in Craſſo 545. A.

Alii contra magis & maſculum & feminam dicunt, *de Bytho loquitur*, ne apud ſolos Lunenſes Hermaphroditum exiſtimet Annalium Commentator Feneſtella. *Tertullian. Adverſus Valentinianos* cap. XXXV. pag. 262. *Edit. Priorii Pariſ.* 1675.

Tanusii Gemini Annales.

CXLII. Conjuraſſe Caeſarem cum M. Craſſo conſulari, item P. Sulla & P. Autronio. *Suetonius Julio* cap. 9.

Tanuſius adjicit, Craſſum, poenitentia vel metu, diem caedi deſti-

natum non obiiſſe, & idcirco, ne Caeſarem quidem ſignum, quod ab eo dari convenerat, dediſſe. *Idem*, *Ibid.*

Γανύσιος (ſic enim ſcribitur in Edit. Francofurtenſi 1620.) ὁ λίγῳ κάτωθα, τὸ βελτίς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφιζομένης ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς εἰκότον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις ἀφοσιούμενον τὸ παραστόνδημα ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἀγῶνα εἰς τὸν ἄστυ τρέπεσθαι. *Plutarch. in Caeſare* pag. 718.

Domitii Lib. I.

Non orbes farreos, ſed menſarum vice ſumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuiſſe ſubſtratum, quod ipſum conſumtis aliis eduliis eos comediſſe. Ac poſt ſubinde intellexiſſe illas eſſe menſas quas illos comeſturos praedictum eſſet. *Auctor de Origine Gent. Roman.* cap. XII.

Sorte Apollinis Delphici monitum AEneam ut Italiam peteret, ubi duo maria inveniſſet, prandiumque cum menſis comeſſet, ibi urbem uti conderet. *Ibidem.*

Egnatii Lib. I.

CXLIII. In ea contentione non modo Remum non eſſe occiſum, ſed etiam ulterius a Romulo vixiſſe tradit. *Idem* cap. XXIII.

Non fulmine ictum, ſed terrae motu prolapſum, *Aremulum Sylvium*, ſimul cum eo regiam in Albanum lacum. *Idem* cap. XVIII.

M. Octavii Lib. I.

Cum interim inmolata ſue in litore ſacrificium perageret, traditur forte advertiſſe Argivam claſſem, in qua Ulyxes erat: cumque vereretur, ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itemque rem divinam interrumpere ſummum nefas duceret, caput velamento obduxiſſe, atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe. Inde poſteris traditum morem ita ſacrificandi. *Idem* cap. XII.

Amu-

L. Tanusii Gemini] Senecae & Suetonii libri nonnulli vocant *Tamuſium*. Plutarchus corrupte Καυσίου. Vixit temporibus Julii Caeſaris, & Auguſti. Ejus Annales Seneca Ep. XCIII. notat, ut prolixos & inutiles, Epiſt. XCIV. *Annales Tanuſii, ſcis, quam non decoroſi ſint, & quid vocentur*, nempe quod *Annales Voluſi, cacata charta*, apud Catullum. Sueton. I. A. Poema.

Domitii, Egnatii] De aetate & ſcriptis iſtorum mihi non conſtat. Egnatii libros de Rerum Natura verſibus ſcriptos citat Macrobius. A. Poema. Sed alium eſſe ab Hiſtorico putat Voſſius. Wasse.

Ast-

Amulium, patruum Rheae ſacerdotis, amore ejus captum, nubilo coelo obſcuroque aëre cum primum inluceſcere coepiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam: tum exactis menſibus geminos editos. Quod cum comperiſſet, celandi facti gratia per ſcelus concepti, necari juſſit ſacerdotem, partum ſibi exhiberi: Tumque Numitorem ſpe futurorum, quod hi, ſi adoleviſſent, injuriarum ſuarum quandoque ultores futuri eſſent, alios pro eis ſubdidiſſe, illoſque ſuos veros nepotes Fauſtulo paſtorum magiſtro dediſſe nutriendos. *Ibidem.*

Asinius Pollio.

CXLIV. Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie caeſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, haec eum ad verbum dixiſſe referens: Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Caeſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem. *Sueton. in Jul.* XXX.

Pollio Aſinius, parum diligenter (*Commentarios Caeſaris*) parumque integra veritate compoſitos putat: cum Caeſar pleraque & quae per alios erant geſta temere crediderit: & quae per ſe, vel conſulto vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum & correcturum fuiſſe. *Idem* cap. LVI.

φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτῆς, σταδίων ἑξακισχιλίων Ἀσίνιος; Paulo poſt: φησὶ δὲ καὶ δίσεμον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας. *Strabo* pag. 193.

C. Drusus.

Infans adhuc, ut ſcriptum apud C. Druſum exſtat, repoſitus in cunas a nutricula, loco plano, poſtera luce non comparuit: & diu quaeſitus tandem in altiſſima turri repertus eſt, jacens contra ſolis exortum. *Sueton. in Auguſto* cap. XCIV.

Cn.

Asinius Pollio] Hic idem eſt Aſinius, quem Suetonius *Pollionem* vocat. Quod aetas Strabonis ſatis evincat. Alius autem & aevi inferioris fuit *Aſinius*, qui Agathiae *Quadratus* cognominatur; homo Italus, & qui, ut idem Agathias teſtatur, res Germanicas accurate conſcripſit, quique inter caetera, Alemannos eſſe convenas & homines miſcellaneos tradidit. Quamvis exſtitit jam nuper, qui hunc Agathiae & illum Strabonis unum eumdemque Aſinium diceret, & Alemannos, & Alemannorum vocabulum eſſe antiquiſſimum, & ante Geographica Strabonis, utpote Aſinium nominantis, celebratum. Verum id ſi ſit, cur igitur diligentiſſimus Strabo, eum tam accurate citans, Alemannos etiam eorumque vocabulum, ſicuti fecit Agathias, apud eundem non legit? aut ſi legit, cur ſuis Commentariis tam notabilem gentem non inſeruit? Sed haec aliaque ad refellendum tam putidum commentum alibi a nobis adducta ſunt fuſius, nec iſto loco repetenda. Vidend. Diſceptat. noſtrarum Chorographic. Parte altera, ad Lectorem. Pontan.

Cn. Lentulus Gaetulicus.

Caliguiam Tiburi genitum ſcribit. *Idem* cap. VIII.

Q. Tubero.

Q. Tubero tradit, haeredem ab eo ſcribi ſolitum ex conſulatu ipſius primo, uſque ad initium Civilis belli Cn. Pompejum: idque militibus pro concione recitatum. *Idem in Auguſto* cap. LXXX.

Julius Marathus.

CXLV. *Julius Marathus libertus in memoriam Auguſti* quinque pedum & dodrantis fuiſſe ſtaturam ejus tradit. *Idem in Auguſto* cap. LXXX.

Auctor eſt Julius Marathus, ante paucos quam naſceretur menſes, prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur: Regem populi Romani Naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gravidas uxores haberent, quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne Senatuſconſultum ad aerarium deferretur. *Idem* cap. LXXIX. *& iterum* cap. XCIV.

Junius Saturninus.

Junius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta C. Toranii tutoris ſui proſcriptione, M. Lepidus in Senatu excuſaſſet praeterita, & ſpem clementiae in poſterum feciſſet; quoniam ſatis poenarum exactum eſſet; hunc e diverſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciae poenitentiam, poſtea T. Junium Philopoemenem, quod patronum ſuum proſcriptum celaſſe olim diceretur, equeſtri dignitate decoravit. *Sueton. in Auguſto* cap. XXVII.

M. Actorius Naso.

Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, auctores ſunt, conſpiraſſe eum (*Julium Caeſarem*) etiam cum Cn. Piſone adoleſcente &c. *Sueton. in Julio* cap. IX.

Eulogius.

Exſtat Q. Eulogii ad Q. Vitellium, divi Auguſti quaeſtorem, libellus, quo continetur: Vitellios Fauno, Aboriginum rege, & Vitellia, quae mul-

multis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio imperaſſe. *Sueto-nius in Vitellio*, cap. I.

T. Ampius.

CXLVI. *Nec minoris inpotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius ſcribit :* Nihil eſſe Rempublicam; adpellationem modo, ſine corpore ac ſpecie. Sullam neſciſſe literas, qui dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere, quae dicat. *Sueton. in Julio* cap. LXXVII.

Val. Messala.

Valerius Meſſala tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo coenae, excepto Mena, ſed adſerto in ingenuitatem, poſt proditam Sex. Pompei claſſem. *Sueton. in Auguſto* cap. LXXIV.

Cassius Severus.

Caſſius Severus, nec minus alii prodiderunt, eumdem & ſutorem veteramentarium : cujus filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus, ex muliere vulgari, Antiochi cujusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit. *Suetonius in Vitellio* cap. XL.

Pestanus Vibonensis.

Pedibus equos transmiſimus. *Macrobius* cap. 4. lib. IV. *Saturnal.*

Hostius.

CXLVII. *Hunc ſecutus Hoſtius poëta* in lib. II. *Belli Hiſtrici* ait:

—— Non ſi mihi linguae
Centum atque ora ſient totidem, voceſque liquatae.

Idem lib. VI. cap. 3. *Saturn.*

In

Hostius in Libro Belli Histrici] Fuit hic *Hoſtius* avus Cynthiae, quae & *Hoſtia* dicta, & quam in amoribus habuit Propertius. Qui nec ipſum hunc Hoſtium tacuit, ſed ejus gratam memoriam celebravit lib. Elegiarum III. quo quidem in loco, *Doctus avus*, eſt hic ipſe Hoſtius. Cujus & Feſtus meminit his verbis : *Hoſtius, Belli Hiſtrici* lib. III.

Per gentes alte aethereas & teſqua volabis.

Et Varro quoque apud Servium Danielis: *Hoſtius Belli Hiſtrici primo :*

Percutit atque haſtam pilans prae pondere frangit. Id.
—— —— *Sententia praeſto*
Pectore; pilata eſt.

Pontan.

Voceſque liquatae] Vox *liquata*, pro *diſerta*, *profluente* atque *expetita* & *igne* quaſi *liquefacta*, haud facile apud alium quempiam occurrat. Videndum autem an non aliquo huc pacto faciat

In primo Annali.

Ille gravi ſubito devinctus vulnere habenas
Miſit equi, lapſuſque in humum defluxit, & armis
Reddidit aeratis ſonitum.

Macrob. Saturn. VI. 4.

Interea Oceani linquens Aurora cubile.

—— mitemque rigat per pectora ſomnum.

In sexto.

Quod genus hoc hominum Saturno ſancte create?

Dia Minerva, ſimul autem invictus Apollo Arcitenens, Latonius.

Macrobius, Saturnal. cap. 5.

Ur-

faciat illud Act. I. verſ. 3. *Et apparuerunt illis διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, diſpertitae linguae tanquam ignis.* Pontan.

Saturno Sancte create] Dionyſius Halicarnaſſeus: *In Templo Dei Fidii, quem Romani Sanctum vocant.* Varro lingua Sabina *Sancum* dictum innuit lib. IV. de L. L. *AElius Gallus Dius Fidius dicebat Jovis filius, ut Graeci Διόσκουρον Caſtorem: & putabant hunc eſſe Sancum ab Sabina lingua, & Herculem ab Graeco.* Item Ovidius:

Quaerebam Nonas Sanco Fidione referrem
An tibi Semipater.

Statua, quam Romae Simoni Mago erexit populus Rom. *Sancti* quoque titulum habuerat, referente, praeter Juſtinum Martyrem, etiam Tertulliano, cap. 13. in Apologetico: *Simonem*, inquit, *Magum ſtatua & inſcriptione Sancti Dei inauguratis.* Niſi ſi Semoni fortaſſis ſcriptum fuerit, quod ad Simonem traxerint Chriſtiani. Nam Sancus etiam Semo dictus, ut patet ex inſcriptionibus. Unam habet Fulvius Urſinus ad Caeſarem de Bello Gall. quae eſt ejuſmodi:

SANCTO. SANCO. SEMONI. DEO. FIDIO. SACRUM.

Simonis autem in Campo Martio ſtatua tituluſque talis fuiſſe perhibetur: Simoni. Sancto. Deo. Auguſtinus de eo haec habet cap. 1. de Haereſibus: *Aſſerebat Simon ſe eſſe Chriſtum. itemque Jovem ſe credi volebat.* Et ſtatim: *Imagineſque & ſuam & Helenae meretricis diſcipulis ſuis praebebat adorandas, quas & Romae tanquam Deorum ſimulacra auctoritate publica conſtituerat. In qua urbe beatus Apoſtolus Petrus cum vera omnipotentis Dei virtute extinxit.* Quorum poſtrema, ut de prioribus nunc non dicam, haudquaquam conveniunt cum verbis & narratione Lucae Actor. VIII. Ubi non Romae, ſed in Samaria objurgatus a Petro confutatuſque memoratur.

Haec fere erant, quae ad ſuperiora Hiſtoricorum Fragmenta, additumque Auctarium pro tempore, & ne pagellae vacarent, annotanda habui: illud adjiciens, L. Lucejum, italici belli & civilis Hiſtoriam, pene perfeciſſe Ciceronis tempore, ut de eo Cicero ipſe tradit lib. V. Epiſt. Famil. ad hunc ipſum Lucejum, petens, ut res etiam ſuas geſtas contexat, eaſque a perpetuis ſuis hiſtoriis ſejungat, ut fecerunt apud Graecos Calliſthenes, qui Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius etiam, qui Numantium bellum ſeorſim deſcripſit. Pontan.

Apud Macrobium lib. IV. cap. 5. *Fave*, aut ſimile fortaſſe verbum deſiderari videtur: ut fuerit ſcilicet:

Dia Minerva, fave, ſimul autem invictus Apollo Arcitenens &c.

Pontan.

Digitized by Google

In Decimo.

Rumoreſque ferunt varios & multa requirunt.

In Undecimo.

Nomine quemque ciet, dictorum tempus adeſſe.
Commemorat. *Deinde infra.*
Confirmat dictis ſimul atque exſuſcitat acres
Ad bellandum animos, reſicitque ad proelia mentes.

Pescennius Festus.

Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſoliti inmolare : & cum victi eſſent ab Agathocle rege Siculorum, iratum ſibi Deum putarunt: itaque ut diligentius piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios inmolarunt. *Lactant.* lib. I. cap. 21. *Divinar. Inſtitutionum.*

Augustus Caesar.

CXLVIII. *Ipſe Auguſtus* nihil amplius quam equeſtri familia ortum *ſe ſcribit*, vetere & locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. *Sueton.* cap. II.

Inpetum ſe cepiſſe *ſcribit* frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret : neque tamen perſeveraſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitionem quandoque reſtitui. *Sueton.* cap. XLII.

Ipſe ſcribit invitaſſe ſe quemdam, in cujus villa maneret, qui ſpeculator ſuus olim fuiſſet. *Idem* cap. LXXIV.

De Vita sua Lib. II.

Iis ipſis Ludorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies in regione coeli, quae ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Caeſaris animam inter Deorum inmortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro

De vita sua] Capite autem 85. ait eum Auguſtum Vitam ſuam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra expoſuiſſe. Pontan.

mulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. *Servius ad I. Georg.* & *Plin.* lib. II. cap. 25.

Circa horam octavam ſtella ampliſſima, quaſi lemniſcata corona, orta eſt; quam quidam ad inluſtrandam gloriam Caeſaris juvenis pertinere exiſtimabant. Ipſe animam patris ſui eſſe voluit: eique in Capitolio ſtatuam, ſuper caput auream ſtellam habentem, poſuit; inſcriptum in baſi fuerat, KAICAPI ΗΜΙΘΕΩ. Sed Vulcanus aruſpex in concione dixit cometen eſſe, qui ſignificaret exitum noni ſeculi & ingreſſum decimi. Sed quod invitis Diis ſecreta rerum pronunciaret, ſtatim ſe eſſe moriturum. Et nondum finita oratione, in ipſa concione concidit. *Servius ex Baebio Macro.*

Lib. X.

CXLIX. Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt. Et id ſe obſervaſſe etiam D. Auguſtus lib. X. *de Vita ſua ſcribit. Ulpian. lib.* XI. *de officio Procuratoris. L. de Cadav. Damnatorum.*

C. OPPIUS.

De Vita et Rebus Africani.

Mater Africani diu ſterilis exiſtimata eſt. P. quoque Scipio, cum quo nupta erat, liberos deſperavit. Poſtea in cubiculo, atque in lecto mulieris, cum abſente marito cubans ſola obdormiſſet, viſus repente juxta eam cubare ingens anguis; iſque iis, qui viderant, territis & clamantibus elapſus inveniri non potuit. id ipſum P. Scipio ad aruſpices retulit. Ii, ſacrificio facto, reſponderunt fore, ut liberi gignerentur. Neque mulier diebus, poſteaquam ille anguis in lecto viſus eſt, multis concepit: Concepti foetus ſigna atque ſenſum patitur, exinde menſe decimo peperit, natuſque eſt hic P. Scipio Africanus, qui Annibalem & Carthaginenſes in Africa bello Punico ſecundo vicit. *Agell.* VII. 1.

Iidem literis mandarunt, Scipionem Africanum ſolitaviſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque ibi ſolum diu demorari: quaſi conſultantem de re

Agellius] Julio Hygino tribuit, quemadmodum etiam hoc, quod ſequitur. Pontan.

Urum

re publica cum Jove: AEdituoſque ejus templi ſaepe eſſe demiratos, quod ſolum id temporis in Capitolium ingredientem canes, ſemper in alios ſaevientes, neque latrarent eum neque incurrerent.

De Vita C. Marii.

C. Marium, qui ſepties conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum varices, unum hominem, Oppius auctor eſt. *Plinius* lib. XI. cap. 35.

In Vita Cassii.

Vulgu. *Cariſius* lib. I.

Massurius Sabinus.

Libro I. *Memorialium.*

Ea mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amiſit. In illius locum Romulus Accae Larentiae ſeſe filium dedit: ſeque & ceteros ejus filios fratres Arvales adpellavit. ex eo tempore conlegium manſit fratrum Arvalium numero duodecim: cujus ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona & albae infulae. *Gellius* lib. VI. cap. 2.

Lib. II.

CL. M. Octavius Herennius prima adoleſcentia tibicen, poſtquam artis diſtiſus ſuae eſt, inſtituit mercaturam. Et bene re geſta, decimam Herculi profanavit. Poſtea cum navigans hoc idem ageret, a praedonibus circumventus fortiſſime repugnavit & victor receſſit. Hunc in ſomniis Hercules docuit ſua opera ſervatum. Cui Octavius, inpetrato a magiſtratibus loco, aedem ſacravit & ſignum; VICTOREMQUE literis inciſis adpellavit. *Macrob.* III. cap. 6.

Lib. VII.

Cenſores P. Scipio Naſica & M. Popilius, quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum viderunt, Et cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? Quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius meus. Viſum eſt parum reverens eſſe reſponſum: relatuſque in aerarios, ut mos eſt. *Gellius* lib. V. cap. 20. *& Nonius, Strigoſus.*

Lib.

Unum hominem Oppius auctor est] Legerim *durum hominem O. a. e.* ut velit innuere Cajum Marium, duri pectoris virum, nec minus doloris quam laboris fuiſſe patientiſſimum. Pontan.

Lib. XI.

Civica corona tum dari ſolebat, cum is, qui civem ſervaverat, eodem tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civicae coronae negat conceſſum. Tiberium tamen Caeſarem conſultum, an civicam coronam capere poſſet, qui civem in proelio ſervaſſet & hoſtes ibidem duos interfeciſſet, ſed locum, in quo pugnabat, non retinuiſſet, eoque loco hoſtes potiti eſſent, reſcripſit, eum quoque civica dignum videri, quod adpareret tam iniquo loco ab eo ſervatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit. *Gell.* lib. V. cap. 6.

Pedibus ingredi ovantes, *dicit*, ſequentibus eos non militibus, ſed univerſo ſenatu. *Ibidem.*

Fastorum Libro II.

Vinaliorum dies Jovi facere eſt, non, ut quidam putant, Veneri.

Liberalium dies a pontificibus Agonium Martiale adpellatur.

Eam noctem deincepſque inſequentem diem qui eſt Lucarium. *Macrob.* lib. I. cap. 4.

Julius Higinus Libro VI. de Vita et Rebus Inlustrium Virorum.

CLI. Legatos *dicit* a Samnitibus ad C. Fabricium imperatorem populi Romani veniſſe; & memoratis multis magniſque rebus quae bene ac benivole, poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet, obtuliſſe dono grandem pecuniam oraſſeque, uti acciperet utereturque, atque id facere Samnites dixiſſe, quod viderent multa ad ſplendorem domus atque victus defieri, neque pro magnitudine dignitateque lautum paratumque eſſe. Tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos & infra deinceps ad nares & ad os & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxiſſe, & legatis ita reſpondiſſe: Dum illis omnibus membris, quae adtigiſſet, obſiſtere atque imperare poſſet, numquam quidquam defuturum: propterea pecuniam, qua nihil ſibi eſſet uſus, ab iis, quibus eam ſciret uſui eſſe, non accipere. *Gellius* lib. I. cap. 14.

Fastorum] De Maſſurio Sabino vide Pontanium in notis ad Macrob. Saturn. III. 6. qui Maſurius vocatur apud Athenaeum Perſium & Nonium. Alia porro ſcripſit quae in cenſum noſtrum admitti non poſſunt, ut *Commentarios de Indigenis*, *libros Juris Civilis*. *De furtis*. Caeterum idem Nonius Fragmentum quod ex ſeptimo adducit Gellius ex XVII. libro citat. Sed potior apud me *Gellii auctoritas* praeſertim cum quidam Noniani habent VII. & Codex Pembroch. cum Vulg. Gellii conſentit. Wasse.

Victus] MS. Pembroch. *uitus*. Et, *paratumque eſſe*. Wasse.

C. CRI-

C. CRISPI SALLUSTII
HIST. FRAGMENTA,
ALIAQUE, EX SCHEDIS
JANI BROUKHUSII.

Servius ad VIII. AEn. 461. ad GEMINI CUSTODES. *Hoc & in Homero lectum eſt, & in hiſtoria Romana, quae ait:* Syphax inter duas canes ſtans Scipionem adpellavit.

Servius ad VIII. AEn. 480. INSEDIT *autem ſecundum Salluſtium:* [a]Montem ſacrum atque Aventinum inſedit.

Servius ad VIII. AEn. 557. *Ergo, ut ſolet, imaginem τὴν φαντασίαν, ut eſt: & plurima mortis imago. Hanc Salluſtius ſpeciem* dicit; ſicut ipſe dicit: ſpeciem captae urbis efficere diſcedentes.

Servius ad XII. AEn. 458. GRAVEM, *fortem. Salluſtius:* [b]Luſitaniae gravem civitatem.

Servius ad XI. AEn. 544. JUGA LONGA, *id eſt, longe poſita, remotiora. Salluſtius:* [c]& Metello procul agente longa ſpes auxiliorum. *id eſt, longe poſita.*

Servius ad X. AEn. 833. INCERTA, *dum haec geruntur, & omnino ſic eſt apud poëtas,* interea, *ſicut apud Salluſtium,* eodem tempore.

Servius ad X. AEn. 836. *talis eſt figura ſicut illa Salluſtii:* [d]Leonem, atque alias feras. *Ergo & Leo fera eſt.*

Servius ad V. AEn. 295. *item Salluſtius:* [e]ſed Mithridates extrema pueritia regnum ingreſſus, matre ſua veneno interfecta.

Eugraphius in Ter. Andr. Act. I. Sc. I. LAUDARE FORTUNAS MEAS, *ubique Fortunae adtribuit, quod boni filii ſunt, ut & Salluſtius:* [f]praeterea viro, liberis, ſatis fortunata.

Porphyrio in Horat. lib. IV. Od. 2. ET JAM DENTE MINUS MORDEOR INVIDO,

a Vide Fragm. I. II. p. 6.
b Fragm. VI. XXI. p. 154.
c VI. XIV. p. 135.
d Jugurtha cap. VI.
e Fragm. VI. XVI. p. 139.
f Catil. cap. XXVI.

VIDO, *hoc vult intelligi de ſe, quemadmodum ait Salluſtius:* [a]gloria invidiam viciſti.

Servius ad X. AEn. 628. & iterum ad XI. AEn. *Sic Salluſtius:* [b]caſtra ſine vulnere introitum.

Servius ad II. Georg. 478. UNDE TREMOR TERRIS. *Variae ſunt Opiniones; alii dicunt ventum eſſe in concavis terrae, qui motus etiam terram movet. Salluſtius:* [c]venti per cava terrae citari.

Porphyrio in Horat. lib. I. Epiſt. 18. V. 29. *opibus, inquit, compenſo ſtultitiam, cum ſtultus ſum. Simile eſt illud Salluſtii:* [d]quia ſecundae res mire ſunt vitiis obtentui.

Servius ad IX. AEn. 558. PRENDERE SAXA MANU, *quia tunc alti non erant muri ſed ad inpetum tantum repellendum: ut etiam Salluſtius oſtendit,* [e]*ubi* Sertorium humeris ſublatum per muros adſcendiſſe *commemorat.*

Servius ad IX. AEn. 639. *Inludo tibi & inſulto tibi dicimus, nam inludo te, figuratum eſt, ut hoc loco, item, inſulto te. Salluſtius:* [f]multos a pueritia bonos inſultaverat.

Servius ad XI. *AEneid.* 515. FURTA PARO BELLI. *Inſidias, Salluſtius:* [g]Gens ad furta belli peridonea.

Servius ad VI. AEn. 14. Daedalus vero primo Sardiniam, [h]*ut dicit Salluſtius*, poſt delatus eſt Cumas.

Porphyrio in Horat. lib. III. Od. 24. CAMPESTRES. *Quod in campis ſine tectis vivant dicti ſunt, de quibus & Salluſtius ſic ait:* Scythae Nomades tenent, [i]quibus plauſtra ſedes ſunt.

Servius ad XI. AEn. 870. DESOLATIQUE MANIPLI. *Deſerti ſigniferi, quod nimii diſcriminis, namque hoc ubique dux praecipit, ut frequentes circa ſigna ſint milites, ſicut in Salluſtio legimus.*

Servius ad XI. AEn. 896. *item Salluſtius:* [k]prima qui fronte venientes exciperet. *cum de inſidiis loqueretur, quas numeri tantum pluralis eſſe plus quam manifeſtum eſt.*

Servius ad VII. AEn. 632. SALIGNAS UMBONUM CRATES, *ut Salluſtius dicit de Lucanis:* [l]Qui de vimine facta ſcuta recentibus detractis coriis, quaſi glutino adoleſcebant.

Ser-

a Jugurth. Cap. x.
b Hiſt. VI. xiv. p. 136.
c Fragm. VI. vii. p. 123.
d Fragm. I. x. p. 18. 19.
e Fragm. I. xxii. p. 41.
f Fragm. VI. xiv. p. 136.
g Fragm. I. xx. p. 33.
h Fragm. II. iv. p. 49.
i VI. xxiii. p. 146.
k Fragm. III. xiii. p. 80.
l Fragm. IV. xii. p. 105.

Servius ad VI. AEn. 23. ELATA MARI. *Perite dixit, eminens eſt enim: & bene ſitum expreſſit; ut enim Salluſtius dicit:* [a]Creta altior eſt, qua parte ſpectat Orientem.

Porphyrio in Horat. lib. II. Epiſt. 1. X. 40. *Condita poſt frumenta] poſt meſſem? an poſt vindemiam? nam &* autumni frumenta *Salluſtius dixit.*

Servius XII. AEn. 164. *Quotiens utimur nominibus tantum pluralis numeri & unum volumus ſignificare, ita dicimus, unas bigas, unas quadrigas, unas ſcalas. Salluſtius:* [b]Hi poſtquam in una moenia convenere.

Porphyrio in Horat. lib. II. *Servius ad* IX. *AEneid.* 493. Epiſt. 2. X. 81. *Salluſtius:* [c]At Sertorius vacuus hieme copias augere.

Servius ad X. AEn. 168. COSAS. *Civitas Tuſciae, quae numero dicitur ſingulari ſecundum* [d]*Salluſtium, unde apparet* Coſas *eſſe uſurpationem.*

Servius ad X. AEn. 102. *Salluſtius:* [e]jam repente viſus faevire Tagus.

Acro in Horat. lib. I. Sat. 10. X. 9. *non ſolum in eo eſt opus, ut pauca copioſe, ſed ut breviter multa dicantur, ſic & Cato a Salluſtio laudatur,* [f]*quod* multa paucis abſolverit. Porphyrio ibidem: *Eloquentiae virtus non tantum in eo eſt, ut pauca copioſe, ſed etiam ut multa breviter dicat, ſic & M. Cato a Salluſtio laudatur* multa paucis abſolviſſe.

Servius ad X. AEn. 340. PER DUCIS EVANDRI. *Melius Ducis, quam ſi dixiſſet Regis: hoc enim nomen exprimit ducentem in praelia. Salluſtius:* [g]quo cupidius in ore Ducis ſe quiſque bonum & ſtrenuum oſtentantes. *non dixit Proconſulis.*

Servius ad X. AEn. 281. OMEN PUGNAE. *Salluſtius:* [h]pugnam illam pro omine belli futuram.

Servius ad XII. AEn. 844. *Salluſtius de Appio, ubi eum Cotta in concione ab exercitu cogit abſcedere, dicit:* [i]ſe ejus opera non uſurum, eumque ab armis dimittit.

Servius ad XII. AEn. 661. PRO PORTIS. *Pro portis autem, ante portas,*

a Fragm. VI. XVI. p. 139.
b Cat. Cap. VI.
c Fragm. VI. XXII, p. 145.
d Fragm. VI. XIV. p. 136.
e Fragm. VI. XXI. p. 145.
f Fragm. I. 1. p. 2.
g Fragm. VI. VII. p. 122.
h Fragm. VI. VII. p. 124.
i Fragm. VI. XIV. p. 135.

Digitized by Google

tas, *Salluſtius:* [a]ex parte cohortum praecipere inſtructa, & ſtationes locatae pro caſtris.

Servius ad XII. AEn. 676. JAM JAM FATA. *Salluſtianum:* [b]jam jam frater animo meo cariſſime.

Servius ad IX. AEn. 754. ALTE CONSURGIT IN ENSEM, *genus feriendi Gallicanum. Salluſtius:* [c]Regreſſi ad faciliores ictus loco cedebant.

Servius ad IX. AEn. 510. *In armorum generibus milites ſumunt ab animalibus nomina, ut aries. Salluſtius:* in modum hirci militaris.

Servius ad IX. AEn. 493. *Salluſtius:* [d]in ſecunda feſtinas cohortes compoſuerat.

Servius ad IX. AEn. 417. *Tergum pro tergus dixit Salluſtius:* [e]tergis vinciebant.

Servius ad AEn. 771. *ſane ſciendum quod ipſos equites Cataphractos dicimus,* [f]*Salluſtius:* & ſequebantur equites Cataphracti.

Servius ad IX. AEn. 234. *hunc autem ſtandi habitum & Salluſtius commemorat.* [g]Feſſi arma ſua quiſque ſtantes incumbere.

Servius ad IX. AEn. 348. *ut* [h]*Salluſtius:* ex inſolentia avidus male faciendi.

Servius ad VIII. AEn. 340. VATIS FATIDICAE. *Unde ſolum plenum non erat, ergo tale eſt ut illud in Salluſtio:* [i]in tugurio mulieris ancillae.

Huc (ad lib. IV.) refer Fragmentum a Chariſio citatum lib. II. pag. 217. edit Fabric.

Servius ad XII. AEn. 145. *ſane talis haec figura eſt ut illud Salluſtianum:* [k]Mare Ponticum dulcius eſt quam cetera, *cum nullum dulce ſit.*

Servius ad I. Georg. 56. *nam & Crocum in Cilicia* [l]apud Corycum naſci *Salluſtius meminit.*

Servius ad III. AEn. 400. *Sallentinum promontorium. Nam, ut ait Salluſtius:* [m]Omnis Italia coacta in anguſtias ſcinditur inter duo promontoria, Bruttium & Sallentinum.

Servius ad IV. AEn. 271 *Terere, verbum eſt ad ignaviam poſitum. Salluſtius:* [n]ibi triennio fruſtra trito.

Ser-

a Fragm. VI. XXI. p. 145.
b Jugurtha Cap. XVII.
c Fragm. VI. XIV. p. 136
d Fragm. VI. XXI. p. 145
e Fragm. IV. X. p. 102.
f Fragm. VI. XVIII. p. 142.
g Fragm. III. XII. p. 79.
h Fragm. VI. XVIII. p. 142.
i Jugurtha Cap. XIV.
k Fragm. VI. XIII. p. 132.
l Fragm. I. XXII. p. 41.
m Fragm. VI. XV. p. 138.
n Fragm. VI. II. 116.

Servius ad IV. AEn. 245. AGIT. *An Agit, in Actu eſt? Salluſtius:* [a]Inter certamina dominationis aut libertatis agit.

Servius ad I. Georg. 287. DIU. *Salluſtius:* [b]Diu noctuque laborare, feſtinare.

Servius ad II. Georg. 209. ANTIQUASQUE DOMOS. *aut revera antiquas aut charas. Salluſtius:* [c]Tantum antiquitatis curaeque majoribus pro Italica gente fuit.

Servius ad IV. Georg. 182. CROCUMQUE RUBENTEM. *Salluſtius in Hiſtoriis ait:* [d]In qua crocum gignitur, *genere neutro ſecundum artem uſus eſt. hic poëtice maſculino, referens ad puerum, qui in hunc florem dicitur eſſe converſus.*

Servius ad IV. Georg. 238. IN VOLNERE PONUNT. *non ſuo, ſed a ſe illato Salluſtius:* [e]injuria validiorum, *ſcilicet quam inferebant validiores.*

Servius ad I. AEn. 6. PROFUGUS. *ut in Salluſtio:* [f]Qui nullo certo exſilio vagabantur: *adeo exſilium eſt ipſa vagatio.*

Servius ad I. AEn. 75. *Sane notant Virgilium Critici, qui marito promittit uxorem: quod excuſat regia licentia, ut Salluſt.* [g]Denas alii, alii plures habent, ſed reges eo amplius.

Servius ad I. AEn. 97. *Duplices duas dicebant, ut hoc loco, & binos duos, & utroſque pro utrumque, ut Cicero:* Binos habebam, jubeo promi utroſque, *item Salluſtius, cum de duobus loqueretur:* [h]Hi utrique ad Urbem Imperatores erant.

Servius ad I. AEn. 100. *Salluſt.* [i]Romani generis diſertiſſimus.

Servius ad I. AEn. 100. *Quaeritur cur Diomedem fortiſſimum dixerit, cum poſt Achillem & Ajacem ipſe ſit tertius, unde etiam Salluſtius ait:* [k]Primum Graecorum.

Servius ad I. AEn. 111. APERIT. *oſtendit, ut Salluſtius,* [l]Caput aperire ſolitus, *id eſt nudare, oſtendere.*

Servius ad I. AEn. 120. TER. *Sacpius finitus numerus pro infinito, crebros enim fluctus facit Aquilo, ut Salluſtius:* [m]Crebritate fluctuum, ut Aquilo ſolet.

Ser-

a Fragm. I. I. p. 3.
b Catil. Cap. XXVII.
c Fragm. VI. VII. p. 124.
d Fragm. I. XXII. p. 140.
e Fragm. I. III. p. 7.
f Fragm. VI. XXII. p. 145
g Jugurtha Cap. LXXX.
h Catil. Cap. XXX.
i Fragm. I. I. p. 2.
k Fragm. VI. XI. p. 129.
l Fragm. I. I. p. 2.
m Fragm. V. II. p. 111.

Servius ad I. AEn. 198. *Salluſtius ait*, Provincias inter ſe partiverant, *nam & partio & partior dicimus.*

Servius ad I. AEn. 215. *Tergus, tergoris, corium ſignificat, tergum vero tergi, dorſum ſignificat, ut Salluſtius:* [a]Scilicet quia tergis abſtinetur.

Servius ad I. AEn. 271. *dicimus autem, & nomen mihi eſt Cicero; ut, Hecyra eſt huic nomen fabulae, & Ciceronis, ut Salluſtius:* [b]Cui nomen oblivionis condiderant.

Servius ad I. AEn. 303. (Trojani) *qui non ſponte venerant ad Africam, quod utique ignorabat Dido. illo enim tempore* [c]invadendarum terrarum cauſa fuerat navigatio, *ut Salluſtius meminit.*

Servius ad I. AEn. 434. AESTATE NOVA. *bene nova, quia eſt* aeſtas & adulta & praeceps, *ſecundum Salluſtium.*

Servius ad I. AEn. 445. LAETISSIMUS UMBRA, *aut ſeptimus caſus eſt: aut, ſecundum Probum, genitivus: ut ſit laetiſſimus umbrae. ſicut Salluſtius:* [d]Frugum pabulique laetus ager.

Servius ad I. AEn. 480. [e]*curribus falcatis uſos eſſe majores, & Livius & Salluſtius docent.*

Servius ad I. AEn. 580. CERTOS. *Veloces, qui cito inveniant: aut fideles. utrumque enim hoc loco ſignificat, contrario, incertos pro tardis Salluſtius:* [f]Et onere turrium incertis navibus. *aliquando & firmos. ut idem:* apud latera certos locaverat.

Servius ad I. AEn. 63. *Bis intelligimus* NON, *ut ſupra diximus; ſic Salluſtius:* [g]Segnior, neque minus gravis & multiplex cura.

Servius ad II. AEn. 712. URBE EGRESSIS, *hic ablativo junxit, ut Horatius: Egreſſum magna me excepit Aricia Roma. Salluſtius accuſativo:* [h]Raro egreſſa fines ſuos.

Servius ad. III. AEn. 533. *Sic de Ponto Salluſtius:* [i]Unde hic tulit colorem, nam ſpeciem efficit Scythici arcus.

Servius ad III. AEn. 594. *Sane* cetera Grajus, *Graeca locutio eſt. ut Salluſtius:* [k]Sanctus alia.

Ser-

a Fragm. III. XI. p. 78.
b Fragm. I. XXII. p. 41.
c Fragm. VI. XXVI. p. 149.
d Fragm. VI. XXVII. p. 149.
e Fragm. II. IV. p. 50.
f Fragm. VI. XX. p. 144.
g Fragm. I XVIII. p. 34.
h Fragm. VI. XXVI. p. 149.
i Fragm. VI. XXVIII. p. 150.
k Fragm. VI. XXII. p. 145.

Servius ad V. AEn. 408. VERSAT, *conſiderat. Salluſtius:* [a]Exercitum majorum more verteret, *hoc eſt conſideraret.*

Servius ad IV. AEn. 23. AGNOSCO. *participium agnotus non agnitus Salluſtius:* [b]Nec inermos ex praelio viros quemquam agnoturum.

Servius ad IV. AEn. 290. NOVANDIS. *Salluſtius:* [c]Quae cauſa fuerat novandis rebus.

Servius ad III. AEn. 425. TRAHENTEM. *Salluſtius:* [d]Quod forte in lata naufragia ſorbens gurgitibus occultis millia ſexaginta Taurominitana ad littora trahit.

Servius ad III. AEn. 420. *Salluſtius* [e]Saxum *eſſe dicit* ſimile formae celebratae procul viſentibus. Vide & ſequentia, nam huc faciunt.

Servius ad V. AEn 626. *Orion* qui oritur (*ut Salluſtius dicit*) [f]juxta ſolis aeſtivi pulſum.

Servius ad V. AEn. 935. *ſecundum Philoſophos, Elyſium, eſt inſulae Fortunatae, quas ait Salluſtius* inclytas *eſſe* Homeri carminibus; *quarum deſcriptionem Pius commentator dicit eſſe ſublatam.*

Servius ad V. AEn. 540. AMBAS. *Compendioſius, quaſi* duas *diceret. Poteramus enim etiam* tertiam *ſperare. Sic Salluſtius:* [g]Inter ſecundum atque ultimum bellum Carthaginenſe, *non ait* tertium.

Servius ad VII. AEn. 303. *Condi proprie dicuntur, qui ſibi ſtatuunt civitatem.* Salluſtius: Parte conditor orbis terrarum, Forte, *Per te conditur.*

Servius ad III. AEn. 265. *nihil eſt enim fame gravius. Salluſtius:* [h]ſin vis obſtat, ferro quam fame aequius perituros.

Servius ad III. AEn. 104. JOVIS MAGNI, *quia illic dicitur nutritus eſſe, quod, ut Salluſtius* [i]*dicit, ideo fingitur, quia* primos Cretenſes conſtat inveniſſe religionem. Iterum ad VIII. AEn. 343.

Servius ad II. Georg. 98. *pleraque autem ſubaudiri, quae aperte non poſſumus dicere, & ipſe alibi docet, & Salluſtius, qui ait:* [k]Quis a Sertorio triplices inſidiae per idoneos ſaltus poſitae erant.

Servius ad III. Georg. 82. *Salluſtius dicit in Hiſtoriis, veſtes de pellibus* [l]Rhenones *vocantur.*

Ser-

a Fragm. VI. xvi. p. 139.
b Fragm. II. v. p. 51.
c Fragm. VI. xxiii. p. 146.
d Fragm. VI. xviii. p. 142.
e Fragm. VI. xxvi. p. 148.
f Fragm. VI. xxvi. p. 149.
g Fragm. VI. xxvi. p. 149.
h Fragm. I. ii p. 3.
i Fragm. VI. xxi. p. 145.
k Fragm. VI. xii. p. 131.
l Fragm. VI. xiii. p. 80.

Servius ad II. Ecl. 67. duplicat, *auget, Salluſtius:* [a] & Marius victus duplicaverat bellum.

Servius ad III. Ecl. 13. [b] *Saevus iſte Romulus.*

Servius ad VII. Ecl. 41. *In Sardinia naſcitur quaedam herba, ut Salluſtius dicit*, apiaſtri ſimilis, quae *herba* comeſa hominum rictus dolore contrahit, & quaſi ridentes interimit, *unde vulgo:* Σαρδάνιος γέλως.

Servius ad II. Ecl. 17. NE CREDE. *ne confide. Salluſtius:* [c] Virtuti ſatis credebant. *id eſt, confidebant.*

Idem Ecl. II. 49. *& ſic dictum eſt: Tum caſia atque aliis intexens ſuavibus herbis, ut in Salluſtio:* [d] Leonem, atque alias feras.

Servius ad III. Georg. 433. *Salluſtius:* [e] Quod genus ſiti magis quam alia re accenditur.

Servius ad AEn. 324. DARDANIAE. *Trojae aut a Dardano Jovis & Electrae filio, aut, ſecundum Salluſtium*, a rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit.

a Fragm. III. II. p. 63.
b Fragm. VI. VI. p. 122.
c Fragm. I. V. p. 11.
d Jugurtha Cap. CXIV.
e Jugurtha Cap. VI.

JANI BROUKHUSII
BREVES NOTAE
IN
FRAGMENTA
C. CRISPI SALLUSTII.

[a] NISI QUAE &c.] Vid. Crenius P. G. Animadv. p. 213. male Nonius *quem* legit, in voce *Cis.*

[b] QUIN SOLUS OMNIUM &c.] Videlicet ut proſcriptorum liberi in perpetuum eſſent privati petendorum honorum poteſtate, in eam rem lege lata. Vid. Sigonius in Cicer. Orat. T. III. P. II. p. 992.

[c] VETTIUS PICENS] Vid Cic. II. de Offic. 8.

[d] QUAE SI PROBATIS &c.] Similiter Cicero Agrar. cap. VI. p. 367.

[e] PHILLIPUS &c.] Servius ad Lib. IX. AEn. 251.

[f] AUXISSE] Παθητικῶς. Vid. Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt XIV.

[g] A PRIMORDIO] Ad VIII. AEn. 388. Servius: *A principio Urbis ad bellum Perſi Macedonicum.* ad I. AEn 34.

[h] IN MAURITANIA] *In Mauritaniam* Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt. 14. quem vide.

[i] BALLERA] *Balleja* Servius ad I. AEn. 522.

[k] FUFIDIUS] *Aufidius* Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt. 14.

[l] FLUMEN TORIAM] Vid. Voſſius in Melam. p. 160. 191. Lib. II.

[m] PARATA] *Paria* ibi legitur.

[n] FRUGUM] Sic lib. I. AEn. 445. ſed *fructuum* legit ad IX. AEn. 338.

[o] GADIR HABENT] *Gandirum habent*, hoc eſt, dicunt, Donatus ad Eun. III. I. II.

[p] CANES] *Cives* Lipſ. IV. Quaeſt. Epiſt. 14.

[q] METELLUS] Nempe Q. Metellus Pius, qui *vir ſanctiſſimus & ſumma religione ac modeſtia dicitur* Ciceroni Orat. pro Balbo cap. 22. quae ſane parum conveniunt cum hiſce Salluſtianis.

[r] TRANSENNA DEMISSUM &c.] Nonius p. 180. Servius ad V. AEn. 418.

[s] APUD VETERES] Ita & Cicero Act. I. in Verr. cap. 10. p. 381.

[t] MACROB SATURN.] Lib. III. cap. 6. ſed operae fuerit haec cum iſtis conferre.

[v] AT ILLI &c.] *At illi quibus vires aderant, ruere cuncti ad portas, incondita tenere.* Servius P. Daniel. ad II. Ecl. 4.

[x] CASTRA HOSTIUM &c.] Vid. Cicero pro Balbo cap. 2. Lib. III.

[y] TUM EXTERNORUM] *Termeſtinorum* Lipſius V. Quaeſt. Epiſt. 14.

[z] FERRAMENTIS] Leg. *Fragmentis* XV. VI. 6. p. 68. pro *alveos* lege *alveis.*

[a] ARU-

a Fragm. I. Cap. II. p. 4. b Cap. VIII. p. 12. c Cap. VIII. p. 14. d Cap. X. p. 21. e Cap. XII. p. 22. f Cap. XIII. p. 26. g Cap. h cap. XXI. p. 38. i Cap. XXI. p. 39. k Ibid. p. 46. l Cap. II. p. 46. m Cap. III. p. 48. n Cap. IV. p. 50. o Cap. V. p. 50. p Cap. VI. p. 53. q Cap. VII. p. 53. r Ibid. p. 55. ſ Cap. VIII. p. 57. t Ibid. Ibid. v Cap. X. p. 59. x Cap. III. p. 64. y Cap. V. p. 66. z Ibid.

[a] ARUSIANUS MESSUS] Vid. Mercerus Not. in Nonium p. 191.
[b] M. LEPIDI] *Macri Licinii.* Gronov. I. Obſ. 25. p. 203.
[c] LUCULLUS SUPERIORE &c.] Manutius in Cicer. Orat. T. II. P. I. p. 19. b.
[d] VIS TRIBUNICIA] Cic. Agrar. II. c. 6.
[e] MANDANDO] *Modo.* Hae correctiones ſunt J. F. Gronovii Lib. I. Obſerv. c. 25.
[f] QUAMVIS] *Quum vis omnis.*
[g] PRO] *Jam pro.* & dele mox, *certe.*
[h] TAMEN QUINIS MODIIS] Lipſius ita correxit I. Elect. 8.
[i] POSSUNT] *Proſint.* Lipſius: loc. cit.
[k] IGNARISSUMI QUIQUE &c.] *Ignavi cujuſque tenuiſſimas ſpes fruſtratur.* Gronov. III. Obſerv. 2. p. 446. Mox idem *qua* pro *quae.*
[l] RERUM ULTRO INJURIA] *Munerantibus pro injuria.* Gronov. loc. cit.
[m] CAVENDUS TAMEN DOLUS] Gronov. ibid. *tantum.*
[n] CLAUDIT] h. e. deficit. Vid. Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt. XIV.
[o] AT OPPIUS &c.] Vid. Sigonius ad Fragmenta Orat. Cicer. p. 943. T. III. p. 2.
[p] ARUSIANUS] Philargyrius ad III. Georg. 53.
[q] IDEM] Aſconius in Accus. I. in Verr. cap. 23. p. 466.
[r] IGITUR DISCUBUERE] Vide Scaligerum ad Propert. p. 175. & Jac. Nicolaum Loënſem Lib. VIII. Epiphyll. Miſcell. c. 2.
[s] CLODIANO] Cicero I. ad Att. 19. inibi Manutius p. 54. Graevius p. 149. Turnebus XXIIII. Adv. 8. Cicero in Vatin. cap. 2.
[t] CASTELLA CUSTODES &c.] Servius ad XI. AEn. 801.
[v] TIBI PERPETUA] *Tibi, ſi perpetua pace frui liceret: niſi &c. futurum eſſet.* Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt 14.
[x] INSOMNIS] *Inſomnia.* Lipſ. IV. Quaeſt. Epiſt. 14.
[y] PEREGRINARI] *Pergnari.* Freinshemius ad Florum III. xx. 6.
[z] QUASI GLUTINO ADOLESCEBANT] Philargyrius ad IV. Georg. 40. Servius ad III. Georg. 155.
[aa] LEGIONES VALERIANAE] Vid. Leopardus Lib. XVII. Emend. V. cap. 1.
[bb] Philarg. ad IV. Georg. Virgilii 144. Servius ad V. AEn. 524. ad VI. 569. ad XII. 864. qui haec laudat ex XII.
[cc] QUIBUS DE CAUSIS &c.] Vid. Lipſ. I. Elect. 23. p. 428. Lib. V.
[dd] ORATI &c.] Vid. Gronov. in Cicer. XIII. ad Attic. 19. p. 426. Lib. VI.
[ee] SENECTA JAM AETATE] Servius ad XI. AEn. 165.
[ff] VENTIS &c.] Servius ad II. Georg. 478.
[gg] CULTORIBUS] Ita Lipſius IV. Quaeſt. Epiſt. 14. antea erat *cultibus.*
[hh] FUERUNT] *Fugerunt* Servius legit ad XII. AEn. 715.
[ii] PALICANUS] Vid. Cicero I. ad Attic. I. inibi Manutius p. 8. Malaſpina & Urſinus p. 10. Val. Maxim. III. VIII. 3.
[kk] PRIMAM &c.] Servius ad III. Georg. 474.
[ll] CARBO &c.] Servius ad II. AEn. 399.

*AR-

a ibid. b Cap. VII. p. 69. c Cap. IX. p. 71. d ibid. p. 72. e ibid. p. 73. f ibid. p. 74. g ibidem. h Cap. X. p. 76. i ibid. k ibid. p. 77. l ibidem. m Cap. II. p. 77. n ibid. p. 78. o Cap. XIII. p. 80. p Cap. XIV. p. 82. q ibid. r Cap. XV. p. 83. ſ Cap. I. p. 86. t ibid. p. 88. v Cap. II. p. 90. x Cap. IV. p. 91. y Cap. IV. p. 91. z Cap. II. p. 105. aa Cap. XII. p. 105. bb Cap. I. p. 101. cc Ibid. dd Cap. II. p. 111. ee Cap. III. p. 116. ff ibid. p. 117. gg Cap. VII. p. 123. hh Ibid. p. 124. ii Cap. VIII. p. 125. kk Cap. IX. p. 125. ll ibid. p. 126.

[a] ARMATUS] *Animatus* Lipſius ad Vell. Paterc. Lib. II. cap. 18. non probante Grutero, quem vide l. c.

[b] TYRANNUMQUE ET CINNAMQUE MAXINA VOCE APAELLANS] Servius ad IV. AEn. 215.

[c] NOMENQUE] Porphyrio in Horat. Lib. IV. Od. 4, v. 38.

[d] SEPTIMIUM] Donatus ad Adelph. III. II, 12. addit autem de ſuo: *quum de amente Septimio loqueretur.*

[e] SCRIPTORUM] *Proſcriptorum.* Lipſ. IV. Quaeſt. Epiſt. 14.

[f] ITA JAM &c.] Similis locus, ſed plenior apud Servium eſt ad III. AEn. 413.

[g] PYRENAEIS] *Pyrenaeae*; ita Servius, ad XI. AEn. 7.

[h] IPSUM] Cauſſam reddit Seneca Med. vſ. 213. copioſe Naſo IV. Pont. Epiſt. 10.

[i] LINTEA] Serv. ad XI. AEn. 771. *linteo.*

[k] REBUS] Ad II. AEn. 168.

[l] AENUM] Ad III. AEn. 17.

[m] IMPEDIEBAT] Ad III. AEn. 129.

[n] THEMYSCIRII] *Threiſſi* Serv. Dan. ad XI. AEn. 659.

[o] UBI EUM &c.] Ad XII. 844.

[p] ET METELLO] Ad XI. AEn. 544.

[q] MORE] Ad XI. AEn. 619.

[r] MULTIS &c.] Multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat. Servius ad X. AEn. 643.

[s] EQUIS] *Equo* legebat Servius ad X. AEn. 539.

[t] FESSUS] Idem ad VIII. AEn. 232.

[v] HISPANIAM] Idem ad I. AEn. 384. & ad III. 297.

[x] LYCIAE] Idem ad I. AEn. 424.

[y] SOTER] Id. ad II. AEn. 200. ad VI. AEn. 22. de hoc poenae genere vide in *Fuſtiarium.*

[z] SCINDITUR] Vid. *funditur.* Voſſius in Melam p. 162. ad III. AEn. 400.

[aa] ITAQUE] Ad III. AEn. 512.

[bb] QUA &c.] Ad IV. AEn. 132.

[cc] INTRORSUS] *Igitur introrſus prima Aſiae Bithynia eſt.* Servius ad V. AEn. 203. ad V. AEn. 373.

[dd] ADEO ILLIS INGENTIA &c.] Servius ad IV. Georg. 218. Vide locum, neque enim hic ſatis eſt plenus. Servius ad IV. Georg. 211. Phylargyrius ibid. verbis iisdem.

[ee] HANNIBALI, AEQUOR] *Hannibale aequore.* ad Phorm. II. 1, 13.

[ff] NEU QUIS] Ad II. AEn. 156.

[gg] ET ONERE &c.] Ad I. AEn. 580.

[hh] CUM MURUM] V. 5. ad VIII. AEn. 123.

[ii] QUIPPE] Ad VIII. AEn. 8.

[kk] SAEVIRE TAGUNS] *Lenire Tagus.* Carrio I. Emend. 11.

[ll] BELLUM &c.] Ad V. Ecl. 19.

[mm] IN QUIS &c.] Ad VIII. Ecl. 27.

[nn] SIN VIS &c.] Ad III. AEn. 265.

[oo] PAULLULUM] Ad VIII. Ecl. 4.

[a] Nu-

a Cap. IX. p. 126. b Cap. X. p. 127. c ibid. p. 128. d ibid. e ibid. f Cap. XI. p. 130. g Cap. XII. p. 131. h Cap. XIII. p. 132. i ibid. p. 133. k ibid. l ibid. m ibid. p. 133. n ibid. p. 135. o Cap. XIV. p. 135. p ibid. q ibid. r ibid. ibid. ſ ibid. t ibid. v Cap. XV. p. 137. x ibid. y ibid. z ibid. p. 138. aa ibid. bb Cap. XVI. p. 138. cc ibid. dd ibid. p. 139 ee Cap. XVII. p. 141. ff ibid. gg Cap. XX. p. 144. hh ibid. p. 145. ii ibid. kk ibid. ll Cap. XXI. p. 145. mm ibid. nn ibid. oo Cap. XXII. p. 145.

[a] NUBES] Ad II. AEn. 285.
[b] SANCTUS ALIA] Ad III. AEn. 594.
[c] GERONIS] Ad VIII. AEn. 662.
[d] IN QUIBUS &c.] Porphyr. ad Hor. Lib. III. Od. 24. v. 9.
[e] PELORUM] Servius ad III. AEn. 411.
[f] ARISTEUS] Idem ad I. Georg. 14.
[g] DEPORTARUNT] *Reportarunt.* ad XI. AEn. 421.
[h] CARES] Leg. *Carae.* ad VIII. AEn. 725.
[i] DARDANIA] Ad AEn. 324.
[k] SALLUSTIUS] Ad V. AEn. 251.
[l] IN FLAMINIA] ad VII. 728.
[m] CRETA] Ad III. AEn. 104.
[n] PRIMO MENSE] Ibid. ad I. Georg. 43.
[o] SALLUSTIUS IN HISTORIIS] Ecce ipſa verba: NOS MANET OCEANUS] *In quo ſunt Inſulae Fortunatae, ad quas Salluſtius in Hiſtoria dicit victum voluiſſe in ſertorium.* ad XVI. Epod. 41.
[p] SALLUSTIO] Cuivis potuis quam Salluſtio dare velit Seb. Corradus Quaeſtur. p. 173. non dubitat Lipſius eſſe Salluſtii III. Quaeſt. Epiſt. 14. pag. 153. Ad imitationem harum Orationum, Salluſtius ſaluberrima Gubernatoribus Provinciarum praecepta dantem in ſcenam produxit Trajanus Boccalinus Cent. I. Regguagl. 41.
[q] ANTEA] *Pro vero antea* ex MSS. Scip. Gentilis in Apuleji Apol. p. 2.
[r] RES DOCUIT &c.] Vid. Cicero Paradox V. cap 1. Corn. Nepos XXV. 11, 16.
[s] NAMQUE AUT TU &c.] Cicero pro Marcell. cap. 1. *Quae quidem tibi nunc omnia belli vulnera ſananda ſunt, quibus praeter te mederi nemo poteſt.*
[t] DECUS] Ita Lipſius IV. Quaeſt Epiſt. 14.
[v] AUCTORIBUS] *Auctibus* Lipſ. ibid.
[x] NEQUAQUAM] *Nequiquam* Gronov. II. Obſ. 4. p. 234.
[y] EXERCITIO] *Exercito.*
[z] VISI] *Viri* Lipſius III. Quaeſt. Epiſt. 14.
[aa] CLASSIS MITTENDA] *Claſſi committenda.* Lipſius III. Quaeſt. Epiſt. 14.
[bb] C. SALLUSTII CRISPI] Imo declamatoris indocti ac barbari cujus & iſta eſt, quae fertur in Salluſtium, Ciceronis, quomodo operoſe probavit Corradus in Quaeſtura a p. 149. uſque ad 223. Vid. Lipſius Oper. Critic. p. 637. alieno nomini ſua Scripta ſupponere veteris jam calumniae artificium fuit, ſic olim legebantur Orationes contumelioſae in Ciceronem C. Antonii & L. Catilinae nomine editae. Vid. Aſconius in Orat. in Toga candida p. 988.
[cc] SED MITHRIDATES] Scholiaſtes antiquus in Cicer. Orat. pro Lege Manil. cap. 9. *Incongruum videtur exemplum, quod Imperatori feminam comparavit. Sed ex omni parte quadrare monſtratur: primum ex loco, quod Mithridates Ponticus fuit, quae patria Medeae eſt: ex fato, quod ut illa parricidium fecit, ſic & iſte, auctore Salluſtio, & fratrem, & ſororem occidit. —— —— Bene Mithridatem Medeae comparavit. Nam & ipſe parricida eſt. Fertur enim fratrem ſuum occidiſſe, & patrem bello ſuperiore contra Sullam.*

a Cap. XXII. p. 145. Ibid. p. 146. b ibid. c ibid. d Cap. XXIV. p. 147. e Cap. XXV. p. 147. f ibid. p. 148. g ibid. h ibid. i Cap. XVI. p. 148. k ibid. p. 149. l ibid. m ibid. n ibid. o ibid. p p. 153. q p. 155. r ibid. p. 156. s Cap. XL. p. 171. t Cap. XLI. p. 173. v Cap. XLII. p. 174. x ibid. p. 177. y ibid. z Cap. LV. p. 197. aa Lib. VI. Cap. v. p. 121. bb Ibid. Cap. LXI. cc Lib. VI. Cap. XVI. p. 138.

AUSO-

Digitized by Google

AUSONII POPMAE, FRISII,

DE

USU ANTIQUAE LOCUTIONIS

LIBRI DUO;

AD

ILLUSTRATIONEM PRAECIPUE

HISTORICORUM VETERUM,

ALIORUMQUE

SCRIPTORUM ANTIQUORUM.

Digitized by Google

VETERUM SCRIPTORUM DE USU ANTIQUAE LOCUTIONIS SENTENTIAE.

M. Varro Lib. IV. de Lingua Lat. p. 4. Edition. Scaligeriano-Stephanianae.

VETUSTAS non pauca depravat, multa tollit. Quem Puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in Senecta. Tertium Seculum non videt eum hominem, quem vidit primum.

Qu. Horatius Flacc. in Lib. de Arte Poëtica, v. 61. seqq.

Ut silvae foliis pronos mutantur in annos.
Prima cadunt: ita *Verborum vetus interit aetas*,
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et v. 69. seqq.

—— Mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia vivax.
Multa renascentur, quae jam cecidere, cadentque,
Quae nunc sunt in honore, Vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.

Quintilianus Lib. VIII. Inſtitution. Orator. *Cap.* III. p. 364. *ſeq. Edition.* Pithoeiano-Stoërianae.

Cum ſint autem Verba propria, ficta, tranſlata; propriis dignitatem dat Antiquitas. Namque & ſanctiorem & magis admirabilem faciunt Orationem, quibus non quilibet fuerat uſurus, eoque ornamento acerrimi judicii *P. Virgilius* unice eſt uſus. *Olli* enim, & *Quianam* & *Mis*, & *Pone* pellucent & aſpergunt illam, quae etiam in Picturis eſt gratiſſima, Vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda.

Ibidem p. 365.

Quid multa? Totus prope mutatus eſt ſermo. *Quaedam* tamen *adhuc vetera Vetuſtate ipſa gratius nitent:* Quaedam etiam neceſſario interim ſumuntur, ut *Nuncupare* & *Fari:* Et multa alia etiam audientibus grata inſeri poſſunt, ſed ita demum, ſi non adpareat adfectatio.

A. Gellius Lib. I. *Noct. Attic. Cap.* X. *p.* 24. *Edition.* Tornaeſianae.

Id, quod a Caeſare, excellentis ingenii ac prudentiae Viro, in primo de *Analogia* Libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore; ut, tamquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens Verbum,

Digitized by Google

INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI
CAPUT

I. *De Litterarum Vocalium inter ſe Commutatione.*
II. *De Mutatione Diphthongorum.*
III. *De Conſonantium inter ſe Commutatione.*
IV. *De Litterarum in Dictionibus Adjectione.*
V. *De Litterarum in Dictionibus Detractione.*
VI. *De Syllabarum in Dictionibus Adjectione.*
VII. *De Syllabarum in Dictionibus Detractione.*
VIII. *De Extremitatibus Nominum.*
IX. *De Mutatis Declinationibus, Caſibus, & Generibus.*
X. *De Pronominibus.*
XI. *De Verbis.*
XII. *De Temporibus & Modis.*
XIII. *De Adverbiis.*
XIV. *De Præpoſitionibus.*
XV. *De Compoſitione Vocum.*
XVI. *De Diſtractione & Trajectione Vocum.*

LIBRI SECUNDI
CAPUT

I. *De Partium Orationis inter ſe Commutatione.*
II. *De Permutatione Caſuum, Numerorum & Generum.*
III. *De Permutatione Temporum & Modorum.*
IV. *De Caſibus cum Nominibus junctis praeter vulgatum uſum.*
V. *De Caſibus cum Verbis junctis praeter vulgatum Uſum.*
VI. *De Participiorum & Gerundiorum Uſu antiquo.*
VII. *De Adverbiorum & Praepoſitionum Structura.*
VIII. *De Commutatione ſimplicium & junctarum Vocum.*
IX. *De Iteratis & geminatis Vocibus in Oratione.*
X. *De Parelcis.*
XI. *De Eclipticis.*

AUSONII POPMAE
DE
USU ANTIQUAE
LOCUTIONIS
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

De Litterarum Vocalium inter ſe commutatione.

ANTIQUI & idonei Latinae Linguae Autores multa Vocabula uſurparunt, ab uſu & conſuetudine Sermonis noſtri penitus remota; multa longe aliter protulerunt, quam a nobis hodie vulgo efferuntur. Utriusque generis exempla in ipſorum Scriptis non pauca reperiuntur, & plura exſtarent, niſi imperiti Librarii antiquam & minus uſitatam Locutionem fere ubique ejeciſſent. Quam cum difficile ſit in ſuam, unde vi dejecta eſt, poſſeſſionem reſtituere, nos, quod potuimus, in hoc Libello USUM ejus oſtendere, & collectis quaſi per *Saturam* undique teſtimoniis probare conati ſumus. Ut autem a minimis ordiamur, multa propter *mutuam Cognationem* & *Affinitatem* LITTERARUM Veteres promiſcue dixerunt. Nam *Litterae pleraeque omnes inter ſe locum commutarunt*, ut principes duae Vocales A & E. Unde *Defediſcor*, *Depeciſcor* ſcriptum olim notat *Priſcianus*, hodieque in Libris veteribus exſtat. Terent. in Phormione:

Neque defetiſcar *unquam adeo experirier,*

Id. ibidem:

Jam depeciſci *mortem cupio.*

Cicero pro Sex. Roſcio: *Partem ſuam* depeciſci. Et mox ita: *Ipſe tria Praedia* depectus *eſt*. Et in Verrinis frequenter. Gellius Lib. XX. *Reus*, *qui* depeciſci *noluerat*. Ulpianus Lib. 10. ad Edictum: *Hoc edicto tenetur etiam is*, *qui* depectus *eſt*. *Depectus* autem dicitur *turpiter* pactus. *AEquipero*, *Praepero*, ut *Recipero* etiam nunc dicimus. Ennius Lib. II. Annal.

In-

Ingens cur animis cum concordibus aequiperari.

Gellius Lib. X. *Namque in* praeparatu *rei ruſticae per tempeſtates pluviae, quoniam otium eſt, maturari poteſt. Hieto* Plautus:

Ubi cum hietare *nodum in mentem venit.*

Caecilius:

Praei hercle tu, qui mihi oſcitans hietanſque *reſtas.*

Edor pro *Ador*, Frumenti genus, Feſtus. Similiter A & I. *ut Fontinalia* pro *Fontanalia*, Varro Lib. V. de Ling. Lat. *Juvenilis*, *Juvenalis*, Gloſſae, & Ulp. de Adulteriis. *Sane ſi* juvenali *facilitate ductus.* Rurſus *Bacchanal Bacchinal*, Plaut in Aulularia:

Ad Bacchas veni in Bacchanal *coquinatum.*

Id. ibid. *Aperitur* Bacchinal. *Librale*, *Librile*, ſcapus Librae, Feſtus. *Subigitare* reinent Libri veteres Terentii in Heautontimorumeno, *Beneficere* & *Maleficere* Pandectae Florentinae, ſicut eaedem *Fornicator* & *Fornicarius*, qui *fornacis* accendendi curam gerit. *Aquaemanile* & *Aquiminale*, Vas, ſive Urceolus, quo aqua in truellum effundebatur lavandis manibus, Paulus Lib. VI. ad Sabinum & Lib. III. Sententiar. *Aquimanile*, χειρίβα, Gloſſarium. Item Sub-junctivi Modi verborum tertii Ordinis, quos non per *Am*, ſed per *Im* efferebant, ut *Arceſſim*, *Edim*, & alia, de quibus ſuo loco dicemus. A & U, ut *Condalus*, *Condulus*, Feſtus, & Graeci κονδύλους. *Fabalia*, *Fabulia*, Lucilius Lib. X. Satyr.

Hic in ſtercore, humu, fabulo *ſimoque atque ſuccerda.*

Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Id ex* fabuli *ſegete. Pedule*, indumentum *Pedis*, Ulpianus & Grammatici, *Pedale* πεδάλιον, Gloſſarium. E & I, ut *Seco Sico*, & quae ex eo junguntur, ut *Circumſico*, *Praeſico*, *Reſico*, Varro in Libris de Re Ruſtica, & Lib. IV. de Ling Lat. *Braſica*, ut *Praeſica*, quod ex hujus ſcapo minutatim praeſicatur. *Exſico*, Plautus in Rudente:

Quin tu in paludem is, exſicasque *arundines.*

Conſiptum Ennius in Medea:

Teneor conſipta, *undique venor.*

Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Gallorum oſſa*, qui *poſſederunt Urbem ibi coacervata* ac conſipta. *Luciſcit* Plaut. in Amphitr.

Ea-

Eamus, Ampithruo, luciſcit *hoc jam.*

Quod imitatus Terentius in Heautontimor.

Luciſcit *hoc jam, ceſſo pultare oſtium.*

Augiſco, Ennius Lib. I. Annal. & ab eo Varro in Satyra Teſtament.

Qui Rem Romanam Latiumque augiſcere *voltis.*

Putiſco, Flacciſco, Incurviſco Cicero Lib. IV. de Finibus: *Animam ſui datam pro ſale ne* putiſceret. Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Puticuli, quod* putiſcebant *ibi cadavera projecta.* Pacuvius in Chryſe:

Interea loci fluctu flacciſcunt.

Vetus Poëta:

Rami baccarum ubertate incurviſcere.

Milli pro mille, Lucilius Lib. IX.

Tu milli *nummum poſſis uno quaerere centum.*

Idem Lib. XV.

Hunc milli *paſſim qui vicerit atque duobus.*

Quatinus pro Quoniam, Quia, autore Feſto. Horatius Lib. III. Carmin.

— Quatenus heu! *nefas*
Virtutem incolumem odimus.

& Lib. I. Sermon. Satyr. III. v. 76. ſequ.

Denique quatinus *excidi penitus vitium irae*
Caetera item nequeunt ſtultis haerentia. —

Suetonius in Claudio: Quatenus *ſibi matrimonia male cederent. Ni* pro Ne, Plautus in Menaechmis: Ni *mala*, ni *ſtulta* ſis Idem in Mercatore: Ni *metuis tu iſta.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: Ni *extrinſecus ſpiritus aſlet.* Cicero ad Varronem; *Conſilii noſtri*, ni, *ſi eos quidem, qui id ſecuti non ſunt, non poenituit, nobis poenitendum putarem.* Virgil Lib. III. AEneid. Ni *teneant curſus. Em* & *Im pro* Eum, Feſtus. *Endo*, vel *Indo* pro In, Ennius & alii. E diverſo *Anecus, Menerva, Mage-*

geſter, dixerunt Vetuſtiſſimi, ut Ennius Lib. I. Annal. *Daidala Menerva; Genetrix* Virgilius & Lucretius, ut ipſorum antiqui teſtantur Libri. (a) *Derigo* Varro Lib. I. de Re Ruſtica, & ab eo *Derectarii*, qui in aliena Coenacula ſe dirigunt furandi animo, *idem Dejudico*, *Intellego*, *Deſpero*, *Delenimentum*, *Deverticulum* edunt Libri Juriſconſultorum. *Specio* pro Spicio, id eſt, Video, Plautus: *Nunc ſpecimen* ſpecitur. *felix* Herba, & *Felicula*, Cato de Re Ruſtica: & Felicata *patera ad ejus Herbae ſpeciem caelata*, Feſtus & Cicero in Paradoxis: Felicitas *iſtorum pateras*. *Ques* pro Quis; Ennius & Cato. *Here* Adverbium. Juvenalis Satyra I.

Res hodie minor eſt, here *quam fuit.*

Quam Scripturam *Priſcianus* ibidem obſervavit, & *Quintilianus* ſua aetate in uſu fuiſſe teſtatur Nam in fine Dictionum Veteres uſi indifferenter his Litteris, maxime in Adverbiis & Caſibus Dativo & Ablativo tertii Ordinis, ut infra dicemus. E & O, unde *Apello*. Sed Antiqui dicebant pro *Apollo*, Sol; *Helus Heluſa*, quod nunc Holus Holera, teſte Feſto, item *Hemo* Homo. Ennius Lib. II. Annal.

Vulturius ſilvis miſerum mandebat hemonem.

Pigneris, ut *Pignero* Verbum. Plaut. in Captivis: *Reliquit putamina*. Cato de Re Ruſt. *Si qua illata erunt*, pigneri *ſunto*. Juvenalis Satyr. III.

Pigneribus poſitis.

Gellius Lib. 16. *Obſidis vice* pigneriſque *eſſe apud Rempublicam videbatur*. *Temperi* Adverbium & *Temperius*, id eſt maturius, *a Tempus Temperis*. Plaut. in Amphitr.

Num ſatis temperi:

Idem in Perſa:

Temperi *hanc vigilare oportet.*

Cicero Orat. IV. in Verrem: *Se ad Comitia* temperi *venturum*. Idem ad Paetum: Temperius *fiat*. Cornelius Nepos de Viris illuſtribus: C. LAELIUM *quondam in* PUTEOLANO *Kal. Mart. admonitum ab uxore*, temperius *ut diſcumberet*. *Memordi*, *Pepoſci*, *Speſpondi* obſervat Gellius, Rurſus *Amploctor*, *Animadvorto*, *Voſter*, *Vortex*, *Vorſus* & id genus alia Vetuſtiores omnes uſurpant, quae in Catone, Plauto,

a Recentiores enim Editiones, imprimis *Virgilii*, Lib. I. *AEneid.* v. 599. Lib. II. v. 787. Lib. VIII. v. 383. Lib. IX. v. 82. 94. 117. 284. & 297. Lib. X. v. 234. & Lib. XII. v. 412. & 554. pro *GENETRIX* ſemper *Genitrix*, ſicuti ex *Aldina*, *Berſmanniana*, *Colinæana*, *Erythraeanis*, (Hannovienſi videlicet & Veneta) *Frellonianis*, *Lugdunenſi*, *Meyeniana*, *Minelliana*, *Plantiniana-Antverpienſi*, *Taubmniana* & aliis patet Editionibus.

to, Terentio, Salluſtio paſſim occurrunt, & Antiquitatis cauſſa diligenter conſervanda ſunt. *Volim* pro velim, Lucilius Lib. XXIV. Satyr.

Idola atque atomos Epicuri vincere volim.

Plautus in Aſinaria:

Meo modo loquar, quae volim.

Idem in Captivis:

Me fuiſſe, quam eſſe nimio mavolim.

Cicero Lib. II. de Natura Deorum: *Quo facilius id, quod dicere volimus, intelligi poſſit. Apprimo, Arcano, Tutiſſimo, Quotidiano* & ſimilia Adverbia, quae infra referuntur. (b) E & U, ut *Auger, Augeratus* pro Augur & Auguratus, notat Priſcianus; *Hemona*, Humana Feſtus; *Pepugi, Cecurri*, pro pupugi, cucurri, Gellius. Contra Participia *Faciundum, Vendundum* caeteraque, U Littera media proferunt Cato, Salluſtius, Varro & alii; de quibus Priſcianus Lib. I. *Apud Antiquiſſimos*, inquit, *quotiescunque* N D *ſequuntur in his Verbis, quae a tertia Conjugatione naſcuntur, loco* E, *U ſcriptum invenimus, ut* Faciundum, Legundum, Dicundum, Vertundum, *pro Faciendum, Legendum, Dicendum, Vertendum.* I & O, ut *Olli* pro Illi, praeter vetuſtiores, Ennium, Plautum, Lucretium, etiam Virgilius, amantiſſimus antiquitatis, in *Aeneide* uſurpavit. *Agnotus* pro Agnitus: Pacuvius in Iliona:

In turbâ cognita agnota *eſt Soror.*

Apolloni pro Apollini, in aereô Nomiſmate, APOLLONI SANCTO. *Inlico*, ſive *Illico*, pro in Locô, Terent. in Phormione:

—— *Exadvorſum inlico*
Tonſtrina erat quaedam.

Siſpes Juno, Feſtus, pro ea quae vulgo appellatur Soſpes, aut Soſpita, à qua diverſa eſt Juno Hoſpita, cujus meminit Martianus Capella Lib. 1. Philologiae: JUNONIS *verò* HOSPITAE *Genius accitus ex nonâ. Ut enim* JUPPITER *cognominatus fuit* Hoſpitalis: *ſic* JUNO Hoſpita *dicta*, & Hoſpita MINERVA, *quae in Promontoriô juxta* Surrentum *Templum habuit ab* ULYSSE *conditum*, ut autor eſt Strabo, Statius Lib. 3. Silvarum:

Qua Pater aetherius menſiſque accita Deorum
Turba, atque excelſo veniat Soror Hoſpita *Templo.*

Cra-

b Scil. huj. Lib. I. Cap. XIII. de *Adverbiis.*

Digitized by Google

Craſtini, *Quarti*, *Septimi*, *Noni Die* pro Craſtino, Quarto, Septimo, Nono, de quibus Gellius. *Quivis*, *Quicquam*, *Quicum*, pro Quovis, Quocum vel Quacum, Terent. in Adelphis,

Abs quivis homine.

Plaut. in Ciſtellariâ:

— ſed tun' unquam cum quiquam viro
Conſueviſti?

Idem in Perſâ:

Nec ſatis quicquam homine accepi.

Et in Mercatore:

Quid tua refert, quicum iſtac venerit.

Virgil. Lib. XI. *Aeneid.*

— Accam ex aequalibus unam.
Quicum partiri curas.

I & U, ut *Exiſtumo*, *Fuo*, *Diſſupo*, *Optumus*, *Maxumus*, *Inclutus* & infinita alia omnes Veteres, atque etiam ipſe Cicero in illis Libris, in quibus Viros antiquos inducit differentes de *Amicitiâ* & *Senectute*. Primus autem *C. Julius Caeſar* per I. ejuſmodi Verba enunciavit & ſcripſit. Inde caeteri ſecuti autoritatem, ut Varro & Quintilianus tradiderunt. Contrâ *Manipretium* Cato de Re Ruſticâ, & Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Scripulum* idem Lib. 13. de Re Ruſt. & Satyris: *Ut ne unum quidem habuerit* ſcripulum, *quem hirundinibus hoſpitis oſtenderet*. *Simus* pro ſumus Auguſtus Caeſar ſemper ſcripſit, itemque Meſſalla, Brutus & Agrippa, teſte Suetonio. *Recipero* in Jurisconſultorum & aliorum veterum Autorum manu exaratis Libris extat, atque etiam in antiquis Inſcriptionibus, ut *Romae*: SANCTO SEMONI DEO FIDIO SACRUM DE CURIA SACERDOTUM BIDENTALIUM RECIPERATIS VECTIGALIBUS.

O & A, ut *Poſthoc* pro poſthac in Lege *Papiria*: QUICUMQUE PRAETOR POSTHOC FACTUS ERIT. ET rurſus *Hac propter*, ut *Quapropter* pro Propter hoc. Varro in Satyris: Hac propter, *omnes, qui laborant, invocant*. O & U, ut *Folmen*, *Fonus*, *Populus*, *Piacolom* in Libris Foederum & Legum antiquarum. *Ollorum*, id eſt, illorum, fuit in columna Duillii. *Hoc*, *Adhoc*, *Illoc*, pro Huc, Ad huc, Illuc. Plaut. in Captivis:

Quis ait hoc, *aut quis profitetur.*

Idem in Mercatore:

Hoc *non voluntas me impulit.*

Terent. in Andria:

Sublimen intra hoc *rape.*

Idem ibidem:

Cum illoc *advento ſolitudo ante oſtium.*

Idem in Adelphis:

Satis adhoc *tua nos fruſtrata eſt fides.*

Varro Lib. V. de Lingua Lat. *Voca inlicium* hoc *ad me.* Lucretius Lib. I.

Hoc *accedit uti ſolidiſſima materiai.*

Virgil. Lib. IV. AEneid.

Hoc *tunc ignipotens coelo deſcendit ab alto.*

Ulpianus ad Sabinum XVII Hoc *uſque erit procedendum. Quatenos* pro Quatenus ſcripſit Scipio Africanus, teſte Feſto. *Antiquos, Divos, Ovom, Servom, Volgus, Volt* & caetera, quae nunc U gemino ſcribuntur, Plautus, Terentius, Varro, & ipſe Cicero in Laelio & Catone, ut ex veteribus Libris apparet. Quam ſcribendi rationem ſua aetate deſiiſſe Quintilianus autor eſt. Idem obſervat *Hecoba & Notrix*, ac ne in *Graecis* id tantum notetur, *Dederont & Probaveront*, Ennius Lib. XVI. Annal.

Concidit, & ſonitum ſimul inſuper arma dederont.

Antiquae Inſcriptiones, *Fueront, Vixeront.* Contra *Fruns & Frus frundis, Funs funtis*, & ſimilia, de quibus ita Priſcianus Lib. I. *Multa praeterea vetuſtiſſimi in principalibus mutarunt ſyllabis, ut* Cungrum *pro congrum*, Cunchin *pro conchin*, Huminem *pro hominem.* Funtes *pro fontes*, Frundes *pro frondes.* Ennius:

—— *populea* fruns. Idem Lib. VII. Annal.
Rureſcunt frundes.

Utrubi, *Utrubique* habent Libri *Pandectarum*, qui ab archetypo *Florentino* manarunt. Iidem conſtanter & ſine ulla varietate referunt *Suboles*, *Adoleſcens*, *Epiſtula*, e quibus illud *Suboles* etiam in aliorum Autorum veteribus Libris perpetuo ſcribitur, eamque Scripturam confirmat Etymologia, quae in *Aduleſcens* re-

Ru-

Digitized by Google

pugnat. Utrumque enim deducitur ab antiquo verbo *Oleſco*, quod ſignificat *Creſco*, autore Feſto. Sed & *Epiſtula* in aliis multis Libris & antiquis inſcriptionibus exſtat, neque ante JUSTINIANI *Imperatoris* tempora, ut videtur, O Litteram recepit; quamvis origine ſit *Graecum* Ἐπιστολή: quod ipſum quoque eſt in *Numiſma* & *Brundiſium*, (c) quae *Graeci* ſcribunt Νόμισμα, Βρεντέσιον U & Y mutan in *Graecis* Dictionibus; ut *Murrha*, *Murrha*, *Myrtus*, *Murtus*, Quam commutationem obſervavit Cicero in Oratore: FURRUM *ſemper* Ennius, inquit, *nunquam* Pyrrhum, *Vi pateſcerunt* Fruges, *non* Phryges, *ut ipſius antiqui declarant Libri. Nunquam enim* Graecam *Litteram addebant: nunc autem etiam duas, & cum* Phrygum *& cum* Phrygibus *dicendum eſſet.* Ennius Lib. VIII. Annal. (d)

Purrus, *uti memorant*, *Divom a ſtirpe ſupremo.*

Idem *Eurudica*, *Illurica*, *Olumpus:* Livius in Odyſſea, *Cyclops Uluſſes;* Cato *Murtus*, *Mutilli* Μύτιλοι Piſces, Ulpianus Lib. IX. de Officio Proconſulis: *Quod inſtituuntur Venatores*, *aut* Putricharii Similiter *Aſſurius*, *Muſia*, *Tumpanum* in *Jurisconſultorum* optimis Libris exſtat: ſicut contra *Lyſitania*, pro Luſitania; *Lydi* pro Ludii. Plautus in Curculione:

Fite cauſſa mea Lydi, *Barbari.*

Cymaeus pro Cumaeus, Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Antigonus*, *Cymaeus*, Virgilius Ecloga V. (e)

Ultima Cymaei *venit jam carminis aetas.*

Idem Lib. VI. v. 98. AEneid.

Talibus ex adyto dictis Cymaea *Sibylla.*

Ex hoc autem genere pleraque U Litteram retinuerunt, ut *Duplus*, *Sulla*, *Tuſcia:* Quaedam in I mutarunt, ut *Inclitus*, *Lacrimae*. *Stilus*, *Olimpus; Mitili* piſces apud Plinium: alia Y receperunt, ut *Cyclops*, *Myrtus*, *Myſia*, & ſimilia.

c Legunt & *Graeci* Βρεντέσιον, ſ. Βρεντέσιον. *Brenteſium* à *Brento* quodam (ſi *Stephano* credimus) HERCULIS Filio, aut certe a cervini Capitis ſimilitudine; quod *Meſſapii* ſua Lingua Βρέντιον appellabant.

d Hic Locus *Ennianus* Lib. VII. *Fragmentor.* quae *Henricus Stephani* ſtudioſiſſime excudi curavit, non extat, nec eſt reperiendus inter iſtos Verſus, quos ex incertis *Annalium* Libris ibid. p. 84. ſeqq. collectos deprehendimus.

e Non extat hic Locus Eclog. V. ſed IV. & ibi quidem v. 4. ubi *Cymaei* in plurimis Recentiorum Editionibus; rectius legitur *CUMAEI.*

Caput II.

De Mutatione Diphthongorum.

Ex *Vocalibus* coaleſcunt & conflantur *Diphthongi*, quibus itidem varie uſos Antiquiores obſervavimus, ut pro *Ae* nonnulli *Graecorum* more ſemper efferebant Ai: quidam *ſingulariter* tantum, cum in *Genitivum*, vel *Dativum* Caſum incidiſſent, ut Quintilianus teſtatur. Hinc *Aimilius*, *Aiternus*, *Paitus* in antiquis Marmoribus exſtat: *Maiſius*, *Nainia*, *Operai* adſervant veteres plerique Libri. Poëtae autem hac Diphthongo diſtracta fere utebantur, ui Ennius *Terrai frugiferai*, & Naevius, Lucretius, atque etiam ipſe Virgilius, cum ait: *Aulai in medio*, & *Pictai Veſtis*. *Oe* fuit loco U Vocalis; ut *Poeonio*, a quo manet, *Poenio*, *Moerus*, *Moenera*, *Poeniceus*, *OEſus*, quae nunc Punio, Murus, Munera, Puniceus, Uſus. *Commoetat* pro Commutat, Cato de Re Ruſtica. Interdum ponebatur loco I, ut *Loeberum* Liberum, *Loebertas* Libertas, Feſtus: maxime in *Nominativis* Pluralibus *Graeca* terminatione, ut *Oloe*, Olli, ſive Illi, in Lege Regia: *Si Parentis Puer verberit, aſt oloe ploraſſint.* In Carmine Saliari; *Pilomnoe Poploe*, id eſt, Pilumni Populi, ſcilicet Romani, *Pilis* in Bello uti adſueti. Au pro O, *Auſculor*, Oſculor. (2) *Aula* Olla. Unde *Aulicoqua* Exta, quae in *Ollis* coquuntur, *Raudus* Rodus; in XII. Tabulis; Rauduſculo *libram ferito*. *Caurus* Corus Ventus, *Saurex* Sorex, *Caudex* Codex, a quo *Caudicariae* Naves. E diverſo O, pro *Au*, ut *Clodius* apud Ciceronem, quem *Claudium* aliis dictum *Dio* Hiſtoricus notat, *Coda*, *Plodo*, *Ploſtrum*, *Cloſtrum*, pro Cauda, Plaudo, Plauſtrum, Clauſtrum; quae Diomedes Libro primo annotavit, & in veteribus Libris paſſim occurrunt. *Oricularius* clyſter in Libris Medicorum pro auricularius. *Deborito* Dehaurito, *Polulum*, Paululum, Cato, de Re Ruſtica: *Copo* & *Coponia* pro Caupo & Caupona, Feſtus & Cariſius. Praeter has autem *Diphthongos*, quibus hodie utimur, aliis multis uſos Veteres con-

a Cum aliquando (Menſ. np. Novembr. Anni CHR. M DC LXXIX.) *Illuſtrem atque Excellentiſſimum VIRUM* DN. JOBUM LUDOLFUM, JCTUM *celeberrimum Conſiliarium Saxo Gothanum ſplendidiſſimum, Linguarumque Orientt. Doctorem peritiſſimum, Patronum meum adhuc magnum & certum*, eumque DRESDAE in arduis Sereniſſ. DUCIS ac HERI ſui negotiis t. t. commorantem, de Origine Mutationis *DIPHTHONGI* AU in O modeſtiſſime quaererem; doctam atque eruditam hanc Reſponſionem, inque chartam benevole atque eleganter conjectam accepi ex animi ſententia: *Ad quaeſtionem Tuam*, HEKELI CL. *cur* AUSCULOR *pro* Oſculor *apud* Paguvium *reperiatur, ſciendum, vel illius Autoris, vel certae Regionis cujuſdam Dialectum fuiſſe. Nihil enim inter Nationes frequentius, quam permutatio* DIPHTHONGI AU in O. *Hinc* MAURUS, e Mauritania *Oriundus* Italis MORO, *nobis* ein Mohr. *Et ſic in* Latinis *plerisque* Itali AU *in* O *mutant. Exempl. gr.* Laude LODE, &c. *ut periſimile ſit, multos* Latinorum *olim ſic pronunciaſſe. Nam* Galli *pro* Aurum *dicunt* OR. *Sic* Germani *noſtri* Lauri baccam *vocant* Lorbeer / Auris Ohr. *Et vice verſa ex* O *faciunt* AU, *ut cum ex* LORA *fecerunt* Laur. *Immo pro diverſitate Regionum nonnulli pro* AUGEN *dicunt* Ogen: *pro* LAUGEN / Lofen: KAUFEN / Kofen; *quod apud* Saxones & Belgas *perpetuum eſt, qui dicunt.* Loopen / Kopen / *& ſimiliter.*

conſtat, ui EI pro I longa: unde *Quei*, *Lucei* in antiquis Libris: *Etruſcei*, *Sabinei* in Monumentis legitur. Quem uſum tradit Lucilius Lib. IX. Satyrar. ubi de Litteris diſputat.

Jam Puerei venere, E poſtremum facito atque I
Ut plures Puerei fiant. I ſi facis ſolum
Pupilli, Pueri, Lucilli hoc unius fiet,
Hoc Illi factum eſt uni, tenue hoc facies I.
Haec illei fecere, addes Es ut pinguius fiat.
Meille hominum, duo meillia, item huic utroque
opus meille.
Meilitiam, tenues I, Pilam, qua ludimus. Pilum
Quo pinſo tenues I, plura feceris, Peila
Quae jacimus, addes E Peila, ut plenius fiat.
Mendacei Fureique addes E, quam dare furei
Juſſeris.

Sed a *Lucilio* diſſentiunt Quintilianus & Velius Longus, qui obſervationem illam cum ſupervacuam, tum incommodam eſſe docent. OI, ut *Coilum* Coelum, *Proilium* Proelium, quod retinent Libri veteres Plauti in Menaechmis:

Ego iſtic mihi hodie apparari juſſi, apud te proilium
Hodie ut fieret: in eo uterque pro Ilio potabimus.

Ubi eſt venuſta PARONOMASIA *Proilium* & *pro Ilio*, quae nulla eſt in Voce *Proelium* OU, ut *Fourius*, *Foures*, *Jous*, *Joudico*, aliaque hujuſmodi, quae in antiquis Inſcriptionibus exſtant.

CAPUT III.

De Conſonantium inter ſe commutatione.

Nec minor varietas & mutatio fuit inter Litteras Conſonantes, ſicut inter B & P, unde *Scapreo*, pro *Scabreo* Ennius & Pacuvius apud Nonium: *Optineo*, *Optulit*, *Suptile*, Libri & Monumenta. B & U Veteres & in pronunciando & in ſcribendo indifferenter poſuerunt, ut *Ferveo* & *Ferbeo*, *Ferbeſco*. Horatius Lib. I. Sermon.

Velatumque ſtola mea cum conſerbuit *ira.*

Rebito Plautus in Captivis:

At

At ſi non rebitas *huc.*

Revito μεταμέλω Gloſſar. *Billius* eſt apud Valerium Maximum Lib. VIII. Item *Villius* apud Livium Lib. XXIX. & XXXI. *Bagienni* Populi nominantur a Varrone Lib. I. de Re Ruſtica, qui *Vagienni* a Plinio Lib. III. Sic in antiquis Monumentis leguntur *Albus*. *Serbus*, *Amavilis*, *Venemerens* & ſimilia. Ex hoc autem promiſcuo & indifferenti Uſu iſtarum Litterarum multi errores veterum Autorum Libros inſederunt, ut in Dictionibn s *Acerbat Acervat*, *Habe*, *Have*, *Belle*, *Velle*, *Bilis*, *Vilis*, *Jubet*, *Juvet*, *Nobis*, *Novis*; quarum altera in alterius locum migravit; ſicut *Favia Lex* & *Faviana Actio*, *Jubentius*, *Jabolenus*, *Habitus* ſcriptum fuit pro *Fabia*, *Fabiana*, *Juventius*, *Javolenus*, *Avitus*. C & G. invicem commutarunt, ut *Acetare* dicebant, quod nunc dicimus Agitare, Feſtus. Idem *Calbei* & *Galbei*, *Cerrones* & *Gerrones*, *Culiocae* & *Guliocae*, *Clucidatum* & *Glucidatum*. Sic in Lege *Numae*: ACNOM FEMINAM CAEDITO. Et in XII. *Tabulis:* NEI CUM EO PACIT. Ut & in Libris *Augurum:* INTERA EA CONRECIONE, pro *Conregione*. Similiter in antiquis Marmoribus & Numiſmatis *Curges*, *Calba*, *Calbinus*, *Oculnius*, pro Gurges, Galba, Galbinus, Ogulnius. *Germalum* Montem Romae nominat Varro, *Cermalum* Feſtus; *Ancras* Arborum intervalla, Idem; *Angras* Iſidorus. *Cajus* vulgo, in *Pandectis Florentinis* eſt *Gajus*. *Gummis* a Catone dicitur *Cummis*, ut a *Graecis* κόμμι *Vacca* Oppidum & *Vaccenſes* ſunt Salluſtio, *Vaga* & *Vagenſes* Plutarcho & Ptolomaeo, quibus pleraque *Salluſtii* antiqua Exemplaria accedunt. Item *Sugambri*, *Nongaea*, *Nonagria*, *Lygurgus* habent Libri veteres. Praeterea mutant C & Qu. ut *Arquus*, *Oquulus* pro Arcus, Oculus, Priſcianus. Viciſſim *Anticus*, *Eculus* pro Antiquus, Equulus ſcripti Libri. *Quum* vel *Quom* ſcribi indicat Quintilianus, qui velut frigidam notat, quae ſit a multis tradita Differentia, ut cum ſignificaret Tempus, Q; cum autem Cauſſam vel Conjunctionem, C acciperet. *Quoi* pro Cui paullo ante *Quintiliani* aetatem, ut diſtingueretur a Nominativo Qui, ſcribebatur, ut Virgilius Lib. III. Georgicor.

Qui non dictus Hylas.

Sic illud Terentii in Andria.

Qui mihi expurgandus eſt,

pro Cui, annotat Donatus. *Quae* ratio ſcribendi opinor induxit *Servium Grammaticum*, ut Nominativum *Qui* pro Cui, vel Quoi perperam acciperet, in illo Virgilii Ecloga IV.

Qui non riſere Parentes.

Delicia tignum, Feſtus, *Deliquiae* Vitruvius Lib IV. *Querquera* febris, Lucilius, *Quercera* Gellius Lib. XX. *Cotidie* non Quotidie, licet originem habeat a quoto die, ſcribunt

bunt Quintilianus & Victorinus. *Stercilinium* pro Sterquilinium habent Libri veteres Catonis de Re Ruſtica, & Terentii in Phormione. Quibus conſentiunt Pandectae Florentinae. *Inſeco* & *Inſequo*, id eſt, dicendo praeëo, & ſequentem verba duco. Ennius, Livius Andronicus, & Cato, ut diſputat Gellius Lib. XVIII. *Hujuſce* & *Hujuſque* promiſcue olim ſcribebant, etſi Victorinus iſta ſignificatione diſtinguit. Hinc eadem *Fortuna hujuſce diei* apud Plinium Lib. XXXIV. & *Fortuna hujuſque diei* apud Ciceronem Lib. II. de *Legibus;* & Victorem de *Regionibus* Urbis: VICUS HUJUSQUE DIEI FORT. AED. Sic D & L ut *Dacruma* Lacruma, *Dautia* Lautia, *Fidius* Filius, *Reduvia* Reluvia, aliaque id genus, de quibus praeter Feſtum, *Victorinus* his verbis: *Novenſiles ſive per L, ſive per D ſcribendum. Communionem enim habent hae Litterae apud antiquos, ut* Dinguam *Linguam*, & Dacrimas *Lacrimas & Capitodium Capitolium*, & *Sella a* Sede, *Olere ab* Odore. *Melicae* Gallinae appellantur, quae Medicae a Media inſula dici debebant, autore Varrone & Columella. *Delicare* pro Dedicare, & *Delicatus* pro Dedicatus, ſive Conſecratus, *Impelimenta* Impedimenta, *Caſſilem* Caſſidem, Feſtus. D & R ut *Apor*, vel *Apur*, pro Apud, idem, & Victorinus. *Medidies* Meridies, Varro Lib. IV. de Lingua Lat. In Lege *Numae:* JOVI FEDETRIO BOVIM CAEDITO. *Monerulae* pro Moneduae. Plautus in Captivis:

Aut Monerulae, *aut Anates, aut Coturnices dantur.*

Arvectum Advectum, Cato de Re Ruſtica. *Arcedo* pro Accedo. Turpilius in Boëthuntibus:

Qui *verba venatur mea, Peſtis arcedat, & ſermonem hinc ſublegat.*

Arfero Adfero, unde *Arferica aqua, quae in ſacris inferorum adferebatur*, Feſtus. Similiter *Arvenio, Arvento, Arfari*, ut notat Priſc. Lib. I. *Antiquiſſimi vero*, inquit, *pro* AD, AR, *ponebant*, Arvenas, Arventores, Arvocatos, Arfines, Arvolare, Arfari *dicentes*, pro *Advenas, Adventores, Advocatos, Adfines, Advolare, Adfari.* D & T, ut *Andruare* & *Antruare*, id eſt Circumflectere; *Drua* & *Trua* Cochlear, quo olla commovetur, Feſtus: & maxime in fine Dictionum, ut *Apud* & *Aput*, *Ad* & *At*, *Quod* & *Quot*, *Quodannis* & *Quotannis*, *Sed* & *Set*, *Haud* & *Haut*: quae etiam nunc in optimis & vetuſtiſſimis Libris promiſcue ſcripta reperiuntur. Id quod videtur confirmare Quintilianus Libr. I. ubi notat, quoſdam frigide obſervare ut *Ad*, cum eſſet Praepoſitio, D Litteram; cum autem Conjunctio T acciperet, Quam tamen Differentiam ſequendam praecipit Victorinus, & ſimilem tradit inter *Haud*, & *Haut: Haut*, inquit, *D Litteram conſervat, ſi ſequens vocabulum incipiat a Vocali, ut*, Haud aliter *minor*, & Haud equidem: *at cum Verbum a Conſonante incipit, D perdit*, & *T inducit, ut* Haut dudum & Haut multum. F & C, ut *Ecfero* Effero, *Ecfari* Effari apud Plautum ſaepe, & Lucilium Lib. XXVI.

Neu Myſteria ecferres foras.

F & H, ut *Forda* & *Horda* Bos praegnans, a quo *Fordicidia* & *Hordicidia* Sacra, Varro, Idem *Foedus*, *Folus*, *Foſtis*, *Foſtia*, *Fircus*, pro Hoedus, Holus, Hoſtis, Hoſtia, Hircus, idem Feſtus. *Hanula* pro Fanula, parva Delubra idem; *Hortes* pro Fortes, Iſidorus. F & R, ut *Sufflamen*, & *Suffragmen*, *Conflages* Loca, in quae diverſi confluunt Venti, Feſtus. *Confrages*, Iſidorus. Hinc in Verſu Plauti in Curculione legit Feſtus *Clupeatum Elephantum machaera dirigit*; Nonius autem *diligit*: ubi tamen nunc melius eſt *dirigit*. G & N, de quarum communione ita Varro Lib. I. de Lingua Lat. *Aggulus*, *Aggens*, *Agguilla*, *Iggerunt*, in ejuſmodi *Graeci* & *Attius* noſter binam G ſcribunt, alii N & G quod in hoc veritatem facile videre non eſt. Similiter *Agceps* & *Agcora*, Ita *Stagneum* pro Stanneo Plaut. apud Feſtum:

Murraticam autem video in vaſis ſtagneis.

Scribonius Largus: Pixide *ſtagnea*, Vaſe *ſtagneo*. Ulpianus D. ad Legem Cornel. de Falſis: *Ne quis numeros* ſtagneos, *plumbeos emere vendere dolo malo velit*. L & N, ut Lympha *Nympha*, Lingua, *Ningua*, unde Ninguoſi Garruli, Gloſſae Iſidori. Luſcitioſus & *Nuſcitioſus*, qui interdiu parum videt, Feſtus. L & R, ut Palilia & *Parilia* Sacra, Proeliaris & *Proelialis* Dies, Latiaris & *Latialis* Juppiter; *Pellicio* Perlicio, Velius Longus; Perlego *Pellego*, Terentius Scaurus in Verſu Virgilii:

Pellegerent *oculis*. — — —

Agonalia Agonaria Sacra, Gloſſae; *Mortualia* Plaut. in Aſinaria:

Haec ſunt non nugae. Non enim mortualia:

Mortuaria Gellius Lib. XVIII. *Vos Philoſophi mera eſtis, ut* Cato *ait*, Mortuaria *gloſſaria*. *Imperia* pro *Impelia*, ſive *Impilia*, ſcribitur in Libris *Pandectarum* ex *Pauli* ad Sabinum 4. *Lecti etiam inargentati*, culcitrae, *totalia*, imperia, *Vaſa aquaria*. L & T, ut *Thetis Dea Graece*, Ennius *Thelis*,

Dea Thelis *ei mater*.

M tranſire in N adnotat Priſcianus Lib. I. maxime ſequentibus Litteris D. T. C. Q. ut Tam, *Tandem*, *Tantum*, *Tantundem*, Idem *Identidem*, Num, *Nuncubi*. Contra *Muginor*, pro *Luginor*, id eſt Nugor. Varro: *Dum iſta* muginamur *pluribus horis vivimus*. M & S mutant in fine Dictionum, ut *Demus* pro Demum, Livius Poëta, teſte Feſto, *Seorſus* pro Seorſum, Afranius apud Cariſium, *Prorſum* pro Prorſus. Idem in Emancipato:

Vetuit me ſine mercede prorſum paucies
Remeare in ludum.

N

N & R, ut *Architectores* pro Architectones, *Strigores* pro Strigones, homines magnarum virium, Feſtus. Item *Extrarius* & Extraneus, *Praecidarius* & Praecidaneus, *Proletarius* & Proletaneus, *Vicarius* & Vicaneus, *Praeſentarius* & Praeſentaneus, quae eadem eſſe, & nihil omnino differre monui Lib. II. De Differentiis Verborum. N & S migrant fere in fine Graecarum Dictionum, ut *Aris* Arin, *Eleuſis* Eleuſin, *Delphis* Delphin, *Minos* Minon, & ſimilia, quae Priſcianus obſervavit. R & S, ut *Comperce* pro Compeſce, Feſtus; *Quaere* pro Quaeſe. Plautus in Menaechmis:

Quaere meum Patrem, tecum ſimul ut veniat ad me:

Niſi quis hic malit *quaeſe*; uti in Bacchidibus:

Mirum eſt, me ut redeam te opere tanto quaeſere.

Contra *Eſit*, vel *Eſcit*, *Obeſit*, *Supereſcit*, pro Erit, Oberit, Supererit, Feſtus. in XXII. Tabulis: SI MORBUS AEVITASVE VITIUM ESIT; & QUOI AURODENTES VINCTI ESUNT. Ennius in Annalibus:

Dum quidem unus homo Romae *toga* ſupereſcit.

Lucretius Lib. I.

Ergo rerum inter ſummam minimamque quid eſcit.

Auſelii, *Papiſii*, *Valeſii*, antiquitus nominati, qui poſtea Aurelii, Papirii, Valerii, de quibus Cicero in Epiſtola ad Paetum. Varro Lib. VI. de Lingua Lat. *In quo Antiqui dicebant* S, *nunc dicunt* R, *ut in* Carmine Saliari ſunt haec: *Coſculo*, *Doloſi*, *Eſo*, *Poſt* melios *melior*, *Foedeſum* Foederum, *Pluſima plurima*, *Janitos Janitor*, Cato de Re Ruſtica: *Fundus melios erit.* Item *Amos*, *Colos*, *Mos*, *on* & ſimilia Maſculina nunc in OR finita. Plautus in Curculione:

Ejus amos *cupidam me huc prolicit.*

Clamos, Ennius Lib. XVII. Annal.

Tollitur in Coelum clamos *exortus utrimque.*

Colos, Varro in Prometheo: *Ex ſanguinibus dolore evireſcat* Colos. Sall. in Catilina: Colos *ejus exſanguis.*

Labos, *Odos*. Idem ibidem: *Igitur talibus viris non* labos *inſolitus*. Terentius in Hecyra:

Aliquis objectus eſt labos.

Plautus in Captivis:

Quorum odos *ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.*

Idem in Curculione:

Naſo odos *obſecutus eſt meo.*

Timos, *Vapos:* Naevius Lycurgo:

Jam ibi nos implicat advenientis timos.

Lucretius Lib. VI.

Permanat odos, *frigusque.*

S & H, ut *Huſpicatur*, pro Suſpicatur, Claudium Quadrigarium Lib. VII. *Annalium* dixiſſe obſervat *Diomedes*, qui mihi tamen de mendo ſuſpectus eſt, & puto illum notare voluiſſe *Soſpicatur* pro Suſpicatur dictum, U in O verſa. Rurſus *Sos* pro Hos dixit Ennius Lib. I. Annal.

Conſtitit inde loci propter ſos *Dia Dearum.*

Et Lib. III.

Circum ſoſque *ſunt magnae Gentes opulentae:*

Quibus in locis Feſtus *Sos*, pro Eos accipit. S & T ut *Adgretus*, *Exfutus*, pro Adgreſſus, Exfuſus. Ennius. *Adgrettus fari. Merto* Merſo, Lucretius Lib. V.

—— *contra nunc rerum copia mertat.*

Pulto & *Pultatio* pro Pulſo & Pulſatio. Terent. in Heautontim. *Ceſſo* pultare *oſtium*. Plaut. in Moſtellaria: *Pultabo Heus*. Idem in Bacchidibus: *Quaenam iſtaec eſt* pultatio? *Oſtentus*, *Tertus*, Oſtenſus, Terſus. Terentius in Phormione: *Ni mihi eſſet ſpes* oſtenta. Varro Lib. III. Rerum divinar. *Salute* oſtenta. Idem in Satyra Τέρχω σε: Terta *nitet galea*. *Ipſipti*, vel *Ipſipte* Feſtus, & Gloſſae, quod Plautus in Ciſtellaria *Ipſipſus eſt*. S & X, ut *Nugas* pro Nugax, Cariſius & Priſcianus. Varro in Synephebo: *Quod ſi Actaeon occupaſſet & ipſe prius ſuos canes comediſſet, non* nugas *ſaltatoribus in theatro fieret. Adaſſint* pro Adaxint, Plautus in Aulularia:

Utinam me Dii adaſſint *ad ſuſpendium.*

Ninſi

Ninſi pro Ninxi, Priſcianus. X & C magnam habent adfinitatem. Unde ab *Illexit* fit Illiciu n, autore V rrone Lib. VI. *Secus* pro Sexus neutri Generis, & unius Caſus. Plautus in Rudente:

Virile Secus *nunquam ullum habuit.*

Salluſt. Lib. II. Hiſtoriar. *Concurrentium undique virile & muliebre* Secus. Gellius Lib. III. *Quod ejus virile* Secus *futurum eſt.* Auſonius:

VESTA, CERES & JUNO, Secus *muliebre, ſorores.*

Idem:

Nota Calidoniis *nuribus muliebre* Secus *Strix.*

Arnobius Lib. V. *In quo* Secus *virile, non ſolum homines ponunt.* Ammianus Marcellinus Lib. XVI Rerum geſtarum: *Egreſſi promiſcue virile & muliebre* Secus, *ſine ætatis ullo diſcrimine, trucidabant.*

CAPUT IV.

De Litterarum in Dictionibus adjectione.

Ut autem Litteris commutatis, ſic quoque iiſdem adjectis, vel detractis multa Veteres variarunt. Cujus rei ignoratione plurima in optimorum Autorum Libris interpolata ſunt. Et aliquando quidem Litterae appoſitae in initio Dictionum, ut *Stlocus* Locus, *Stlatus* Latus: Unde manſit *Stlata*, genus Navigii, quod plures Malos, aut Aſleres habet. *Stlis* Lis, a quo nuncupati Decem viri Stlitibus judicandis, *Stritavus* Tritavus, *Scenſa* Cena, *Seſopia* Eſopia, Feſtus. *Scaelum* Caelum, in carmine Saliari: *Sed jam* Scaelo *candens aurora. Gnoſco, Gnarro, Gnobilis, Gnavus, Gnatus*, quae in compoſitione nunc G. litteram ſervant, ut *Ignoſco, Ignarus, Ignobilis, Ignavus, Cognatus.* Quamvis *Cicero* aliter ſentire videatur in Oratore, cum ſcribit; *Noti erant &* Navi, *&* Nari; *quibus cum* In *praeponi oporteret, dulcius viſum eſt, Ignoti, Ignari dicere, quam veritas poſtulabat.* Cui conſentit Feſtus, qui *Navus* in Ennio & Plauto agnoſcit, ut etiam Libri veteres Salluſtii in Jugurtha: *Imperata* navi *fecerant.* Interdum autem in medio Dictionum Litterae interpoſitae, ut C in *Frucmentum, Ferctum*, genus Sacrificii apud Catonem, *Forctis* in XII. Tabulis: NEXO SOLUTO FORCTI SANCTIQUE ITEM JOUS ESTOD *Dumecta, Eſcit.* pro Dumeta, Eſit, ſive, Erit, Feſtus. D in jungendis Verbis, *ut Mederga, Sederga, Tederga*: ſicut eſt in *Redarguo, Redimo, Redamo.* Plautus in Aſinaria: *Si quid* mederga *tu hodie falſum dixeris.* Idem in Epidi-

co: *Meus deliquiſſet* mederga. E, ut *Cereo* Creo, a quo forte CERES Dea appellata. Varro Lib. V. de Lingua Lat. *Cerno a cereo, id eſt creando. Trabes*, Ennius & Varro in Satyris: *Plebes* Cato & Salluſtius ubique. *Arbiterium* pro Arbitrium ſaepe ſcribitur in *Pandectis Florentinis*, & in *Inſcriptione Romana*: M. LARGIUS, M F. POMPTINUS ARBITERIO LARDIAE FORTUNATAE UXORIS. *Dextera*, *Extera*, *Infera*, *Intera*, *Supera*, pro Dextra, Extra, Infra, Intra, Supra. In Libris Augurum: Intera *ea conrecione*. Cicero Arato:

Torvus draco ſerpit ſubter ſuperatque *retorquens*
Seſe, — — — —

Lucretius Lib. II.

Linquit enim ſupera *tetri primordia viri.*

& aliis multis locis. I, ut *Audaciter*. Cicero pro Sex. Roſcio, *multa ſcelerate*, *multa* audaciter, *multa improbe feciſti*. Seneca in Libro, Quare bonis Viris mala accidant: Audaciter *Veteranus cruorem ſuum ſpectat*. *Cavitum*, *Ducitum*, Plautus in Milite:

Opportune mihi cavita *eſt haec Epiſtola.*

Idem in Truculento:

Quia *te* adduciturum *huc dixeras.*

Ulpianus Lib. 45. ad Edictum: Ducitum *à Graeco*. *Favitum*, *Favitor*, quod tamen negat Cariſius ulla Veterum autoritate, vel ratione dici. Plautus in Amphitr.

Sat habet Favitorum *ſemper*, *qui recte facit.*

Idem ibidem:

Si cui favitores deligatos viderint.

Lucilius Lib. XXIX.

Favitorem *me tibi atque Amicum ſummum.*

Vacivus, *Vacivitas*, pro Vacuus, Vacuitas. Plautus in Caſina:

Aures vacivae ſi ſunt.

Idem in Curculione:

Ita cum vacivitate *venio laſſi laſtibus.*

Ca-

Digitized by Google

Calix, *Merix*, pro Calx, Merx, idem in Poenulo:

Quin prius diſperibit faxo, quam unum calicem civerit.

Navita Nauta, praeter Poëtas Cato & alii. *Stribilita* genus Placentae, quod apud Catonem *Scriblita*. Plautus in Poenulo:

Nunc dum ſcribilitae *aeſtuant occurrite.*

Civitatium, *Haereditatium*, *Anuis*, *Victus*, & ſimiles Genitivi: de quibus ſuo loco dicemus. M, ut *AEditimus* pro AEdituus, in quo ineptiunt *Grammatici*, qui hoc ſignificatione diſcernunt. Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Rogatus ab* AEditumo, *ut dicere didicimus a Patribus noſtris, ut corrigimur a recentibus urbanis ab AEdituo.*

N ut *Ferinunt*: *Nequinunt*, *Obinunt*, *Prodinunt*, *Redinunt*, pro Feriunt, Nequeunt, Obeunt, Prodeunt, Redeunt, Feſtus. *Thenſaurus*, *vicenſimus*, *Octogenſimus*, *Totiens*, *Quotiens* habent Pandectae Florentinae: e quibus poſteriora duo etiam in aliorum *Autorum* Libris veteribus perſcripta exſtant, atque ita ſcribenda eſſe monuerunt Caper & Victorinus Grammatici. *Pauciens* obſervat Feſtus Titinii Gemina: *Uxorem* pauciens *video*. P, ut *Ips*, *Quips*, pro Is, Quis, ut alibi annotavimus. R, ut *Laneus* Lanerus, *Querceus* Quercerus. S ante M, vel T, ut *Duſmoſus*, *Caſmenae*, *Coſmittere*, Varro & Feſtus, pro Dumoſus, Camenae, Committere. Ennius Lib. I. Annal.

Muſai, *quas memorant* Caſmenas *eſſe* Latini.

Obſtineo, *Obſtrudo*, pro Obtineo, Obtrudo, in Carmine Saliari, *Sed jam caelo candens aurora* obſtinet *ſuum patrem*. Plautus in Curculione: *Atque illud prius* obſtrudamus. *Praeſtergeo* Praetergeo, idem in Pſeudolo: *Vorſa* praeſterga *ſtrata*, *lautaque*. U, ut Duo Do, *Adduo*, *Creduo*, *Redduo*, *Venunduo*; Plautus, Terentius & Vetuſtiores omnes. *Anguina* pro Angina, Gloſſae; *Bovarium* pro Boarium, antiqua Inſcriptio, IN FORO BOVARIO. *Nuculeus* Nucleus. Plautus in Caſina:

Qui e nuce nuculeum *eſſe volt.*

Idem in Captivis:

Nuculeum *amiſit*, *reliquit pigneri putamina.*

Nomenculator, *Figulinae*, *Secutio* pro Nomenclator, Figlinae, Sectio habent Pandectae Florentinae. *Lautumiae*, quas Cicero in Verrem. 7. & Feſtus dicunt Latumias, eſt in Pandectis & Seneca Lib. IX. Declam. & Controverſiarum V. *Cum Reus rogaret, ut in* Lautumias *tranferretur, Ne nunc, inquit, quemquam veſtrum decipiat nomen* Latumiae, *illa animo meo non lauta res. Ninguo*, *Tinguo*, *Ungueo*, *Urgueo*

Digitized by Google

gueo, Varro Lib. VII. de Lingua Lat. *Et alia* urguent. Idem Lib. VIII. *Cum alia vis* urguet. Virgilius Lib. III. Georgic.

Interea toto non ſecius aequore ninguit.

Et Lib. I. AEneidos:

Quid tamen Oceano properent ſe tinguere *ſoles.*

Idem ibidem: *In brevia & ſyrtes* urguet. Lucretius Lib. IV.

Unguit *amaracino, & foribus miſer oſcula figit:*

Quam Scripturam Verborum *Unguo & Tinguo* approbant Valerius Probus, & Caper Grammatici. *Duonum* pro Donum in Carmine *Cn. Martii* Vatis: *Quamvis noventium duonum* neginate, id eſt negate & repudiate donum, etiam eorum, quos noveritis. Aliquando vero in fine Dictionum Litterae adjectae, ut C in Pronominibus *Hic, Haec, Iſtaec*, pro Hi, Hae, Iſtae, de quibus infra. D in omnibus fere Vocibus vocali Littera finitis, tum maxime cum ſubſequentis Dictionis prima Littera eſt vocalis. Hinc *Eſtod, Habetod* in XII. Tabulis, & in Columna Duilii *Altod, marid:* de quo ita Quintilianus Lib. I. D. Latinis *veteribus plurimis in verbis in ultimo adjecta eſt, quod manifeſtum eſt etiam ex* Columna roſtrata, *quae eſt* Duillio *in Foro poſita. Med, Sed, Ted, Meritod*, & id genus alia Ennius & Plautus. E, ut *Lacte, Sale*, Ennius Lib. VII. Annal.

Coeruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.

Cume, Tame, pro Cum, Tam, fuit in carmine Saliari, quod recitat Terentius Scaurus. *Virgiliae, Laërtiae*, & ſimiles Vocativi Nominum ſecundi Ordinis; de quibus Priſcianus Lib. VII. *Exemplare, Pugillare* & talia Neutra, quae hodie in AR deſinunt. I ut *Sicuti, Uti, Veluti* Ennius, Cato, & Salluſtius fere ſemper uſurpant. N, ut *Atquin, Caeteroquin*, pro Atqui, Ceteroqui in optimis Libris Pandectarum aliquoties occurrit. Huc pertinet geminatio Vocalium, quam etiam Quintilianus notavit, cum ſcilicet Vocalem producendam vetuſtiſſimi geminarent tam in fine, quam medio Dictionum, ut *Feelix, Virtuus* in Numiſmatis, *Eijus, Eii, Reii, Habuvit, Fluvis* in libris antiquis exſtat. De quo ita Priſcian. Lib. I. *Ut Majus, Pejus, Ejus, in quo loco Antiqui ſolebant geminare eandem I. Litteram, & Maijus, Peijus, Eijus ſcribere, quod non aliter pronuntiari poſſet, quam ſi cum ſuperiore Syllaba prior I, cum ſequente altera proferretur, ut Peijus, Eijus, Maijus: & duo II pro duobus Conſonantibus accipiebant. Nam quamvis I ſic Conſonans in eadem Syllaba geminata jungi non poſſet, ergo non aliter, quam Tellus, Mannus proferri debuit. Unde* Pompeji *quoque Genitivum per tria I Antiqui ſcribebant, quorum duo ſuperiora loco Conſonantium accipiebant, ut ſi dicas* Pompeji. *Nam tribus III junctis, qualis poſſit Syllaba pronuntiari?* Quod *Caeſari*, doctiſſimo artis Grammaticae, placitum a *Victore* quoque in Arte Grammatica comprobatur, Sic *Eii, Reii*, Plaut.

Plaut. in Caſina:

Senex hic Maritus habitat, Eli eſt Filius.

Et mox: *Eſt eii quidam ſervus.* Item in Prologo Militis:

Magnai reii publicai gratia,

Lucretius Lib. I.

—— —— *Praeterea reii quae Corpora mittere poſſit.*

Idem Lib. V.

Nam primum quidquid fulgoris diſperit eii,

Idem ibidem:

—— —— *via, qua munita fideii.*

Fuvit, Fluvit, Fluvidus, Habuvit. Plaut. in Poenulo:

Quo genere gnata, qui Parentes fuverint.

Idem in Aſinaria:

Tot reddat ſpurcas, quot puras habuverit.

Lucretius Lib. II.

Sed quod amara vides eadem quae fluvida conſtant:

& alibi ſaepius.

CAPUT V.

De Litterarum in Dictionibus Detractione.

Rurſus Litterae omiſſae & abjectae in initio, vel medio Dictionum, & maxime Conſonantes, quas Veteres non geminaſſe, Grammatici monuerunt, ut *Anus, Feſus, Oli, Tera*, pro Annus, Feſtus, Illi, Terra. A, ut *Cludio, Cluſus*, non modo Antiquiores, ſed etiam Seneca in Epiſtolis frequenter uſurpat. *Defrudo*, praeter Plautum in Aſinaria, & Terentium in Adelphis ac Phormione, etiam Paulus

JC. Lib. IV. Quaeſtionum: *Ne commodo dotis* defrudetur. *Quod* pro Quoad; Terent. in Eunucho;

Munus noſtrum ornato verbis, quod *poteris.*

Id. ibidem:

Iſtum aemulum, quod *poteris*, *ab ea pellito.*

Cicero Lib. XII. ad Atticum: *Aut ego ad te totus, aut tu ad me*, quod *licebit.* Gellius Lib. XII. *Hominem poſtea*, quod *Capillus adoleſceret*, *domo continuit.* E, ut *Am*, pro Eam. Lucret. Lib. III.

Corpore qui noſtro rarus magis am *cohibeſſit.*

Ulpianus Lib. XVIII. ad Legem Juliam & Papiam: *Si totam* am *partem*, *ex qua quis Heres inſtitutus eſt.* Quo tamen loco ſuſpicor illud *Am* negligentia Librarii repetitum ex poſtrema Syllaba praecedentis Dictionis. *Audibam*, *Cuſtodibam*, *Lenibam* & ſimilia, de quibus infra. H in principio Dictionum: ut *Allex* pro Hallex, Feſtus, *Ei* pro Hei, in Libris antiquis Plauti in Caſina: Ei ei; *foetet tuus mihi ſermo.* *Em* pro Hem, Terentius in Eunucho: *Amo* em. Et: Em *Eunuchum tibi.* In Adelphis: Em *tibi reſcivit rem omnem.* Varronis Lib. de Re Ruſtica: Em, *quin adſum*; Ciceronis Lib. XIII. Epiſtolar. Em *hic ille eſt de illis maxime.* Aut poſt Conſonantes, ut Cicero & Quintilianus, itemque veteres Grammatici teſtantur. Unde etiam nunc *Broccus*, *Graecus*, *Pilippus*, *Triumpus*, *Tropaeum* retinent Nummi & Marmora, atque etiam plerique atiqui Libri. I, ut *Caldus* uſurpant Veteres omnes, *Frigdus*, *Ardus.* Attius in Annalibus:

— — — *ut quam frigidiſſimus alvus.*

Lucilius Lib. VIII. Satyrar.

Sallere muraenas, *mercem in* frigidaria *ferre.*

Idem Lib. XXVII.

Ardum, *miſerrimum atque in felix lignum* Sambucum *vocant.*

Cante, pro Canite, fuit in Carmine Saliari:

Divom exta cante, *divom Deo ſupplice* cante.

Lamna, Lamina, Horatius Lib. II. Carmin.

Abdito terris, *inimicae* lamnae.

Ulpianus ad Sabinum XLIV. *Quod neque in maſſa neque in* lamna.

Mna

Mna Mina, Plautus in Aſinaria:

Viginti argenti commodas mnas.

Idem in Curculione:

Triginta mnis *veſtem, aurum.*

Poenulo: *Si ego* mnam *non ultus fuero. Subus* pro Suibus, Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Ita Bubus ac* Subus, *ut fiant pingues.* Idem Lib. II. *De* Subus, *nemini ignotum.* Lucretius Lib. VI.

— *ſetigeris* ſubus *acre venenum eſt,*

& mox:

— — ſubus *haec jucunda videtur.*

Depoſtus, Repoſtus. Poëtae crebro uſurpant, in quibus Grammatici volunt eſſe Syncopen. M, ut *Tympanum, Typanum*, Gloſſae. N, ut *Pago, Tago, Attigo, Contigo*, Pacuv. in Teucro:

— — *ut ego ſi quisquam me* tagit.

Plautus in Bacchidibus:

Ne attigas *Puerum iſta cauſſa.*

Apulejus Lib. IX. Metamorphoſ. *Inchoatum guſtum extremis labiis* contigebat *Adoleſcens.* Sic *Piſo.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Ut in piſtrino* piſetur *ac torreatur.* Idem Lib. IV. de Lingua Lat. *Pilum, quod eo far* piſunt. *Fros.* Idem Lib. XV. Antiquitat. humanar. *Fros, Foenum, Meſſis.* Et Lib. I. de Re Ruſtica: *Unde* fros *ovibus & bubus fiet:* Virgilius Lib. II. Georgic.

— Fros *tenera imprudensque laborum.*

Columa pro Columna, teſte Quintiliano. Unde *Columen* & *Columella* forte dicta ſunt. *Tondes, Praſus, Praegnas, Meſis* & ſimilia retinent veteres Libri Varronis & aliorum Scriptorum, abjecta N inter Vocalem & S Litteram, eaque Veteres promiſcue ſic pronunciaſſe teſtantur Grammatici, & manet veſtigium in eo, quod ſcribitur *Cos*, id eſt Conſul. R; ut *Suſum, Deoſum, Ruſum, Proſum*, Cato de Re Ruſtica: *Ita ſubducito* ſuſum *animam.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Qui colunt* deoſum, *magis AEſtate laborant, qui* ſuſum, *magis Hieme.* Idem Lib. IV. de Lingua Lat. *Clivus proximus ad* FLORE ſuſum *verſus.* Catullus?

Animo aeſtuante ruſum *deditum ad vada tetulit.*

Afranus in Emancipato :

Vetuit me ſine mercede proſum *pauciens remeare in ludum.*

Paulus Lib. II. de Adulteriis : *A Patre, Avo, Proavo & ceteris* ſuſum *verſus*, T, ut *Pacio* Pactio, *Dubio* Dubito, Feſtus. U, ut *Sis*, *Sos* & *Sas*, pro Sui, Suos & Suas, *Em*, vel *Im*, pro *Eum*, ut infra, de *Pronominibus*, dicemus *Alis*, *Alid*, pro Alius, Aliud, a quo *Aliter* Adverbium formari cenſet Priſcianus, & *Alimodi* pro Aliusmodi, Feſtus. Salluſt. in Catilina : Alis *alibi ſtantes*. Catullus de Coma *Berenices* :

Conjugium, quo non fortior auſit alis.

Lucretius Lib. I.

Quando alid *ex alio reficit Natura.*

Et Lib. II.

Sic alid *ex alio nunquam deſiſtet oriri.*

Idem Lib. V.

Sic alid *ex alio peperit diſcordia triſtis.*

Savior & Savium, pro Suavior & Suavium conſtanter retinent Libri Veteres Plauti, Terentii aliorumque, & *Savillum*, genus operis piſtorii a Suavitate apud Catonem. *Diſſavior* M. T. Cicero ad Tironem : *Etiamſi te veniens in medio foro viderо*, diſſaviabor. *Circlus*, *Oraclum*, *Periclum*, *Saclum*, *Hercle*, *Singulariter*, & id genus alia exſtant apud *Poëtas* : quae metri cauſſa ita contracta volunt *Grammatici* ; cum tamen in ſoluta quoque Oratione inveniantur pleraque, ut *Tablinum*, *Figlinae*, *Triblae* apud Catonem. *Surcli* Varro Lib. I. de Re Ruſtica : *Quod ex arbore per* ſurclos *defertur in terram.* *Seclum* Cicero ad Atticum. *Promiſcus*, a quo Adverbium *Promiſce* & *Promiſcam*, de quo infra. Gellius Lib. II *Varia* Promiſcaque *& non neceſſaria.* Idem Lib. VI. *Ut promiſce dici ſolet* Et alibi ſaepius. In fine Dictionum Litterae abjectae, ut C, *Iſti'* pro *Iſtic.* Afranius in Conſobrinis :

Hem iſti' *parentum eſt vita vilis*, liberis
Ubi malunt metui, quam vereri ſe a ſuis.

Illi', pro illic, ſaepe apud Plautum. Turpilius in Canephoro :

Haud facile eſt venire illi', *ubi ipſa eſt Sapientia.*

Te-

Terentius in Hecyra:

Illi' *ubi ſum abſidua.*

Idem in Phormione:

Interea dum ſedemus illi'.

Varro Lib. I. Hebdomadon: *Quod* illi' *Jotae mortuo faciunt ſacra.* Lucretius Lib. I.

Illi' *cum videant Solem.*

Coelius ad Ciceronem: *Domitium quemdam nobilem* illi'. E in Adverbiis hac Litera deſinentibus, ut *Volup*, *Facul*, *Difficul* pro Volupe, Facile, Difficile. H, ut *Pro*, loco Proh Salluſt. in Catilina: *Pro Deum atque Hominum fidem.* Cicero in Oeconomico: *Pro Deum immortalium*, I in Dativis quartae Declinationis. *Luxu*, *Victu*, *Sumtu*; & in Genitivis quintae Declinationis, ut *Die*, *Facie.* Item in Genitivis Nominum ſecundi Ordinis, quae geminatam Litteram I habent, ut *Oti*, *Peculi*, *Pecuari*, *Tuguri*: de quibus omnibus infra ſuo loco dicemus. M in Verbis, quae ipſo M finiuntur ſequente Vocali ut *Secundo* pro Secundum. Varro Lib. II. de Re Ruſtica: Secundo *ea cum jam paſci poſſint.* *Viſu iri* Cicero Lib. I. Officior. *Se beneficos in ſuos amicos* viſu iri. *Datu iri*, *Creditu iri*, *Debitu iri*, *Traditu iri* in Libris *Jurisconſultorum.* N abjiciunt Latini in *Graecis* Dictionibus, ut *Antipho*, *Dorco*, *Meto*, *Xeno*; ad eundemque modum plurima, quae Priſcianus obſervavit. *Laco* Horatius in Epod *aut fulvus* Laco. S., ut *Qui*, *Aliqui*, *Siqui*, *Nequi.* Terentius in Phormione: Qui *nominat mn.* Cicero: *Niſi* qui, *ut ſcis*, Parthicus *caſus acceſſerit* Idem Lib. III. Officior. *Niſi* aliqui *caſus conſilium ejus praeveniſſet.* Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Ne* qui *porcellus a matre opprimatur.* Idem in Lege Maenia: *Si qui patrinm majorem parentem exſtinguit.* Item Nominativi Graeci in As; *Aenea*, *Pauſania*, & Genitivi in is ut *Ogygi*, *Perſi*: de quibus infra. *Mehercule* maluit *Cicero* dicere, quam Mehercules, ut ipſe teſtatur in Oratore his verbis: *Pomeridianas quadrigas*, *quam poſtmeridianas*, *libentius dixerim*, & Mehercule *quam Mehercules* Et ita ad Caelium: *Mihi*, Mehercule *magnae curae eſt.* Quamvis in Varr *Mehercules* bis duxit, & in Catil. & pro Plancio: Pro Amerino autem & in Bruto *Hercules.* *Ambo*, *Duo* Accuſativo Caſu. Terent. in Andr Ambo *opportune vos volo.* Idem in Adelphis: *Tu illos* duo *olim pro re tollebas tua.* Plaut. in Amphitr.

— — *Puer* ambo *anguis enecat.*

Et in Epidico:

Quae Senes duo *docte ludificetur.*

Idem in Pſeudolo : *Lanios inde accerſam duo.* Lucilius :

Hunc pontes TIBERINOS duo *inter captus catillo.*

Cato de Re Ruſtica : *Eo calcem cribro ſecretum indito alte digitos* duo. Varro Lib. I. de Re Ruſtica : Duo *Villicos & duas Villicas.* Idem Lib. II. *Satis eſſe* duo, *& id Marem & Foeminam.* Cicero Gallo : *Praeter nos* duo *loquitur iſto modo nemo.* Id ad Q. Fratrem : Duo *Myſos inſuiſſes in culeum.* Virg. in Bucolicis :

Craterasque duo *ſtatuunt.*

Id ibidem :

Nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo
Luſerat.

Et Lib. IV. Georgicor.

Verum ubi ductores acie revocaverit ambo.

Caput VI.

De Syllabarum in Dictionibus Adjectione.

Eadem varietas & mutatio in Syllabis, quibus adjectis, vel detractis pleraſque Dictiones producebant, alias contrahebant ; idque interdum in principio, ut cum *Du* ponebant loco *B*, ut *Duis* Bis, a quo *Duicenſus* Bis Cenſus, *Duidens* Bidens Hoſtia, *Duonus Cerus* id eſt, Creator bonus, *Duellum*, Bellum, *Duellicus*, Bellicus, *Duellator*, Bellator, Plautus in Captivis & Epidico, & Lucretius Lib. II.

—— —— *Equorum duellica proles.*

Duillii, Billii in Hiſtoria *Romana* nobiles, de quibus Cicero in Oratore his verbis : *Quid vero licentius, quam quod* Hominum *etiam* Nomina *contrahebant, quae eſſent aptiora ? Nam ut* Duellum *Bellum*, Duis *Bis* : *ſic* Duilium *eum, qui* Poenos *claſſe devicit*, Bilium *nominaverunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilii.* Aliquando Syllabas interponebant in medio Dictionum, ut *Aeviternus* Aeternus. Varro in Pſeudoneo : *Per aeviternam Hominum domum Tellurem. Aucipes, Praecipes, Principes*, de quibus Priſcianus. *Antidea* Antea. Liv. Lib. XXXII. *Si* antidea *Senatus*

Po-

Digitized by Google

Populuſque juſſerit fieri. *Interidea*, Interea, Gloſſae *Indoteridea* ἐν τῷ μεταξύ. *Poſtidea* Poſtea, Plautus in Aulularia:

Nunc, quod profectus ſum ibo poſtidea *domum.*

Idem in Caſina:

Poſtidea *rurſum denuo,*

& alibi non raro. Terent. in Hecyra:

Quid faciundum fortaſſe ſit poſtidea.

Boverum, *Suerum*, pro Boum, Suum. Cato de Re Ruſt. *Quot juga Boverum.* *Calim* Clam, Feſtus. *Coquin*, *Natino*, *Negino* pro Coquo, Nato, Nego, Plaut. in Aulularia: *Veni in* Bacchinal coquinatum. Cn. Marcius:

Quamvis noventium duonum neginate.

Divitior Divitiſſimus, pro Ditior Ditiſſimus. Plautus in Aulularia:

Qui me eſt divitior?

Idem in Pſeudolo:

—— —— *Namque hinc numquam eris nummo* divitior.

Terentius in Phormione:

Semper aliquid addant divitioribus.

Cicero Lib. II. de Officiis: *Nam Mamerco homini* divitiſſimo. Idem in Paradoxis: *Ita* divitiſſimus *habendus ſit.* Lucretius Lib. V.

Divitioris *enim ſectam plerumque ſequuntur.*

Cornelius Nepos in Vita Phocionis; *Fuit enim perpetuo pauper, cum* divitiſſimus *eſſe poſſet.* *Dubienus*, *Socienus*, pro Dubius, Socius, Feſtus, & Plautus in Amphitruone & Aulularia: *illi* ſocienn. *tuo.* *Fruinor* Fruor, à quo *Fruiſcor* & *Frunitum* Catonem dixiſſe notat Feſtus. *Gnaruris* Gnarus, Plaut. in Moſtellaria: *Simul gnarures vos volo eſſe.* Arnobius Lib. II. *Cur eſſe dicatis in aliis praeceptionibus* gnarures. Auſonius:

Non cultor inſtans, non arator gnaruris.

Itiner Iter, frequens apud veteres Poëtas; quorum teſtimonia recitant Priſcianus & Nonius, *Mavolo* Malo Plautus ſaepe, & Terentius in Hecyra:

Po-

Potiſſum ex potis & ſum,

& inde *poteſſe*, quod nos contracte Poſſum & Poſſe. Ennius:

Spero ſi ſperes, quidquam prodeſſe potiſſunt.

Lucilius Lib. I. Satyrarum p. 152.

Quo pacto Populum atque Urbem ſervare potiſſit
Amplius Romanam.

Plaut. in Aulularia:

Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe.

Ter. in Eunucho: *Sed nihil* poteſſe. Lucret. Lib. I.

Quod ſi forte ulla credunt ratione poteſſe.

Item Lib. II.

Neve putes aeterna penes reſidere poteſſe.

Praebibeo Praebeo, Plaut. in Menaechmis:

Moelitum praebibeo

Id. ibid.

Ancillas, penum recte praebibet.

Et in Mercatore:

Si praebibuerit palam.

Speres Spes, Ennius, Varro & alii. *Tamenetſi* Tametſi, Ennius Lib. IV. Annalium:

At Romanus homo tamenetſi *res bene geſta eſt.*

Plautus in Milite:

Tamenetſi *iſtuc mihi acerbum eſt.*

Digitized by Google

Terent. in Andria:

Tamenetſi *hoc verum eſt.*

Catullus,

Quae tamenetſi *uno non eſt contenta* Catullo.

Cic. Lib. V. ad Attic. *Nos*, tamenetſi *hoc te ex aliis audire malo*, & Lib. XII. Tamenetſi *continuo congreſſuri ſumus.* Et ad Planc. *Sed* tamenetſi *antea ſcripſi, quae exiſtimavi ſcribi oportere.* Idem in Verrem: Tamenetſi *animo aequo provincia tuliſſet.* Caeſar Lib. VII. de Bello Gallico: *Quae* tamenetſi *Caeſar intelligebat.* Id. ib. *Ac* tamenetſi *dextris exertis animadvertebantur.* Ulpian. ad Edictum XXIX. *Interdum* tamenetſi *Senatusconſulto locus ſit; tamen in alium datur actio.* Idem Lib. XII. *Interdum* tamenetſi *ſcientia noceat, tamen reſtitutio facienda eſt. Totondi, Sciſcidi, Concucurri, Praecucurri*; Idem *Poſivi, Repoſivi* & ſimilia Praeterita, de quibus Priſcianus. Varro in Satyra Κυνοδοξία:

Huc aucupatum concurriſtis domo.

Cato de Re Ruſtica: *Ita in Legibus* poſiverunt. Plautus in Aſinaria:

Quin pol ſi repoſivi *remum ſola ego in caſteria.*

Quin etiam in fine Dictionum Syllabas adjiciebant, ſicuti cum Monoſyllabas Voces geminabant, vel cum Particulas quaſdam, Monoſyllabas apponebant. Geminatae Voces reperiuntur minus tritae, *Quiqui, Quaeque, Quodquod*, pro Qui, Quae, Quod. Africanus:

Quodquod *quibo boni.*

Plautus in Perſa:

Si eveniunt, quaeque exopto.

Idem in Caſina:

Quiqui uti veniant.

Cicero Lib. II. de Finibus; *Omnes quiqui ſine dolore ſunt.* Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Is ita appellatur, quiqui admittit. Quidquid* pro Quidque, ut *Quiſquis* pro Quiſque; Cicero in Torquato: *Quocunque in loco* quiſquis *eſt.* Idem Lib. V. Tuſculanar. Qu. *Ut* quidquid *objectum eſt.* & Orat. IV. in Verrem: *Ita adorabantur omnia, ut, ubi* quidquid *eſſet, aliqua ratione invenirent.* Plautus in Trinummo:

Sin unum quidquid *ſigillatim & placide perconctabere.*

Lucretius Lib. II.

Inque ſuos quidquid *rurſus revocare meatus:*

Et alibi frequenter. *Quotquot* pro Quot. Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Fundat* quotquot *annis.* Idem ibidem: *Sacra quotquot menſibus feruntur in arcem* Et Lib. VIII. *Quotquot annis eodem modo exoritur.* Et Lib. III. de Re Ruſtica. *Paſtorem columbaria quotquot menſibus cebro oportet evertere.* Gellius Lib. VI. *Ut* Carthagienſes *quotquot annis darent Populos* Romano *certum pondus argenti puri puti.* Particulae Monoſyllabae Dictionibus appoſitae reperierunt AN, ut *Fortaſſean.* Attius in Antenoridis:

Fortaſſean *ſin, quos hic non mertat metus.*

Siſenna Lib. III. *Quod* fortaſſean *ex voluntate ſua ſumma claritudine celeriter confeciſſent.* Varro Lib. IV. de Lingua Lat. Fortaſſean *ab eo quatuor.* Idem Lib. III. de Re Ruſtica: Fortaſſean *tecum duceret ferram.* Idem ibidem: *Hoc dico, quod* fortaſſean *tibi ſatis ſit.* Gellius Lib. II. Fortaſſean *auxilii petendi cauſſa.* Et Lib. XVII. Proceſſit autem *argutatori iſti* forraſſean *reprehenſio.* Id. Lib. IX. *Ac* fortaſſean *de quadrigis veterum autoritas conceſſero.* Apulejus Lib. I. Apolog. *Et* fortaſſean *praeacute reperiiſſe vobis videbamini.* Idem de Deo Socratis: Fortaſſean *inter* Graecos *praelio cognitos.* Tertull. de Anima: Fortaſſean *& de corpore, & valetudine aliquid accedat.* Idem de Pallio: *Quingenariam promulſidem ſupra ſcriptis* fortaſſean *menſis neceſſariam.* CUM, ut *Donicum*, pro Donec, Cato, Plautus & alii. *Mecum*, *Tecum*, pro Me, Te. Plautus in Aſinaria;

Hoc jube petere atque orare mecum.

Idem in Caſina: *Si is* mecum *oraret.* Idem ibid.

Atque ego cenſui abs te poſſe hoc mecum *impetrare.*

Et in Curculione: Tecum *oro & quaeſo.* Terent. in Hecyra: *Quamobrem* tecum *orabam.* Id. ibid. *Egi atque oravi* tecum; *uxorem ut duceres.* Gellius Lib. XX. *Sed quaeſo* tecum *tamen digrediare pauliſper e curriculis iſtis.* DE, ut Quamde Quam, Ennius apud Feſtum, & Lucretius Lib. I.

Quande GRAJUS *inter* GRAJOS, *qui vera requirunt.*

Ende, vel *Endo*, aut *Indu* pro In, quorum uſus frequens Vetuſtiſſimus fuit, & ſeorſim ut Ennius Lib. VII. Annal.

Con-

Conſilio Endo foro lato ſanctoque Senatu.

Et Lib. XVII. *Endo mari magno*: Et in Compoſitione, ut *Endogredi*, *Indopediri*, *Indimperator*, & ſimilia, quae apud Lucret. & alios ita frequenter leguntur, ut nemini ignota eſſe poſſint. DUM, ut *Sedum*, pro Sed, autore Cariſio *Agedum*, *Etiamdum*, *Nequedum*, *Primumdum*, *Hicdum*. *Quidum* apud Plautum & Comicos. Nam: ut *Quianam* Ennius, & Naevius apud Feſtum, e quibus & ſumſit Virgilius Lib. V & X. AEneid. *Numnam* apud Plautum in Amphitruone, & alibi. Varro in Agathone:

Nummam caelatus in manu dextra ſcyphus?

NE & NI, ut *Quippini* pro Quippe, Plautus frequenter; *Quiane* Virgilius Lib. IV. AEneidos:

— *Quiane auxilio juvat ante levatos.*

CAPUT VII.

De Syllabarum in dictionibus Detractione.

Vice verſa Syllabas Antiqui abjiciebant, vel in *Principio* Dictionum, ut *Rabo*, pro Arrabo. Plautus in Moſtellaria: *Fructus*, pro Uſufructus. Idem in Caſina: *Sed meus* fructus *eſt prior*. *Jurandum*, pro Jusjurandum, idem in Ciſtellaria:

Abi quaerere ubi tuo Jurando *ſatis ſit ſubſidii.*

Terentius in Andria:

Quia ſi forte opus ſit ad horum Jurandum mihi.

Vel in *Medio* Dictionum, *ut Apiſcor* pro Adipiſcor. Plautus in Epidico: *ſine me hominem* apiſci. Siſenna Lib. III. Hiſtoriar. *Itaque poſtero die Legatus* Iguvium *redeuntes apiſcitur*. Lucretius Lib. I.

Nec ratione animi quam quiſquam poſſit apiſci.

Tacitus Lib. III. Annal. *Praebuit Juveni materiam* apiſcendi *honoris*, & Lib. VI. *Dum dominationis apiſceretur*. Idem Lib. IV. Hiſtoriar. *Intus ſumma* apiſcendi *libido*. *Cuimodi*, *Cujuſquemodi*, *Cujuſque*, pro Cujuſmodi. Cujuſmodicunque, Cujuſcunque, Gellius Lib. XII. *Ea res cuimodi ſit*. Idem Lib. IX. *Demus*, inquit,

huic aliquid aeris, cujuſquemodi eſt. Et Lib. II. *Non neceſſaria rerum cujuſquemodi plurimarum & cogitatione, & petitione.* Cicero pro Flacco: *Tabulae illae ipſae, cujuſquemodi ſint, proferuntur,* Lucretius Lib. IV.

Et cujuſquemodi formarum vertere in ora.

Ulpianus de liberali Cauſſa: *Cujuſque ſit aetatis, qui emptus eſt. Damnas,* pro Damnatus, Vox propria in Formulis Legatorum: *ut* Haeres dare *damnas* eſto, & in Legibus atque Senatusconſultis, ut in Lege Manilia: COLONIS MUNICIPIBUSQUE IN QUORUM AGRO ID FACTUM ERID DARE DAMNAS ESTO. Et in Senatuſconſulto de Aquae ductibus apud *Frontinum:* SI QUIS ADVERSUS EA COMMISISSET IN SINGULAS RES IN DENA MILLIA DAMNAS ESSET. *Dis* Dives, *& Ditiae* Divitiae. Terentius in Adelphis: Dis *quidem eſſes.* Idem in Andria:

Quae ſe inhoneſte optavit parare hic ditias.

Idem in Heautontimor. *Amicos, Genus, Cognatos, Ditias. Dortium* Divortium, Turpilius in Leucadia; *Triſtities ante* dortium. *Epoll,* Edepoll, Terent. in Eunucho: *Bene epoll narras. Nancitur,* pro Nanciſcitor in XII. Tabulis, Feſtus. *Porgo,* Porrigo, Ennius, teſte Servio, & Plautus in Epidico: *Lumbos* porgite *atque extollite.* A quo *Exporgere,* porro agere, *Exporrigere* interpretatur Feſtus. *Poſtulio,* Poſtulatio. Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Deum Manium* poſtulionem *poſtulare. Praequam* praeterquam. Cato Lib. I. Originum: *Fana in eo loco compluria fuerunt: ea exauguravit,* praequam *quod Termino Fanum fuit, id nequitum exaugurari. Prendo* Prehendo, *Proebeo* Prohibeo. Unde *Probi* dicti, qui ſe a delinquendo prohibent; & *Proebia* remedia, quae faſcinum putabantur arcere, quorum meminit Varro Lib. VI. & Feſtus. Lucret. Lib. I.

Nam ſive eſt aliquid quod proebeat *officiatque.*

Quandoque pro Quandocunque. Cicero Lib. VI. de Republica: *Quandoque ab eadem parte Sol eodemque tempore iterum defecerit.* Horatius Lib. IV. Carmin. *Quandoque trahet feroces.* Idem in Arte Poëtica:

Indignor quandoque *bonus dormitat* Homerus,

Ulpianus D. Soluto Matrimonio: *Dotis actio filiae non erit adempta,* quandoque *ſui juris filia fuerit facta.* Idem ibidem: *Hi reſtituendi ſunt.* quandoque *divortio facto.* Et alibi in Libris Juriſconſultorum: Qnandoque *venerit,* Quandoque *Liberos habuerit,* Quandoque *nupſerit,* Quandoque *conditio extiterit,* & ſimilia. *Quemque, quaeque* pro Quemcunque & Quaecunque. Terent. in Hecyra:

Spolies, laceres, quemque *nacta ſies.*

Idem

Idem ibidem: Quaeque *fors fortuna eſt.* Plautus in Amphitr.

Quemque *hominem adſpexero, obtruncabo in aedibus.*

Idem ibidem:

Quaeque edixti modo omnia ementitus.

Satias, Satietas, Terentius, Varro, Lucretius & alii Poëtae; Itemque Salluſtius, & Tacitus Lib. III. Annal. *An* ſatias accepit; &, Satias *in melius mutat. Surpis* Surripio, Plaut. in Captivis:

Alterum quadrimum Puerum ſervus ſurpuit.

In Poenulo:

Ibi, qui eum ſurpuit.

Lucretius Lib. I.

—— —— —— *motus quoque ſurpere debent.*

Horatius,

Quae me ſurpuerat *mihi.*

&,

—— —— —— *Unum me* ſurpite *morti.*

Cicero Lib. II. ad Atticum: *Velim me* ſurpi *ea conditione, ſed facile patior.* Ita enim nos locum illum reſtituimus ex veſtigiis veteris ſcripturae *ſirpiae, vel* ſurpiae, *quam varie interpolarunt. Ubique* pro Ubicunque. Javolenus D. de contrah. Emt. *In Lege Fundi vendundi Lapidicinae in eo Fundo* ubique *eſſent, exceptae erant. Deum, Nummum. Meum*, & ſimiles Genitivi Plurales; Idem Praeterita *Senſti, Dixti, Acceſti*, & Infinitivi *Ceſſe Conſumſe*, & alia, quae poſt ſuo loco referemus. Similiter Antiqui adjiciebant Syllabas in fine Dictionum, atque adeo extremas partes praecidebant more *Oſcorum*, qui dicebant *Facul, Famul*; vel etiam *Graecorum*, apud quos inveniuntur δῶ pro δῶμα, μά pro μάδιον & ſimilia, quae *Strabo* Lib. VIII. *Geographiae* refert, prolatis veterum *Poëtarum* teſtimoniis. Sic in Carmine Saliari fuit *Pa*, pro Parte, *Po*, pro Populo, Ennius dixit: *Ende ſuam Do*, & *Laetificum Gau*, &, *Altiſonum Coel*, pro Domum, Gaudium, Coelium. Idem Lib. VIII. Annal. Debil' *homo* Et:

Reddit, ut ex ſummo Regno famul' *infimus eſſet.*

Guberna Gubernacula, Lucilius & ab illo Lucretius, *Simil* & *Conſimil* pro Similis & Conſimilis. Plautus in Amphitr.

Nimis ſimil' *eſt mei*;
Itidem habet petaſum, ac veſtitum, tam conſimil' *eſt atque ego.*

Quibus adnumerari poſſunt Particulae in extrema parte decurtatae, ut *Forſit* pro Forſitan. Horat. Lib. I. Sermon.

Diſſimile hoc illi eſt, quia non ut forſit *honorem*
Jure mihi invideat quivis.

Simul pro Simulac, Cicero Leptae: Simul *accepi a* Seleuco *tuo Litteras.* Idem ad Atticum: Simul *aliquid audiero, ſcribam ad te* Et Lib. II Qu. Academicar Simul *tibicen inflavit, Carmen agnoſcitur.* Idem Lib. III. de Finibus: Simul *autem cepit intelligentiam.* Lucretius Lib. I.

Cui ſimul *Infula virgineos circumdata comptus,*
Ex utraque pari Malarum parte profuſa eſt.

Virgil. Lib. IV. Georgicor.

Taygete ſimul *os terris oſtendit honeſtum.*

Horat. Lib. I. Sermon.

Quae, ſimul *inverſum contriſtat Aquarius annum.*

Idem Lib. I. Epiſtolar.

—— —— —— *Vivo & regno* ſimul, *iſta reliqui.*

Paulus ad Legem *Juliam* & *Papiam* Lib. III, *Cum in eadem Provincia degis Reipublicae adminiſtrandae cauſſa*, ſimul *agere Rempublicam cepit, ad ſimilitudinem abſentis habetur. Dein, Exin, Proin* non Poëtae ſolum uſurpant metri cauſſa, ut Feſtus putat, ſed etiam Salluſtius & Tacitus fere ſemper. Varro Lib. I. de Re Ruſtic. Exin *mutatis Litteris.* Suetonius in Tiberio: *Prandium* dein *Populo mille menſis. Augmen, Momen, Regimen*, pro Augmentum, Momentum, Regimentum, de quibus mox infra. *Praeter*, pro Praeterquam, ut *Graeci* πλὴν uſurpant, cum Nominativo jungentes. Salluſt. in Catilina: Praeter *rerum capitalium condemnatis.* Cicero Lib. V. ad Atticum: *Nullas enim adhuc acceperam*, praeter *quae mihi binae ſemel*

in

Digitized by Google

in Trebellano *ſunt redditae.* Idem Lib. I. ad Q Fratrem: *Cavendae ſunt quaedam Familiaritates*, praeter *Honeſtorum & Paucorum.* Varro Lib. I. de Re Ruſtic. Praeter *ſi aliter nequeas.* Tertullianus Lib. IV. adverſus Marcionem: Praeter *oneribus conſparſionum.* Idem ibid. *Caeterum* praeter *ex cauſſa Adulterii nec Creator diſjungit.* Et adverſus Valentinianos: *Omnium*, praeter *Haereticorum Patrem.* Et alibi non raro. *Plerus* & *Plerum*, pro Pleruſque & Plerumque: Cato Lib. I. Originum: *Agrum, quem* Volſci *habuerunt, campeſtris* plerus ABORIGINUM *fuit* Cicero in Laelio: *Tamen haec duo levitatis & infirmitatis* pleros *convincunt. Quaecum* pro Quaecumque. Lucret. Lib. VI.

Morbida vis quaecum extrinſecus inſinuatur.

Ubi, pro Ubique, Plautus in Bacchidibus:

Quicumque ubi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac,

Uter pro Utervis, Cicer. Lib. III. de Offic. *Sibine uter rapiat, an alter cedet alteri.* Idem Paradoxis: *Quæ quando utro acceſſit.* Et pro Seſtio: *Horum utro uti volueris altero eſt carendum.*

CAPUT VIII.

De Extremitatibus nominum.

De Litteris & Syllabis hactenus. Nunc de Dictionibus, & primum quidem de Nominibus eorumque extremitatibus, quibus Veteres promiſcue atque indifferenter uſos animadvertimus: vel uti A Littera finita Nomina *Latina* primi Ordinis proferebant etiam in *Es* tertio Ordine, ut *Amicities*, *Avarities*, *Deſidies*, *Notities*, Lucretius; *Luxuries*: Cicero aliquotiens, *Proficies.* Varro Lib. II. Rerum humanar. Proficiem *exterum vel in menſam porricere*; *Triſtities* Turpilius in Leucadia: Triſtities *ante dortium. Pigrities* Livius Lib. LIV. *Romanis* pigritiem *ad ſequendum hoſtis ignotis fecit. Delities*, *Fallacies*, *Saevities* Apulejus: *Furcilles* Feſtus. *Graeca* autem Nomina efferebant in E tertio Ordine, ut *Grammatice*, *Logice*, *Phyſice*, *Delphice*, *Menippe.* Varro in Modio: *Quod Delphice cavat columna*: Idem in Thaphemenippo: *Natis quos Menippe haereſis natricata eſt.* Similiter *Libye*, *Phoenice*, *Thrace*, *Samothrace Graeco* more, Λιβύη, Φοινίκη, Θρᾴκη, Σαμοθρᾴκη, Caeſar Belli Civilis Lib. III. *Magnam ex* Aſia *Cycladibuſque Inſulis*, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, *Phoenice*, AEgypto, *claſſem coëgerat.* Varro Lib. II. de Re Ruſtic. & Lib. IV de Lingua Lat. EUROPA *ab* Europa, Agenoris *Filia*, *quam ex* PHOENICE Manlius *ſcribit Taurum exportaſſe.* Idem ibidem: *Sunt pro illis, qui in* Samothrace Θρᾷκι Θρᾳκί. Lucretius Lib. V. Thracen *Biſtoniaſque plagas.*

Digitized by Google

E Littera desinentia Nomina *Graeca* tertii Ordinis proferebant in A primo Ordine, ut Circe *Circa*, Plautus in Epidico: *Hanc adserva* Circam. Horat. Lib. I. Epistolar.

SIRENUM *voces* & Circae *pocula nosti.*

Item *Volente* Circa, *Glycera*, Plautus in Milite: *Quam nominem* Glyzeram. *Dirca, Penelopa*, Idem; & Horatius, *Sponsi* Penelopae. Papinianus. Lib. VII. Responsor. *Quem* Penelopa, *recognoscendi Viri signum accepit.* Mycena Virgil. Lib. V. AEneid. *Urbe Mycenae*, Semela, Horat. Lib. I. Carmin.

Jubet *me* Semelae *Pater.*

In I. indeclinabilia Generis Neutri desinebant in *IS*, ut Foeminina tertii Ordinis, ut *Gummis, Sinapis*, Cato de Re Rustica: Gummim *pridie in aquam infundito.* Columella Lib. XII. *Nova dolia liquida* gumma *perluere.* Plautus in Pseudolo:

Teritur sinapis *scelera.*

O Littera finita pleraque desinebant in Us, ut Pavo & *Pavus*, Capo & *Capus.* Ennius Lib. I. Annal.

Memini me fieri pavum.

Varro περὶ Ἐδισμάτων, Pavus *e Samo.* Idem de Lingua Lat. *Ex Gallo gallinacea castrato fit* Capus. Quaedam etiam Nominativum habebant similem Genitivo, ut *Apollo* & *Caro.* Plaut. in Menaech. Vocandi Casu:

Imperium tuum demutat atque Edictum Apollinis.

Livius Lib. XLVII. *Quod* LAURENTIBUS carnis, *quae dari debet, data non fuerat.*

U desinentia in UM. quoque proferebant, vel in US Masculino Genere & quarta Declinatione, ut *Cornu, Cornum & Cornus, Gelu, Gelum & Gelus, Tonitru, Tonitrum & Tonitrus:* quorum Exempla exstant apud Nonium & Priscianum, AL apponebant E, ut *Animale, Tribunale, Bidentale*, teste Carisio. *Sale* Ennius & Poëtae; *Torale* Varro Lib. V. de Lingua Lat. AN finita Nomina *Graeca* augebant Syllaba US, ut *Titan, Titanus*, Plautus in Menaechm.

Barbatum, tremulum, Titanum, *qui cluet Cygno patre.*

AR etiam in ARE, ut *Pugillare, Torcular, Exemplare.* Lucretius Lib. II.

Exem-

Digitized by Google

Exemplare dare, & veſtigia notitiai.

Vel in Arium, ut *Torcolarium*, Cato de Re Ruſtica: *Exemplarium*, *Lupanarium*, *Miliarium*, Juriſconſulti in Libris Pandectarum. AS finita Nomina *Graeca* ſine S, ut *Geta*, *Byrrhia*, *Chaerea*, *Clinia*, *Soſia*, Terentius, *Pterila*; Plaut. in Amphithruon. *AEnea*, Varro in Satyris, *Pauſania*, Cicero ad Appium: *Illud idem* Pauſania *dicebat*. *Marſia*, Juvenalis:

Occurris fronte obducta, ceu Marſia *victus.*

Quaedam vero in A primo Ordine, ut *Hebdomas* Hebdomada. *Lampas* Lampada. Plautus in Caſina: *Tene hanc* lampadam. Lucret. Lib. VI.

Aut etiam nona reddebant lampade *vitam.*

Cicero Tironi: *Ne in quartam* hebdomadam *incideret*. Gellius Lib. III. *Duodecimam annorum* hebdomadam *ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta* hebdomadas *librorum conſcripſiſſe.*

AX, OX, ABS, & OPS, peregrina etiam in US more *Latinorum*, ut Thrax & *Thracus*, Cappadox *Cappadocus*, Arabs *Arabus*, AEthiops *AEthiopus*, Gellius Lib. XIX. *Cuipiam* Thraco *inſipienti & rudi*. Apulejus Lib. VIIII. de Aſino: *At ille* Cappadocum *me & ſatis forticulum denuntiat*. Lucilius Lib. XXV. Arabus *artemo*. Plautus in Bacchidibus, & in Poenulo, *Myrhinus odor* Arabus. Virgilius:

Hyrcaniſve Arabiſve *parant, ſeu tendere ad* INDOS.

ER & IS terminationes in multis Nominibus promiſcue erant, ut *Acer, acris*, *Alacer, alacris*, *Celeber, celebris*, *Equeſter & equeſtris*, *Vomis & vomer*, aliaque ſimilia, quae Priſcianus obſervavit. Similiter ER & US, ut Puer & *Puerus*, Proſper & *Proſperus*, Pulcer & *Pulcrus*, Exter & *Externus*, Socer & *Socerus*, Veter & *Vetus*, Itemque Graeca, Teucer & *Teucrus*, Evander & *Evandrus*, de quibus idem Priſcianus. Menander *Menandrus*. Cicero Tironi: Menandrus *poſtridie ad me venit*. Ovidius:

Vixerit & meretrix blanda Menandrus *erit.*

Super & *Superus*, Cato de Re Ruſtica: *Ubi* ſuper *inferque vicinus permittit.* Lucret. Lib. I. de Rer. Nat.

Naturam, quam totus habet, ſuper *Ignis haberet.*

Es finita Nomina *Latina* & *Graeca* tertii Ordinis, etiam definiebant in A primo Ordine, ut *Effigia*. Plautus in Rudente:

Digitized by Google

Veneris Effigia *haec quidem eſt.*

Lucretius Lib. IV.

Dico igitur rerum Effigias *tenuiſque Figuras.*

Idem ibidem:

— Effigias *quoque debent mittere tenueis.*

Mollitia Cicero aliquotiens, & Varro Lib. I. de Re Ruſtic. *Propter foemineam* Mollitiam. Livius Lib. XLIX. Mollitia *hoſtium regiiſque opibus ditiores. Planitia* Caeſar Lib. I. de Bello civili: *Erat inter Oppidum* Ilerdam *& proximum collem* planitia, Idem Lib. IV. de Bello Alexandrino: Planitia *ex omnibus partibus ſubjecta. Proſapia* Plautus in Mercatore:

Rogitares, quis eſſet, aut unde eſſet, qua proſapia:

Cato Lib. I. Originum: *Veteres* Proſapias. Quod imitatus Salluſt. in Jugurtha: *Hominem veteris* Proſapiae; & Apulejus Lib. I. Apologia: *Omnes illae veteres* Proſapiae, *Anchiſa, Aceſta, Chryſa, Atrida.* Naevius Lib. III. Belli Punici: *At poſtquam avim de Templo* Anchiſa *ſpexit.* Virgilius: *Patris* Anchiſae. Idem: *& clari nomen* Aceſtae. Propertius:

Non ita Dardanio *gaviſus* Atrida Triumpho.

IS tertii Ordinis etiam exibant in EN neutro Genere, ut *Sangvis, Sanguen*, vel in Us, aut Jus ſecundo Ordine, ut *Gracilus*; cujus Foemininum protulit Lucilius Lib. VIII. Satyrar.

Quod gracila *eſt, pernix, quod pectore puro,*
Quod Puero *ſimilis.*

Ter. in Eunuch. *Vincto pectore ut* gracilae *ſient. Hilarus*, idem in Adelphis: Hilarum *ac lubentum te fac in Gnati nuptiis.* Plaut. in Milite: Hilarus *exit.* Et alibi ſaepe. *Imberbus*, Varro Lib. V. de Actionibus ſcenicis: Imberbi *Juvenes. Inermus*, Caecilius in Hymnide: *Nihil agit in amore* inermus. Salluſt. in Jugurtha: *Ab* inermis *pedibus auxilium petere.* Idem Lib. I. Hiſtor. *Vos* inermos *retinet. Proclivus*, Plaut. in Milite: *Feciſti modo mihi ex* proclivo *palam rem.* Lucretius Lib. VI.

Et proclivus *item fiat minus impetus undis.*

Sterilus, idem Lib. II.

Et

Digitized by Google

Et ſonitu ſterila & ſucco jejuna feruntur.

Sublimus, Salluſtius Lib. II. Hiſtoriar. Sublima *nebula caelum obſcurabat. Articularius*, *Peculiarius.* Cato de Re Ruſtica: *Verum morbum* articularium *nulla res tantum purgat.* Ulpianus ad Edictum 77. *Parenti licere deteriorem conditionem Liberorum in rebus* peculiariis *facere.* Pomponius ad Sabinum Lib. VII. *Res tamen in cauſſa* peculiaria *manent. Vulgarius*, Afranius in Privigno: *Temeritatem repudio* vulgariam. Gellius Lib. I. *Non in compitis tantum, neque in plebe* vulgaria.

OR & OS Terminationes indifferentes erant in multis, ut Color, *Colos*, Labor, *Labos*, Timor, *Timos*, Vapor *& Vapos*, de quibus ſupra diximus. Item OR & US, ut Algor *& Algus.* Plaut. in Rudente:

Tu vel ſuda, vel peri algu:

Lucret. Lib. III.

Morbis alguque fameque.

Tripector & *Tripectores.* Idem Lib. V.

Quidve tripectora *tergemini vis Geryonai.*

Verſicolor & *Verſicolorius.* Ulpian. Lib. XXII. ad Sabinum: *Lanae appellatione* verſicoloria *non* contineri.

US finita Nomina Graeca etiam in ON exibant *Graecorum* more, ut Architectus & *Architecton*, Varro in Manio, & Plaut. in Amphitr. *Deum regnator* architecton *omnibus.*

US & UM finita ſecunda Ordinis plerumque etiam in Ens tertio Ordine deſinebant, ut Benevolus, *Benevolens.* Cicero Lib. II. Rhetoricor. *Pietas per quam ſanguine Conjunctis Patriaeque* benevolens *officium, & diligens tribuitur cultus.* Opulentum, Validum, *Opulens*, *Valens.* Salluſt. in Jugurtha: *Erat inter ingentes ſolitudines Oppidum magnum atque* valens. Idem ibidem: *Civitas magna & opulens.* Cornelius Nepos de Viris illuſtribus: *Neque animo aequo Pauperes alienam* Opulentium *intuentur fortunam.* Suaviloquus, *Suaviloquens.* Lucretius Lib. IV.

—— —— *Volui tibi* Suaviloquenti
Carmine.

Nonnulla in EN finiebantur, abjecta ultima Syllaba, ut Fundamentum *Fundamen. Regimen*, Ennius; *Augmen*, *Momen* Lucretius; *Munimen*, Virgilius Lib. II. Georgicor.

—— —— *Effuſos* munimen *ad imbres.*

Digitized by Google

Praeterea erant Veteribus in frequenti uſu extremitates Nominum hodie quidem minus uſitatae, veluti in BILIS multa deſinebant, ut *AErumnabilis*, *Averſabilis*, *Naturabilis*, *Spirabilis*, Lucretius & alii. *Genitabilis* Lucret. (mallem heic legere, *Lucilius*) Lib. I. Satyrar.

AEtheris & Terrae genitabile *quaerere tempus.*

Diſciplinabilis, *Opinabilis*, *Penetrabilis*, Cicero: *Sociabilis*, *Impetrabilis*, *Inexſuperabilis*, Livius.

Plurima exibant in NTIA, ut *Decentia*, *Audientia*, *Deſpicientia*, *Diſcrepantia*, *Cohaerentia*, *Curantia*, *Negantia*, *Profluentia*, *Repugnantia*, Cicero. Salluſtius, *Properantia*; Attius, *Faventia*; Plautus *Incogitantia*, *Servientia*; Lucretius, *Repetentia*, *Pertinentia*, *Variantia*; Gellius, *Exſuperantia*, *Ignoſcentia*, *Impatientia*, *Culpa* Impatientiae *& Poena indeprecabilis ſubeunda eſſet*.

Or, ut *AEgror*, *Amaror*, *Canor*, *Sonor*, Lucretius & Virgilius Lib. I. Georgic.

—— —— *Senſu torquebit* amaror.

Nec pauciora efferebantur in TAS, ut *Famulitas*, *Solitas*, *Viciſſitas*, *Squalitas*, *Dulcitas*, *Ponderitas*, Attius; *Luculentitas*, *Pulchritas*, *Opulentitas*, *Indulcitas* Caecilius; *Differitas*, *Maximitas*, Lucretius; *Fauſtitas* Horatius; *Infortunitas*, Gellius Lib. VI. *Felicitas*, *& Infortunitas*. *Sceleritas* Martianus I. C. *Non enim Facti* ſceleritatem *eſſe obnoxiam*. *Malitas*, Ulpianus Lib II. ad Edictum: *Metum accipiendum* Labeo *dicit non quemlibet Timorem*, *ſed Majores* Malitatis. Item pleraque in UDO, quae nunc in *AS* deſinunt, ut *Neceſſitudo*, *Claritudo*, *Sanctitudo*, *Celeritudo*.

Caput IX.

De Mutatis Declinationibus, Caſibus, & Generibus.

Ordines quoque DECLINATIONUM Veteres mutabant, & maxime ſecundum & quartum. Hinc *Adſpectus*, *Exercitus*, *Fluctus*, *Fructus*, *Gemitus*, *Luctus*, *Ornatus*, *Partus*, *Senatus*, *Strepitus*, *Sumptus*, *Tumultus*, *Victus* & pleraque alia, quae nunc quarta tantum Declinatione efferimus, Veteres etiam ſecunda extuliſſe, *Nonius* multis teſtimoniis oſtendit: Contra quarto Ordine, *Cibus*, *Lectus*, Plaut. in Captivis:

Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu Cibus.

Idem in Amphitr.

Prius

Prius abis, quam Lectus, *ubi cubuiſti, convaluit locus.*

Domus, Humus. Plaut. in Milite:

Fugere cupere ex hac domu.

Livius Lib. I. Domu *profugum.* Ulpianus: *Inſula injuncta* domui. Varro in Taphemenippo: *In* humu *calceos facis elixos.* Virg.

Preſſit humu *nitens:*

quod Servius perperam cenſet eſſe Adverbium. *Somnus, Sonus.* Varro Lib. I. de Re Ruſtic. *Si non diffiderem meo inſititio Somnu*; Siſenna Lib. III. Hiſtoriar. *Poſtquam in* ſonu *Signorum proelium magno cum clamore virorum commiſſum eſt.* Sic *Succus quoque & Suſurrus.* Apulejus Lib. IX: *In amaram coenoſi* ſuccus *cariem exoleſcunt.* Idem Lib. II. Apolog. *Tibia queſtu delectabilior, & fiſtula* ſuſurru *jucundior.*

Similiter CASUS Nominum variabant, ut Genitivum ſingularem primae Declinationis efferabant per AS, Nominativo S Litteram adjicientes, ut *Familiae Familias.* Unde adhuc manet *Paterfamilias & Materfamilias.* Sic *Eſcas, Monetas, Latonas*, Livius in Odyſſea; *Terras, Fortunas*, Naevius in Bello Punico, *Curas* Attius, *Triſtitias, Vias*, Ennius & Lucret. Lib. IV.

At reliquas tamen eſſe vias *in morte patenti.*

Auras Virgil. Lib. II. AEneid.

— — *Nihil ipſa nec* auras,
Nec ſonitus memor.

Genitivus ſingularis ſecundi Ordinis eorum Nominum, quae ante US, vel UM, Syllabam habent I, per eandem Vocalem ſimplicem, non autem geminam, efferebatur, nec id in Verſu tantum metri cauſſa, ut Priſcianus cenſet, ſed etiam in ſoluta Oratione, ut *Anni, Arcadi, Statili, Pecuari* apud Varronem de Re Ruſtica: *Septimi, Aureli, AEli, Caſſi* in antiquis Inſcriptionibus: *Tuguri, Peculi, Patavi, Oti*, Virgilius; *Appi, Claudi, Numici, Terenti*, Horatius.

Genitivum pluralem ſecundi Ordinis per Contractionem mediae Syllabae profebant non modo Poëtae, ſed etiam Oratores & Hiſtorici, ut *Nummum, Denarium, Seſtertium, Jugerum, Modium, Medimnum, Senum, Septenum, Denum, Tricenum, Deum, Fabrum, Librum.* Cic. *Studium, Theſaurum* Salluſt. *Cadum* Varr. de Vita Pop. Romani Lib. IV. *Hortenſius ſupra decem millia* cadum *haeredi reliquit. Amphorum, Duum*, Lentulus in Epiſtola ad Senatum: *Quarum minor nulla erat duum millium* amphorum: de quo admonet Cariſtus, Amphorum *dici cum additur Numerus*, Amphorarum *per ſe.*

Dativum & Ablativum pluralem *Diis, Equis, Filiis, Natis*, pro Deabus, Equabus,

bus, Filiabus, Natabus. Varro Lib. II. de Re Ruſtica : *Ut his Diis* Helicona *atque* Olympum *attribuerunt homines.* Idem Lib. III. *Sed ex his* equis. Plautus in Sticho :

Ego ibo intro, atque gratulabor veſtrum adventum filiis.

Idem in Poenulo :

O mi ! here *ſalve*, Hanno *auſpicatiſſime.*
Mihi tuisque Filiis. Id. *Qui talis eſt de Natis ſuis.*

Genitivus ſingularis tertii Ordinis, in Nominibus *Graecis* praeſertim propriis IS mutabat in EI, ut *Achillei*, *Herculei*, Horat. Lib. I. Carmin.

Matronisque Phrygum claſſis Achillei.

Catullus :

Sed te jam ferre Herculei *labos eſt.*

Themiſtoclei, *Theophanei*, Cicero ad Attic. *Simonidei* Auſonius : *Concedat Cei Muſa* Simonidei : vel etiam deſinebat in I abjecta S ultima Littera, ut *Ogygi* Varro Lib. III. de Re Ruſtica : *quae ante cataclyſmon* Ogygi *condita dicuntur. Herculi* idem Lib. VII. de Lingua Lat. Herculi, *an Herculis clavam dici oporteret. Perſi* Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. *Ad Bellum* Perſi *Macedonicum.* Tacitus Lib. IV. Annal. *Ad Bellum* Perſi. *Chremi*, Terent. in Andria : *Puerum inde abiens conveni* Chremi, *Agathocli*, *Achilli*, *Herculi*, *Euripidi*, *Periphani*, *Sphingi*. Plautus. *Timarchidi* Cicero in Verrem: *In* Timarchidi *poteſtate. Ariſtoteli*, *Themiſtocli*, *Iſocrati.* Idem Virgilius: *Fortis Achati*, *acris Oronti*, *immitis Achilli*, & *pellacis Ulyſſi*; quod idem uſurpat Gellius Lib. V. *Auditores illos* Uliſſi *labores ſuos illuſtriſſime narrantis.*

Item Genitivus Nominum Graecorum in O exibat in US, ut *Didus*, *Eratus*, *Manthus*, *Sapphus.* Varro in Coſmotoryne: *Didus atque Aenaeae miſceri ſanguine ſanguen.* Virgilius: *Fatidicae Mantus*

Dativus ſingularis tertii Ordinis mutabat I in E, ut *Minore*, *Sene.* Varro Lib. I. de Re Ruſtic. *Facilius enim eis*, *quam* minore *natu ſunt dicto audientes.* Idem in Admirandis : *Infria* ſene *papaverem. Pede*, Virgilius :

Haeret pede *pes*, *denſusque viro vir*,

Funere, *Morte*, Propertius :

Ille meo caros donaſſet funere *crines.*

Idem ;

Digitized by Google

Idem:

Si placet, insultes, LYGDAME, morte *meae.*

In Epitaphio Plauti:

Postquam est morte *datus Plautus.*

Discrimine, Professione, Vellejus Paterculus: Discrimine *vestro me subtraham.* Idem: *Quam* professione *ejus, qua semper usus erat, congruebat. Defensione, Exceptione*, Julianus Digestor IX. *Non enim offert se* defensione *alieni servi.* Id. ibidem: *Cum satisdatione doli mali* exceptione *locus erit.*

Accusativus in IM exibat, ut *Avim*, Naevius Lib. III. Belli Punici: *At postquam* avim *de Templo Anchisa spexit. Clavim* Tibullus: *hinc* clavim *janua sensit. Febrim.* Cicero ad Gallum: *Quod* febrim *non haberem*, *Lentim* Varro Lib. II. de Poëmatis: *Strigilim*, Lucilius: *Praefractam strigilim*, *Turrim*, *Puppim*, *Restim*, *Securim*, Virgilius & alii, quorum testimonia adfert Priscianus Lib. VII.

Ablativus in I ut *Avi*, *Ovi.* Varro Lib. VII. de Lingua. Lat. *Vulgo alii dicunt in singulari, hac* Ovi & Avi, *alii, ab hac Ove & Ave. Absenti* Plautus in Menaechmis: *Fecisti funus* absenti *me prandia Adfinitati* Venulejus, *Nisi ita conjunctus est* adfinitati. *Amni* Virgil. Lib. IX. AEneid.

—— —— *Nam dextra cingitur* amni.

Assi Lucil. Assi *duas ficos. Civi* Cicer. Orat. IV. in Verrem: *Quod Siculis Civibus a* Civi *Romano Civis Rom. datur.* Id. ibid. *Quod Civis cum* Civi *ageret. Colli* Lucretius Lib. II.

Nam saepe in Colli *tundentes pabula laeta.*

Id. ibidem:

Et veluti in viridi candor consistere colli.

Fusti, Plaut. in Captivis: Fusti *pectito.* Sallust. *Sorte ductos* fusti *necant.* Valer. Maxim. Lib. VI. *Metellus Uxorem, quod Vinum bibisset*, fusti *percussam interemit. Labi*, Lucret. Lib. V.

Nec novitate cibi, nec labi *corporis* ulla.

Orbi, id. ibid.

Pectora terrarum, qui in orbi *sancta tuetur.*

Cic.

Cic. Lib. VII. de Republica: Orbi *terrarum comprehenſos.* Varro Lib. III. de Re Ruſtica: *Ex* orbi *ligneo.* Parti, Poſti. Plaut. in Menaechmis:

Satur nunc loquitur de me, & de parti *mea.*

Ovidius Lib. IV. Metamorphoſ.

Raptaque de dextris robuſta repagula poſti.

Sordi Lucretius Lib. VI.

Viſceribus coecis prope jam ſordique *ſepultis.*

Sorti Lucil. *Graecia Sulpicio* ſorti *datur.* Plaut. in Caſina: *Specula in* ſorti *reſtat.* Id. ibid. Sorti *ſum victus.* Contra Ablativus in E, ut Mare, Plaut. in Ciſtellaria, *tranquillo* mare. Id in Milite: *Nam ſi a* mare *abſtinuiſſem. Familiare, Conſtante: Forte*, & ſimilia, que Cariſius adnotavit.

Nominativus & Accuſativus pluralis in IS, ut *Omnis*, Terent. in Andria: Omnis *me gaudere.* Salluſt. in Catil. Omnis *homines, qui ſtudent ſeſe praeſtare. Fontis, Litis, Montis, Puppis, Reſtis, Navis, Urbis.* Virg. Lib. I. Georgic.

— — Urbis *ne inviſere Caeſar.*

Et Lib. V. AEneid.

Quoque magis feſſas optem dimittere navis.

Varro Lib. VII. de Ling. Lat. *In* Multitudinis: *hae Puppis Reſtis, & haec Puppes, Reſtes.* Id. ibid. *In* Accuſandi: *hos Montis, Fontis, hos Montes, Fontes.*

Genitivus Pluralis vel in UM, vel IUM, de quo ita Varro Lib. VII. de Ling. Lat. *Quod in patrico Caſu hoc genus diſpariliter dicitur Civitatum, Parentum, Civitatium, Parentium, Cohortum* Caeſar Lib. V. de Bell. Gallico: *Duplicatoque partim* cohortum *numero. Menſum* Ovidius Lib. VII. Metamorphoſ.

Et quod ſuſtinui bis menſum *quinque labores.*

Paulus Lib. XXX. ad Edictum: *Sex* menſum *erit poſt mortem filii.* Ulpianus Lib. XXXI. ad Sabinum: *Pro modo temporis omnium* menſum. *Partum* Ennius:

Jamque fere quatuor partum.

Contra, *Fraudium, Laudium.* Cic. Lib. III. de Officiis: *Qui fons eſt* fraudium, *maleficiorum.* Id. in Orat. II. Philippica: *Mearum* laudium. *Locupletium*, Salluſt. in Catilina: *Polliceri Tabulas novas, Proſcriptionem* locupletium. Cicero Lib. VII. ad Atticum: *Non moderationem, quam Sulla in pecuniis* locupletium. Id in Paradoxis:

Digitized by Google

xis: *Proſcriptiones* locupletium. *Voluntatium.* Id. in Laelio: *In quo eſt omnis vis Amicitiae*, Voluntatium, *Studiorum*, *Aeſtatium*, *Apium*, *Civitatium*, *Facultatium*, *Haereditatium*, *Parentium*, *Paludium*, *Principium*, *Quintitatium*, *Servitutium*, Juriſconſulti plurimis in locis.

Genitivum ſingularem quarti Ordinis producebant, litera I interjecta; ut *Anuis*, Terent. in Heautontimor. *Ejus* anuis *cauſſa opinor.* *Domuis*, Varro in Taphemenippo: *Perrexit in interiores partes* domuis. Etſi DOMUI quoque ſcriptum exſtat generandi Caſu, pro *Domi*, in veteribus Libris Ciceronis Lib. III. de Officiis: *Eſſe* domui *ſuae cum Uxore.* Idem in Philippicis: Domui *ſuae.* Et in Tuſculanis: Domui *alienae.* *Fructius* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Ejus enim ſalivam eſſe* fructius *venenum.* *Senatuis*, *Sumtuis*, *Victuis*, *Rituis*, *Graduis*, *Partuis*, idem in Fragmentis dicit.

Rurſus Dativum contrahebant, abjecta ultima Littera I, atque ita *Caeſarem* in Analogicis Libris ſcribendum tradidiſſe autor eſt Gellius Lib. IV. ut valde erraverit Priſcianus, qui ait, *Poëtas hoc metri cauſſa facere.* *Caſu*, *Conſenſu*, Caeſar Lib. VI. de Bello Gallico: *Ne minimo quidem* caſu, & Lib. VII. *Cujus* conſenſu *ne Orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere.* *Receptu*, *Magiſtratu*; idem Lib. III. de Bello Civ. *Receptu ſuo timens.* Id. ibid. *Eadem qua venerant*, receptu *ſibi conſulebant.* & Lib. I.
lo Gallico: *Qui ſummo* Magiſtratu *praeërat.* *Exercitu*, idem ibid. *Cum* Exercitu *frumentum metire oporteret.* *Impetu*, Plancus ad Ciceronem: *Quibus ſubito* impetu *ac latrocinio Parricidarum reſiſtat.* *Luxu* Salluſt. in Jugurtha: *Non ſe* luxu *atque inertiae corrumpendum dedit.* Id. ibid. *Copiaque & affluentia* luxu *proprior.* Tacitus Lib. III. Hiſtor. *Exponi ſuo* luxu *cupiditatibus alienis.* *Cruciatu* idem: Cruciatu *aut praemio cuncta pervia eſſe*, *Metu* Virgilius Lib. I. AEneid. *Parce* metu *Cytherea.* *Concubitu*, *Victu*, idem Lib. IV. Georgic. Concubitu *indulgent*,

&:

Namque aliae victu invigilant.

Niſu, Salluſt. in Jugurtha: *Quae dubia* niſu *videbantur.* *Veſtitu*, Ter. in Adelph. Veſtitu *nimium indulgis.* *Viſu* Lucret Lib. V.

Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu.

Genitivum ſingularem quinti Ordinis ſimilem Nominativo aut per II geminum efferebant, ut hujus *Dies*, vel *Dii*, hujus *Luxuries*, vel *Luxurii*, hujus *Facies*, vel *Facii*, hujus *Pernicii*, *Progenii*: Quae multis veterum autorum teſtimoniis Gellius probat. Quibus addi poteſt illud Pacuvii in Armorum judicio: Fides *ſacratae ejus perpetuo falleret.* Et Lucret. Lib. IV.

Digitized by Google

— Rabies *unde illae haec germina ſurgunt.*

Interdum extrema Littera abjecta ſimilem Ablativo faciebant, ut *Acie*, *Die*, pro Aciei, Diei, Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. *Dubitavit* acie *pars.* Idem in Jugurtha: *Vix decima parte* die *reliqua.* Id. ibid. *Et jam* die *veſper aderat. Fide*, Plaut. in Aulularia:

Fide *cenſebam fidem multo maximam.*

Lucretius Lib. I.

Multaque praeterea tibi poſſum, commemoranda
Argumenta Fide, *dictis contendere noſtris.*

Plancus ad Ciceronem: *Quo obſide* Fide *illius & Societatis in Republica adminiſtranda uterer.* Hor. Lib. II. Carmin.

Conſtantis juvenem Fide.

Id. Lib. II. Serm. *Commiſſa* Fide. Ovid. Lib. III. Metamorphoſ.

Prima Fide *vocisque datae certamina ſumſit.*

Dativum ſingularem ſimiliter abſque I Litera extrema efferebant, ut huic *facie.* Lucil. Lib. VI.

Qui te diligit aetati facieque *tuae ſe*
Fautorem oſtendat.

GENERA quoque Nominum pleraque erant ambigua & duplicia, quae unus omnium diligentiſſime perſecutus eſt *Nonius*, a quo qui volet, petat. Nos eadem repetere non putamus operae pretium, ſed alia quaedam Veteribus uſurpata referemus. *Deus* utroque Genere enunciabatur, ut apud Graecos ὁ Θεὸς καὶ ἡ Θεός, Ennius Lib. I. Annal.

Reſpondit JUNO *Saturnia ſancta* Deorum.

Virgil. Lib. II. AEneid. cum VENEREM intelligeret.

Diſcedo ac ducente Deo:

Calvus: *Pollentemque* Deum VENEREM. Similiter *Agnus*, *Lupus*, *Porcus* & ſimilia, quibus, Sexui diſcernendo, addebatur Mas, aut Foemina. Ennius Lib. I. Annal.

Endo

Digitized by Google

Endo tuetur ibi Lupus Foemina.

Cato de Re Ruſtica: *Priusquam Porcum* Foeminam *immolabis.* In Lege Numae: AC NON FOEMINAM CAEDITO. *Quis*, *Quisquis*, *Quisquam* foeminino Genere uſurpant Terentius, Plautus, & alii: ut Quis *tu es Mulier?* Varro τίς εἰ ἐξαγωγός; Quemnam *te eſſe dicam Feram.* Idem *Amnis*, Plautus in Mercatore: *Neque mihi ulla obſiſtet* amnis. Varro Lib. III. de Re Ruſtica: *Ubi confluit altera* amnis. Idem Lib. I. Peripl. *Propter hos fluit* amnis, *quam olim* Albulam *dicunt vocitatam. Ales*, id. Lib. III. de Re Ruſtica: *Omnium* Alitum, quae *intra parietes villae ſolent paſci.* Catullus:

—— *bona cum* bona *Nubit* alite *Virgo.*

Canalis. Varro Lib. VI. Rerum divinar. Canales eas *diſpeſcit.* Virgil. in Aetna,

Quod ſi diverſas *emittat terra* canales.

Id. ibid.

Nec tamen in rigidas *exit contenta* canales.

Maſculina; *Alvus*, Plaut. in Pſeudolo:

Cum haſce herbas hujusmodi in ſuum alvum *congerit.*

Columella de Cultu Hortorum:

Florida cum ſuboles materno *pullulat* alvo.

Rete, Plaut. in Rudente: *Non vides proferre me* uvidum retem. Varro Lib. III. de Re Ruſt. *Quibus cibus miniſtratur per* retem: &, *Tecta porticus ſit* rete cannabino.

Praeterea multa duum Generum & duplicis formae fuerunt, ut *Maſculina & Foeminina*, quae in US & IO ſimiliter Veteres dixerunt, *Accubitus Accubitio*, *Apparatus Apparatio*, *Abuſus Abuſio*, *Conceſſus Conceſſio*, *Conſenſus Conſenſio*, *Convictus Convictio*, *Diſceſſus Diſceſſio*, *Interitus Interitio*, *Invitatus Invitatio*, *Permiſſus*, *Permiſſio*, apud Cicer. *Partus Partio*, *Tactus Tactio*, Plaut. *Raptus Raptio*, Terent. *Adhaeſus Adhaeſio*, *Commutatus Commutatio*, *Conjectus Conjectio*, Lucret. *Occaſio Occaſus.* Ennius apud Feſtum: *Conjunctio Conjunctus*, Papinianus Lib. VII. Reſponſor. *Inſtructa* conjunctu *fuiſſent.*

Maſculina & Neutra; ut *Denarius Denarium*, *Eventus*, *Succeſſus*; *Eventum*, *Succeſſum* Cic. de Amicitia: *Moerere* hoc *ejus* Eventum. Id. ad Herennium: *Facile ex aliorum* eventis poſſunt *ſuis rationibus conſulere.* Plaut. in Milite: Succeſſus *bonus*, *Galerus Galerum*, *Gladius Gladium*, *Lituus Lituum.* Varr. Lib. I. de Re Ruſt. *Latet* conditum *gladium.* Id. Lib. IX. de Ling. Lat. *Quod dicitur a multis duo-*

Digitized by Google

Symbolum Symbola. Plaut. in Epidico:

Paratae jam ſunt *ſcapulis* Symbolae.

Apulej. de Philoſophia: *Eorum, quae pacta ſunt* Symbola. Tertullian. adverſus Valentinianos: *Ut nautae ad* Symbolam *ſaepe exultant.*

CAPUT X.

De Pronominibus.

Pronomina longe aliter protulerunt Veteſtiſſimi quam nos hodieque efferimus, ut *Ipſus* pro Ipſe in Comoediis paſſim legitur. *Ips*, *Quips*, pro Is, Quis, in Lege XII, Tabular. NEI JOUDICIUM FAXIT AUT QUIPS ENDO EO IM JOURE VINDICIT, Et *Ipſiptus* & *Ipſipte*, vel *Ipſipti* pro Is ipſius, & Illi ipſi, Plaut. Ciſtellaria: Ipſipſus *eſt. Eho tu quam vos igitur fidem!* Feſtus, *Ipſipti* ipſi, neque alii. Gloſſarium: *Ipſipti*, αὐτοὶ, *Ollus* pro Illa, apud Comicos atque etiam Virgilium. *Em* & *Im*, pro Eum, notant Feſtus & Macrobius, Legumque Fragmenta retinent. Ennius:

Omnes corde Patrem praebent animoque Parentum
Circumfuſi im.

Terent. in Phormione:

Im *faxo tali immiſtum, ut hic nunc eſt infortunio.*

Cato in M. Coelium: *Si* em *percuſſi*, Ulpianus Lib. XXIX. ad Edictum: *Nulla ratione id* em *conſequi poſſe. Hiſce* Nominativus pluralis pro Hi, Terent in Eunucho: hiſce *hoc munere arbitrantur.* Plaut. in Milite: *Non poſſunt mihi nunciis talis* hiſce *oculi fodiri.* Id. ibid. *Non hercle* hiſce *homines* Licinius Macer pro Tuſcis: *Quos oportuit amiſſa conſtituere*, hiſce *etiam relliquias averterunt. Hic, Haec, Iſtaec* pro Hi, Hae, Iſtae. Plaut. in Menaechmis: *Me* hic *homines inſanire praedicant.* Id. in Rudente: *Sed* haec *pauperes ſunt inopesque Puellae.* Id. in Perſa: *Quid* iſtaec *narrant.* Terent. in Andria: Haec *Nuptiae non apparabantur mihi.* Idem in Eunucho: *Continuo* haec *adornant.* Et in Hecyra: *nihil jam mi* iſtaec *res voluptatis ferunt. Idem* & *Isdem* pro Iidem & Iisdem, Virgil. Lib. II. AEn.

—— —— *& ſedibus haeret in* isdem,

quam Scripturam vulgo in uſu fuiſſe teſtatur Cariſius Lib. I. *Is homo*, inquit, idem *compoſitum facit, niſi quia* Caeſar Lib. II. ſingulariter, IDEM, pluraliter, IIDEM *dicendum exiſtimat; ſed conſuetudo hoc non ſervat Hibus* pro his, Plaut. in

Curculione teſte Cariſio; *Ibus* pro Iis; id. in Milite: *Latrones*, ibus *denumerem ſtipendium*. *Mis*, *Tis*, pro Mei, Tui, Ennius Lib. II. Annal.

Ingens cura mis *cum concordibus aequiperare.*

Plaut. in Poenulo: *Rebus* mis, *agundis*. & in Pſeudolo:

Mei te rogandi & tis reſpondendi mihi.

Mi pro Mihi frequenter uſurpant Poëtae, ſed & Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Quum mi' eſſet dicta.* Id. ib. *Veni* mi' *advocatus*. *Mehe* pro Me apud antiquos, Tragoediarum praecipue Scriptores, in veteribus Libris inveniri teſtatur Quintilianus. *Mepte* Plaut. in Menaechmis: Mepte *potius fieri ſervum, quam te unquam emittam manu*. *Eae*, *Illae*, *Iſtae*, Genitivi & Dativi foeminini, ut Nominum *Aliae*, *Alterae*, *Neutrae*, *Udae*, *Ullae*. Terent. in Eunuch. *Hoc ipſa in itinere* alterae *Dum narrat*. Cato de Re Ruſtica: *Simillimum genus terrae* eae. Id. ibidem: Illae *rei habeto*, & alibi: *Qui tantiſper*, nullae *rei ſies*, *dum nil agis*. Plaut in Milite: *Rei* nullae aliae *eſt improbus*. *Sis*, *Sos & Sas*, pro Suis, Suos & Suas, Ennius apud Feſtum, & ab illo mutuatus Lucretius Lib. III.

Lumina ſis *oculis etiam bonus Anchus reliquit.*

Caput XI.

De Verbis.

Verborum Extremitates variae atque ancipites in veterum Autorum Libris occurrunt. Et alia quidem Patiendi habent TERMINATIONEM loco *Agendi*, ut inter alia a Grammaticis notata *Comperior*; Salluſt. in Jugurtha: *Sed ego* comperior BOCCHUM *magis Punica fide*. Taeitus Lib. IV. Hiſtoriar. *Gravem & ſapientem Virum fuiſſe comperior*. Apulejus Lib. I. Apolog. *Ibi ego* comperior *omnes Judices tanto Poëtae adſurrexiſſe*. *Fruticor*, Cicero Lib. XV. ad Atticum: *Exciſa enim eſt arbor, non evulſa*. Itaque *quam* fruticetur *vides*. *Praeſagior*, Plaut. in Bacchidibus: *Animus jam iſto dicto plus* praeſagitur *mali*. Rurſus alia in *Agendi* pro *Patiendi* extremitatem deſinunt, ut *Auſpicio*, *Aucupo*, *Auguro*, *Aſſentio*, *Amplexo*, *Commento*, *Commoro*, *Conſulo*, *Contemplo*, *Crimino*, *Cunctio*, *Digno*, *Epulo*, *Exſecro*, *Fabulo*, *Imito*, *Indipiſco*, *Laeto*, *Luctio*, *Luxurio*, *Medito*, *Miro*, *Molio*, *Opino*, *Opitulo*, *Oſculo*, *Perſcruto*, *Polliceo*, *Proficiſco*, *Rixo*, *Scruto*, *Sortio*, *Suſpico*, *Teſto*, *Tumultuo*, *Tuto*, *Vocifero*, *Ulciſco*, *Venero*: quorum omnium exempla atque teſtimonia recitant Grammatici, & Plautus ſuppeditat. *Comminiſco* utitur Apulejus Lib. IV. Metamorphoſ. *Eo volente comminiſcimus*; *Demolio*, Varro de Poëtis; *Et tamen non* demolio *aſtra*. Alphenus Lib. II. Digeſtor. *Priusquam veterem*

Digitized by Google

terem demoliret, *damni infecti Vicino repromiſit.* Ulpianus Lib. VI. Opinionum: *Qui domum alienam invito Domino demolit. Naſco, Uto*, Cato de Re Ruſtica: *Ubi germen* naſcere *coeperit* Id. ibid. *Poſtea id* utito. *Reverto.* Tacitus Lib. III. Hiſtoriar. *Romam* revertit.

SIGNIFICATIONES Verborum itidem mutant, & quae *Patientia* vulgo ſunt, *Agendi* vim pleraque habent, ut *Bellor, Nutrior*, & ſimilia, quae Priſcianus annotavit. *Multor, Punior*, Suetonius in Auguſt. *Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes graviore unquam* multatus *eſt poena.* Cic. Lib. I. Tuſculan. Qu. *Multi inimicos etiam mortuos* puniuntur. Id. Lib. I. de Offic. *Neque ad ejus, qui* punitur *aliquem, aut verbis caſtigat, ſed ad Reipublicae utilitatem referri.* Et Orat. Philippica VIII. *Clariſſimorum hominum crudeliſſimam* puniretur *necem. Sacrificor*, Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Ibi enim ſolent* ſacrificari *lacte pro vino.* Id. ibid. *Et ipſi pro ſe* ſacrificarentur. Rurſus alia, quae *Agendi* duntaxat ſignificationem vulgo habent, *Patiendi* notione accepta inveniuntur; ut, praeter quae Priſcianus obſervavit, *Comitor*; Lucretius Lib. I.

—— *Poſſet claro* comitari *Hymenaeo.*

Conſpicor, Plaut. in Epidico:

Patrem prius ſe convenire non vult, neque conſpicari.

Fateor, Loquor, Moror. Cicero in Orat. II. Agraria: *Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe* fateatur. Coelius ad Ciceronem: *De damnattone frequenter* loqui *eſt coeptum.* Id. *Nec multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis* moretur. *Interpretor* Suetonius in Neron. *Verba ſupplicis* interpretata, *praetorio Viro multandum pronunciante.* Paulus Lib. III. ad Sabinum: *In Teſtamentis plenius voluntates teſtantium* interpretantur. *Stipulor*, Livius Lib. XXXIII. *Circumagi*, ſtipularique *irato Conſuli, Tribuno item Plebi.* Suetonius Lib. IV. Praetoriorum: *Laetoria, quae vetat minorem annis viginti quinque ſtipulari. Tueor*, Varro Lib. III. de Re Ruſtica: *Et in pace a Ruſticis* Romanis *alebantur & in Bello ab his* tuebantur. Julianus Lib. XXI. Digeſtor. *Conſilio & opera Curatoris* tueri *debet non ſolum Patrimonium, ſed & corpus & Salus Furioſi.* Vetus Inſcriptio: PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATUS ET POPULI ROMANII IMPERIUM DEORUM NUMINE, ET MILITUM FORTITUDINE ET TUERI ET REGI. Similit. *Admetior, Arbitror, Complector, Demolior, Exſequor, Funeror, Mentior, Moderor, Moror, Populor*, Juriſconſulti in Libris Digeſtorum *Agendi* ſignificatione utuntur.

CONJUGATIONUM quoque magna varietas & inconſtantia fuit, multaque duplici Conjugatione inflexa leguntur; ut Prima & Secunda, ut *Denſare Denſere.* Lucretius Lib. I.

Nec tali ratione poteſt denſerier *aër.*

Id

Id. Ibidem:

Nil prodeſſet enim calidum denſerier *ignem.*

Virgil. Lib. XI. Georgic.

—— *Iuppiter humidus aſtris*
Denſet.

Id. Lib. XII. AEneid.

—— — *Vos unanimi* denſate *caterνas.*

Horat. Lib. I. Carm.

Mixta Senum ac Iuνenum denſentur *funera.*

Prima, & Tertia ut: *Lavare Lavere*, Virgil. Lib. III. Georgic.

—— lavit *improba teter*
Ora cruor.

Lucretius Lib. V.

—— — *Proluvie larga* lavare *bumida ſaxa.*

Sonare Sonere. Id. Lib. VI.

Caligare oculos, ſonere *aures*, *concidere artus.*

Id. Ibid.

Scire licet non ſincerum ſonere.

Tonare Tonere: Varro in Eumenid.

Tibi tympana non inani ſonitu Matris deum tonimus.

Contra. *Comere Comare*, Terent. Heautont.

Dum moliuntur, dum comantur annus eſt.

Dicere Dicare, a quo retinemus *Dedicare*, Ennius.

Dico qui hunc dicare cupit.

Plaut.

Plaut. in Curculione:

Haud in male meditantem male dicaſſis.

Domere Domare, a quo Domitor & Domator. Attius:

Olim quod Viros domavi *& ſegetis armatae manus.*

Tibullus:

Te duce, non alias converſus terga domator,

Fodere Fodare, Ennius Lib. VII. Annal.

Illyrici reſtant ſicis, ſibyniſque fodantes.

Gerere Gerare, unde manet *Aggerare.*

Prima & Quarta, ut: *Artare Artire*, Cato de Re Ruſt. *Inter librum & ſtirpem* artito. *Dementare Dementire*, Lucret. Lib. III.

—— dementit *enim deliraque fatur.*

Apulejus Lib. II. Apolog. *Seſe mea magia in amorem inductam* dementire. Tertullianus de Anima: *Nam & cum* dementit *homo*, dementit *anima. Dolare, Dolire.* Varro in Agathone: *Coeloque* dolitus *artem oſtentat Menteris. Impetrare, Impetrire*, Plaut. in Aſinaria:

Auguratum eſt, impetritum *eſt.*

Obſtare Obſtire Id. ibid. *Ita Iracundia* obſtit *oculis. Verberare Verberire*, in Lege *Regia:* SI PARENTES PUER VERBERIT.

Secunda & Tertia, ut *Caveo Cavo*, in illo Horatii, teſte Servio:

Vade, vale, cave *ne titubes, Mandataque frangas.*

Ferveo, Fervo, Virgil. Lib. IV. AEneid.

—— *jam littora* fervere *flammis.*

Lucret. Lib. V.

Fervere jam videas claſſem, lateque vagari,

Fulgeo Fulgo, Id. Ibid.

Fulgere *cum* coeli *donavit plaga vapores;*

Et Lib. VI.

Fulgit *item cum rareſcunt quoque nubila* coeli.

Indulgeo *Indulgo*, Terent. in Adelph.

Veſtitu nimium indulgis.

Oleo Olo, Plaut. in Moſtellaria:

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.

Obſideo Obſido, Poſſideo Poſſido. Salluſt. in Catilina: *Occulte pontem obſidunt.* Lucretius Lib. IV.

—— Obſiditque *vias oculorum.*

Id ibidem:

Aër tuit oculos prior, & poſſidit *apertos.*

Rideo Rido, Irrideo Irrido, Id. Lib. III.

—— *Largo diffuſo lumine* ridit.

Brutus ad Cic. Irridunt *horum lacrumas. Scateo Scato*, Lucret. Lib. V.

Nunc etiam ſcatit, & *trepido terrore repleta eſt.*

Id. ibid.

Largifluum fontem ſcatere *atque erumpere flumen.*

Plaut. in Aulul. *Si vino* ſcatit. *Teneo, Teno, Tetini*, Attius & Pacuvius apud Nonium. *Tueor, Contueor, Tuor & Contuor.* Terent. in Heautont. *qui intuitur nos.*

Lu-

Digitized by Google

Lucret. Lib. IV.

— *In ſomnis ſaepe figuras*
Contuimur miras.

Statius Lib. 8. Thebaid.

Namque modo infenſos utero mihi contuor *enſes.*

Idem Lib. III.

Intuor, INACHII *ſunt hi tibi, concipe, Reges.*

Id. ibid. *Veſtra tuor. Video Vido*, autore Priſcianô. Rurſus *Dico Diceo, Vivo Viveo, Claudo Claudeo* obſervarunt Grammatici. *Abnuo, Abnueo*, Ennius Lib. VIII. Annal.

Certare abnueo, *metuo legionibus labem.*

Attero Attereo, Tacitus Lib. II. Hiſtoriar. *Mox* atteritis *opibus lubrico ſtatu.* Tibullus:

Aut operi inſuetas atteruiſſe *manus.*

Compono Componeo, Cato de Re Ruſticâ: *In acervom* componeto. *Congruo Congrueo: Fundo Fundeo*, Terent. in Heautontim.

Ne nos inter nos congruere *ſentiat.*

Id. in Adelph. *Ebo jam tu verba* fundes.

Excello Exelleo, Cic. de Oratore: *In Oratoribus vero Graecis quidem admirabile eſt, quantum inter omnes unus* excellat. Et Ibid. *Non quod ſola ornent, ſed* excelleant. Et in Laelio; *Quamvis licet* excellas. *Strido Strideo*, Lucanus Lib. VI.

Auribus incertum feralis ſtrideat *umbra.*

Scabo Scabeo. Lucilius:

Scaberat *ut porcus contritis arbore coſtis.*

Tertia & Quarta, ut *Cupere Cupire.* Lucretius Lib. I.

— — *perfrangere ut arcta*
Naturae primus portarum clauſtra cupiret.

Parere Parire, Ennius in Epicharmo:

Ova parire *ſolet genus pennis condecoratum.*

Manilius Poëta apud Varronem: *Latona* parit *caſto complexu* JOVIS.

Caput XII.

De Temporibus & Modis.

Temporum in Verbis Mutationes per ſingulos Conjugationum Ordines *Grammatici* accurate tradiderunt, in quibus referendis non eſt operae pretium nos immorari. Illud unum leviter attigerunt, quod eſt obſervatione maximè dignum: Veteres aliquando Tempus Praeteritum a Praeſenti formare atque deducere, ut *Accedo*, *Decedo*, *Diſcedo*: *Accedi*, *Decedi*, *Diſcedi*. Varr. L. I. de Re Ruſtic. Diſcedimus *omnes*. Pompon. L. I. Senatus conſultor. *Quae ad haereditatem Patris* accederat. Paulus Lib. II. Decretor. *Si ſine liberis* decederit. *Cano Canui*, Salluſt. L. I. Hiſtor. *Juſſu Metelli cornicines* occanuere. *Calleſco Calleſci*, Cato in Oratione de Bello Carthaginenſi: *Aures nobis* calliſcerunt *ad injurias*. *Clepo Clepi*, Cic. Lib. II. de Legibus: *Sacrum ſacrove commendatum qui* cleperit, *rapſitve*. *Conſiſto Conſiſti*. Ennius: Conſiſtere *amnes perennes*, *arbores vento vocant*. *Neglego Neglegi*. AEmilius Macer. Lib. XVI. Annal. *Omnium noſtrum* neglegerit *autoritatem*. Cic. Philippica XIII. ex Epiſtola ANTONII: *Confugere* ALEXANDRIAM neglegiſtis. *Nexo Nexi*, Propertius Lib. I.

At tibi quae noſtro nexiſti *retia lecto*,

Premo Premi, Cato de Ruſt. *Ubi factores veſtibus* premerint. *Sino Sini*, Terent. in Andria:

Dum tempus ad eam rem tulit, ſini *animum*, *ut expleret ſuum.*

Confundo Confundi, *Relinquo Relinqui*, *Reſcindo Reſcindi*, *Rumpo*, *& Corumpo*, *Rumpi & Corrumpi*, in Libris *Pandectarum* Juris aliquotiens ſcriptum exſtat. *Tollo Tolli*, *Abſtulo Abſtuli*. Plaut. in Rudente: *Aulas* abſtulas. Ulpianus Lib. I. ad Sabinum; *Acceptilationem aliquid egiſſe*, tolliſſeque *totam Obligationem.*

Si-

Digitized by Google

Similiter Tempus Futurum praeſenti in Verbis Tertii & Quarti Ordinis ut *Dormio Dormibo*, *Largio Largibo*, Cato. *Expedio Expedibo*, *Reddo Reddibo.* Plaut. in Truculento: *Ego* expedibo, *rem perdidi apud vos.* Id. in Menaechmis: *Salvum tibi ita, ut mihi dediſti*, reddibo. *Eſurio Eſuribo.* Pomponius in Augure: *Non* eſuribis *diutius. Scio Scibo*, Terent. in Eunuch.

Modos autem, quos appellant *Grammatici*, in multis Verbis aliter *Veteres* protulerunt, veluti Imperativum monoſyllabum, appoſita E littera, ut *Dice*, *Duce*, *Face*, quae apud *Poëtas* paſſim leguntur.

Subjunctivum Verborum Tertiae Conjugationis per EM, vel per IM, ut *Attingem*, *Dicem*, Cato & alii, teſte Feſto & Quintiliano Lib. I. *Remittes* pro Remittas, Terent. in Andria:

Nam ſi rogites, remittes *jam me onerare.*

Arceſſit, *Quaerit:* pro Arceſſat; Quaerat. Plaut. in Menaechmis: *Quid velit*, *quidve* arceſſit.

Id. in Aulularia:

Quid ſi quiſpiam tamen quaerit?

Edim pro Edam. Id. Plaut. in Poenulo;

Eſt domi, *quod* edimus, *ne nos tam contemtim conteras.*

Id. in Trinummo:

—— *At pol ego*, *etſi vetat*, edim.

Et alibi frequenter. Cato de Re Ruſt. *Quod volet cibi*, *poſtea* edit. Id. ibid. *Sed ſi poterit ſolam braſſicam eſſe*, edit. Cic. ad Paetum: *Ne ego*, *te jacente*, *bona tua comedim.* Horat. Lib. III. Carminum.

Edit *cicutis allium nocentius.*

Id. Lib. II. Sermon.

Quam ſi cum lumbis quis edit.

Praeterea Indicativi Modi Imperfecta per contractionem & diminutionem mediae

diae Syllabae in Verbis, quae in IO desinunt, ut *Custodibam*, *Gestibam* pro Custodiebam, Gestiebam. Catullus, Custodibant *calathisci*, Plaut. in Aulularia:

Scapulae gestibant *mihi*,

Lenibam, *Nutribam* Virgilius, *Saevibam*, *Scibam* Lucretius & Terentius in Prologo Hecyrae:

Quin scibam *dubiam fortunam esse scenicam.*

Id. in Andria:

Propterea quod servibas *liberaliter.*

Et Perfecta alia, ut *Dixti*, *Sensti*, pro Dixisti, *Revixti*, *Praescripsti*, Ennius Lib. I. Annal.

—— *In Roma Troja* revixti.

Terent. in Andria:

Tute ipse rebus finem praescripsti.

Item Infinitivi Modi Praeterita, ut *Abstraxe* pro Abstraxisse. Lucret. *Cesse*. *Cresse*. Id. Lib. I.

Nam, quaecunque prius de parti corpora cesse
Constitues

Et Lib. III.

Cum membris videatur in ipso sanguine cresse.

Cic. Lib. XV. ad Attic. *Non videmur* cesse *victori*. *Divisse* Divisisse, Horatius:

Antiquo censu natis divisse duobus.

Indixe, *Produxe*, *Subduxe*, Terent. in Adelphis:

Nam tu eum hoc modo rus produxe *ajebas.*

Var-

Varro in Satyra de Myſteriis: *Tum portitores aera* indixe. Id. Lib. II. de Re Ruſtic: *Quem ſibi Thyeſtem* ſubduxe *queritur. Promiſſe, Sumſe, Conſumſe:* Pro promiſiſſe, Sumſiſſe, Conſumſiſſe, Catull. in Epigram.

Aut facere ingenuae, aut non promiſſe, *pudicae.*

Naevius in Triphalo:

Argentum amoris cauſſa ſumſe *mutuum.*

Lucretius Lib. I.

Infinita aetas conſumſe *ante acta dieſque.*

CAPUT XIII.

De Adverbiis.

Adverbia pleraque bifariam & promiſcue efferuntur a Veteribus, ut *Here* Heri, *Veſpere* Veſperi, *Peregre* Peregri, *Praeſiſcine*, Praeſiſcini, quo utitur Apulejus Libro III. Floridorum, & Horat. L. II. Serm.

Nam mihi convivam quaerenti here *ductus illic.*

Terent. in Hecyra: Here *nemo voluit.* Plaut. in Pſeudolo:

Atque here *ante dixeram omnibus,*

& aliis multis locis. Idem in Amphitruone: Peregre *advenienſ:* Et in Perſa: *Quia herus* peregri *eſt. Commode* & Commodo, *Cottidie* Cottidio, *Falſe* Falſo, quorum Exempla exſtant apud Cariſium. *Arcane* & Arcano, *Exigue* Exiguo, *Proxime* Proximo. *Tutiſſime* & Tutiſſimo, Caeſar Lib. II. de Bello Civili: *Domitius* arcano *cum paucis Familiaribus ſuis colloquitur.* Cic. Lib. IV. ad Atticum: Proximo a. d. VI. *Cal. Octobris* d. ibid. L. VIII. *Ubi* tutiſſimo *eſſent*, & Lib. XVI. *Legi* arcano *Convivis tuis. Ample* & Ampliter, *Dure* Duriter, *Longe* Longiter, *Probe* Probiter, & alia id genus multa quae *Grammatici* annotarunt. *Avare* Avariter, *Avide* Aviditer: Plaut. in Curcul.

Ingurgitat impura in ſe merum avariter,

Ar-

Arnobius Lib. V. *Invaſiſſe* aviditer. *Inprimis* & Inprimo, Varro Lib. VI. de Lingua Lat. *Hominis* inprimo *in Litteris exercitati.* Gellius Lib. XVI. *Tum* inprimo ἐξ ἀξιωμάτων *diſcendum. Promiſcue*, *Protinus*, Promiſcam & Protinam, Ter. in Phormione:

Hinc me conjicerem protinam *in pedes*,

Varro in Caprino Proelio: *Coetera* promiſcam *voluit communia haberi. Clare* & Claritus, *Communiter* Communitus, *Publice* Publicitus apud Terent. & alios, *Caute* & Cautim, *Diſerte* Diſertim, *Exquiſite* Exquiſitim, *Minute* Minutim, aliaque talia Adverbia in *Tim* admodum familiaria erant Veteribus. Arctim, Cic. L. XII. ad Atticum: *Nec* arctim *Pompejum teneri. Conjuratim*, *Perplexim* Plautus, *Blanditim*, *Juxtim*, *Exultim*, Lucretius. *Propritim* vel *propriatim.* Id. Lib. II.

Quid? genus humanum propritim *de quibus actum eſt.*

Arnobius Lib. III. *Uſque adeo res exigit* propriatim DEOS ſcire. *Ceſſim*, *Receſſim* Plaut. in Caſina:

Imitabor nepam: receſſim *dabo me ad parietem.*

Varro in Seſquiulyſſe: *cum domum ab Ilio* ceſſim *revertero.* Juſtinus Lib. II. *Vos*, *commiſſo praelio*, *ite* ceſſim. Alfenus JC. *Interim ſuperius ploſtrum* ceſſim *ire coepit. Illim*, *Iſtim*, pro Illinc Iſtinc, retinent antiqui Libri Lucretii & Ciceronis, cum aliis pluribus locis, tum epiſtola ad Valerium: *Qui* iſtim *nunc veniunt*, & ad Atticum Lib. IX. Illim *equidem Cn. profectum puto. Magis* Mage. Quo praeter *Lucretium* & *Virgilium* etiam Cic. in Verrem utitur, Mage *condemnatum hominem in judicium adducere don poſſe. Nenu* pro non, Lucilius & Varro apud Nonium, & Lucret. L. III. & IV.

Nenu *queunt rapidi contra conſtare leones.*

Poſtea & Poſtilla, Terentius & Plautus crebrò uſurpant. Cato in Originibus: *Saepeque* poſtilla *operam Reipublicae fortem atque ſtrenuam perhibuit. Primo* & Primum, *Poſtremò* Poſtremum, *Tertiò* Tertium, *Quartò* Quartum Veteres promiſcuè & indifferenter dixiſſe, oſtendimus Lib. IV. de Differentiis Verborum.

Praeter haec fuerunt in uſu ADVERBIA, quae fiunt ab *Auferendi* Caſu in utroque Numero, ut *Anniverſario*, *Cottidiano.* Cic. Lib. V. Atticum: *Cum anatociis* aniverſario, id eſt, annuatim anno vertente. Id. Lib. VI. de Republica: Cottidiano *in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis deſcenderent.* Plautus in Captivis:

Niſi cottidiano ſeſquiopus *confeceris.*

Anno

Anno pro Pridem, & *Horno*, id eſt, Hoc anno. Lucilius Lib. XXVII. Satyrar.

Utrum anno, *an* horno *te abſtuleris a vire.*

Plaut. in Amphitr.

Etiam Hiſtriones anno *tum*, *cum in proſcenio hic*
JOVEM *invocarunt*, *venit.*

Heſterno, *Poſtero*, *Hiberno*, *Matutino.* Tacitus Lib. IV. Annal. *Idemque cum* poſtero *ad Quaeſtionem traheretur.* Et Lib. XV. Poſtero. *Cum ad eoſdem cruciatus retraheretur.* Venulejus JC. *Eum*, *qui* hiberno *habuerit fundum.* Apulejus Lib. IX. Metamorphoſ. Matutino *me multis oleribus onuſtum proximam civitatem ducere conſueverat Dominus.* *Numero*, id eſt, Cito, Celeriter, apud *Comicos* paſſim legitur. *Compacto* Afrianus in Emancipato: *Te facere* compacto *omnia:*

Quod Plautus in Captivis: *Rem* de compacto *geri.*

Fortuitu. Idem in Aulularia:

Si eam ſenex anum praegnantem fortuitu *fecerit.*

Noctu, *Diu*, *Lucu* vel *Luci.* propter affinitatem Litter. I. & U. Id. ibid.

Nec noctu, *nec* diu *quietus unquam eam.*

Salluſt. Lib. I. Hiſt. Noctu diuque *vigilias tentare.* Terentius in Adelphis: *Cum primo* luci. Plaut. in Amphitr.

Nonne idem hoc lucu *me mittere potuit.*

Idem in Mercatore:

Ad portam hinc abi mane cum lucu *ſimul.*

Alternis, *Multimodis*, *Omnimodis*, Lucretius. *Gratis*, *Ingratis*, vel *Gratiis & Ingratiis*, ut *Invitis* Adverbium, obſervat Cariſius. Plautus in Aſinaria:

Cave modo ne gratiis, &c.

Et in Caſina:

Vobis invitis, *atque amborum* ingratiis.

Terent. in Eunuch. *Ingratiis ut dormiam.* Id. in Phormione: *Meam ducles* gratiis. Cicero Orat. 6. in Verrem: *Reticebunt, quae poterunt libenter, dicent, quae neceſſe erit* ingratiis. Idem pro Quinctio: *Extorquendum eſt invito atque* ingratiis; id eſt illibenter, gravate & contra voluntatem.

CAPUT XIV.

De Praepoſitionibus.

Fuerunt Veteribus in uſu *Praepoſitiones*, quae jam exſoleverunt *Am* & *Uls*, cujus vicem *Pomponius* de Origine Juris uſurpat *Ultis: Quinque Viri* (inquiens) *conſtituti ſunt cis Tiberim* & ultis *Tiberim. Am* vero ſervit Loquelis, ſive Verbis, non Caſibus, ut *Amplector*, *Amputo*, *Amquiro.* Unde inter eas Praepoſitiones, quas *Probus*, *Diomedes*, aliique veteres Grammatici *Loquelares* appellant, refertur a *Coriſio* & *Feſto* his verbis: AM *Praepoſitio loquelaris ſignificat* Circum.

Praeterea ſolent Veteres interdum *Praepoſitiones* geminare, ita ut in unam Dictionem coeant & coaleſcant; veluti *Inſuper*, *Deſuper*, & quae minus uſitata, *Exante*, *Inante*, *Poſtante*, id eſt, poſt alia facta, quomodo *Graeci* dicunt ὑστερο-πρότερα. Varro Lib. V. de Lingua Lat. *Poſt ante* conventionem habeat. Propertius Lib. II.

Si quis vult forma tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat inante *meam.*

Apulejus Lib. I. Metamorphoſ. *Proxime* exante *Poecilen porticum. Exadvorſum*, Cato de Re Ruſt. & Terent. in Phorm.

— Exadvorſum *inlico Tonſtrina erat quaedam.*

Circumcirca, *Circumſecus*, id eſt, in ambitum & in orbem. Plautus in Aulularia:

—— —— *Occoepit ibi ſcalpturire ungulis* Circumcirca.

Apulejus Lib. V. *Coloni quique* circumſecus *venantur*, & Lib. XI. circumſecus *variegatum. Praeter propter*, pro praeterquam propter, ſive propter aliam cauſam, quam propter eam, de qua loquimur: Ennius in Iphigenia: *Praeter propter vitam vivitur*, id eſt, propter aliam cauſſam vivitur, quam ut vivatur, utputa propter Voluptatem, vel Gloriam.

Aliquando PRAEPOSITIONES *ſeparatae* in Oratione conjunguntur, & nihilominus *Dictionis vim* ſervant. In quo ſane errat *Priſcianus*; qui tradit, PRAEPOSITIONES, quotiens Caſu carentibus apponuntur, *Dictionis vim* ſemper amittere.

Digitized by Google

tere. Sic *In ante. Ex ante.* Varro Lib. III. de Re Ruſt. Ex ante *diem* 7. *Id. Feb.* Ex ante *diem* 3. *Id Sextil.* Cicero Lib. I. ad Atticum: In ante *diem* 15. *Cal. Novembr. diſtulit.* Et Lib. III. Ex ante *diem Non. Junii uſque ad pridie Cal. Septembr.* Livius Lib. XLV. *Supplicatio pro concione Populi indicta eſt* ex ante *diem* 5. *Id. Octobr. E circa.* Id. Lib. XXI. *Ex templo* e circa *Praetorem ad Civitates miſſi legati*, id eſt, ex iis, qui circum Praetorem erant. *In coram*, Apulejus Lib. X. *Quae mecum* incoram *publicam populi caveam frequentaret.* Sed *Verſus* & *Uſque* aliis Praepoſitionibus conjuncta tranſeunt in Adverbia: ut *Verſus* cum *Ab*, *Ad* & *In.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Ridica vitis ab ſeptentrione* verſus *tegatur.* Caeſar Lib. VI. de Bello Gallico: *Cum Legionibus tribus ad Oceanum* verſus. Salluſt. in Catilina: *Modo in* Urbem, *modo in* GALLIAM verſus. Cicero de Amicitia: *Atque is primum inſtituit in forum* verſus *agere cum Populo. Uſque* cum *Ab*, *Ad*, *Ex*, & *Sub.* Virgilius:

—— *Siculo proſpexit* abuſque *Pachyno.*

Id.

—— *Hinc* uſque *ad ſidera notus*,

&,

Uſque ſub *obſcurum noctis.*

Terent. in Eunuch.

Ex AEthiopia eſt uſque haec.

Cic. pro Flacco: *Non accepit a ſuis Civibus, ſed* ab Tmolo uſque *petivit.*

Caput XV.

De Compoſitione Vocum.

In *Compoſitione Vocabulorum* nimio plus ſibi indulſerunt Veteres, maxime Poëtae, e quibus nos pauca quaedam Vulgo minus nota, referemus Ex tribus Dictionibus Nomina componere, quamvis Latinae Linguae non concedat *Quintilianus*, tamen fecit Lucilius *Hippocampelephantocamelus*, ex iſtis tribus Vocibus *Hippocampus*, *Elephantus*, *Camelus. Viticapiferae* Varro in Satyra *Magnum talentum: Detotonderat forcipibus* viticapiferis, quaſi Vitia capere ferre. *Quaſſagipennae*, quae quaſſis aguntur Pennis, idem *Sexageſi: Nec* quaſſagipennas *Anates*, *tremipedas.*

Scutofagittipelliger cognomen HERCULIS, quod Scutum, Sagittas, & Pellem geſtaret. Tertullianus de Pallio: *Triſeclifenex*; & *Dulcioriloquus* de NESTORE Naevius in Alceſti, quae ut nimium Poëtica notat *Gellius*.

Ex Latino & Graeco, ut *Antelogium*, Plautus, in Menaechmis: *Nunc argumento* antelogium *quoddam hoc fuit*. *Dentarpagae*, Varro in Cyniciatris: *Hic bipenſiles forcipes* dentarpagae; *Signoſiae*, idem in Eumenidibus: *Imponeret aedilis* ſignoſiae. *Flexibulae*, *in Vimarco*. Idem in *Satyrarum* Inſcriptionibus. Contra *Epitogium*, *Anticato* Titulus Librorum Julii Caeſaris, quos ſcripſit contra *Ciceronis* laudationem Catonis. *Archigubernus* apud Javolenum JC. & *Meſonauta*, qui in Navi medium locum tenet inter Gubernatores & Remiges, ut inter Servos *Mediaſtinus*. Ulpianus Lib. XIII. ad Edictum: *Non debet exercitor Navis per Remigem, aut* Meſonautam *obligari*.

Ex Praepoſitione & duobus Vocabulis eſt *Perterrefacio*, &, quae Pacuvius dure ſtruxit, *Incurvicervicum*, *Repandiroſtrum*.

Rurſus ex duabus Praepoſitionibus & uno Vocabulo multa junguntur, ut *Incompoſitus*, *Reconditus*, &, quo Cicero utitur, *Subabſurdum*. Sic *Adindo*, Cato de Re Ruſtica; *Coaddo*, *Coaccedo*, *Exobſecro*, Plautus; *Perinungo*, *Prodeambulo*. Terent. in Adelphis: *Prodeambulare huc libitum eſt*. Varro Lib II. de Re Ruſtica: *Eadem re* perinungunt, & *tegunt rurſus*. *Inconcupiſco*, *Incognoſco*, Apulejus Lib. III. Floridor. *Ut non minus vobis amicitia mea capeſſenda ſit, quam mihi veſtra* inconcupiſcenda. Idem Lib. IV. *Ut* incognoſceret *more ingenii humani quiſnam eſſet*. *Redadopto*. Modeſtin. Lib. II. Regular. *Filio dato in adoptionem, quem denuo* redadoptavit. *Superanteactus*, Lucretius Lib. III.

Cum ſuperanteactam *aetatem meminiſſe nequimus*.

Tranſadigo, Virgilius:

Tranſadigit *coſtas*.

Adverbium pro Verbo compoſito jungere frequens eſt apud Comicos, ut *Introadmitto*, *Introabeo*, *Introadſpicio*. Terent. in Andria: *Acceſſi*, introadſpexi. Idem in Hecyra:

Here nemo voluit SOSTRATAM INTROADMITTERE.

Ex Praepoſitione & Adverbio ſunt *Derepente*, *Deſubito*, *Demagis*, quibus utuntur *Terentius*, *Lucretius*, & *Lucilius* aliique, *Praeterquam*, *Extraquam*, Vox frequens in Legibus & Edictis. *Adprimo*, *Abbinc*, *Debinc*, quae ſola *Praepoſitionem* recipere *Cariſius* perperam cenſet.

Praeterea nonnulla Compoſita Verba, quae nunc contracta, vel leviter immutata efferimus, Veteres integra protulerunt, ut *Traduco Tranſduco*, in Libris *Digeſtorum* Juris, Trado *Tranſdo*. Terent. in Prologo Phormionis, Exquiro *Exquaero* Plautus in Aululari:

Intro, exquaere, *ſine ita, ut ego praedico*.

Idem

Idem in Captivis:

Eadem ego exhoc, quae volo, exquaeſivero.

Iniquius *Inaequius.* Idem in Poenulo:

Trado amico, nihil eſt quicquam inaequius.

Anciſum *Ancaeſum*, Conciſum *Concaeſum*, & contra *Diſtiſum*, *Pertiſum*, pro Diſtaeſum & Pertaeſum; ut teſtatur Feſtus, & Cicero in Oratore his verbis: *Conciſum, non concaeſum; ex quo quidam* Pertiſum *eſſe volunt, quod eadem conſuetudo non probavit.* Et ex contrario, quae nos *plene* efferimus, illi contrahebant, ut Tranſluceo, Tranſmitto, *Traluceo*, *Tramitto*, Lucretius; Tranſvolo *Travolo*, Tranſmeo *Trameo.* Plautus in Epidico: Travolaverunt *ad hoſtes*, &: *Mihi illanc ut* tramittas. Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Trua, quod* travolat *ea aqua*, Id. ibid. *Trama, quod* trameat *filum.* Transfero *Trafero*, Cicero ad Lentulum: *Cauſſam regiam alio* traferebant. Idem ad Coelium: Traferri *Nomen a* Valerio *non potuiſſe*, *Eſcendo*, *Eſcenſio*, pro Exſcendo & Exſcenſio, quo utitur Livius Lib. XLVII. Salluſt. in Jugurtha: *Non temere uti eſcenderat.* Id. ibid. *Quibus allevati Milites facilius* eſcenderent. Et mox: *Pars equos* eſcendere. Varro Lib. I. de Re Ruſt. *E vinea in arbores* eſcendit *vitis*, &: *In carnarium* eſcendit. Idem Lib. IV. de Ling. Lat. *Unde* eſcendebant *ad infimam novam viam.* Livius Lib. XLV. *Conſuli ad quadrigas mittendas* eſcendenti.

CAPUT XVI.

De Diſtractione & Trajectione Vocum.

Dividuntur Voces Compoſitae & quaſi in Partes ſecantur, non apud *Poëtas* modo, ſed etiam *Oratores* & *Hiſtoricos:* Simplices autem Voces non diſtrahuntur, etſi Ennius *cerebrum* diſtraxit Lib. V. Annal.

—— *Tranſfigit corpus* cere *comminuit* brum.

Quem nulli idonei Autores imitari voluerunt. Et interdum quidem, Compoſita Voce diviſa, nihil ejus partibus interponitur, ut *Animum advorto*, Cato de Re Ruſtica, Terent. in Prologo Andriae, & Dolabella in Epiſtola ad Ciceronem. *Arefacio* Lucret. Lib. VI.

Principio terram Sol excoquit & facit are.

Magno opere, *Summo opere*, *Tanto opere.* Licinius Macer Lib. I. Annal. *Non* minimo opere *Milites quietos volebant:* Cicero Lib. XII. ad Atticum: *Res indicat*, quanto opere *id cupiam.* Suetonius in Caeſare: *Quem incolumem* tanto opere *cuperent. Si-*

tis agere, Cato de Conſulatu ſuo: *Jam noſtri apud vallum* ſatis agebant. Apulejus Lib. VIII. *Coloni multitudinem noſtram latrones rati*, ſatis agentes *rerum ſuarum*, *eximieque trepidi*. Ulpianus Lib. XXIII. ad Sabin. *Non* ſatis egerit. Plaut. in Mercatore per Μεταφ.

Inſomnis egi ſatis, *& fui homo exercitus.*

Peſſum do pro Peſſundo: Terent. in Phormione: *Me*, *aut Herum* peſſum dabunt. Salluſt in Jugurtha: *Quae res plerumque magnas Civitates* peſſum dedit. Tacitus Lib. III Annal. *Quod multos etiam bonos* peſſum dedit. Frequentius autem partibus Vocis Compoſitae Dictio aliqua, vel Particula interponitur, quod genus Τμήσεως familiare fuiſſe Lucilio denotat Auſonius his Verſibus:

Reſciſſo Verbo, *diſces componere Verſum*;
Lucili *Vatis ſic imitator eris.*

Sic diſtrahuntur *Arefacio*, *Excandefacio*, *Fervefacio*. Varro de Re Ruſtica: Are *hoc* facies. Id. ibidem: Excande *me* fecerunt. Cato de Re Ruſtica: Ferve *bene* facito. *Circumfundo*, *Circumventus*. Virgil. AEneid. Lib. I.

Et multo nebulae circum DEA fudit *amictu.*

Ulpianus ad Sabinum XXXIV. *Siquidem* circum *in hoc* venta *eſt*. *Depetigo*, *Dedicatus* Lucil. Lib. XXX.

Illuvies, *ſcabies*, *oculos huic* deque petigo.

Conſtendere. Id. ibid.

Juratam ſe uni, *cui ſit data* deque dicata.

Detondo, Ennius Lib. III. Annal.

Deque totondit *Agros laetos atque Oppida cepit.*

Lucrifacio, Cajus Lib. XIX. ad Edictum: *Liceat* lucri *dotem* faciat. *Magnopere* Terentius in Eunucho:

THAIS maximo *me orabat* opere.

Pergratum, *Permoleſtum*, *Permagni*. Cicero Lib. I. ad Atticum: Per *mihi* per, *inquam*, gratum *feceris*. Idem Lib. V. Per *mihi erit* gratum, *ſi id curaris ad me perferen-*

ferendum. Et Lib. X. Per *enim* magni *aeſtimo Plebiſcitum, Senatuſconſultum.* Varro Lib. III. de Vita Pop. Rom. Plebiſque ſcito *canum.* Idem Epiſtolicar. Quaeſt. IV. Senatuſque conſultum *fieri duobus modis.* Quintilianus: *Nam rogationibus*, Plebiſve ſcitis *cauta ſunt iſta. Quapropter* Plautus in Amphitr.

Qua *iſta* propter *dicta dicantur mihi.*

Quilibet, Quicunque, Salluſt. in Catilina: Cujus *rei* libet *ſimulator.* Idem de Rep. ordinanda: Cujus *rei* libet *periculum facere.* Terentius:

Quae *meo* cunque *animo lubitam eſt facere.*

Reſpublica. Plautus:

Sed ut ego ſtultus, qui Rem *curo* publicam.

Cicero ad Atticum: Rem *vero* publicam *penitus amiſimus. Septentrio*, Virgilius:

— — *ſeptem* ſubjecta *trioni*,

Superſum, Plautus in Curculione: *Si quid* ſuper *illi* fuerit.

Tamenetſi. Idem in Caſina: *Qui amat*; tamen *hercle* etſi *eſurit. Venundo*, Salluſt. Lib I. Hiſtoriar. *Quaſi Cimbricam praedam* venum, *aut dono* datam. Livius: *Ignarus omnium, ſe* venum *a Principibus* datos.

Quin etiam trajiciuntur Dictiones Clauſulaeque, & praepoſtero ordine locantur: quod ubi accidit, Ἀναστροφὴν eſſe volunt *Grammatici.* Accidit autem in *Nominibus*, ut cum *Cognomen* anteponitur NOMINI, veluti *Balbus Cornelius, Gallus Fabius* apud Ciceronem ad Atticum, *Gallus Caninius* in Epiſtola ad Coelium. *Macer Licinius*, Lib. II. ad Q. Fratrem: *Papus AEmilius*, in Laelio, *Antias Valerius, Curſor Papirius*, apud Livium.

Vel cum *Praenomen* cum COGNOMINE conjungitur, ut *M. Cicero, C. Caeſar, Cn. Magnus*, Varro Lib. IV. de Vita Populi Rom. *Audivi dicentem Cn. Magnum.* Vellejus Lib. II. *Eliam C. Caeſaris Cn. Magnus duxit uxorem.* Item trajiciuntur *Pronomina*, ut, *Qui Quae.* Varro Ὃν λέγω. *Aut ille cervum*, qui *volabile currens*, pro ille, qui cervum. Tibullus Lib. I.

Vidi ego, qui Juvenem ſeros deſiſſet amores,

pro *Juvenem*, qui. Ovidius Lib. I. Elegiar.

Quam face ſuſtineo tecta ſuperba petam:

id eſt face, quam ſuſtineo.

Verba, ut *Sis vide*, pro Vide ſis. Plautus in Aululariâ: *Sis vide, ut incedit.*

Adverbia, ut *Nihilominus*, Coecilius in Hypobolimaeo:

Ego

Ego illud minus nihilo *exigor portorium.*

Quoad, Afranius in Promo:

Ut ſcire poſſis, ad quo *te expediat loqui.*

Cum, Caeſar: *Diutius cum noſtrorum impetum ferre non poſſent.* Id. *Diu cum eſſet pugnatum.*

Praepoſitiones, ut Lucretius: *Ea propter.* Virgil. *Italiam contra*; &, *His accenſa ſuper*; &: *Maria omnia circum.* Item: *tranſtra per & remos*, Horatius: *Quem penes*, Salluſtius: *Quos inter*, Varro: *Eum apud*, Cicero: *Memoriam praeter. Ponit ante*, Livius: *Omnibus ex.* Tacitus: *Eo coram, Templum juxta, Tiberim contra, Urbem extra, Viam propter.*

Conjunctiones, ut *Autem* poſt alterum, aut tertium Orationis verbum, apud *Plautum* frequentiſſime. *Enim* initio Orationis pro Etenim, idem in Aulularia:

Enim mihi quidem aequum eſt.

Et in Caſina:

Enim jam magis jam appropero.

Id. in Milite:

Enim cognovi nunc.

Terentius in Hecyra:

Enim laſſam oppido tum ajebant.

Cicero Lib. IV. ad Atticum: *Macroni vix videor praeſto* eſſe. *Enim auctionem.* Lucretius Lib. II.

—— *Enim diſtantia cum ſit.*

& Lib. VI.

—— *Enim praeſens dolor exſuperabat.*

Labeo Lib. II. Pithanon: *Et hoc id eſt, quod Graeci dicere ſolent ἐν πλάτει. Enim poteſt hoc memoria non teneri.* Aliquando ponitur *Enim* tertio loco. Varro in Andabatis: *Minus aurum enim non praeſtringit oculos.* Cicero Lib. XII. ad Atticum: *Pruſia cupit enim vendere.* Livius Lib. XLVI. *Eo quoque enim mittendos fore legatos. Ne*, Plautus in Pſeudolo: *Ne illi audeant*, pro illine. Terent. in Andria: *Ab ne tu omnia*, pro tune. Cicero ad Atticum: *Ego illud ne quidem contemnam*, pro ne illud qui-

quidem. *Quamquam* Salluſt. in Jugurtha: *Quae gravia quamquam.* Tacitus: *Haec mala quamquam. Quae* Copula alieno loco ſolet poni, ſed apud Poëtas tantum. Plaut. in Captivis:

Eſt profecto Deus, qui quae nos gerimus, auditque & videt.

Horat.

Ore pene tetigitque crura.

Tibull.

Meſſalam terra dum ſequiturque mari.

Sed, *Sed enim.* Virgilius:

Ipſa ſed *in ſomnis inhumati venit imago.*

&:

Progeniem ſed enim *Trojano ab ſanguine duci.*

Item:

—— *Impius ex quo*
Tydides ſed enim *ſcelerumque inventor Ulyſſes.*

Tamen, Plaut. in Amphitr.

Sed in fugam in ſe tamen *nemo convertitur.*

Id. ibid. *metuam abſentem* tamen.

Atque haec quidem hactenus de ſingulis Dictionibus, in quibus antiquae Locutionis uſus cognoſcitur; nam & exoletas Voces explicare non eſt noſtri inſtituti; & ſi quis eas noſſe deſiderat, a *Gloſſographis* petat licebit.

Digitized by Google

AUSONII POPMAE DE USU ANTIQUAE LOCUTIONIS.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De Partium Orationis inter se Commutatione.

Sequitur ut de antiqua *Orationis* Structura, quae a communi loquendi consuetudine multum diffidet, nunc quoque agamus. Sed quoniam *Grammatici* antiquarum Locutionum genera prolixe tradiderunt, ut ad illorum copiam vix aliquid addi posse videatur, ideo nolumus in hoc loco diu immorari. Partes Orationis saepe confundunt Autores, atque alias pro aliis usurpant, quam Commutationem *Graeci* vocant Ἀλλοίωσιν. Sic *Nomen* loco ADVERBII, ut *Aliquid* pro Aliquantulum. Terent. *Subtristis visus esse* aliquid Cic. pro Dejotaro: *Non enim jam metuo, ut illi tu succenseas; illud vero, ne illum tibi succensere* aliquid *suspicere*. *Nullus* pro Non, Plautus aliquotiens, & Terent. in Eunucho: Nullus *mones*; Id. in Hecyra: *Etsi* nullus *dixeris*. Cic. ad Atticum L. II. *Philotimus non modo* nullus *venit*. Et Lib. XV. *Sextus ab armis* nullus *discedit*. *Multa* pro Multum, ut Multa *peccare*, Cic. in Topicis: *Cum mihi meisque* multa *saepe cavisses*. Et ad Appium: *Multa nos quidem quaesti sumus*. Caecinna Ciceroni: *Multa Deos venerati*. Virgil. Lib. IV. Georgic.

— — *Et spiritus oris*
Multa reluctanti obstruitur.

Item *Adjectivum* in utroque Numero, ut Immane *sonat*, Sublime *volans*, AEternum

num *latrans*, Virgil. Id. *Sole* recens *orto*, pro recenter, & *Stat* acerba *ſtridens*; Id. *pede terram* Crebra *ferit*: &: tranſverſa *tuentibus hirquis*. Lucret. *mortales* mutua *vivunt*. *Inſanum*, *Sempiternum*, pro Inſane, Sempiterno, Plaut. in Curculione: *Inſanum amare*. Id. in Aulularia: *Quod tibi ſempiternum ſalutare*.

Similiter *Nomen* pro PARTICIPIO, ut *Hunc Populum late* regem, id eſt, regnaturum.

Et pro INTERJECTIONE, ut *Juppiter*, cum adminiſtrantis eſt; ut apud Graecos, Ἡγεμὼν, Catullus:

Doctis Juppiter & *laborioſis*,

& alibi:

Juppiter ut terſti lumina ſaepe manu.

Malum, *Infandum*. Terent. *Qui malum alii*. Virgil.

Navibus infandum amiſſis.

Pronomen pro CONJUNCTIONE, ut *Id* pro *Ideo*, in illis modis loquendi, *Id venio*, *Id revertor*, *Id quod erat*; in quibus tamen nos potius cenſemus eſſe *Eclipſin* Praepoſitionis *Ob*, vel *Propter*, ut infra dicemus. *Idem* pro Item, vel Etiam. Cic. Lib. I. Offic. *Ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Graecis Latina conjunxi*, *neque id in Philoſophia ſolum*, *ſed etiam in dicendi exercitatione feci*; *Idem tibi cenſeo faciundum*. Ibid. *Eſt huic conjuncta beneficentia*, *quam* eandem *vel benignitatem*, *vel liberalitatem appellare licet*.

Verbum pro NOMINE, Perſius:

Scire *tuum nihil eſt*.

Id.

—— *Et noſtrum illud* vivere *triſte*.

Et:

Velle *ſuum cuique eſt*.

Et pro PARTICIPIO. Virgil. *Magnum dat* ferre *talentum*, pro ferendum. Id.

—— *dederatque comas* diffundere *ventis*.

Et:

—— *ille ſuo moriens dat* habere *nepoti*,

Ulp. D. de Inofficioſo Teſt. *Cum* obtinere *ſpem non haberent.* Idem D. de Mon. & Honor. *Jus non habet* intercedere; Et D. Mandati: *Conſilium receperit* fraudare.

Participium loco NOMINIS, ut apud *Graecos* crebro, *Medentes*, *Venantes*, pro Medicis & Venatoribus, Lucret. Id. Lib. V.

Aëriaſque ſimul volucres variantibus armis.

id eſt variis. Virgil. Lib. IV. AEneid.

Candentis *vaccae media inter cornua fundit.*

pro Candidae. Et Lib. VI.

Quam ſuper haud ullae poterunt impune volantes,
Tendere iter pennis.

Id eſt, *volucres*? Id. Lib. VIII. *Pictis conſpectus in armis*, pro *Conſpicuus*, Et pro ADVERBIO, *Horrendum*, pro Horrende. Id. *At bellua Lernae Horrendum ſtridens.* *Lubens*, pro Lubenter. Plautus: *Duorum labori hominum parſiſſem* lubens.

Adverbium pro NOMINE, ut *Abunde*, *Large*, *Partim*; quae *Nominum* vim quandoque habere infra dicemus.

Et pro CONJUNCTIONE, ut *Quando* pro Quoniam, *Nunc*, pro ſed, ut apud Graecos νῦν pro ἀλλὰ. Terent. in Adelph.

Poſtremo quando conſcia ſum a me culpam hanc eſſe Procul.

Cic. Lib. I. de Divinatione: *Quae quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & vino confuſa & perturbata cernimus.* & alibi ſaepe.

Item loco PRONOMINIS, ut *Illic*, pro ille, apud *Comicos* non raro. Plautus in Aſinaria:

Metuo, ne illic *obſervarit meae falſae fallaciae.*

Terentius:

Quam illic *qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi.*

Et pro PRAEPOSITIONE fere apud *Poëtas*, ut *Clanculum*, *Intus*, *Seorſum*, pro Clam, In, Sine. Terent. in Adelph.

—— *Poſtremum alii clanculum*
Patres, quae faciunt.

Lucret. Lib. III.

—— *Seorſum corpore toto.*

Id.

Digitized by Google

Id. ibid.

At neque ſeorſum oculi neque nares, nec manus ipſa,
Eſſe poteſt anima.

Sed & loco PROVOCABULI *Adverbium* uſurpatur; qua quidem permutatione optimi Autores crebro utuntur. Cic. ad Atticum: *Omnia conſilia differs in id tempus, cum ſcierimus, quid actum ſit.* Id. ibid. *Utinam illum diem videam, cum tibi gratias agam*, pro Quo tempore, Quo die. Varr. Lib. I. de Re Ruſt. *Quibus teneat id, qua ſerpit.* Terentius: *E Praedonibus unde eam emerat.*

Virgilius Lib. V. AEneid.

—— Volucrem trajecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum,

id eſt, in quam.

Praepoſitio pro ADVERBIO, ut *Ante, Circa, Circum, Coram, Clam, Extra, Juxta, Pone, Prope, Poſt, Super, Secus, Ultra, Uſque*; quae vim *Adverbii* plerumque habere notiſſimum eſt.

Conjunctio vice ADVERBII, ut *Atque*, pro Statim, Mox. Plautus in Bacchidibus:

Dum circumſpecto atque ego tum lembum conſpicor.

Id. in Mercatore:

Poſtquam illic, quod volui, tranſegi, atque ego conſpicor
Navim ex Rhodo.

Virgilius Lib. I. Georgic.

Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Gellius Lib. XVII. *Haec verba, ubi lecta ſunt, atque ibi Taurus mihi.* *Ergo, Igitur*, pro Tum, Inde, Poſtea. Virgil. Lib. VI. AEneid.

Ergo iter inceptum peragunt, fluvioque propinquant.

Plaut. in Caſina:

—— Tecum loquar
Mox magis cum otium erit igitur.

Digitized by Google

Idem in Moſtellaria:

Miſerum eſt opus igitur, demum fodere puteum,
Ubi ſitis fauces tenet.

Et in Amphitruone:

Sin aliter ſient animati, neque dent, quae petant,
Seſe igitur *ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſcere.*

Terent. in Eunucho: *Quid* igitur *faciam? Quoniam* pro Poſtquam, Quum. Plaut. in Aulularia:

Is, quoniam *moritur, ita avido ingenio fuit.*

Idem in Aſinaria: *Quid nunc*, quoniam *ambo, ut eſt lubitum, nos deluſiſtis, datiſne argentum? Tamen* pro Tantum, Salluſt. & Pacuvius apud Nonium; *proinde* pro Perinde. Terent. in Phormione:

Proinde expiſcare quaſi non noſſes.

Lucret. Lib. III.

Oſſa dedit terrae proinde *ac famul infimus eſſet.*

Salluſt. in Jugurtha: Proinde *quaſi injuriam facere, demum id eſſet imperio uti.* Varro Lib. I. de Vita Popul. Rom. *Duabus undulatis togis eſt opertum*, proinde *ut olim Reges noſtri undulatas & praetextas ſoliti ſint habere.* Planc. Cic. *Quod ſi* proinde, *ut ipſe mereor, mihi ſucceſſerit.* Id. *Ut* proinde *ad omnia paratus eſſem.*

Species quoque partium Orationis commutantur, & aliam vim atque poteſtatem adſumunt. Sic *Nomen primigenium* pro ſuo DERIVATO, ut *Terra* Graecia, *Terra* Sicilia, apud Gellium. Ennius:

— *late* Saturnia *Terra.*

Id.

—— *O Terra* Thracia, *ubi Liberi fanum.*

Lucret. Lib. I.

Italiae *Terrai oris a finibus ejus*,

Calliſtratus JC. *Ut extra Terram* Italiam *decem annis relegetur.* Virgil. Troïa *gaza per undas*, pro Trojana, &: Dardana *ſuſcitat arma.* Id. *Laticemque* Lyaeum. Et, *Tem-*

Tempus & Arcadii *memoranda referre Magiſtri*,

pro Arcadici. Varro Lib. II. de Re Ruſt. Arcadii *Aſini*. Id. ibid. *Terna atque quaterna millia* Gallia *ſuccida habere*; pro Gallicana. Salluſt. Lib. IV. Hiſtoriar. *Cum interim lumine etiam tum incerto duae* Galliae *mulieres conventum vitantes, ad menſtrua ſolvenda montem aſcendunt*. Cato Lib. IV. Originum: *Talione* vindicta *proximus cognatus ulciſcitur*. Id. in L. Veturium: *Aquam* Anienem *in ſacrarium inferre oportebat*. Gellius Lib. XIX. *Molli quodam tempeſtatis* autumnae *diae*, pro Autumnalis. Quibus gemina ſunt illa, quae ab aliis uſurpantur, *Mare Oceanum*, *Pondo Libram*, *Pondo unciam*, & *Rete Jaculum*.

Abſolutum pro COMPARATIVO, Terent. *Paullo qui eſt homo* tolerabilis, pro tolerabilior, & pro SUPERLATIVO, ut in illo *Virgilii* notat Servius, *Optime Grajugenum*. Lucret. Lib. I.

—— *Omnium, quae clara clueret.*

Rurſus *Comparativum* pro ABSOLUTO, Virgil. Lib. I. AEneid.

Triſtior, & *lacrumis oculos ſuffuſa nitentes.*

Idem:

—— comitem ſenioris *Aceſtae*,

Pro Senis: Quae permutationes etiam in *Adverbiis* frequentantur, ut *Cito*, pro Citius. Plaut. in Amphitr.

—— *conſit cito, quam ſi tu objicias formicis papaverem.*

Id. in Captivis:

Nec quisquam eſt mihi nunc aeque melius, cui velim.

Terent. in Heautontimor.

Cui aeque audiſti commodius, quidquam eveniſſe.

Diſtributivum Numeri pro PRINCIPALI, ut *Singulus*, *Binus*, *Ternus*, *Denus*, pro Unus, Duo, Tres, Decem, & ſic deinceps in utroque Numero apud *Poëtas*, ſed apud *Oratores* & *Hiſtoricos* fere ſemper in Plurali; cujus rei paſſim reperiuntur Exempla.

Item *Partitivum* pro Principali, ut *Unus* & *Alter*, pro Duobus. Cicer. ad Atticum: *Quid enim eſt tantum in uno, aut altero die*, id eſt uno, aut duobus. Id. pro Cluentio: *Qui cum ad unum jam & alterum diem deſideraretur.*

Pro-

Pronomen *Suus* pro Ejus, vel Ipſius, quod tamen durum eſt & inſolens. Terent. in Hecyra: *Mater quod ſuaſit ſua.* Virgil. Lib. IV. AEneid.

Tum breviter Barcen nutricem affata Sichaei;
Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat.

Cic. Lib. IV. ad Atticum: *Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt*, pro Ipſi, vel Illi.

Verba *abſoluta* pro AGENTIBUS, & contra *agentia* pro ABSOLUTIS interdum a Veteribus uſurpari ſolent, ut *Contendo*, Lucret. Lib. IV.

—— *Contendere ſe atque parare.*

Id. ibidem:

Ejicere id quo ſe contendat dira libido.

Emergo, Cic. de Aruſpicum Reſponſis: *Tum ſe emergit & fertur illuc.* Nepos in Vita Attici: *Quibus ex malis ut ſe emerſerat. Erumpo, Irrumpo, Prorumpo.* Attius in Epigono:

Ita imperitus ſtupiditate erumpit ſe,

Varro in Marcipore: *Ventique frigido ſe ab axe eruperant.* Id. in Sexageſi: *Irrumpit ſe in Curiam.* Caeſar Lib. II. de Bello Civili: *Portis ſe foras erumpunt.* Virgil. Lib. I. Georgic.

Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpunt radii.

Et Lib. III. AEneid.

Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem.

Lucretius Lib. IV.

Tandem ubi ſe erupit.

Proruo, Strepo. Terent. in Eunucho: *Una omnes foras ſe proruunt.* Varro in Octogeſi: *Seque opifice non probiter ſtrepere. Reſono, Requieſco.* Virgil. Lib. VII. AEneid.

Dives inacceſſos ubi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu.

Et

Et in Bucolicis:

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Rurſus *Agentia* pro ABSOLUTIS per Ellipſin *Pronominis*, vel pro *Verbis* PATIENDI, ut *Accingo*, *Averto*, Virgil. Lib. II. AEneid. Accingunt *omnes operi*, pro Accingunt ſe, vel Accinguntur. Id. *Tum prora* Avertit, *AEquo*, Cic. Lib. I. Offic. *Qui jam illis fere* aequarunt, *Ingemino*, Virgil.

Ingeminant *auſtri & denſiſſimus imber.*

Inſinuo Idem:

Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis.
Inſinuat *pavor.*

Cic. Lib. I. de Orat. *Quod ita nati eſſemus, ut & blandiri & ſuppliciter* inſinuare *iis poſſemus, a quibus eſſet petendum.* Id. ad Nigidium: *Et in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit*, inſinuabo. *Lenio*, Salluſtius Lib. IV. Hiſtoriar. *Tum repente viſus* lenire *Tagus. Moveor*, Suetonius: *Quatenus terra in urbe moviſſet.* Gellius Lib. II. Ubi terram moviſſe *ſenſerant. Muto*, Cic. Lib. XIII. ad Attic. *De Mamurra non* mutavit. Catullus: *Tantum abhorret ac* mutat, Livius Lib. XL. X. *Mores quidem populi Romani quantum* mutaverunt, *vel hic dies argumento erit Praecipito, Reciproco*, Id. *Non ſepties die, ſicuti fama fert, temporibus ſtatutis* reciprocat. Et Lib. II. *Secuti dedita opera, paſſim ad illecebras propulſa pecora* praecipitavere *in inſidias.* Cic. *Loca, ubi Nilus* praecipitat *ex altiſſimis montibus.* Caeſar: *Hiems jam* praecipitaverat. Virgil. *Tum nox humida coelo* Praecipitat. *Siſto*, Id.

—— Siſtunt *amnes, terraeque debiſcunt:*

Turbo, Idem:

—— Turbant *trepida oſtia Nili.*

Varro Lib. III. de Re Ruſtic. *Cum mare* turbaret. Lucret. Lib. V.

—— *Sinit incertis* turbare *procellis.*

Verto, Converto Salluſt. in Catilina: *In ſuperbiam dominationemque* convertit. Idem ibidem: *Nae iſta vobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam* vertat. Et alibi ſaepius. Caeſar Lib. III. Belli Civilis: *Detrimentum in bonum* verterat. Virgil. Lib. II. Georgic.

Et totae ſoli dam in glaciem vertere *lacunae.*

Livius Lib. XXXIX. *Haec in perniciem adolescenti verterunt.* Idem: Verteratque *Scipionum invidia in Praetorem*

Itidem verba *Frequentativa* pro suis PRIMIGENIIS non raro Veteres, ut Cato: *Dolito*, *Emtito*, *Redemtito*, *Callescо*; Sallust. *Agito*, *Ductito*; Lucretius, *Coepito*, *Discrepito*, *Fugito*, *Imperito*, *Negito*, *Nominito*, *Renuto*; Gellius *Soltо*, *Mutuito*, *Antiquo ritu* mutuitarent, id est, Mutua inter sese Convivia agitarent, & alii alia, quae unicuique, qui vel mediocriter antiquos Scriptores triverit, obviam occurrunt.

Participia *Regentia* pro PATIENDI, ut *Vehens* pro Vectus, Gellius: *Qui ovarent introire solitos equo* vehentes. Contra *Patiendi* pro AGENTIBUS, ut quae vulgo sunt notissima: *Consideratus*, *Inconsideratus*, *Contentus*, *Dissertus*, *Discretus*, *Juratus*, *Inveteratus*, *Profusus*, *Tacitus*, aliaque permulta. Similiter *Captatus*, *Fluctuatus*, pro Captavit, Fluctuavit. Livius Lib. LV. *Celtiberi parumper incertis animis* fluctuati *sunt*. Valerius Maximus: *Spreto mortalis habitu divinum* captatus *est*. Idem Lib. IX. *Exiguo momento maximae rei* fluctuatus *est*. Idem ibidem: *Eadem haesitatione P. Dolabellae animus fluctuatus est.* *Communicatus*, *Consus*. Ovidius Lib. I. Elegiar.

Hanc probat &, primis dilectam semper ab annis,
Est inter comites Marcia censa *suos.*

Livius Lib. IV. *Nec adversarum rerum quaerere socios, cum quibus spem integram* communicati *non sint*. *Desitus*, *Meditatus*, Cicer. ad Paetum: *Primus Papisius est vocari* desitus. Et Lib. III. Tusc. *Sunt semper omnia homini humana meditata.* Terent. in Phorm. *Meditata mihi sunt omnia.* *Notus*, *Ignotus*, pro eo, qui novit, aut ignorat, non qui ignoratur. Plaut. in Pseudolo: *Novi*, notis *praedicas*. Cicero pro Caelio: Notis *ac majoribus natu.* Idem ad Lucejum: *Ignotis nota faciebant.* *Objurgatus*, *Penetratus.* Coelius ad Ciceronem: *Curionem prorsus non mediocriter* objurgatus. Lucret. Lib. IV.

Quae penetrata *queunt sensum progignere acerbum.*

Vulgatus, *Usurpatus.* Idem Lib. V. *Magnum* vulgata *per orbem.* Vetus Poëta: Usurpata *duplex cubile.*

Adverbia quoque inter sese mutua vertunt, ut *Ne* pro Non, de quo ita Terentius Scaurus: *Ne* pro NON *positum est apud antiquos, ut* Ne frendes *porcos, qui fabam frendere non possunt*, Nesapus, *qui non sapit.* Plautus in Trinummo:

Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu ne vis.

Terent. in Eunucho: *Quid ne es alacris?*

Varro de Re Rustic. *Genibus rotundis*, ne *magnis.* *Quasi* pro Veluti, Quemadmodum. Terent. in Adelphis:

Ita

Digitized by Google

Ita vita eſt hominum, quaſi *cum ludas teſſeris.*

Plaut. in Sticho:

Fuit olim quaſi *ego ſum ſenex, & ei filiae duae erant,*
Quaſi nunc meae ſunt.

Tam pro Valde, Plautus: *Ferocem facit, quia te herus* tam *amat.* Plinius Lib. VII. *Oratores quidem ambo, ſed* tam *diſpari eventu.* Vellejus Lib. II. Annal. *Nec minora conſequi potuit; ſed non* tam *concupivit.* Paulus Lib. I. Sententiar. *Niſi aut manifeſta circumſcriptio ſit, aut* tam *negligenter in ea cauſſa ſint verſati, Praetor interponere ſe non debet. Ubi* pro Poſtquam, Quum, Terentius: *Ubi ea cauſſa, quamobrem haec faciunt, erit ademta, deſinent.* Virgil.

Ille ubi naſcentem maculis variaverit orbem.

Idem:

—— *Ubi Coelum condidit umbra*
Juppiter.

Ut pro Ubi, ὅπου: & *Utcunque* pro Ubicunque, Catullus: *Ut convenerat eſſe delicatos.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Alio loco ut ſeras.* Virgilius Lib. V. AEneid.

—— *Caeſis* ut *forte juvencis.*

Horat. Lib. III. Carmin.

Utcunque mecum vos eritis.

Praepoſitionum inter ſe commutatio frequentiſſima eſt, ut *Ad* & *Apud*, *Penes* & *Apud. Super* & *Supra*, & ſimilium, quarum exempla paſſim exſtant.

Conjunctiones item mutant, ut *Neque* pro Ne quidem, Cicer. Lib. I. ad Atticum: Neque *hoc neglexi*, & Lib. IX. Neque *ego aliter accepi. Niſi* pro Sed, *Graecorum* more, ſaepe utitur Cato de Re Ruſtica, ut ibidem annotavimus: ſed & Terentius in Andria:

Neſcio, niſi *Deos fuiſſe iratos mihi ſcio.*

Et in Eunucho:

—— *Nequeo ſatis mirari*, neque *conjicere*,
Niſi quidquid eſt procul hinc libet prius
quid ſit ſciſcitari.

Digitized by Google

Salluſt. in Jugurtha: *Niſi tamen intelligo illum ſupra, quam ego ſum, petere.* Cicero Lib. V. ad Atticum: Niſi *tamen id erit mihi gratiſſimum.* & Lib. II. Niſi *illud quidem mutari non video poſſe.* Quin pro Etiam, Terent. in Heautontimor.

Quin *mihi moleſtum eſt.*

Virgil. Lib. X. AEneid.

Quin *intra portas atque ipſis proelia miſcent*
Aggeribus murorum.

Vel pro Etiam, Terent. in Eunucho:

—— Vel *rex mihi ſemper agebat gratias.*

Idem in Andria:

Vel *hoc quis non credat.*

Cicero Varroni: Vel *aliae quaepiam rationes honeſtas nobis & curas & actiones darent.* Virgilius in Bucolicis:

Carmina vel *Coelo poſſunt deducere lunam.*

Idem Lib. X. AEneid.

Vel *Priamo miſeranda manus.*

CAPUT II.

De Permutatione caſuum, Numerorum & Generum.

FREQUENTISSIMA eſt in Oratione CASUUM, NUMERORUM, & GENERUM inter ſeſe Permutatio, qua tam *Oratores* & *Hiſtorici*, quam *Poëtae* utuntur.

NOMINATIVUS pro *Genitivo*: Cicero: Conſules *alter ambove*, Salluſt. in Catilina: *Igitur initio* Reges (*nam in terris nomen imperii id primum fuit*) *diverſi pars ingenium, alii corpus exercebant*, Livius Lib. XLI. *Quando duo ordinarii* Conſules *ejus anni alter ferro, alter morbo periſſet*; pro Regum & duorum Conſulum. Et pro *Accuſativo*, ſed fere poſt Verbum Dico, Puto, Sentio, aut ſimile. Terent. in Andria:

Quae

Digitized by Google

Quae ſeſe optavit inhoneſte hic parare divitias,
Quam in patria honeſte pauper vivere.

Catullus:

Phaſelus ille quem videtis hoſpites,
Ait, fuiſſe navium celerrimus.

Virgilius Lib. II. AEneid.

—— *ſenſit medios* delapſus *in hoſtes.*

Horatius:

Patiens *vocari Caeſaris* ultor.

Ovid. Lib. I. Elegiar.

Acceptum refero verſibus eſſe nocens,

Item pro *Vocativo* apud Poëtas, Lucret. Lib. I.

Quod ſupereſt, vacuas aures mihi Memmius, *& te*
Semotum a curis adhibe veram ad rationem.

pro Memmi. Virgilius:

Projice tela manu, ſanguis meus,

pro Mi. Idem:

Armiger Heſperidum fluvius *regnator aquarum.*

Pro fluvie. Perſ.

Vos ô Patritus *ſanguis,*

Id eſt Patricie.

GENITIVUS pro *Nominativo*; Terentius in *Andria*:

—— *Quot illic* hominum *litigant,*

Pro quot homines. Idem in Phormione:

—— *Ubi in mentem ejus adventi venit.*

Virgilius Lib. I. AEneid.

Tu mihi quodcunque hoc regni.

Pro hoc regnum. Et pro Accuſativo, ibidem:

—— *Fontem ſuperare Timavi*,

&:

Hic tamen ille urbem Patavi.

DATIVUS pro *Accuſativo*, maxime cum Infinito *Eſſe*. Terent. *Non expedit* bonis *eſſe* nobis. Horat. in Arte:

—— —— mediocribus *eſſe* poëtis
Non Dii, non homines, non conceſſere columnae.

Brutus ad Ciceronem: *Et quis ſupplicat, ut optime* meritis *liceat eſſe* ſalvis. Martialis.

Nobis *non licet eſſe tam* diſertis.

ACCUSATIVUS pro *Nominativo*, more *Graecorum*, Terentius: Obſerves *filium, quid agat*; Pro obſerves, quid filius agat. Idem; Illum: *ut vivat, optant.* &: Eunuchum, *quem dediſti nobis, quas turbas dedit.* Plautus in Amphitr.

Naucratem, *quem convenire volui, in navi non erat.*

Cicero Sulpicio: Rem *vides, quo modo ſe habeat.* Idem ad Atticum Lib. XIV. *Noſti* virum *quam tectus.* Caeſar Lib. I. Belli Gallici: Rem frumentariam *ut ſatis commodo ſupportari poſſet, timebant.*

Item ACCUSATIVUS pro *Ablativo.* Plautus in Rudente:

Vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem.

Bonam, magnam, minimam partem, pro bona, magna, minima ex parte. Lucret. Lib. III.

Non minimam partem *mortis formidine aluntur.*

Idem Lib. VI.

Inde bonam partem *in lectum moerore dabantur.*

Cae-

Digitized by Google

Caeſar. Lib. I. Belli Gall. *Eos impeditos & inopinantes aggreſſus* magnam partem *concidit.* & Lib. IV. Maximam partem *lacte atque pecore vivunt.* Cicero Lib. I. Officior. Magnam *autem* partem *clementi caſtigatione licet uti.* Idem ad Paetum: *Mihi licere has res non omnino quidem, ſed* magnam partem *relinquere.*

VOCATIVUS *pro Nominativo* apud Poëtas, Virgilius Lib. IX. AEneid.

Macte *nova virtute puer,*

Pro mactus. Idem Lib. X.

—— —— miſerande *jaceres.*

Perſius:

Stemmate quod Tuſco ramum milleſime *ducis,*
Cenſoremve tuum vel quod trabeate *ſalutas;*

pro milleſimus & trabeatus.

ABLATIVUS pro *Genitivo*; Virgilius:

—— Iniquo pondere *raſtros,*

pro iniqui ponderis. Idem:

—— Lento robore *vallos.*

Et pro Dativo, Idem:

—— *Tyria* Carthagine *qui nunc*
Exſpectat.

Cicero in Philipp. *Cum tu* Narbone *menſas hoſpitum convomeres.* Idem de Natura Deorum: *Sepultus eſſe dicitur* Lacedaemone. Et ad Sulpitium: *Commendo tibi domum ejus quae eſt* Sicyone.

Numeri etiam mutantur, ut SINGULARIS pro *Plurali.* Terentius:

Cujus *maxime mos eſt conſimilis veſtrum, hi ſe ad vos applicant.*

Idem:

Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem *eſſe*

pro eoſdem. Cicero ad Coelium: *Totum negotium non eſſe dignum viribus noſtris, qui majora opera in Republica ſuſtinere & poſſim & ſoleam.* Salluſt. in Catilina: *Interea ſervitia repudiabat,* cujus *initio ad eum magnae copiae conveniebant,* pro quorum.

Va-

Varro Lib. I. de Re Ruſtic. *Facilius enim eis, quam minore natu ſunt* dicto *obedientes.* Idem: *Eos praeſſe oportet, qui periti ſunt rerum ruſticarum, non ſolum enim debere imperare, ſed etiam facere ut* facientem *imitentur*, pro facientes.

Rurſus Numerus PLURALIS pro *Singulari.* Terentius in Eunucho:

Eunuchum dixti velle te, quia ſolae his *utantur Reginae.*

Cicero pro Milone: *Si tempus eſt ullum jure hominis necandi*, quae multa *ſunt*, *certe illud non modo juſtum, verum etiam neceſſarium.* Id. Lib. III. de Legibus. *Tamen libertatem iſtam largior populo, ut & autoritate* valeant & utantur *Bonis.* Virg. Lib. X. AEneid.

Fulmen, erat toto genitor quae plurima *Coelo,*
Dejicit in terras.

Numerum adſignificant, ut *Pars*, *Quiſque*, *Uterque*, Ovidius: Pars *volucres* factae. Idem: fugiuntque *Penates Quiſque ſuos.* Livius: *Suas quiſque* abirent *domos:* &, *Ad ſe* quiſque *omnia* trahant. Rurſus: Uterque transfixus *duabus* haerentes *haſtis moribundi ex equis* lapſi ſunt. Apulejus Lib. VIII. *Sarcinulis* quiſque *ſumtis ſuam viam* capeſſunt.

GENERIS autem Mutatio variis modis fit. Nam interdum Genus aliud pro alio *ponitur* ſine ullo reſpectu, ut *Foemininum* pro Neutro. Horat.

Et mammae putres, equina quales *ubera*,

Pro qualia. *Neutrum* pro Maſculino; Plautus in Aulularia: *Coquus ille* nundinale eſt. Idem in Captivis: *Fac* fidele *ſit fideli*, & in Mercatore:

Eamus intro, *non* utibile *hic locus factus tuis.*

Terentius in Eunucho:

Ego quoque una pereo, quod mihi charius *eſt*,

Pro, qui mihi charior ſum, ut inquit Donatus.

Aliquando Genus *mutatur* cum fit relatio non ad Nomen in Orationis ſerie collocatum, ſed ad aliquam Vocem ejuſdem Significationis; at Generis diverſi; ut ſunt Animans Animal, Arbos Arbuſtum, Foetus Foetura. Lucret. Lib. I.

Creſcunt arbuſta & foetus in tempora fundunt,
Quod cibus in totas uſque ab radicibus imis.

Alveus Alvearium, *Fluvius* & Flumen, *Fimus* & Stercus. Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Sin cogare ſecundum flumen aedificare, curandum, ne adverſum eum ponas:* Id. ibidem: *Alteram enim in partem ferri oportet e villa novum fimum, ex altera veterem tolli*

tolli quod eſt quam recens, quod confracuit melius. Et Lib. III. *Nec ſi ex alvo in alvum in eodem loco trajicias, negligenter faciendum, ſed ſi tranſiturae ſunt apes, ea apiaſtro perfricandum. Pecora* pecudes, *ſpecus* ſpelunca. Ovidius:

Hoc pecus omne meum eſt, multae ſtabulantur in antro.

Idem:

Eſt ſpecus exeſus ſtructura pumicis aſper;
Non homini facilis, non adeunda ferae.

Nonnunquam mutatur GENUS, cum duae diſſimiles Voces in Oratione collocantur, quorum poſterior *Genere* non reſpondet, ſed ad Rem ſignificatam refertur. Terentius in Andria:

Ubi illic eſt ſcelus, qui me perdidit.

Idem in Eunucho:

Ut illum Dii Deaeque omnes ſenium perduint, qui me hodie remoratus eſt.

Idem ibidem:

Eas ſe perſonas non negat tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam.

Virgilius:

Centauro invehitur magna.

Ennius Lib. X. Annal.

Inſignita fere tum millia militum octo
Duxit, dilectos, bellum tolerare potentes.

Salluſtius Lib. V. Hiſtoriarum: *Legiones* Valerianas *comperto lege Gabinia* Bithyniam & Pontum *Conſuli datam miſſos eſſe.* Livius: Samnitium *caeſi tria millia trecenti.* Curtius: *Duo millia crucibus affixi.*

Praeterea fit GENERIS mutatio, cum Relativum ad poſterius Verbum refertur, ut Salluſtius in Catilina: *Eſt locus in carcere, quod* Tullianum *appellant.* Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Videndum, ut ſit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter praeciſum, quas alii clavolas, alii taleas appellant.* Cicero de Legibus: *Tum domicialia conjuncta, quas Urbes dicimus.* Quintilianus: *Accentus, quas* Graeci *proſodias vocant.*

GENUS & NUMERUS ſimul mutantur, ut Virgilius;

Pars merſi tenuere ratem.

Idem:

Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Salluſt. in Jugurtha: *Magna pars vulnerati, aut occiſi.* Livius: *Maxima pars equitibus in flumen acti.*

CAPUT III.

De Permutatione Temporum, & Modorum.

Nec minus frequens eſt optimis Autoribus TEMPORUM & MODORUM Commutatio, quae inter Verborum figuras quoque cenſetur. Ita Tempus *Praeſens* pro PRAETERITO, Plautus in Moſtellaria: *Eas quanti* deſtinat, pro deſtinavit. Virgilius:

— *Et omnis humo* fumat *Neptunia Troja.*

Cicero in Verrem VIII. *Timarchides* negat *eſſe ei periculum.* Lucretius Lib. VI.

Corpora nonnunquam poſſes retroque videre.

pro vidiſſes.

Et pro FUTURO, maxime in *Infinitivis.* Virgil.

Progeniem ſed enim Trojano a ſanguine duci
Audierat,

pro ducendam eſſe.

Praeteritum Perfectum pro PLUSQUAMPERFECTO. Idem:

Nec veni, *niſi Fata locum ſedemque dediſſent.*

pro veniſſem. Idem:

— — *& ni mea cura reſiſtat.*

Jam flammae tulerint, *inimicus & hauſerit enſis,*

pro tuliſſent, hauſiſſent. Et pro FUTURO. Idem:

— *Proh*

— — *Proh Jupiter! ibit*
Hic ait, & noſtris, illuſerit *advena regnis.*

pro illudet. Ex Modis *Indicativus* pro Quovis ALIO ſaepe ponitur. Plautus in Aulularia:

Ne praeſentiſcat aurum, ubi eſt *abſconditum*,

pro ſit. Id. ibid.

Quae mi interbibere ſola ſi vino ſcatit,

pro ſcateat. Cicero Lib V. ad Atticum: *Bono animo* es, pro ſis. Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Sed bono animo es.* Idem Lib. III. *Quatuor deinde* intromiſit *in leporarium, brevi explerit*, pro intromiſerit.

Imperativus pro INDICATIVO. Virgil.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
Si foetura gregem ſuppleverit, aureus eſto;

pro eris. *Optativus* pro INDICATIVO uſurpatur non apud *Latinos* modo, ſed etiam *Graecos*, ut ἦλθε pro ἦλθεν, λαλήσαι, pro λαλήσειν, & ſimilia, quae adnotavit *Euſtathius* in Homerum. Varro Lib. II. de Ruſtica: *Tantum enim* fefellerit, pro fefellit.

Infinitivo pro PRAETERITO IMPERFECTO *Indicativi* Modi crebro utuntur *Poëtae & Hiſtorici*, & inprimis *Salluſtius*, atque ejus imitator, *Tacitus:* ſed & *Oratores*, ut Cicero in Verrem IV. Ridere *convivae*, machinari *ipſe*, pro ridebant, machinabatur. Id. Lib. I. Officior. Stomachari *Canius; ſed quid faceret?* & Lib. IV. ad Atticum: *Ille vehemens furere; poſt hunc vero furorem nihil, niſi caedem inimicorum* cogitare, *vicatim* ambire, *ſervis aperte ſpem libertatis* oſtendere.

CAPUT IV.

De Caſibus cum nominibus junctis praeter vulgatum uſum.

Veteres interdum *Caſus* a communi Sermonis uſu alienos NOMINIBUS tribuunt, ſicuti *Genitivum* jungunt his, quae vulgo DATIVUM habent, *Communis, Similis, Diſſimilis.* Terent. in Hecyra:

Et haec communia omnium, *quae ſunt patrum.*

Digitized by Google

Cicero Lib. I. Offic. *Commune* animantium omnium *eſt conjunctionis appetitus*. Idem in Academicis: Eorum *quatuor*, *quae ſupra dixi diſſimile*. Plautus in Aſinaria: *Non ſimilem* furis hujus. Terentius in Eunucho: Domini *ſimilis es*.

Item *Genitivum* habent, non ſemper ABLATIVUM, *Anxius*, *Atrox*, *Firmatus*, *Promtus* apud Salluſtium, *Alienus*, Cicero Lib. I. de Finibus: *Quis alienum putet eſſe* ejus dignitatis, *quam mihi quiſque tribuit*. Et de Univerſitate: *Naturam fugientem*, & ejus copulationis *alienam*. Id. Lib. I. Quaeſt. Acad. *Et uno nomine omnia*, *quae eſſent aliena* firmare & conſtantis orationis. Id. pro Caecinna: *Alienum* cauſſae. Salluſtius in Catilina: *Neque aliena* conſilii. Lucret. Lib. VI.

Nec tamen haec ita ſunt aliarum rerum *aliena*.

& Lib. III.

Aut quia non veniunt omnino aliena ſalutis.

Quod imitatus Tertullianus de Reſurrectione Carnis: *In re ergo aliena* ſalutis. Et adverſus Marcionem Lib. IV. AEternitatis *aliena*. *Dignus*; Plautus in Trinummo:

Non ego ſum dignus ſalutis.

Virgilius:

Deſcendam, *magnorum haudquaquam indignus* avorum.

Ovidius:

Militia eſt operis *altera digna* tui.

Balbus Ciceroni: *Suſcipe curam & cogitationem digniſſimam* tuae Virtutis. Martianus JC. *Ne aliquis poenam patiatur dignam* ſuae perſonae. *Falſus*, *Laſſus*, Terentius in Eunucho: *Ut falſus* animi *eſt*. Plautus in Ciſtellaria: *Ita me amor laſſum* animi *ludificat*. *Foecundus*, *Laetus*. Salluſtius Lib. II. Hiſtoriar. Frugum pabulique *laetus ager*. Tacitus Lib. VI. Annal. *Genus fecundum* Bonorum. Idem: Annonae *foecunda*.

Ingens, *Immodicus*, Salluſt. Lib. III. Hiſtoriar. *ingens ipſe* virium, *atque* animi. Id. *immodicus* animi. Vellej. Lib. I. *Ipſe modicus* virium. Tacit. Lib. I. Annal. *Sed foemina ingens* animi. *Trepidus*, id. L. IV. Annal. *Trepidus admirationis & metus*. *Refertus*, *Completus*, *Vacuus*, Varro Lib. V. de Vita Populi Rom *Quae prius fuerunt* hominum *referta*. Cicero pro Plancio: *Audieram refertam eſſe Graeciam* ſceleratiſſimorum hominum *ac* nefariorum. & pro Lege Manilia: *Referto* praedonum *mari*. Idem in Verrem: *Completus jam* mercatorum *carcer eſſet*. Salluſt. *Ager aridus & vacuus* frugum. *Plenus* Veteres *Genitivo* junxiſſe notavit *Quintilianus*, etſi *Cicero* interdum etiam tribuit *Ablativum*: Terent. in Phorm. Vini *plenum*

Var-

Digitized by Google

Varro in Eumendibus: *ego autem, qui eſſem plenus* vini *&* Veneris. Cicero in Oratione poſt Reditum in Senatum: Vini, ſomni, ſtupri *plenus*. Id. Lib. II. de Orator. Bonorum virorum *plenum forum*. Salluſt. in Jugurtha: *Quae gravia quamquam &* flagitii *plena erant*. Virgil.

Quae regio in terris noſtri *non plena* laboris.

Dativum Caſum habent *Bonus, Foecundus*. Salluſt. in Jugurtha: *Bonus* pecori, arbori *infoecundus*. Tacitus de Moribus Germanor. *Frugiferarum arborum impatiens*, pecori *foecunda*.

Accuſativum in vicem GENITIVI, *AEmulus, Oblitus illud*. Salluſtius Lib. III. Hiſtoriar. Facta Conſultaque *ejus quondam aemulus erat*. Attius:

—— Mea fata *in acie obliti*.

Vel loco ABLATIVI, ut *opus illam rem*, Plautus in Truculento:

Puero opus eſt cibum.

Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Centum jugeribus vinearum opus eſſe quindecim* mancipia. Cicero ad Atticum: *Video mihi opus eſſe* viaticum. Et ad Tironem: *Omnia pollicitus eſt*, quae *tibi eſſent opus*, Quod etiam cum *Nominativo* jungitur. Idem Lib. V. de Republ. *Bono patrifamilias ratiocinandi* quidam uſus *opus eſt*. Et ad Curionem: Dux *nobis &* autor *opus eſt*.

Ablativum Veteres tribuunt plurimis Nominibus, quibus nunc *Genitivus* ſervit, ut *Cupidus, Studioſus*. Plautus in Pſeudolo:

Vino *modo cupidae eſtis*.

Idem in Milite:

Qui niſi adulterio *ſtudioſus*.

Ferax, Virgilius:

Illa ferax oleo *eſt*.

Expers, Turpilius in Pedio:

Educta, ut par eſt, expers malitiis, *metuens fui*,

Catullus, de Coma Berenices:

—— *Virgo quondam fuit* omnibus *expers*.

Lucretius Lib. II.

Ipſa ſua per ſe ſponte omnia dis agere expers.

Salluſt. in Catilina: *Crudelitate foeneratorum plerique patria, ſed omnes* fama *atque* fortunis *expertes ſumus.*

Ablativum ſine *Praepoſitione* habent *Purus*, Horat. Lib. II. Serm. & *purus eſt* vitio; *Alius*, ut *Alius illo.* Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Eſt aliud* melle *propolis.* Brutus & Caſſius in Epiſtola ad Antonium: *Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud* libertate communi *quaeſiſſe exitus declarat.* Horatius:

Non putes aliam ſapiente bonoque *beatum.*

&: *alius* Lyſippo *duceret aera.* Item: *Qui ſpecies alius* Vero. Apulejus Lib. III. Metamorphoſ. *Nullam aliam* mea Fotide *malle.* Idem: *Aliam rem* invidia *nullam eſſe.*

CAPUT V.

De Caſibus cum Verbis Junctis Praeter Vulgatum uſum.

Similiter antiqua conſecutionis ratio a vulgata loquendi conſuetudine mutat in Verbis, quibus alios & diverſos Caſus Veteres applicant. Sic cum *Genitivo* jungunt Verba *Abundo*, *Careo*, *Egeo*, *Indigeo*, Lucilius Lib. VIII. Satyrar.

Quarum *abundemus* rerum, & quarum *indigeamus.*

Terentius: *Quaſi tu* hujus *indigeas* patris. Idem in Heautontimorum. *Praeterquam* tui *carendum quod erat.* Cicero: *Quid eſt, quod in hac cauſſa* defenſionis *egeat.* Horatius: *Eget* aeris *Cappadocum Rex.* *Abſtineo*, idem: *Abſtineo* irarum, calidaeque irae: quod ad *Graecorum* imitationem eſt. *Adipiſcor*, Tacitus Lib. VI. Annal. *Dum* dominationis *Adipiſceretur*, *Adficior*, *Angor*, Plautus in Epidico: *Abſurde facis, qui anges te* animi. Cicero in Verrem IV. *Angebatur tamen* animi *neceſſario.* Martianus JC. *Ejuſdem legis* poenae *adficitur.* *Compleo.* *Impleo*, Lucretius:

—— —— *Et* ararum *compleverat Urbes.*

Plautus in Mercator.

Impleantur meae fores elogiorum *carbonibus.*

Idem

Idem in Menaech.

Paraſitus, qui me implevit flagitii & formidinis.

Virgil. Lib. I. AEneid.

Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinae.

Deſipio, Diſcrucior. Plaut. in Epidico: *Deſipiebam* mentis, *cum illas ſcriptas mittebam tibi.* Idem in Aulularia: *Diſcrucior* animi, *Fallo, Fallor*, Plaut. in Epidico: *Nec* fermonis *fallebar tamen.* Lucretius Lib. I.

Nec me animi *fallit, quam ſint obſcura.*

Faſtidio, Plautus in Aulularia: *Faſtidit* mei. Lucilius Lib. VII. Satyrar.

Triſtes, difficiles ſumus, faſtidimus Bonorum.

Levo, Liberor. Livius Lib. XXI. *Levarunt animum* religionis. Ulpianus: *Puto & de eo ſenſum caſu, quo* curae & tutelae *liberetur.*

Dativo junguntur & veteribus *Anteëo, Antecedo*, Plautus in Amphitr. *Virtus omnibus rebus anteit profecto.* Cicero Lib. I. Officior. *Quantum natura hominis* pecudibus reliquiſque beſtiis *antecedat.* Paulus Lib. VII. Quaeſtion. *Proximus eſt*, cui *nemo antecedit. Contineo, Comprehendo.* Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Capitium ab eo, quod capiat pectus*, id eſt, ut Antiqui dicebant, indutui comprehendat. Hermogenianus D. de Condit. & Demonſtr. *Pecuniam* conditioni *comprehenſam.* Calliſtratus D. Ex quib. Cauſ. major. &c. *Quod ad eos pertinet, qui* ei *continentur.*

Curo, cum ſignificat Provideo, obſervo, Plaut. in Truculento: *Quia ſuo & veſtimento & cibo* alienis rebus *curas.*

Attius in Antigona:

— — *Jam jam neque Dii regunt,*
Neque profecto Deum ſummus rex omnibus *curat.*

Apulejus Lib. I. Apologiae: *Uſque adeo* rebus meis *curat*, & alibi ſaepius. *Diſſentio*, Quintilianus: Huic opinioni *neque omnino accedo, neque plane diſſentio.* Columella: *Ego plurimorum* opinioni *diſſentiens. Decet*, ut eſt apud Graecos πρέπει. Plautus in Amphitr. *Ornatum capiam, qui* potis *decet.* Idem ibidem: Noſtro generi *non decet.* Terentius in Adelphis: *Ut* vobis *decet.* &: *Ita* nobis *decet.* Gellius Lib. IX. *Quam* aetati *ejus decebat. Inſtruo* Salluſt. Lib. II. Hiſtoriar. *Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret* pugnae *ſuos.*

Invado, Varro Lib. IV. de Vita Populi Rom. *Tanta porro invaſit cupiditas honorum* pleriſque. Cicero ad Tironem: *Sed mirus invaſerat furor non ſolum*

lum Improbis, ſed etiam his *qui Boni habentur.* Plautus in Epidico:

Laſſitudine invaſerunt miſero *in genua ſtemina.*

Caecilius in Syracuſis: *Tanta* huic *invaſit in corde indulcitas. Moderor, Praeſtolor,* Salluſt. in Catilina: *Cujus libido* gentibus *moderatur.*. Cicero pro Coelio: *Quod & pudor tuus moderatur* orationi meae. Idem Orat. I. in Catilinam: *Qui* tibi *ad forum Aurelium praeſtolarentur.*

Accuſativum Caſum Veteres addunt his Verbis: *Adverſor,* Salluſt. Lib. V. Hiſtoriar. Regem *adverſabatur.* Tacitus Lib. I. Annal. *Ambitionem Scriptoris facile adverſeris.* & Lib. XX. *Vulgus adverſari* regem. Item Lib. I. Hiſtor. Infauſtum adoptionem *adverſantes. Adulor*; quod notavit Quintilianus. Cicero Lib. I. Officior. *Nec adulari* nos *ſinamus.* Tacitus: Tigillinum, *aut* quem alium *Potentium adulatus eſt.* Valer. Maximus: *Si* Dioniſium *non adulareris, illa non eſſes. Condono.* Plautus in Rudente:

Mihi triobolum ob eam rem ne duis, condono te.

Terentius in Phormione: *Argentum, quod habes, condonamus* te. Afranius in Fratriis: *Id aurum* me *condonat.*

Egeo, Indigeo, Cato: *Vitio vertunt, quia* multa *egeo*; *at ego illis, quia nequeunt egere.* Salluſtius in Jugurtha: Pauca munimenta *egebat.* Cicero in Laelio: *Nihil unquam omnino indigere* amicos. *Fungor,* Terent. in Heautontimor. *Hominis es frugi & temperantis functus* officium. & in Phorm. *Functus eſt adoleſcentis* officium *liberalis.* Plaut. in Moſtellar. *Sine me alliatum fungi* fortunas meas. Suetonius in Auguſto: *Qui* ſuam vicem *praeſidendo fungerentur.* Idem: Senatoria munera *fungeretur. Ignoſco,* Plaut. in Amphitr. *Velatis manibus orant, ignoſcamus* peccatum ſuum. *Indulgeo,* Terent. in Eunucho: *Nimis* me *indulgeo.* & in Heautont. Te *indulgebant. Inſulto,* Salluſt. Lib. I. Hiſtor. Multos *a pueritia* bonos *inſultaverat. Inſervio,* Plaut. Unum me *inſervire* amantem. *&: Si* illum *inſervibis* ſolum. *Noceo,* id. in Milite: *Jura te non nociturum eſſe* hominem neminem. Id. ibidem; *Jura per* DIANAM & MARTEM *me nociturum* neminem, *Obliviſcor,* Cicero Lib. I. ad Atticum: *Suaviſſimam habui recordationem clariſſimi jurisjurandi,* quod *ego non eram oblitus.* Virgil. Lib. II. AEneid.

—— *hinc jam obliviſcere* Grajos.

Potior, Terent. in Adelphis: *patria potitur* commoda. Idem: Mille *potior* gaudia. Cic. Lib. II. Officior *Clandeſtino introitu* urbem *eſt potius.* Idem Lib. II. Tuſculanar. Qu. *Aliquam gentem noſtram* urbem *potituram putem.* Nepos de Viris illuſtribus, *Qui* ſummam *Imperii potirentur. Propinquo,* Salluſtius Lib. IV. Hiſtoriar. *Tum vero Bithyni propinquantes* amnem Tartanium. *Studeo,* Plautus in Milite: *Minus* has res *ſtudeant. Utor* & *Abutor,* Cato de Re Ruſtica: *Poſtea* id *utitor.* Terentius:

Utor

Digitized by Google

Mea bona *utatur*,

Idem:

In Prologis ſcribundis operam *abutitur*,

Lucret. Lib. VI.

—— —— Aliquid, *quod non conſuevimus, uti.*

Julianus JC. D. Pro emto: *Si adverſus petentem dominum uti coeperit* exceptionem *rei voluntate ejus venditae.* Ulpianus D. Soluto Matrimonio. *Sed abutitur* dotem.

Ablativum Caſum veteres jungunt Verbo *Admiſceo.* Cicero Lib. II. de Natura Deorum: Multo calore *admixtus.* Caeſar Lib. III. Belli Civilis: *Quod admixtum* jacte *multum inopiam levat.* Lucret. Lib. IV.

AEgre admiſcetur muliebri ſemine *ſemen.*

Antefero, Salluſtius in Jugurtha: Fama, fide, *poſtremo* omnibus ſuis rebus *commodum regis anteferret. Caveo, Vito.* Plautus in Bacchidibus:

Omitte, Lyde, ac cave malo.

Idem in Curculione:

Proinde ſe domi contineant, vitent infortunio.

Petronius in Satyrico: *Ponere juſſit arma* & malo *cavere. Facio* Plautus in Milite:

Quid illa *faciemus* concubina, *quae domi eſt?*

Terent. in Eunucho: *Quid illo faciemus ſtudio?* Idem in Heautontimor. *Quid illo facias?* Niſi quis hic malit eſſe Ellipſin Praepoſitionis *Cum*, vel *De.*

Praeterea apud Veteres pleraque *Verba* compoſita habent PRAEPOSITIONEM Nomini *adjunctam*, quam vulgo fere omittunt, ut *Aſpicio*, Varro Lib. II. de Re Ruſtica: *Simul adſpicit* ad *me* Id. ibidem: *Fundanius adſpicit* ad *Scrofam.*

Adeo, Plautus in Trinummo: *Tu* ad *eum adeas.* Idem in Menaechmis: *Tu* ad *hominem.* Terentius in Andria: *Adeone* ad *eum.* Cicero pro Sex. Roſcio: Ad *Sullam Legati non adierunt.* Idem in Verrem: *Cum* ad *Praetorem in jus adiſſemus*, & alibi frequenter. Caeſar de Bello Gallico: *Univerſi* ad *Caeſarem adierunt.* Livius: *Scriba* ad *Tribunos Plebis adit. Aggredior*, Cicero pro Flacco: *Aggrediar jam* ad *ſingulas Civitates.* Idem de Oratore: *Cum* ad *cauſſam ſum aggreſſus. Illudo*, Terent. in Eunucho:

Ulciſcar, ut ne impune in *nos illuſeris.*

Idem in Andria:

Adeone videmur vobis esse idonei,
In *quibus sic illudatis?*

Invado, Cicero: *Qui* in *fortunas hujus invaserant*. *Viso*, Plautus in Captivis: *Vise* ad *portum*. Terentius in Hecyra: *Nostra ilico visere* ad *eam*.

Id. ibidem:

Heri nemo voluit visentem ad *eam te intro admittere*.

Lucret. Lib. IV.

Nam quicunque suos fugitabant visere ad *aegros*.

Id Lib. V.

— *ad hanc quia signa revisunt*.

Gellius Lib. II. *Cum* ad *M. Frontonem consularem pedibus aegrum viseret*, & Lib. XIII. *Revise* ad *me*.

Rursus solent Veteres interdum PRAEPOSITIONEM Nomini *detractam*, VERBO addere, ut *adigere Arbitrum*, *adigere Jusjurandum*, pro agere ad Arbitrum, ad Jusjurandum, frequentes locutiones apud Ciceronem & alios. *Impendet me* pro in me pendet. Terentius in Phormione: *Tanta* te *impendent mala*. Lucilius:

Nunc ad te redeo, ut, quae res me *impendet, agatur*.

Lucretius Lib. I.

— *impendent saxa* mare.

Sic Cicero ad Atticum: *Hic tibi* rostra *Cato advolat*. Caesar Lib. VI. de Bello Gallico: *At eam regionem, quae* Aduaticos *adjacet*. Tacitus Lib. XV. Annal. *Advolvit* genua: & alibi: *Assident* moenia. Lucret. Lib. III.

— — *Connexus* corpus *adhaeret*.

Virgilius Lib. IV. Georgicor.

Frigidus ut quondam silvas *immurmurat auster*.

Ovidius Lib. III. Metamorphos.

— *dextris adducor* littora *remis*.

Digitized by Google

CAPUT VI.

De Participiorum & Gerundiorum uſu antiquo.

PARTICIPIIS & GERUNDIIS, ut vocant, nimium licenter contra vulgarem & tritum morem uſi ſunt Majores. Nam PARTICIPIA quaedam habuerunt loco *Verborum* infiniti Modi, ut *Dicturum*, *Facturum*, *Futurum:* Quae ita uſurpantur, ut apud *Graecos* omnibus Numeris Generibuſque ſine diſcrimine attribuuntur λέξων, πάσχων, ἑστῶσι & ſimilia, de quibus Gellius Lib. I. Cato Lib. V. Originum: *Illi polliciti ſeſe* facturum *omnia*. Cicero in Verrem V. *Hanc ſibi rem praeſidio ſperant* futurum. Quaedam PARTICIPIA auferendi Caſu poſuerunt, ſed in Neutro Genere tantum, Salluſtius Lib. V. Hiſtoriar. *At Lucullus* audito *Q. Marcium Regem proconſule*, id eſt, cum audiſſet. Id. ibidem: *Legiones Valerianas* comperto *lege Gabinia Bithyniam* & *Pontum Conſuli datam*, id eſt, cum comperiſſet. Cicero Lib. II. Officior. Adjuncto *vero iidem etiam prudentes haberentur*. Livius Lib. XXI. *Satis* comperto *Ordiaeam petitures Romanos*. Tacitus Lib. I. Hiſtor. *Caecinna* comperto *vanam eſſe formidinem*. Paulus Quaeſt. Lib. II. *Non diſſimulato ſe libertum eſſe*.

GERUNDIIS in DUM itidem *Graecorum* imitatione & exemplo uſos videmus Antiquos, non Poëtas modo, ſed etiam alios Scriptores. Varro Lib. III. dé Re Ruſtica: *Acus* ſubſternendum *gallinis parturientibns*. Id. ibid. *Eas haras* ſubſternendum *palea*. idem: *Canes potius cum dignitate acres & paucos* habendum. Et alibi: *In fetura* dandum *potius hordeaceos panes, quam triticeos*. Cicero ad Atticum: Iterandum *eadem iſta mihi*. Idem de Senectute: *Sed* notandum *putavi lubidinem*. Et Lib. III. Tuſculanar. *Iphigeniam Aulide duci* immolandum *jubet*. Caeſar de Bello Gallico: *Omnes eruciatus eſſe* perferendum. Virgilius Lib. II. AEneid.

—— *pacem Trojano ab rege* petendum.

Lucret.

—— *poenas in morte* timendum,

Idem: Addendum *partis alias*. Et id genus idem plurima.

Quin etiam frequens uſus fuit apud Veteres GERUNDIORUM a *Patiendi* ſignificatione. Salluſtius in Jugurtha: *Cum ad* imperandum *Tiſdrum vocaretur, rurſus coepit flectere animum ſuum*, id eſt, ut ei *imperatur*, ſive ad *parendum*, ut explicat Cicero in Epiſtola ad Paetum. Virgilius:

Frigidus in pratis cantando *rumpitur anguis*;

id eſt, dum ei *cantatur*. Idem: *uritque* videndo *Foemina*, pro dum *videtur*, &: *egreſcitque* medendo, id eſt, dum ei *medetur*.

Caput VII.

De Adverbiorum & Praepoſitionum Structura.

Adverbia Loci Veteres cum *Genitivo* jungunt, frequentius ſane, quam vulgo notum, aut uſitatum. Sic *Inde loci* dixit Ennius Lib. I. Annal.

Conſtitit inde loci *propter ſos dia dearum.*

Idem Lib. X.

Inde loci *lituus ſonitus effundit acutos.*

Lucilius Lib. X. Satyrar.

Multis inde loci *ſermonibus concelebrarunt.*

Lucret. Lib. VI.

—— Inde loci *mortalia ſecla creavit.*

Interea loci. Pacuvius in Chryſe: *Interea loci fluctı flaccıſcunt.* Plaut. in Pſeudolo: Interea loci *ſi quid detur.* Terent. in Eunucho: *Te* interea loci *congnovi.* Et alibi. *Quo, Aliquo, Eo, Certo, Poſtea loci.* Salluſt. in Jugurtha: Poſtea loci *Conſul haud dubie jam victor pervenit in oppidum.* Plautus in Moſtellaria: *Quo venerim novi* loci. Ulpianus, D. de Servis reportandis: *Si fuerit diſtractus ſervus, ne* aliquo loci *moraretur.* Idem D. de Judiciis: Certo loci *adminiſtravit. Huc, Longe, Proxime locorum.* Terentius in Andria: *Commigravit* huc viciniae. Plautus in Mercatore: Proxime viciniae *habitat.* Cicero ad Atticum: *Tu autem* longe gentium.

Ubi loci, Ubi gentium, Ubinam gentium, Nuſquam gentium, quae ſunt notiſſima.

Et ADVERBIA, quae *Tempus* ſignificant, *Genitivo* junguntur, ut *Tunc temporis, Pridie, Poſtridie ejus diei:* quae poſtrema duo interdum *Accuſativo* juncta leguntur. Cicero Lib. II. ad Atticum: *Tu* pridie Compitalia *memento.* Livius: *Etiam* Poſtridie Idus *rebus divinis ſuperſedere juſſum eſt.* Ulpianus D. de Aqua quotidiana: *Si* pridie aequinoctium *autumnale.* Idem D. Soluto Matrim. *Nam ſi mulier* pridie vindemias *doti dederit.*

Item ADVERBIA, quae vim *Nominum* quandoque habent, cum *Genitivo* ſocian-

ciantur, ut *Abunde*, *Large*. Virgilius:

Terrorum & fraudis abunde *eſt.*

Plautus in Truculento: Largiter *vini*, Et in Rudente: Largiter *argenti*, Largiter *mercedis*, Plancus in Orationibus: Largiter *acerbitatis*. *Partim* pro Quidam, ut Partim *hominum venerunt*, quod ſignificat. *Pars* hominum venit, id eſt, *Quidam* homines, autore Gellio. Enn. Lib. XXIII. Annal. *Utrum negligentia* partim *Magiſtratuum*, *an avaritia*, *an calamitate populi Rom. eveniſſe dicam*, *neſcio?* Salluſtius Lib. III. Hiſtor. *Quorum alia toleravi*, partim *repuli Deorum auxiliis & virtute mea.* De qua particula illud dignum obſervatione, eam aliquando citra geminationem uſurpari. Cato de Re Ruſtica: *Bubuleis obſequitor* partim, *quo lubentius boves curent.* Id. ibid. *Ulmos ſerito &* partim *populos.* Salluſtius in Jugurtha: *Urbes* partim *vi*, *alias voluntate imperio ſuo adjungit.* Cicero Lib. I. Officior. *Sunt enim quaedam ita foeda*, partim *ita flagitioſa.* Id. de Amicitia: *Nihil eſt*, *quod illi non perſequantur ſuis argutiis*, partim *fugiendas eſſe nimias amicitias*, *neque neceſſe ſit unum ſollicitum eſſe pro pluribus.* Et de Legib. *Quorum ſcelere religiones tum proſtratae afflictaeque ſunt*, partim *ex illis diſtracti ac diſſipati jacent: qui vero ex iis*, &c. Id. Lib. II. de Divinatione: *A nobiliſſimis civibus*, partim *etiam a ſe omnibus rebus ornatis trucidatus jaceret.* Lucret. Lib. V.

Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco,
Et partim *plano ſcatere atque erumpere campo.*

Et alibi idem. *Tam* & *Quam* ſola ex *Adverbiis* Veteres jungunt cum *Superlativis*, vel *ſingulatim*, vel *junctim*, ad aequationem, ut Servius ait, poſita, Plaut. in Aulularia:

Quam *ad probos propinquitate proxime te adjunxeris*,
Tam *optumum eſt.*

Terentius in Heautontimor.

Quam in minima ſpe ſitus erit,
Tam *facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.*

Cato de Re Ruſtica: Quam *acerbiſſima olea oleum facies*, tam *oleum optimum erit.* Varro Lib. III. de Re Ruſtica: Quam *pauciſſimos reliqueris*, tam *optimi in alendo fiunt.* Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. Quam *quiſque peſſime facit*, *tam maxime tutus eſt.* Cicero: *Cum quo ſemper* quam *familiariſſime vixerat.*

Eſt interdum, maxime apud *Comicos*, ut *Adverbia* ſint loco NOMINUM *appoſitorum:* quod idem *Graecis* uſitatum. Sic *Mulier* intus, id eſt domeſtica, & quae intus eſt, Plautus in Mercatore. Id. in Amphitr. *Tu Theſſala* intus *pateram proferto foras.* Et in Bacchidibus:

Ego ibi argentum jubeo jam intus *referri foras.*

Idem in Menaechmis:

Evocate intus *mihi cocum Cylindrum actutum foras.*

Varro in Satyricis: *Donec foras nos* intus *evellaverunt.* Quibus gemina & paria ſunt illa: Parum *fides*, id eſt Parva, Satis *conſilium*, *otium*, pro multo & abundanti. Terentius in Eunucho & Phormione,

Itane parum *mihi fidem eſſe apud te?*

Cicero Lib. XII. ad Atticum, *Si* ſatis *conſilium quadam de re haberem*; & Lib. I. Rhetoric. *Vix* ſatis *otium ſtudio ſuppeditare poſſumus*, Julianus D. de Uſufructu: *Cum* plus *pretium ſolvit ſervus.*

Praepoſitioni *In*, ſive Motum denotet, ſive etiam ſine nulla Motus ſignificatione, Veteres Caſum *Accuſandi*, vel *Auferendi*, indifferenter tribuunt, cujus rei Exempla in Notis ad Catonem plurima adduximus, quibus cumuli loco addi iſta poterunt, Plautus in Amphitr. *Quid iſtuc* in *mentem eſt tibi?* Id. ibid. *Numero mihi* in *mentem fuit*, &: *Certum eſt introrumpam* in *aedibus.* Idem: *Pergam* in *aedibus nunc.* Varro Lib. IV. de Ling. Lat. *Qua* in *Coelio monte itur.* Terent. in Eunuch. *Vidit me eſſe* in *tantum honorem.* Idem in Adelphis: *Te plura* in *hanc rem peccare.* Cicero de Amicitia: *Ut ab amicis* in *magnam rem aliquam peccantibus non diſcedat.* Idem pro Lege Manilia: In *Praedonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Ulpianus D. de Jurejurando: *Quaſi ventris nomine fuerit* in *poſſeſſionem.* Id. de Donation. inter Virum & Uxorem: *Finge* in *poſſeſſionem precariam mulierem remanſiſſe.* D. Julianus Qui Teſtamen fac. *Ac ſi ii, qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtate non perveniſſent.*

Similiter Praepoſitio *Sub* cum utroque Caſu jungitur, aliter ac vulgo ſolet, ut Sub *jugum* & Sub *jugo mittere.* Livius Lib. III. Sub *hoc jugo Dictator AEquos miſit.* Caeſar Lib. I. de Bell. Gall. *Et ſub jugo miſſum.* Idem Lib. II. Sub *occaſu Solis.* Plinius Lib. VIII *Ideo* ſub *ipſa die quam maxime invia petunt.* Rurſus: Sub *conditionem datum legatum.* Sub *conditionem manumiſſum*, &: Sub *conditionem reddendarum rationum liber eſſe juſſus*, Juriſconſulti in Libris Pandectarum.

CAPUT VIII.

De Commutatione Simplicium & Junctarum Vocum.

Saepe apud veteres Autores, maxime Poetas, *Simplicia*, quae vocant, *Verba* pro COMPOSITIS ponuntur, veluti *Mentum*, *Miniſcitur*, *Ventabant*; Commentum, Comminiſcitur, Adventabant, obſervat Feſtus. *Tormentum*, id eſt Detrimentum dixit Plaut. in Bacchid. *Non Pelides* tormento *fuit.* *Paratus*, *Quaeſitus*, pro

pro Apparatus, Exquaeſitus, Salluſtius Lib. II. Hiſtoriar. *Epulae* quaeſitiſſimae. Et alibi: Paratu *militum & armorum fuit.* Ovidius Lib. III. Triſt.

Eſt opus exiguum, noſtriſque paratibus *impar.*

Vellejus Lib. II. Hiſtor. *Adventus deinde in Italiam Antonii*, paratuſque *contra eum Caeſaris.* Tacitus Lib II. Annal. *Ne domum, ſervitia, & ceteros fortunae* paratus *repoſceret. Clarare, Clinare*, pro Declarare, Inclinare, Lucretius & Cicero in Arato & in Prognoſticis, ut:

Juppiter excelſa clarabat *ſceptra columna.*

Cedere pro Accedere, aut Venire. Plaut. in Aulularia: Cedit *miles, aes petit*; vel pro Concedere. Propertius Lib. I. Elegiar.

Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat *Amor.*

Ducere, Fundere, pro Inducere, Perfundere. Tibullus:

—— *Nec ſtragula picta ſoporem,*
Nec ſonitus placida ducere poſſit aqua.

Idem:

Mox etiam niveo fundere lacte parent.

Et alibi:

—— *multo tempora funde mero.*

Confligo, Attius, Lucretius & alii. Unde *Flictus* apud Virgilium: *Munero, Pendo* pro Remunero, Expendo, Plautus in Captivis:

Ut beneficium benemerenti noſtro merito muneres.

Ulpianus D. pro Socio: *Eos duntaxat ſumtus ſocietati imputabit, qui in eam rem* penſi *ſunt. Paret* pro Apparet, uſitatum in Formulis & frequens in Lib. Juriſconſultorum. Cicero in Verrem. V. *Si* paret *jugera fundi eſſe plura*: &; *Si* paret *adverſus edictum feciſſe:* & aliis locis plurimis. *Siſtere, Stinguere*, pro Conſiſtere, Exſtinguere. Lucretius Lib. I.

Ignis in coetu ſtingui *mutareque corpus.*

Id. ibidem:

Nec

Nec mortale genus, nec Divum corpora ſancta,
Exiguum poſſent horaï ſiſtere tempus.

Cicero in Arato: Stinguens *praeclara inſignia Coeli.* Idem in Verrem V. *Qui Rempublicam* ſiſtere *negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem judicia referantur. Sector, Teſtor, Vagor,* pro Inſector, Deteſtor, Pervagor. Propert. Lib. II.

Exagitet noſtros manes, ſectetur *& umbras,*
Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.

Et,

Nec quia peccaris, teſtor *te, ſed quia vulgo*
Formoſis levitas ſemper amica fuit.

Item,

Imo etiam prima terras aetate vagata *eſt.*

Tribuere pro Diſtribuere, crebro apud Ciceronem.

Rurſus Verbis *Compoſitis* frequenter Antiqui utuntur loco SIMPLICIUM. Sic *Adopinari, Adcredere,* Lucretius: *Adoro* pro Oro, Propertius: *Maneat ſic ſemper* adoro. *Inſtare, Incoenare, Inſervare,* pro Stare, Coenare, Servare, & quidem perſeveranter & continue. Suetonius in Tiberio: Inſtans *in medio Triclinio.* Idem ibidem: Innocente eo, *complura & ingentia ſaxa, fortuitu ſuperne delapſa ſunt.* Statius Lib. VIII. Thebaïdos:

An tibi felices lucos miſeratus Averni,
Rector & Elyſias dedit inſervare *volucres.*

Remigrare, Reddere, Redire, pro Migrare, Dare & Ire, ſeu Venire, ut, *Redit haereditas, quae lege & ab inteſtato obvenit.* Plautus in Poenulo:

Ad argumentum nunc viciſſatim volo
Remigrare.

Idem in Pſeudolo:

Hercle haud te ſinam emoriri, niſi mi argentum redditur.

Cato de Re Ruſtica: *Nunc ut ad rem* adeam. Salluſtius in Jugurtha: *Nunc ad inſtitutum* redeo.

Ca-

CAPUT IX.

De iteratis & geminatis vocibus in Oratione.

SOLENT Veteres in *Oratione* eaſdem Voces *iterare* ſine aliqua Senſus neceſſitate, idque interdum paucis aliis interpoſitis, ut Terentius in Prologo Eunuchi:

Habeo alia multa, quae nunc condonabitur,
Quae *proferentur poſt.*

Plaut. in Aulularia:

—— —— te *jam, niſi reddi*
Mihi vaſa jubes, pipulo hic differam te *ante aedes.*

Idem in Captivis:

Hinc *alio pacto abire* hinc *non potes.*

Virgilius:

Inde domum ſi forte *pedem, ſi* forte *tuliſſet,*
Me refero.

Varro Lib. IV. de Lingua Lat. *Virum fortiſſimum,* Metium CURTIUM Sabinum, *cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet,* CURTIUM *in locum paluſtrem, qui tum fuit in foro, antequam cloacae ſunt factae, feceſſiſſe.* Ulpianus D. de extraordinariis Cognition. Si *imprecatus eſt,* ſi, *ut vulgari verbo impoſtorum utar,* ſi *exorcizavit.* Pomponius D. de Teſtamentis: *Nam* etiam *compotibus mentis perſonales actiones* etiam *ignorantibus acquiruntur.* Celſus D. de Legatis 3. *At eos, quos quis repoſitos habet, ut quidam Bellis civilibus factitaſſent, eos legato contineri.*

Interdum in *ſermone interrupto* multis interjectis eadem Verba reſumuntur. Cicero ad Brutum: Cave *enim exiſtimes* BRUTE, (*quanquam non eſt neceſſe, ea, me ad te, quae tibi nota ſunt, ſcribere*) cave *putes probitate, conſtantia, cura, ſtudio Reipubl. quidquam illi eſſe ſimile.* Virgilius in Bucolicis:

Talis amor DAPHNIM, *qualis cum feſſa juvencum*
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos,
Propter aquae rivum viridi procumbit in herba;
Perdita, nec ſerae meminit decedere nocti:
Talis amor *teneat.*

Ulpianus D. de adquir. Haeredit. *Quaeſitum eſt*, an, *licet quis paternae haereditatis nihil attingat; aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, vel faciat*, an *creditoribus paternis cogatur reſpondere.*

Aliquando non *eadem* Verba, ſed *diverſa ab his*, quae praeceſſerunt, & tamen ſignificatione paria, iterantur. Cicero Lib. I. *Tuſculanar.* Confirmato illo *de quo ſi mortales animi ſunt, dubitare non poſſumus, cum tantus interitus in morte ſit, ut ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur*; hoc *igitur* probe ſtabilito & fixo, *illud excutiendum eſt.* Scaevola D. ad S. C. Trebellian. *Quaeſitum eſt, an* Septicio *filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicommiſſum utrum pro portionibus haereditatis ad fratrem & ſororem ejus pertineat.* Paulus D. de Jure Fiſci: *Ejus bona, qui ſibi mortem conſcivit, non ante ad Fiſcum coguntur, quam prius conſtiterit.*

Huc pertinet repetitio *Antecedentis juncti cum* PRONOMINE; qua antiqui & optimi Autores crebro utuntur. Terent. in Heautontimor.

> *Habet Bonorum* exemplum, *quo* exemplo *ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat.*

Idem in Hecyra:

> —— —— *Eodem ut* jure *uti ſenem*
> *Liceat, quo* jure *ſum uſus adoleſcentior.*

Cicero in Verrem: *Advenit* dies, *quo* die *inſtituto.* Caeſar de Bello Gallico: *Ultra eum* locum, *quo in* loco GERMANI *confederant.* Idem: *Erant omnino itinera duo, quibus* itineribus *domo exire poſſent.* Servius Sulpitius ad Ciceronem: *Quae res mihi non mediocrem conſolationem attulit, volo tibi commemorare, ſi forte eadem* res *tibi minuere dolorem poſſet.*

Geminantur quoque eaedem Voces rei, de qua agitur, *intendendae, augendae*, quomodo *Meme* dicimus Meipſum, *Tète* Teipſum, *Vosvos* Vosmet ipſos. Sic *Atque atque* dixit Ennius in Annal.

> Atque atque *aſcendit muros* Romana *Juventus.*

Age age, Apage apage, Plautus & alii Poëtae frequenter, *Magis Magiſque*, *ut* Graeci Μᾶλλον μᾶλλον, *Minus minuſque. Plus pluſque*, Cicero Filius ad Tironem: *Exitar, ut apud Judices* magis magiſque *haec naſcens de me duplicetur opinio.* Seneca Lib. I. de Beneficiis: *Beneficium demus quod uſu* magis magiſque *placeat.* Plautus in Aulularia:

> *At ille vero* minus minuſque *impendio*
> *Curare*, minuſque *me impartire honoribus.*

Id. ibidem:

> Plus pluſque *iſthuc ſuſpitent, quod habet.*

Catullus:

Et

Et magis magis *in dies & horas*
Iraſcor tibi. Nimium nimiumque.

Tibullus Lib. II.

Jam venit iratus nimium nimiumque *ſeverus.*

Ovidius in Epiſtolis:

Auſus es o nimium nimiumque *oblite tuorum!*

Propere propere, Plautus in Aulularia. *Quantus quantus*, Terentius in Adelphis: *Non non*, *Nihil nihil*, Cicero, & alii alia.

Quin etiam geminantur negationes, & duae loco unius ponuntur, quo magis negent, *Graecorum* more atque exemplo. Terent. in Andriae Prologo:

Faciunt ne *intelligendo*, *ut* nihil *intelligant.*

Idem in Heautontimor.

—— —— *Agrum in his regionibus*
Meliorem neque *pretii majoris* nemo habet.

Plaut. in Epidico: Neque *ille* haut *objiciet mihi.*

Lucilius Satyrar. XVII.

Proprium vero nil neminem *habere.*

Varro Lib. II. de Vita Populi Rom. *Quod a Rege munera eorum* noluerit nemo *accipere.* Cicero Lib. III. de Finibus: *Sed quanquam negent Stoici* nec *Virtutes* nec *Vitia creſcere.* Idem Lib. IV. Quaeſt. Academic. *Quod Bonum quale ſit*, negat *omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum moventibus nec ſuſpicari.*

CAPUT X.

De Parelcis.

INTERDUM Voces quaedam in *Oratione* abundant, & *Elegantiae* tantum cauſſa, non *neceſſario* ponuntur, veluti *Homo Mulier*, ut Homo *adoleſcens*, Homo *Romanus* dicit Cicero; Homo *Italicus* Varro; Nemo *homo* Plautus; Mulier *meretrix* idem & Terentius; Nemo *quiſquam*, *Nemo unus*, Suetonius in Nerone: *Quantos* nemini cuiquam *contigiſſe conſtat.* Terentius in Eunucho: Nemo *hercle* quiſquam,

& in Hecyra:

Nemo quiſquam *illorum ad te venit.*

Cicero: Nemo *de nobis* unus *excellat.* Caeſar Lib. III. de Bello Civili: *Ad* neminem unum *ſumma imperii.* Livius Lib. I. *Quia* nemo unus *ſatis dignus Regno viſus eſt. Omne quicquid*, Cicero in Verrem: Omnia quaecunque *Carpinates poſtulabat facere & decernere ſolebat.* Valerius Maximus Lib. I. *Concitato impetu omne quicquid obviam fuerat proterentem. Omnes univerſi.* Apulejus Lib. VII. Metamorphoſ. *Talibus dictis univerſi omnes aſſenſere.* Res, Varro Lib. I. de Re Ruſtica: *Ad vaſa olearia ac trapetas, quae* Res *molae olearie.* Idem Lib. II. *Scillae medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem; tum ea* re *naturam aquae tangunt.* Ulpianus D Qui potiores in Pign. *Veluti ſi navis fuit obligata, & ad armandam eam* rem, *vel reficiendam ego credidero.*

Pronomina *Hic, Is*, etiam abundant, vel potius magis confirmant. Cicero in Academicis, *Jampridem ad* hunc *eum (ipſum me autem dicebat) quaedam inſtitui.* Id. ad Fabium Gallum: *Lex ſumptuaria quae videtur* Αὐτόματος *attuliſſe*, ea *mihi fraudi fuit.* Salluſt. in Catilina: *Sed urbana plebes*, ea *vero praeceps erat.* Similiter *Illud, Id*, Plautus in Pſeudolo:

Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,
Eam *circumducam lepide.*

Cicero pro Coelio: *Illud tempus aetatis, quod ipſum ſua ſponte infirmum aliorum lubidine infeſtum eſt*, id *hoc loco defendo.* Id. ad Sulpicium: *Illud, quod ſupra ſcripſi*, id *tibi confirmo. Ille*, Terentius in Adelphis:

Ego ille *agreſtis, ſaevus.*

Virgilius:

Multum ille *& terris jactatus & alto.*

Idem:

Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille *ſiniſtra.*

Mihi, Tibi, Sibi, Cicero ad Varronem: *At* tibi *repente paucis poſt diebus.* Catullus:

Mallem divitias mihi *dediſſes iſti.*

Plautus in Amphitr.

Cum eo tu ſermonem nec joco, nec ſerio
Tibi *habeas.*

Id.

Digitized by Google

Id. in Captivis: *Suo* ſibi *ſervit patri.* &: *Suo ſucco* ſibi *vivunt.* Apulejus Lib. VII. Metamorph. *Suis* ſibi *gladiis obtruncatos relinquunt. Me, Te, Se,* Terentius in Eunucho:

Scin' me, *in quibus ſim gaudiis.*

Idem in Andria:

Quae ſeſe *inhoneſte optavit parare hic ditias.*

Plautus in Aſinaria:

Atque ego me *id facere ſtudeo.*

Salluſtius in Catilina: *Omnes homines, qui* ſeſe *ſtudent praeſtare.*

Verba, ut *Facio.* Cic. Lib. V. Tuſculanar. *Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtri Philoſophi* facere *non p o tuent.*

Adverbia, ut *Rurſum denuo. Repente ſubito, Satius potius, Propere ocyus, Poſt ibi, Ubi quando.* Plautus:

Nunc jam olim quondam,

Hercle certe, Terentius, *Poſt inde* Ennius in Epicharmo:

—— —— —— *Sed* poſt
Inde *venit divinitus pullis inſinuans ſe*
Ipſa anima.

Lucret. Lib. I.

— — Poſt inde *per artus.*

Tum porro, Idem: *Perinde quaſi.* Cicero pro Milone: Perinde quaſi *Appius ille Coecus viam munierit.* Et pro Cluentio: Perinde quaſi *ego non ab initio hujus defenſionis dixerim.*

Praepoſitiones, *Ab, Ad, Ex,* cum loci proprio nomini adjunguntur, Salluſt. in Catilina: *Jam tum Brutus ab Roma aberat.* Cicero in Verrem: *Eo die Verres ad Meſſanam venit.*

Cum, Ennius in Annal.

Effundit voces proprio cum pectore ſancto.

Terent. in Adelphis:

Haec tu facito, cum animo Cogites.

Salluſtius in Jugurtha: *Animus trahere cum animo ſuo*, Catullus:

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes

Idem:

—— *bona cum bona.*
Nubis alite virgo.

Cic. Lib. II. Offic. *Cum prima luce*, quod Plautus & Vetuſtiores, *Cum primo lucu*, *In*, Terent. in Adelph. *In eo me oblecto.* Lucret. Lib. IV.

—— *Longo in ſpatio pertundere ſaxa.*

Conjunctiones, *Etiam quoque*, Plautus in Amphitr. *Quoque &*, Virgilius Lib. I. AEneid.

Multa quoque & bello paſſus.

Ergo propterea, Terentius in Hecyra:

Ergo propterea te ſedulo & moneo, & hortor.

Ergo igitur, Apulejus Lib. VII. *Ergo igitur evocato ſtatim dementario.* *Quamvis licet*, Cicero de Amicitia: *Quamvis licet excellas.* Lucretius Lib. VI.

Proinde licet quamvis coelum terramque reantur
Interrupta fore.

CAPUT XI.

De Eclipticis.

Rurſus omittuntur Voces fere omnis Generis: & eſt haec *Ellipſis* frequens optimo cuique veterum Scriptorum. Sic deeſt *Actio* in illis: *Agere ad exhibendum*, *Damni infecti*, *Injuriarum*, quae in Libris Juriſconſultorum crebro occurrunt, *AEdis*, *Templum*, ut *Ad Dianae*, *Ad Veſtae.* Terent. in Adelphis: *Ubi ad Dianae veneris.* Plaut in Poenulo: *In Veneris*, Cicero pro Milone: *Cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt.* Idem ad Terentiam: *Quemadmodum a Veſtae ad Tabulam Valeriam ducta eſſet.* Horatius:

Ventum

Digitized by Google

Ventum erat ad Veſtae.

Animus, *Opinio*, Cicero Lib. III. Officior. *Nec eum fefellit.* Idem Lib. XIV. ad Atticum: *Sed nos, ni me fallis, jacebimus.* Varro Lib. II. de Re Ruſt. *Tantum enim fefellerit.*

Aqua, in illis Locutionibus: *Calida, Frigida lavari, Frigidam Calidam ſuffundere.* Seneca in Lucilium: *Calida ſubinde ſuffuſa paullatum defecit. Cauſſa, Gratia*, vel *Nomine*, ut apud Graecos ἕνεκα, frequentiſſime leguntur, omiſſa non apud Hiſtoricos modo & Oratores, ſed etiam Juriſconſultos, quorum teſtimonia omnia hic adſcribere eſſet inutilis diligentiae. Terentius in Adelphis:

Ne id adſentandi magis, quam quod gratum habeam facere exiſtimes.

Salluſtius in Catilina: *Quod initio conſervandae libertatis atque augendae Reipublicae fuerat.* Idem Lib. I. Hiſtoriar. *Exercitum opprimendae libertatis habes.* Id. ibid. *Arma civilia cepit, Legum ac Libertatis ſubvertendae.* Ulpianus D. ad Leg. Juliam de Adulteriis: *Si quis evitandi criminis id egit, ut Reipublicae cauſſa abeſſet. Cato*, ut in illis, cum abſolute uſurpantur, *Bubula, Suilla, Ovilla, Ferina.* Virgilius:

Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinae.

Commune, Salluſtius in Catilina: *Alia omnia ſibi cum collega ratus. Divitiae*, Cicero ad Nepotem: *Qui habet ultro appetitur; qui eſt pauper ultro aſpernatur. Fabula*, in Praetexta, Togata, Horatius:

Vel, qui praetextas, vel qui docuere togatas.

Plinius Lib. VII. *Qui primus togatas ſaltari inſtituit, Febris*, ut Tertiana, Quartana, Suetonius in Caeſare: *Quanquam morbo quartanae aggravante. Fides*, Terentius in Andria:

Prob Deum atque hominum!

Idem in Phormione:

Pro Deum immortalium!

Homines omittitur in tertia plurali Verborum, cum de univerſitate loquimur, ut *Dicunt, Ferunt, Sunt*, & ſimilia. Terentius: *Ita agunt*, & *ita praedicant.* Varro Lib. IV. de Ling. Lat. *Munitur opis cauſſa, ubi ſint.* Id. ibid. *Speculum a ſpeciendo, quod ibi ſpectant. Iter*, ut *Abeſſe bidui*, pro Bidui itinere. Cicero ad Attic. *Cum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam biduo.* Caeſar Lib. VI. de Bello Gallico: *Jamque ab eo non longius biduo aberant. Lex*, ut Titulo Librorum Juris ad Municipalem: *Lis* cum dicitur *Contra, vel Secundum aliquem dare.* Suetonius in Claudio; *Abſentibus ſecundum praeſentes dabat.* Plinius Lib. VII. Epiſtolarum, *Finem cognitio-*

ni

ni quaeſtio impoſuit, quae ſecundum reos dedit. Tacitus Lib. IV. Annal. *Ita ſecundum Meſſenios datum.* Quod integre dixit Cicero pro Roſcio Comoedo: *Quo minus ſecundum eos lis detur, non recuſamus. Ludi*, ut *Circenſibus*, *& Circenſium die*, Suetonius. *Ordines*, idem in Caeſare: *Seſſum in quatuordecim e ſcena. Partes*, ut *primas, ſecundas agere, ferre, tenere*, Suetonius in Caligula: *Plures ſecundarum certatim experimentum artis darent.* Terentius: *Non poſteriores feram.* Cicero ad Atticum: *Tibi primas defero.* Idem in Oratore: *In Republica noſtra primas Eloquentiae tenuerit ſemper, urbanis pacatiſque rebus, ſecundas juris ſcientia. Paſſus*, Caeſar de Bello Gallico: *Hujus eſt longitudo lateris, ut ſunt illorum opinio, ſeptingentorum, millium.* Plinius Lib. VIII. *Per centena millia & quinquaginta continuo curſu euntibus. Pecunia, ut Crimen Repetundarum*, quod eſt de Pecuniis repetundis, aliiſque rebus vi, aut dolo per Romanos Magiſtratus a ſociis extortis. Suetonius in Caeſare: *Dolabellam conſularem & triumphalem virum* Repetundarum *poſtulavit. Praedium, Villa*, ut *in Pompejano, in Tuſculano. Per Varronis, per Locuſtae*, apud Ciceronem ad Atticum. *Ex vicini*, Ulpianus D. de Aqua Pluvia arcenda. *Res* intelligitur in illa Formula, qua in primo congreſſu Veteres utebantur. *Satin' ſalvae*, Terent. in Eunucho: *Quid trepidas*, ſatin' ſalvae? Salluſtius in Hiſtoriarum Libris: *Percunctantibus utrinque*, Satin' ſalvae? Livius: *Quuaerentique viro*, Satin' ſalvae? *Minime inquit.* &: *Percunctatus* Satin' ſalvae? Quod alibi integre dixit: *Cum pater*, Satin' ſalvae *res interrogaret. Sacrum*, Virgilius in Bucolicis:

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Servius: deeſt in talibus, *A manu, a pedibus ab Epiſtolis, a Libellis. Tabulae* exauditur, cum dicimus *Duodecim*, pro duodecim Tabulis Legum Romanarum. Cicero Lib. II. de Legibus: *Diſcebamus pueri* Duodecim, *ut carmen neceſſarium, quas jam nemo diſcit. Tempus*, ut, *In praeſens*, Salluſt. *In praeſenti*, Cicero, & Livius: *In hodiernum*, Scaevola D. de Verb. Obligat. *Theatrum*, Plinius Lib. XXXVI. *Nationes, quae ſunt circa Pompeji. Tribus*, Cicero in Verrem: *Qui Verrem Romulia.* Id. in Philippica IX. *Servius Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus*, id eſt, ex Romulia, Lemonia Tribu. *Verum, Vera* intelliguntur in illa Formula aſſentiendi & confirmandi: *Eſt hoc, Sunt iſta.* Terentius in Adelphis:

Nec nihil, nec omnia haec ſunt.

Cicero de Amicitia: *Sed neſcio, quomodo hoc eſt, quod in Andria familiaris meus.* Id. ibidem: *Sunt iſta Laeli.* Et in Academicis: *Sunt inquam, iſta Varro. Via*, ut Compendaria, Recta, Terent. *Cur non recta introiſti?* Varro in Sciomachia: *Hoc dico compendiuria, ſine ulla ſollicitudine ac moleſtia dicundi ad eandem voluptatem poſſe perveniri.* Seneca ad Lucilium: *Hanc atque compendiariam excogitavit:* & *ad maximas te divitius compendiaria ducam. Uxor*, ut Terentia Ciceronis, Marcia Catonis, Marcia Pompeji.

Pronomina quoque omiſſa ſaepe animadvertemus, ut *Is, Ejus, Ei.* Plaut in Amphitr.

Quan-

Quantuſque amor ſiet, quod complacitum eſt ſemel;

id eſt, *Ejus, quod.* Idem in Curculione:

Ego illum reddidi, qui argentum a te attulit,

pro *Ei, qui.* Varro Lib. de Ling. Lat. *Quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Marcellus*, pro *Ejus, cui. Ille, Illud.* Plautus in Perſa:

Omnes res relictas habeo prae, quod tu velis,

id eſt, *Prae illo, quod.* Curtius: *Haec vociferantem, quibus erat imperatum, jugulant*, pro *Illi, quibus.*

Idem *Verba* omittuntur, ut praeter alia *Grammaticis* notata, *Decere*, vel *Oportere.* Terent.

Tantamne rem tam negligenter agere?

Idem:

Siccine me atque illam tua opera ſollicitarier?

Virgil.

—— *Mene incepto deſiſtere victam?*

Evenire; ut in illa Formula qua Veteres in Conſolatione utebantur: *Velim, quae velles.* Plautus in Moſtellar.

Velim, ut velles Tranio,

id eſt, Velim eveniant. *Invocare* & *Obſecrare* in Precationibus, ut *Tuam Fidem! Venus noctu vigila*, Plautus:

Hercules tuam fidem!

Varro; &, *Dii voſtram Fidem*, in Comoediis frequenter. *Valere, vivere*, Plautus in Sticho:

Bene vos, Bene nos, Bene te, Bene me,

intellige *Vivere precor.* Tibullus:

Sed bene Meſſallam ſua quiſque ad pocula dicat.

Ex *Adverbiis* desunt interdum structurae Orationis *Magis*, *Potius*: idque *Graecorum* more, qui τὸ μᾶλλον aliquando omittunt, Plaut. in Casina:

—— —— *Ut quod vir velit*
Fieri, id facias, quam adversere contra.

Id. in Menaechmis:

Quia vidua vivam, quam tuos mores perferam.

Et in Rudente:

Tacita mulier est bona, quam semper loquax.

Terent. in Eunucho:

Qui placere se studeat bonis, quam plurimis.

Gellius Lib. II. *Declinanda sensim & relinquenda esse dicunt, quam respuenda.* Et Livius, Tacitus, Apulejus atque etiam JCti harum Vocum eclipsi saepe utuntur, quorum testimonia ab aliis adnotata nihil est necesse hic adferre. *Non* omittitur post *Non modo*, id est, Nedum. Cicero pro Sestio: *Qui non modo praecipitanti patriae subvenirent, sed etiam nimis tarde concidisse moererent.* Orat. II. in Rullum: *Si non modo dena jugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in Agrum Campanum intelligetis.* Et Lib. I. de Oratore: *Neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.* Id. Lib. X. ad Atticum: *Regnum non modo* Romano *homini, sed ne* Persae *quidem, tolerabile*; & alibi saepius. *Solum, Tantum*, Varro Lib. VII. de Ling. Lat. *Neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem.* Cajus D. de Verbor. Signific. *Armorum appellatio non utique Scuta, & Gladios & Galeas significat, sed & Fustes & Lapides.* Marcianus D. de Pignoribus. *Sed & non solvendae omnis pecuniae caussa, verum etiam de parte ejus.*

Praepositiones autem crebro omittuntur, ut apud Poëtas ante Provinciarum & Regionum nomina, ut *Ad*,

Italiam fato profugus Lavinaque venit
Littora.

E, Ex, in illis, quae *Graecorum* more efferuntur. *Vinum Chio, Lesbo, hospes Ephesio, Vultur silvis*; id est, Vinum Chium, Lesbium, Hospes Ephesius, Vultur silvestris. Ennius in Annal.

Vulturius silvis *miserum mandebat hemonem.*

Plautus in Bacchidibus:

Ephe-

Epheſo *quos hoſpes debuit noſtro ſeni:*

Idem in Mercatore: *Video hic hoſpitem* Zacyntho. *In*, ut idem in Curculione: *Rogat quid veniam* Cariam. Et in Perſa: Etetriam *miſit*. Papinianus D. de Condit. & Demonſtrat. *Cum* Aſiam *veniſſet*. Apulej. Lib. I. Metamorph. *Macedoniam profectus. Cum* omittitur, ubi denotat Comitatum. Varro in Seſquiulyſſe: *Navibus duodecim domo profectum.* Cicero in Philipp. ultima: *His viginti cohortibus nullo equitatu conflixit.* Livius Libro I. *Egreſſus omnibus copiis. De* intelligitur in talibus: *Quid me fiet, Quid me futurum eſt, Quid illo faciam*, apud *Comicos*; *Ob*, vel *Propter*, ut in *Id, huc revorti, uti me purgarem tibi.* Plautus in Amphitr.

Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem,

Terentius. Idem in Hecyra: *Laetae exclamant: Venit; id quod me repente adſpexerant.* Ubi Donatus: *Deeſt* Propter, *ut ſit* Propter id, *ac* Per hoc, Ideo; &c. Cicero ad Q. Fratrem Lib. III. *Id quod judices nullos habemus.* Livius Lib. XLI. *Id quod erat vetuſta conjunctio cum Macedonibus.* Varro Lib. V. de Lingua Lat. integre dixit: *Id quod propter centuriata Comitia.*

Conjunctionum eclipſis in Oratione frequentiſſima eſt, inprimis copulae. *Et*, ut *Hac illac, Surſum deorſum, Velis nobis*, quae vulgo uſurpantur. Sic *Praeſente abſente, Juſta injuſta, Sex ſeptem* Terentius, *Terra mari, Factis dictis* Cicero, *Dextra ſiniſtra* Salluſtius. *Equis viris* Livius, *Intra extra* Plinius, *Emtum venditum* Juriſconſulti. *Etiam* deſideratur interdum poſt *Sed*, cum auget. Cicero in Lentulo: *Omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit.* Ulpianus D. de Senatoribus: *Liberos Senatorum accipere debemus, non tantum Senatorum Filios, verum omnes, qui geniti ex ipſis. Quam* omittitur antecedente Plus, Amplius, Minus vel Melius, Varro Lib. I. de Re Ruſt. *Neque enim ſi minus* CCXX. *jugera oliveti colas*, id eſt, minus, quam. Idem Lib. II. *Ne minus habeamus in centenas oves hirtas ſingulos homines*, id eſt, minus, quam ſingulos homines, Et: *Non minores oportet inire bimas.* Horatius:

—— *Melius perſaepe togatae.*

Catullus:

—— —— —— *Namque amplius horam*
Suffixum in longa me memini eſſe cruce,

